MASTER NEGATIVE NO. 93-81454-7

AUTHOR:

STATIUS, PUBLIUS
PAPINIUS

TITLE:

P. PAPINIUS STATIUS...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1879-1898

Master Negative #

93-81454-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Works. 1879.

Statius, Publius Papinius.
P. Papinius Statius... Lipsiae, In aedibus B. G. Teubneri, 1879-98. [v.1, 1897]
3 v. 17 cm.

Added special title-pages.
Contents.-- v.1, Siluae, recensuit Aemilius Baehrens. Editio stereotypa.-- v.2, Achilleis et Thebais, recensuit Philippus Kohlmann.-- v.3, Lactantii Placidi qvi dicitvr Commentarios in Statii Thebaida et Commentarivm in Achilleida, recensvit Ricardvs Jahnke.

 Another copy. 1876- v.1-2 in 1.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6/8/93 INITIALS BE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

VOLUME 1

Baehr

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM
TEUBNERIANA.

P. PAPINIUS STATIUS.

VOL. I.

SILUAE.

RECENSUIT

AEMILIUS BAEHRENS.

EDITIO STEREOTYPA.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXCVII.

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA.

	M. Pf.
Aelianus ed. *Hercher*. 2 voll.	9.—
—— —— varia historia	—.90
Aeneae comment. Poliorc. ed. *Hug*	1.35
Aeschines ed. *Franke*	—.90
—— ed. *Blass*	2.40
—— —— Ed. mai. c. Ind. Aeschin.	8.—
[——] Ind. Aeschin. comp. *Preuss.*	6.40
Aeschyli tragoediae ed. *Weil*	1.50
Singulae tragoediae	—.30
[——] Schol. in Pers. ed. *Dähnhardt*	3.60
Alexander Lycop. ed. *Brinkmann*	1.—
Ammianus M. ed. *Gardthausen*. 2 voll.	7.20
Anacreon ed. *Rose.* Ed. II	1.—
Andocides ed. *Blass.* Ed. II	1.20
Anna Comnena ed. *Reifferscheid.* 2 vll.	7.50
Anthimus ed. *Rose*	1.—
Antiphon ed. *Blass.* Ed. II	2.10
Anthologia Graeca ed. *Stadtmüller*. I	6.—
—— Lat. I. 1 ed. *Riese.* Ed. II	4.—
—— —— II ed. *Buecheler*. 2 fascc.	9 20
Antoninus ed. *Stich*	1.80
Apollodorus ed. *Bekker*	1.—
——ed. *Wagner*. [Mythographi Gr. I.]	3.60
Apollonius Perg. ed. *Heiberg*. 2 voll.	9.—
Apollonius Rhodius ed. *Merkel*	1.—
Appianus ed. *Mendelssohn*. 2 voll.	9.—
Apulei Metam. ed. *v. d. Vliet*	3.—
Archimedes ed. *Heiberg*. 3 voll.	18.—
Aristophanes ed. *Bergk*. 2 voll. Ed. II	3.—
Singulae comoediae	—.45
Aristoteles, de partibus animal. ed. *Langkavel*	1.80
—— de arte poetica ed. *Christ*	—.60
—— physica ed. *Prantl*	1.50
—— ethica Eudemia ed. *Susemihl*	1.80
—— —— Nicomachea ed. *Susemihl*	1.80
—— de coelo al. ed. *Prantl*	1.20
—— de coloribus al. ed. *Prantl*	—.60
—— politica ed. *Susemihl.* Ed. III	2.40
—— magna moralia ed. *Susemihl*	1.20
—— de anima libri III ed. *Biehl*	1.20
—— ars rhetorica ed. *Römer*	2.10
—— metaphysica ed. *Christ*	2.40
—— fragmenta ed. *Rose*	4.50
—— oeconomica ed. *Susemihl*	1.50
—— de plantis ed. *Apelt*	3.—
—— *πολιτ. Ἀϑην.* ed. *Blass.* Ed. II	1.50
Arriani expeditio Alex. ed. *Abicht*	1.20
—— scripta min. ed. *Eberhard*	1.80
Athenaeus ed. *Kaibel.* 3 voll.	17.10
Augustinus iter. ed. *Dombart*. 2 voll.	6.—
Aulularia ed. *Peiper*	1.50
Ausonius ed. *Peiper*	6.60
Autolycus ed. *Hultsch*	3.60
Avienus ed. *Breysig*	1.—
Babrius ed. *Schneidewin*	—.60
Benedicti regula ed. *Woelfflin*	1.60
Boetius de inst. arithm. ed. *Friedlein*	5.10
—— de consolatione ed. *Peiper*	2.70
—— comm. in libr. Aristotelis *περὶ ἑρμηνείας* rec. *Meiser*. 2 voll.	8.70
Bucolici Graeci ed. *Ahrens.* Ed. II	—.60
Caesar ed. *Dinter*. Ed. II. min.	1.50
—— —— bell. Gall. Ed. II min.	—.75
—— —— bell. civile. Ed. II min.	—.60
—— ed. *Kübler*. bell. Gall. Ed. min.	—.75
—— —— —— Ed. maior	1.20
—— —— bell. civ. Ed. min.	—.60
Caesar ed. *Kübler*. bell. civ. Ed. maior	—.90
—— —— b. Alex. b. Afr. Ed. mai.	1.—
—— —— —— Ed. min.	—.60
Callinici vita S. Hypatii	3.—
Cassius Felix ed. *Rose*	3.—
Catonis de agri cult. lib. ed. *Keil*	1.—
Catullus ed. *Müller*	—.45
—— **Tibull., Propert.** ed. *Müller*	2.70
Cebetis tabula rec. *Praechter*	—.60
Celsus ed. *Daremberg*	3.—
Censorinus ed. *Hultsch*	1.20
Chronica min. ed. *Frick*. 2 voll. Vol. I.	6.80
Cicero ed. *Müller*. 5 partes (=11 voll. = 37 fascc.). Pars I. 1. 2. Pars II. 1—3. Pars IV. 1—3.	16.05
—— —— Pars III. Epist. Vol. I.	3.60
—— oratt. sel. ed. *Müller*. 2 partes	1.50
—— —— edd. *Eberhard-Hirschfelder*	2.—
—— epistolae ed. *Wesenberg*. 2 voll.	6.—
—— —— sel. ed. *Dietsch*. 2 partes	2.50
Claudiani, Cl., carmina ed *Koch*	3.60
Cleomedes ed. *Ziegler*	2.70
Commodianus ed. *Ludwig*. 2 voll.	2.70
[Constantinus] Inc. l. de C. Magno ed. *Heydenreich*	—.60
Cornelius Nepos ed. *Fleckeisen*	—.30
Cornutus ed. *Lang*	1.50
Curtius Rufus ed. *Vogel*	1.20
Damasus ed. *Ihm*	2.40
Dares Phrygius ed. *Meister*	1.20
Demosthenes edd. *Dindorf-Blass.* 3 voll. (=6 partes.) Ed. IV min.	4.50
—— —— 3 voll. Editio maior	7.20
Dictys Cretensis ed. *Meister*	1.50
Dinarchus ed. *Blass*	1.—
Dio Cassius ed. *Melber*. 5 vll. Vol. I. II	8.10
Dio Chrysost. ed. *Dindorf*. 2 voll.	5.40
Diodorus ed. *Vogel*. 5 voll. Vol. I—III	11.20
Dionysius Halic. ed. *Jacoby*. Vol. I-III	9.60
Diophantus ed. *Tannery*. 2 voll.	10.—
Dracontius ed. *de Duhn*	1.20
Epicorum Graec. frgmm. ed. *Kinkel*. I	3.—
Epic. ludib. poesis corpusc. edd. *Brandt* et *Wachsmuth*. 2 voll.	6.—
Epictetus ed. *Schenkl*	10.—
Euclidis Elementa ed. *Heiberg*. 5 vll.	24.60
——Data ed. *Menge*. Optica ed. *Heiberg*	10.—
Eudocia Proclus Claud. ed. *Ludwich*	4.—
Eudociae violarium ed. *Flach*	7.50
Euripides ed. *Nauck*. 3 voll. Ed. III	5.70
Singulae tragoediae	—.30
Eusebius ed. *Dindorf*. 4 voll.	15.—
Eutropius ed. *Ruehl*	—.45
Fabulae Aesopicae ed. *Halm*	—.90
Fabulae Roman. ed. *Eberhard*. Vol. I	3.75
Firmicus Mat. ed. *Sittl*. Pars I	2.40
Florilegium Graec. Sing. fascc. (10)	—.45
Florus ed. *Rossbach*	2.80
——ed. *Halm*. **Ampelius** ed. *Woelfflin*	1.—
Frontini strategem. ed. *Gundermann*	1.50
Gaius ed. *Huschke*. Ed. V	2.70
Galeni scripta minora. 3 voll.	7.50
—— instit. logica ed. *Kalbfleisch*	1.20
Gellius ed. *Hertz*. 2 voll. Ed. II	4.20
Geoponica ed. *Beckh*	10.—
Georgius Cyprius ed. *Gelzer*	3.—
Heliodorus ed. *Bekker*	2.40
Hermippus dial. edd. *Kroll* et *Viereck*	1.80

P. PAPINIUS STATIUS.

VOL. I.

SILUAE.

RECENSUIT

AEMILIUS BAEHRENS.

EDITIO STEREOTYPA.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXCVII.

P. PAPINII STATII

SILUAE.

RECENSUIT

AEMILIUS BAEHRENS.

EDITIO STEREOTYPA.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXCVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

EDITORIS PRAEFATIO.

Statii siluarum emendatione non extat in tota Romanorum poesi epica munus difficilius. nam praeter insitas in ipsa carminum indole difficultates pessime et uerbis scriptoris et eis quibus illa sunt tradita libris mss. consuluit Fortuna.

Et codices quidem, qui siluas continent integras, non habentur nisi saeculo XV exarati. qui ex uno illo archetypo nunc deperdito profecti sunt omnes, quem Poggius in monasterio sancti Galli reppererat, ut testatur subscriptio in Asconii codice Florentino haec: *hoc fragmentum Q. asconii pediani repertum est in monasterio sancti galli prope constantiam ·XX· milibus passuum a Poggio Florentino una cum parte ·C· ualerii flacci & balbi setini argonauticon ·&· M. manilii astronomicon. et statii siluarum libri;* cf. C. Wachsmuthius in noui Musei Rhenani uol. XXIX p. 355 sq.; Hermannus Blassius ibid. XXX p. 461 sqq.; Asconius edd. Kiessling et Schoell, praef. p. XXIX not. 3.

Hunc codicem Sangallensem a Poggio in Italiam adportatum contulit, incertum quo anno, Angelus Politianus cum editione principe ann. 1472; quod exemplar nunc Romae in bibliotheca Corsiniana adseruatum in fine habet haec uerba: *Incidi in exemplar Statii sylua-*

*rum quod ex Gallia**) *Poggius Gallica scriptum manu in Italiam attulerat. A quo uidelicet uno licet mendoso deprauatoque et (ut arbitror) etiam dimidiato reliqui omnes codices qui sunt in manibus manarunt. Quare cautio mihi fuit ne quid in corrigendo hoc nostro ab illo mutarem. Ne nimia ut adsolet diligentia aut mihi aut ceteris studiosis noceret. Quem si modum tenerent ceteri librorum emendatores tenuissentque priores, minus multo laboris in hac re quam nunc habemus haberemus. Uale qui legis, et quod sedulo fecimus quęso boni consule. Tuus Angelus Politianus.*

Post Politianum cum nemo Sangallensem oculis uiderit, huius memoria certa fere omnis ab illius pendet conlatione. nam in Sangallensis apographo saec. XV facto non ita magna est fides, ut infra demonstrabimus. sed Politiani quoque collatione ut frueremur plena, non permisere inuida fata. priusquam autem accuratius de ea disseram, de editione principe (**a**), cuius exemplari in uniuersitatis Ienensis bibliotheca extanti utor, pauca dicenda. fluxit illa ex codice libri Rehdigerani simillimo quidem, sed eodem magis iam deprauato interpolatoque; praeterea e typothetae culpa mendis est inquinata plurimis; nonnullis locis etiam editoris coniecturae plerumque rectae deprehenduntur. iam huius edit. principis exemplar Corsinianum eam subiit fortunam ut, postquam in ea Politianus uarias lectiones e Sangallensi adnotauerat, homo quidam male sedulus in singula folia spongia saeuiret. quo factum est ut haud paucae uoces litteraeue plane delerentur aut ita diluerentur ut hodie uix umbram earum agnoscas. cartae quoque ipsae multo usu attritae. accedit denique quod ante infortunium illud alter uir doctus suas aliquot notas coniecturasque adiecit difficil-

*) Idem Politianus ad uersum in interpolatis libris post silu. I 4, 86 insertum haec adnotat: *hic uersus deest in libro uetustissimo poggi qui e germania in Italiam est relatus,* uariis ille Heluetiae appellationibus usus; cf. Blassius l. l.

lime interdum a Politiani manu discernendas. ex his causis plenam collationis illius notitiam reciperandi spes abicienda erat, sed attendenda maxime Politiani manus ut, quid certo posset ei adtribui, constaret. descripserunt autem eius notas cum antea alii, tum in M. Hauptii gratiam A. Kiesslingius et U. Koehlerus. quorum schedas ab Hauptio acceptas H. Nohlius, qui de eis disseruit in dissertatione inaugurali 'quaestiones Statianae' inscripta et Berolini a. 1871 emissa, olim mihi commodauit; descriptas a. 1872 Romae uersans iterum hic illic contuli. optandum tamen ut doctus aliquis Studemundianis oculis praeditus Politiani notas denuo examinet. ultro enim mihi suspicio oborta est, etsi raro, tamen aliquotiens nunc quidem pro Sangallensis lectionibus accipienda esse quae alterius illius uiri docti sunt.

Eam autem Politianus in excutiendo Sangallensi adhibuit diligentiam ut accurate pro illis temporibus enotaret scripturae discrepantiam. et plerumque quidem uarias lectiones uel inter lineas uel in margine editionis nulla addita sigla adscripsit, idque ibi potissimum ubi sola uitia typographica uel leuioris momenti diuersitates aderant. quamcumque autem lectionem ob aliquam causam memorabilem putauit, ei notam addidit siue *co pog* siue *ī li° pog* siue *antiq° cod* siue aliam similem. itaque ut dilucide appareat quid tacite, quid disertis uerbis e Sangallensi enotatum sit, **A** illa, haec **A*** significaui. praeterea Politianus editionis quoque Romanae a. 1475 a Domitio Calderino curatae haud raro excripsit uarietatem praeposita nota *Do;* suas etiam emendationes interdum admiscuit adposita sigla c^{e}. sed quantumuis diligenter in uniuersum in Sangallensi conferendo sit uersatus (ita ut nec minutias orthographicas plane aspernaretur), multum tamen abest ut ea quam nunc requirimus accuratione id fecerit: aequabilis illa omnibusque intenta cura desideratur. nam ut nonnulla ab eo adscripta iam legi nequeant: multae editionis principis lectiones,

quas in Sangallensi re uera extitisse numquam tibi persuadeas, silentio praeteritae; suntque in eis maioris momenti haud paucae. itaque non possum adstipulari Nohlio dissertationis laudatae pgg. 28—30 Politiani collationibus summam fidem uindicanti. eis autem locis, quibus Politianus nihil adnotauit, lectiones edit. principis (**a**) tum demum fide sunt dignae, cum codicum reliquorum [**C**] testimoniis confirmantur; diffidendum illis, ubi ab his recedunt. sed, quae est huius nostrae editionis ratio, omissis leuioribus nisi potiores scripturas ex **a** non adtuli*).

Sangallensis ante a. 1442 non descriptus esse uidetur; cf. O. Muellerus quaest. Statian. p. 4. hoc fere tempore apographum inde factum procreauit omnes qui nunc extant libros mss.; inter quos principes optinent locos duo codices. quorum prior est *Rehdigeranus* S. I, 6, 17, de quo accuratius egit O. Ribbeckius appendicis Uergil. praef. p. 26—28. imitatur autem hic liber antiquam scripturam, unde perperam docti nonnulli saeculo, si dis placet, XIII uel XIV adsignabant eundem. huius librarius latini sermonis paene ignarus, cum depingeret exemplaris ductus, locis plerisque mera uerborum monstra exhibet; nam quod interpolationibus refertus est saepe crassis, non ipsi sed eius exemplari culpa danda. Rehdigerani adhuc plus iusto aestimati collationem diligenter factam olim nobis dedit H. Nohlius. huic libro auctoritate plane par est codex *Budensis*, nunc Uindobonensis (nr. 252 apud. Endlicherum I p. 144), a docto librario scriptus et ab ista Rehdigerani neglegentia quidem liber, sed a propriis interpolationibus nec ipse inmunis. ceterum in Budensi numquam recedendum a manu prima; nam

*) ubicumque Polit. alicui lectioni aut suam aut Domitii coniecturam adscripsit, quin illam in Sangallensi repperit non dubitari potest. itaque talibus quoque locis **A** sigla interdum usus sum.

secunda hic illic siue in textu siue in margine restituit lectiones aliunde petitas, quibus mire cum Rehdigerano conuenit. cum Budensi artiore cognationis uinculo coniuncti sunt et *Salisburgensis* (et hic nunc Uindobonensis, nr. 251 Endl.) et *Urbinas* 649, sed ut Budensi longe cedant. hi autem duo libri, Rehdigeranus et Budensis, quamuis deprauati interpolatique sint et ipsi, tamen inter ceteros Statii codices summi sunt pretii. reliquorum enim turba, quamquam a neutro illorum pendent, magis etiam infecta est corruptione omnigena. inter quos referendi *Uaticani* 3282, 3283, 3875; *Reginensis* 1976; *Uallicellianus* C, 95; *Neapolitanus* III E 48. denique post inuentam artem typographicam exarati sunt *Leidensis* et *Parisinus* aliique nonnulli a prioribus criticis adhibiti, ut *Senensis, Capilupianus, Florentinus;* qui omnes doctorum Italorum coniecturis scatent neque proprium habent pretium ullum. nam et eae quas in Parisinum manus altera intulit lectiones non ex uetusto quodam libro, ut nonnulli putabant, petitae sunt, sed partim ex codice meliore Rehdigerani simili partim ex docti cuiusdam non inepti coniecturis fluxerunt. — plurimorum librorum supra commemoratorum collationes inspiciendas humanissime nobis concessit A. Imhofius; Parisini et Neapolitani lectiones suppeditauit C. Bursiani beneuolentia; libri Budensis locos nonnullos intercedente Theodoro Gomperzio iterum nobis comparauit Isidorus Hilbergius. — ceterum cf. de codicibus Statianis disserentes A. Imhofius in libellis 'de siluarum Statian. condicione critica' p. 35 sqq. et 'P. Papinii Statii ecloga ad uxorem' p. 1 sqq., H. Nohlius, quaest. Stat. p. 31—35.

Tres illae codicum familiae (Rehdig. — Budensis cum asseclis — reliquorum turba) non pro se quaeque ex ipso Sangallensi, sed ex uno eodemque huius apographo per uarios gradus, quos hic exponere longum est, fluxerunt. tot enim locis illae contra **A** uel adeo **A***
conspirant ut hic consensus explicari nequeat nisi ex

communi fonte, in quo iam multa false descripta nonnullaque interpolata essent. praeterea cum Sangallensis locis nonnullis damnum accepisset, apographi scriba non nimis attentus fuit litteris euanidis dinoscendis, Politiani autem diligentiae accuratiorem de eis notitiam debemus. et in his quoque lacunis libri nouicii ad unum omnes congruunt; cf. mus. Rhen. XXVIII p. 250 sqq. — hoc autem Sangallensis apographum ipsum quod nunc iam non possidemus, admodum dolendum est; quod si adesset, labori multo supersedere liceret. nam cum nouiciorum librorum inde profectorum nullus ea cui tuto confidere possis diligentia illud reddat cumque eorum singulorum lectiones incertae sint saepissime, ante omnia huic rei danda est opera ut ex consentienti plus minusue nouiciorum scriptura eiectis posterioribus Italorum et erroribus et commentis ea quae apographum praebuit, in quantum fieri licet, restituantur. quibus restitutis cum ueteris Sangallensis imago et ipsa deprauata euadat cumque Politiani conlatio non minus manca sit, uides quam parum tuto fundamento siluarum recensio innitatur.

Postulantibus autem editionis nostrae rationibus ut quam breuissime et omissis minutiis*) lectionis antiquitus traditae notitia daretur, uiam modo significatam inii et abiectis singulis libris apographum illud reconcinnare studui, cum praesertim integrum apparatum criticum ab eo exhiberi par esset, qui colligendo illi per multos annos operam studiumque impendit. itaque Imhofium mox plenam supellectilem Statii studiosis traditurum esse speramus; nos interim succincta nostra adnotatione ad promouenda haec studia aliquid conferre nobis uidemur.

Et haec quidem de Sangallensi. unum autem siluarum carmen reperire nobis contigit in codice antiquo. cum enim Politianus ad II 7 adnotasset: *Inueni hoc*

*) hinc raro ad orthographica commemoranda descendi; in quibus fere ubique optimos libros tacite sum secutus.

genethliacon in libro quodam uetusto, in quo erat cr̃ (? et̃ ?) liber M. Iuni Hypsi (? Nypsi ?) et contuli. erat in pagina . . . lucani ad oppiam. signatur littera (?) Δ mihique haec uerba subobscura reputanti sub Hypso uel Nypso illo latere uisus esset M. Iunius Nipsus gromaticus, in huius codices, ubicumque erat occasio, inquirere coepi. fauit incepto Fortuna, deprehendique tandem carmen diu quaesitum in codice Laurentiano plut. 29, 32 saeculi, ut nobis uidetur, decimi; ubi extat illud post Nipsum aliaque eius generis fol. 29ª—30ª (cf. Bandinius, codd. lat. II p. 47) scriptura perpetua, nisi quod singuli uersus punctis sunt inclusi plerumque. eodem autem libro sine dubio usus est Politianus, ut lectiones ab eo inde enotatae demonstrant. huius codicis a me conlati scriptura suo loco adposita. — Laurentiani autem contemplatione uetamur ne ex antiquioribus libris multum lucis his siluis accessurum speremus. nam quod ad summam corruptionis attinet ea iam in initio medii aeui erat eadem quacum hodie luctamur. unum attulisse sufficit Prisciani exemplum, qui silu. I 1, 107 deprauatum illud 'iura' iam exhibet. sin quonam necessitudinis uinculo inter se teneantur Laurentianus et Sangallensis quaeris: ex eodem utrosque exemplari fluxisse putauerim.

Iam ingentem qua siluae aperte laborant corruptelarum multitudinem inde a saeculo XV certatim tollere studebant docti. quorum conatus longe lateque sparsos (neque enim Burmanni alicuius diligentia hic uiam nobis quasi praemuniuerat*), primi, quantum in nobis erat, collegimus; unde emendationes aliquot coniecturasque, inprimis Marklandianos, suis reddere auctoribus licuit. sed hac quoque in parte fines huic editioni praescripti ex

*) sola primi libri carmina 1—3, ut et IV 6, notum est egregie ab Handio edita esse collecto undicumque apparatu. nec minus de III 5 bene meruit Imhofius.

inmensa materia prudenter ea quae alicuius momenti essent eligere coegerunt.

Postquam autem Domitius Calderinus eiusque aduersarius Angelus Politianus, deinde Auantius quique Aldinas curauerunt, mox Bernartius Geuartiusque et Gronouius, tum C. Barthius et Guietus Peyraredusque pro suo quisque ingenio poetae Neapolitano salutem lucemque attulerunt, extitit eidem par criticorum nobilissimum quodque Dauniae Camenae amatores numquam satis suspicient, Nicolaus Heinsius et Ieremias Marklandus. et illius quidem studia Papiniana, utpote in eius Aduersariis criticis uariisque commentariis latitantia, minus in uulgus enotuerunt neque eo quo par erat honore adhuc sunt habita*). ad huius et Marklandi merita recte aestimanda numquam obliuiscendum est, fere omnem eorum de siluarum condicione critica notitiam stetisse in editionibus aliquot uetustis; unde ob ipsius fundamenti incertitudinem eos a uero interdum aberrasse claret. itaque ab ingenio, quod utrique sane diuinum erat, auxilium petiuerunt; et accessit ingenio assidua poetarum latinorum lectio eaque quae iudicium non obrueret doctrina solida. his uirtutibus instructi mirum est quot illi maculas siluis deterserint, ut nescias utri eorum palmam deferas. sed Heinsius, qui non iustam siluarum recensionem egit sed desultoriam potius operam eis impendit, nescio an natiua ingenii felicitate plus praestiterit, cum contra in Marklando maius mentis acumen sit admirandum. quod

*) quin eius notas interdum tacite excripserunt. ueluti nuperrimus siluarum editor, Gustauus Queckius, ad IV 3, 20, postquam scripturam codicum attulit, haec posuit (praef. p. XXII): 'Legimus ergo: *hic segnes populi vias grauatus.* scriptum fuerat *secnis* pro *segnis.*' hausta sunt haec paene ad uerbum ex Heinsii Aduers. p. 104. — ceterum adfuit nobis ex bibliotheca uniuersitatis Gottingensis inter alia ad Statium pertinentia exemplar editionis Lindenbrogianae, in qua Burmannus cum suas tum Heinsii coniecturas plerasque adscripsit.

tamen acumen, ut fere fit, haud raro nimis ille intendit eoque relicta simplici ueritate ad falsa delapsus est. exemplo rem ostendam. silu. I 3, 50 sq. haec uulgo ante nostram editionem legebantur:

> Quicquid et argento primum uel in aere Myronis
> Lusit et enormes manus et experta colossos.

sensit Marklandus Myronem non recte enormes colossos expertum esse dici (nam Romana certe antiquitas ignorauit eius *ἔργα κολοσσικά*), sed nimis erat acutus adiciens, colossis illis non locum fuisse intra Uopisci aedes; cumque porro ex Myronis commemoratione concluderet alios quoque artifices praestantes nominatim fuisse adferendos, his aliisque causis ad iusto uiolentiora molienda adductus est. neglexit igitur simplicem ratiocinationem, quae est haec: Myronis colossos non cognitos habuere Romani; non apta est unius alicuius artificis commemoratio in tam generali uariorum operum metallorumque descriptione; absurde inter se opponuntur *aes* tam nude positum et *enormes colossi*, quippe qui ex aere plerumque fingerentur et ipsi. ex his rationibus equidem, ubi primum ante hos octo annos Statium attigi, sic scribendum putaui:

> Quicquid et argento primum, uel in aere *minore*
> Lusit et enormes manus est experta colossos.

iam enim recte ex contrario sibi obstant *aera minora* et *enormes colossi* iamque recte illa *lusisse*, hos multa scilicet cum cura *experta* esse artificum manus dicitur; accipiendum est autem illud 'primum' significatione non inusitata pro 'primarium' adiciturque post 'quicquid' illud 'enormes colossos' constructione quidem liberiore, sed in Statio toleranda. nec mediocriter hercle gauisus sum, cum hanc coniecturam postea ab ipsis codicibus uidi confirmatam; exhibent enim 'uel in aere minori', fluxit-

que uulgata ex unica editione principe; in qua quod Politianus e Sangallensi nil adnotauit, sane mirandum est.

Sed hoc uitium, si modo est uitium, Marklando non minus condonandum est quam illud, quod, cum tot uerborum monstra ei domanda essent, interdum hebescebat praetermisitque menda apertissima. ueluti III 3, 179 sq.:

haud aliter gemuit periuria Theseus
Litore, qui falsis deceperat Aegea uelis

nihil illi, ut et ceteris criticis plerisque, subolebat de uocis 'periuria' corruptela, quae, siqua alia, in propatulo est. quid enim? num Theseus redux, cum Aegea uideret interfectum, potius suam in Ariadnen perfidiam (quid enim uirgini desertae cum sene in mare se praecipanti?) quam mentem inmemorem et promissi patri olim dati oblitam incusauit detestatusque est? sed nullum omnino in comparatione instituta locum habuit causarum, quibus Theseus gemuit, expositio, ne ex simili causa Etruscum quoque patris obitum maeruisse suspicarentur lectorum animi. nam ne apud Statium quidem ceteroquin in adhibendis comparationibus non nimis diligentem talia possunt ferri. insistendum igitur codicum lectioni, qui 'Litora' praebent, restituendaque comparatio quam laxissima uel haec: 'haud aliter gemuit *per patria* Theseus Litora' uel altera similis.

Maiore autem quam modo commemorata iure Marklando, ut et Heinsio, obicias, quod poesis Statianae proprietates interdum neglexerunt et ad eorum qui aeuo Augusteo floruerunt poetarum normam rexerunt criticam. nostro demum saeculo, ut Burmannum eiusmodi nonnulla in Marklando inimice notantem omittam, rationem habere coeperunt peculiaris carminibus Statianis coloris. praetulit facem Ferdinandus Handius in editionis qua silu. I, 1—3 commentariis amplissimis instruxit praefat. p. X sqq. de hac re egregie in uniuersum locutus; et secuti sunt hunc uirum alii multi. sed ut iam Handius, ut

fere fit, nimio quodam omnia defendendi studio abripiebatur, ita eius pedissequi saepe tam peruerse lectionum a codd. exhibitarum extiterunt patroni et Marklandianae scilicet temeritati audaciaeque obuiam eundi cupiditate eo progressi sunt ut primarias artis criticae regulas haberent insuper et Statium, quicquid in buccam uenisset, scripsisse secure affirmarent satisque fere haberent, si uocabula legerentur latina. hanc interpretandi rationem, in qua multi hodie sibi placent, cum plurimis exemplis liceat inlustrare, duo promam. silu. V 2, 54 sqq. legimus:

quantusque negantem
Fluctibus occiduis fessoque Hyperione Thulen
Intrarit mandata gerens.

habetur illud 'negantem' in codd. omnibus. quod ut defenderet, Imhofius in scriptionis scolasticae Halis a. 1867 editae pp. 2—4 adducta exemplorum nube ostendit (id quod nemo in poetis latinis uel obiter uersatus ignorabat), 'negare alicui' significare 'officia alicui detrectare'. reiectis igitur Auantii et Domitii commentis (quorum ille rectissime 'nigrantem', hic praue 'natantem' coniecerat) retinendam dixit librorum scripturam legendumque remedio scilicet leniore 'negantem Fluctibus occiduis fessoque Hyperion*i* Thulen', securus ille sententiae plane peruersae; neque enim Thule Phoebo, sed hic utpote fessus potius illi denegat officia, unde legitur III 5, 20 'Hesperiae uada caligantia Thules' et IV 4, 62 'nigrae litora Thules'. uides quid Statio imputetur ab eis qui uerba solummodo spectant quique num in locum ea quadrent nauci habent. optime autem, ut iam significaui, Auantius legit 'nigrantem', cum omnia luce deficienti obscura recte dicantur 'nigra' uel 'nigrantia'; nimis enim suspicax hic quoque fuit Marklandus, quem locus ab ipso adlatus Thebaid. I 686 'aut nigrum occasibus [= sole occidente] intrat Oceanum' meliora potuit docere. restat igitur ut emendemus u. 55 initium. nam qui sint 'occidui' illi

'fluctus', nemo adhuc exposuit exponetue. rescripsi 'Lucibus occiduis', quod cum illo 'fessoque Hyperione' coniunctum est per figuram quam uocant ἓν διὰ δυοῖν; similiter habes II 2, 45 'haec domus *ortus* Aspicit et *Phoebi tenerum iubar*'.

Alterum de quo locuturus sum exemplum extat silu. III 5, 60, ubi praebent codd.:

Et nunc illa tenet uiduo quod sola cubili.

hoc cum anteriores mutassent in 'uiduum — cubile', nuperrime idem Imhofius reponendum ait; illum enim uerbi 'tenere' usum repetitum esse ex re militari. sed quod ante omnia ostendi debuit, translatum esse hunc usum ad res amatorias, non ostendit ex causa perspicua. nec enim ullus scriptor Romanus tam ineptus fuit ut puellam in cubili iacentem compararet cum exercitu castrisue locum aliquem tenentibus. nullo autem modo claret, cur Statius hoc quidem loco recesserit a consueto poetis latinis dicendi usu dederitque: 'et nunc illa *tepet* uiduo quod sola cubili'; cf. Catull. 68, 29 'frigida deserto tepefactet membra cubili', Tibull. I 8, 39, Propert. IV 7, 6, Ouid. am. III 5, 42 aliaque hoc genus multa.

Sed cum haud pauca supersint exempla ad demonstrandam interpretationis hodie a nonnullis exercitatae peruersitatem (alia nonnulla dedimus in mus. Rhen. l. 1 pp. 256—258), placet potius in uniuersum paucula disputare de poesis Statianae indole atque natura.

Statius quod ipse eam qua singula siluarum opuscula profudit celeritatem tam saepe tamque uerbose commemorat, certum sequitur consilium. cum enim non careret maliuolis inuidisque obtrectatoribus, a quibus carpendi materiam ex libellis illis facile peti posse praeuidit, horum cauillationibus obuiam ire studuit celeritatis ista confessione itentidem repetita. neque enim ignarus erat eorum quae in poesi sua iustae reprehensioni essent obnoxia. extemporalem audaciam Romani tantummodo

minutis illis quae lusus nugasque et ineptias uocabant poematiis concesserunt; in carminibus longioribus diurna lima studiumque multum expectabatur. nam postquam Ennius primus 'Musarum scopulos superarat et dicti studiosus erat', iam inde ab illo tempore magis magisque poetae Romani, qui quidem seriis carminibus pangendis dederunt operam, non emiserunt libros nisi multum per tempus cum cura perpolitos doctrinaeque speciminibus adornatos: plus ars ualebat quam ingenium. at Statius, ut ab ingenio maximus est in siluis, ita deficit ab arte. nam cum plerumque tempus breuissimum ad perficienda carmina a patronis iussa ei suppeteret, naturae indolem secutus minus expoliendi curae uacare potuit. uide quantum intersit inter Thebaida et siluas: illa, ut est 'bis senos multum uigilata per annos', docti operis nomen honoremque affectat; haec, ut ex libellis subito natis constant, uno ingenii titulo commendantur. sed uide simul, quid ueterum iudicium a nostro distet. cum enim a poetae temporibus per totam antiquitatem doctam Thebaida admirarentur unaque cum Uergilii Aeneide pro canone haberent, sed nauci facerent siluas forte fortuna in unico codice seruatas: nos contra, quae nunc est iudicandi norma, fere despicimus Thebaida ut opus propter ipsam doctrinam ieiunum languidumque, sed adamamus siluas ingenii calore et sine fuco longe quaesito scriptas uellemusque totis illius duodecim libris, si fieri liceret, redimere alteros harum quinque. ipse igitur artis doctrinaeque in siluis defectus displicuit ueteribus. nusquam autem magis iacent illae quam ubi (in comparationibus maxime) res mythologicae attinguntur. in reliquis omnibus sufficiebat fere ingenium et uersuum pangendorum experientia, uirtutes Statio quasi domi natae: in mythologicis opus erat doctrina et ad hanc comparandam studio. quam in rem cum tempore deficeretur cumque contra parergis doctis non uellet plane expertes esse uersus suos, ab hac parte inconsideratius atque adeo temere

processit Statius. uerbi gratia silu. III 5, 48 inter feminas domi a maritis se relictas dolentes habentur Aegiale et Meliboea, de quarum illa plane contraria narrant fabulae, haec nobis certe ignota est. uides quid rei sit: mera nomina posuit poeta nominibusque imponere studuit. aut cum Domitiani equum cum Troiano comparans I 1, 11 sqq. scriberet:

> Hunc neque discissis cepissent Pergama muris,
> Nec grege permixto pueri innuptaeque puellae,
> Ipse nec Aeneas nec magnus duceret Hector,

qua egit festinatione, oblitus est Hectorem tum temporis dudum inter mortuos fuisse*). aliis quoque siluarum locis multis, ubi altius introspicimus neque uerborum nos sonitu deleniri patimur, apparatu illo mythologico non recte adhibito offendimur, offendebanturque sine dubio ex ueteribus multi. haec igitur patienter ferenda sunt et excusanda ex ista scribendi celeritate. eademque neglegentia in aliis quoque rebus, maxime quae ad carminum compositionem attinent, cernitur.

Peruenimus ad dicendi genus. erat Statius summus uersuum faciendorum artifex. ex assidua lectione (fere omnes quos quidem nouimus poetas Romanos magis minusue aperta imitatione expressit) bona et indole et memoria adiutus id adsecutus erat ut nullo labore uersus funderet utque dictiones poeticas a prioribus usurpatas non tamquam seruus, sed ut rex atque dominus in proprium adhiberet usum. sed cum in Thebaide partim quasi quoddam certamen iniret cum anterioribus horumque dicta callide et artificiose imitaretur, partim nouas procuderet dictiones, contra in siluis magis tritas iniit

*) procliue est emendatiuncula aliqua talia tollere; ueluti mihi aliquando in mentem uenit Actoris nomen reponere. sed hoc est ipsum corrigere poetam.

uias; nimirum ipsum illud docte et imitari et nouare non sine uigiliis licuit fieri. itaque in siluis plerumque abstinuit a meditatis nouationibus satiusque duxit more uulgato loqui. nam quae uel sic siluis peculiaria (si cum priorum sermone comparas) remanent, uerba tumida et elocutionum ubertas, haec cum coaeuis poetis plane communia habet Statius. sed ibi quoque, ubi deflexit a consueto loquendi usu, ut interdum audacter, ita numquam absurde nouauit; ut ex. gr. ineptum sit putare, eum silu. II 2, 93 id quod codd. habent:

> Et Chios et gaudens fluctus spectare Carystos

scripsisse ad similitudinem locutionum quae sunt 'crocum olere, mare sapere', cum illud nil possit significare nisi hoc 'marmor Carystium in mare prospicere gaudens'. in talia loca non cadit illa extemporalis audaciae excusatio, quia in dictione poetica regnabat fere Statius neque ignorabat idem, multo facilius condonaturos esse aequales uitia doctrinae quam sermonis. neque enim cantilenas populares scripsit, sed libellos suos ab hominibus cultioribus legi uoluit. itaque sic ars critica in siluis est exercenda ut non nimis seuere examinemus ea quae ad doctrinam carminumque compositionem spectant; in sententiis ipsis uerbisque numquam obliuiscamur Statium etsi aliquando audaciorem simulque (ut in eorundem uocabulorum repetitione) neglegentiorem, minime tamen iudicii sanaeque mentis expertem fuisse; denique semper probe meminerimus haec carmina non in aere incisa, sed per uariorum librariorum uerba tradita magis magisque corrumpentium iterumque interdum corrupta pro suo captu corrigentium*) seriem ad nos peruenisse.

*) memorabile huius rei exemplum habes III 3, 79 'Quis superos metuens pariter tot templa, tot aras promeruisse datur'; in quibus praua est uox 'metuens' desideraturque, ut perspexit Marklandus, notio qualis est 'minister, sacerdos'. scripsit sine dubio poeta 'quis superis parens' (nam 'parere' est 'seruire';

Sed facilius in uniuersum dabis praecepta quam tuorum praeceptorum ipse ubiuis existes obediens. equidem, si eis qui omnia adtemptant codices nimis respexisse, eis autem qui litteras adorant nimis temerarius fuisse audibo, a recta uia non nimis aberrasse mihi uidebor.

---

cf. III 3, 49 et 198); postquam autem 'parens' ante 'pariter' intercidit, sciolus quidam reposuit 'superos metuens'.

Dabam Ienae d. 20 m. Augusti a. 1876.

P. PAPINII STATII

SILUARUM

LIBRI V.

INDEX NOTARUM.

A = conlatio libri Sangallensis a Politiano cum a instituta.
A* = lectiones disertis uerbis Sangallensi adtributae.
a = editio princeps.
C = libri Sangallensis apographum medio saec. XV factum, unde codices nouicii fluxerunt.
ς = doctorum Italorum coniecturae in codicibus nouiciis.
Dom. = Domitius Calderinus.
Markl. = Marklandus.
Ubi codicum lectionibus nil adiectum est, earum emendationes editionibus uetustis plerumque debentur.

INDEX CARMINUM.

P. PAPINII STATII
SILUARUM
LIBER I.

STATIUS STELLAE SUO SAL.

Diu multumque dubitaui, Stella iuuenis optime et in studiis nostris, qua parte coluisti, eminentissime, an hos libellos, qui mihi subito calore et quadam festinandi uoluptate fluxerunt, cum singuli de sinu meo prodierint, congregatos ipse dimitterem. quid enim *oportet me huius* quoque auctoritate editionis onerari, qui adhuc pro Thebaide mea, quamuis me reliquerit, timeo? sed et Culicem legimus et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus; nec quisquam est illustrium poetarum qui non aliquid operibus suis stilo remissiore praeluserit. quid? quod haec serum erat continere, cum illa uos certe, quorum honori data sunt, haberetis? sed apud ceteros necesse est multum illis pereat ex uenia, cum amiserint quam solam habuerunt gratiam celeritatis. nullum enim ex illis biduo

---

4 Statius stellę suo salutem **A C** ‖ 6 eminentissime qua parte uoluisti **Ca**, *correxi* ‖ 8 prodierint **A**: pro . . . . **C** prodiissent *Dom.* ‖ 9 quid no . . . . . quoque **A** quid . n . (*uel* enim) . . . . . quoque **C**; *suppleuit Domitius, nisi quod* me *ego inserui in musei Rhenani uol. XXVIII 250* ‖ 10 quo adhuc **C a**, *correxi; an* quoad adhuc *?* quod *Dom.* quom *Markl.* ‖ 12 *an* cognoscimus*?* ‖ 14 suis] seriis *Markl.* | haec] et *Heinsius*

longius tractum, quaedam et in singulis diebus effusa; quamquam timeo ne uerum istuc uersus quoque ipsi de se probent. primus libellus sacrosanctum habet testem: sumendum enim erat 'a Ioue principium'. ceterum hos uersus, quos in equum maximum feci, indulgentissimo imperatori postero die quam dedicauerat opus tradere iussus sum. 'potuisti illud' dicet aliquis 'et ante uidisse'. respondebis illi tu, Stella carissime, qui epithalamion tuum, quod mihi iniunxeras, scis biduo scriptum. audacter mehercles; sed tamen tantum *non CCC* hexametros habet. at fortasse tu pro collega mentieris. Manilius certe Uopiscus, uir eruditissimus et qui praecipue uindicat a situ litteras iam paene fugientes, solet ultro quoque nomine meo gloriari, uillam Tiburtinam suam descriptam a nobis uno die. sequitur libellus Rutilio Gallico conualescenti dedicatus, de quo nihil dico, ne uidear defuncti testis occasione mentiri. nam Claudi Etrusci testimonium est, qui balneolum a me suum intra moram cenae recepit. in fine sunt Kalendae Decembres, quibus utique creditur: noctem enim illam felicissimam et uoluptatibus publicis inexpertam *celebrant. uale.*

I.

EQUS MAXIMUS DOMITIANI IMP.

Quae superimposito moles geminata colosso
Stat Latium complexa forum? caelone peractum

---

20 quamquam timeo *scripsi:* quam timeo **A** quamuis mimeo **C** ‖ 25 iussus sum ς: iussum **C a** ‖ 28 sed tantum tamen exametros **C a**, *correxi* . sed tamen CCLXXVII hex. *Dom.* ‖ 29 at *Bernartius:* et **C a** | Manlius **C a**, *corr. Friedlaenderus* ‖ 33 Gallico conualescenti *Heinsius:* Gallico est ualenti **C** Gallico ualenti **a** ‖ 39 celebrant. uale *addidi*: *om.* **C a**; *uulgo* habent *additur post* felicissimam

I. EQUS **A**: Equus **C** | IMP. **A**: imperatoris **C** ‖ 1 super imposito **C a** | geminata **a**: gemmata **A C**

Fluxit opus? Siculis an conformata caminis
Effigies lassum Steropem Brontemque reliquit?
An te Palladiae talem, Germanice, nobis
Effinxere manus, qualem modo frena tenentem
Rhenus et attoniti uidit domus ardua Daci?
Nunc age fama prior notum per saecula nomen
Dardanii miretur equi, cui uertice sacro
Dindymon et caesis decreuit frondibus Ide.
Hunc neque discissis cepissent Pergama muris;
Nec grege permixto pueri innuptaeque puellae,
Ipse nec Aeneas nec magnus duceret Hector.
Adde quod ille nocens saeuosque amplexus Achiuos,
Hunc mitis commendat eques. iuuat ora tueri
Mixta notis belli placidamque gerentia pacem.
Nec ueris maiora putes: par forma decorque,
Par honor. ex uastis Martem non altius armis
Bistonius portat sonipes magnoque superbit
Pondere nec tardo raptus prope flumina cursu
Fumat et ingenti propellit Strymona flatu.
Par operi sedes. hinc obuia limina pandit,
Qui fessus bellis adscitae munere prolis
Primus iter nostris ostendit in aethera diuis.
Discitur e uultu, quantum tu mitior armis,
Qui nec in externos facilis saeuire furores
Das Cattis Dacisque fidem. te signa ferente
Et minor in leges iret gener et Cato pacis.
At laterum passus hinc Iulia tecta tuentur,
Illinc belligeri sublimis regia Pauli.
Terga pater blandoque uidet Concordia uultu.
Ipse autem puro celsum caput aere saeptus

---

10 Ide **A**: iden **C** ‖ 11 discussis ς ‖ 18 ex uastis *scripsi*: exhaustis **C a** exutis *Heinsius* ‖ 20 nec tanto raptus *Geuartius* ‖ 23 adscitae ς: adsectae (*ita* **a**) *uel* adsertae **C** ‖ 25 Discitur **A**: Discit et **C** ‖ 27 Cattis ς: captis **C a** ‖ 28 pacis *scripsi l. l. p. 252:* castris **C a** iustas *Cruceus* castus *Bursianus*

Templa superfulges et prospectare uideris,
An noua contemptis surgant palatia flammis
Pulchrius, an tacita uigilet face Troicus ignis
Atque exploratas iam laudet Uesta ministras.
Dextra uetat pugnis Latium: Tritonia uirgo
Non grauat et sectae praetendens colla Medusae
Ceu stimulis accendit equum; nec dulcior usquam
Lecta deae sedes. nec sic, pater, ipse teneres
Pectora, quae mundi ualeant euoluere curas.
En, cui se totis Temese dedit hausta metallis,
It tergo demissa clamys. latus ense quieto
Securum; magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hibernis et sidera terret Orion.
At sonipes habitus animosque imitatus equestres
Acrius attollit uultus cursumque minatur;
Cui rigidis stant colla iubis uiuusque per armos
Impetus et tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent. uacuae pro cespite terrae
Aerea captiui crinem terit ungula Rheni.
Hunc et Adrasteus uisum extimuisset Arion,
Et pauet aspiciens Ledaeus ab aede propinqua
Cyllarus. hic domini numquam mutabit habenas
Perpetuus frenis atque uni seruiet astro.
Uix sola sufficiunt, insessaque pondere tanto
Subter anhelat humus; nec ferro aut aere: laborant
Sub genio; teneat quamuis aeterna crepido,

---

33 superfulgens **C a**, *corr.* ς ‖ 37 pugnes latium **C**, *correxi coll. Theb. XII 558;* pugnas; laeuam ς **a** | uirgo ς: uulgo **C a** ‖ 38 praetendit **C a**, *corr.* ς ‖ 40 sic ς: si **C a** ‖ 42 En cui *scripsi:* Et quis **A** Et qui **C** Et cui *Gronouius* | themese dedit **A**: themes edidit **C** ‖ 43 It **A**: Et **C** ‖ 48 uiuusque **C**: nimiusque **a**; *malim* uiuosque ‖ 49 *puto* Imp. it; tantis ‖ 51 Aerea *Markl.:* Aenea **C a** | terit *Bernartius:* tegit **C a** ‖ 54 mutauit **C a**, *corr.* ς ‖ 55 Perpetuus **C**: Perpetuis ς **a** ‖ 56 tāto **A**: toto **C** ‖ 57 laborat ς ‖ 58 Sed genio *Aldus*

Quae superingesti portaret culmina montis
Caeliferique attrita genu durasset Atlantis.
Nec longae traxere morae. iuuat ipsa labores
Forma dei praesens, operique intenta iuuentus
Miratur plus posse manus. strepit ardua pulsu
Machina; continuos septem per culmina caelo
It fragor et magnae uincit uaga murmura Romae.
Ipse loci custos, cuius sacrata uorago
Famosique lacus nomen memorabile seruant,
Innumeros aeris sonitus et uerbere crudo
Ut sensit mugire forum, mouet horrida sancto
Ora situ meritaque caput uenerabile quercu.
Ac primum ingentes habitus lucemque coruscam
Expauit maioris equi terque ardua mersit
Colla lacu trepidans; laetus mox praeside uiso:
'Salue, magnorum proles genitorque deorum,
Auditum longe numen mihi! nunc mea felix,
Nunc ueneranda palus, cum te prope nosse tuumque
Immortale iubar uicina sede tueri
Concessum. semel auctor ego inuentorque salutis
Romuleae: tu bella Iouis, tu proelia Rheni,
Tu ciuile nefas, tu tardum in foedera montem
Longo Marte domas. quod si te nostra tulissent
Saecula, temptasses me non audente profundo
Ire lacu; set Roma tuas tenuisset habenas.'
Cedat equus, Latiae qui contra templa Diones
Caesarei stat sede fori; quem tradere's ausus
Pellaeo, Lysippe, duci; mox Caesaris ora
Mirata ceruice tulit: uix lumine fesso
Explores quam longus in hunc despectus ab illo.

---

64 continuos *uel* — nuus **C**: continuis **a** | caelo *Handius:* montis **C a** *ex u. 59* ‖ 65 uincit *Heinsius:* fingit **C a** ‖ 68 crudo] surdo *Scaliger* crebro *Markl.* ‖ 71 Ac **A**· At **C** ‖ 83 lacus et **C**, *corr. Markl.* lacus sed ς **a** (*idem* profundos) ‖ 85 tradere es *Aldus:* traderis **C a** ‖ 87 Mirata **C**: Aurata ς **a**

Quis rudis usque adeo qui non, ut uiderit ambos,
Tantum dicat equos quantum distare regentes?
Non hoc imbriferas hiemes opus aut Iouis ignem
Tergeminum, Aeolii non agmina carceris horret
Annorumue moras: stabit, dum terra polusque,
Dum Romana dies. huc et sub nocte silenti,
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur caelo miscebitque oscula iuxta.
Ibit in amplexus natus fraterque paterque
Et soror: una locum ceruix dabit omnibus astris.
Utere perpetuum populi magnique senatus
Munere. Apelleae cuperent te scribere cerae,
Optassetque nouo similem te ponere templo
Atticus Elei senior Iouis; et tua mitis
Ora Tarans, tua sidereas imitantia flammas
Lumina contempto mallet Rhodos aspera Phoebo.
Certus ames terras et quae tibi templa dicamus,
Ipse colas; nec te caeli iuuet aula, tuosque
Laetus huic dono uideas dare tura nepotes.

II.

EPITHALAMIUM IN STELLAM ET UIOLENTILLAM.

Unde sacro Latii sonuerunt carmine montes?
Cui, Paean, noua plectra moues humeroque comanti
Facundum suspendis ebur? procul ecce canoro

I 107 Priscianus II p. 10 Hertz: 'Statius quoque huic uidetur protulisse per diaeresin in primo siluarum: Laetus — nepotes'.

94 huc ς: hoc **A C** | *fort.* en ‖ 96 iuxta **A C**: iuncta **a**; *magis placerent* oscula muta ‖ 100 pelle(a)e **C a**, *corr.* ς ‖ 102 senior] genitor *Liuineius*, *alii alia* ‖ 103 tarans **C**: tonans ς **a** ‖ 107 Lętus **A C** *Priscianus:* Laetius ς | tura ς: iura **C a**, *Prisciani libri fere omnes*
II: Epithalamium **A**: Epithalamion **C**

Demigrant Helicone deae quatiuntque nouena
Lampade sollemnem thalamis coeuntibus ignem
Et de Pieriis uocalem fontibus undam.
Quas inter uultu petulans Elegea propinquat
Celsior adsueto diuasque hortatur et ambit
Alternum fultura pedem decimamque uideri
Se cupit et medias fallit permixta sorores.
Ipsa manu nuptam genetrix Aeneia ducit
Lumina demissam et dulci probitate rubentem,
Ipsa toros et sacra parat cinctuque Latino
Dissimulata deam crinem uultusque genasque
Temperat atque noua gestit minor ire marita.
Nosco diem causasque sacri: te concinit iste
(Pande fores!), te, Stella, chorus; tibi Phoebus et Euhan
Et de Maenalia uolucer Tegeaticus umbra
Serta ferunt. nec blandus Amor nec Gratia cessat
Amplexum niueos optatae coniugis artus
Floribus innumeris et olenti spargere nimbo.
Tu modo fronte rosas, uiolis modo lilia mixta
Excipis et dominae niueis a uultibus obstas.
Ergo dies aderat Parcarum conditus albo
Uellere, quo Stellae Uiolentillaeque professus
Clamaretur hymen. cedant curaeque metusque,
Cessent mendaces obliqui carminis astus,
Fama tace: subiit leges et frena momordit
Ille solutus amor: consumpta est fabula uulgi,
Et narrata diu uiderunt oscula ciues.
Tu tamen attonitus, quamuis data copia tantae
Sortis, adhuc optas permissaque numine dextro
Uota paues. pone o dulcis, suspiria, uates,

9 fultura ς: factura **C a** fractura *Geuartius* tractura *Heinsius* ‖ 11 ducit **A**: duxit **C** ‖ 12 Lumine **C a** ‖ 13 cinctuque *Barthius*: cętuque **C a** cultuque *T. Faber* ‖ 23 dominis niueis **C a** ‖ 27 mordaces *Markl.* | ausus *Heinsius; malim* obl. murmuris orsus ‖ 32 Sortis *Markl.:* Noctis **C a** | premissaque *uel* promissaque *(ita* **a**) **C**, *corr. Heinsius*

Pone: tua est. licet expositum per limen aperto
Ire, redire gradu: iam nusquam ianitor aut lex
Aut pudor. amplexu tandem satiare petito
(Contigit!) et duras pariter reminiscere noctes.
Digna quidem merces, et si tibi Iuno labores
Herculeos, Stygiis et si concurrere monstris
Fata darent, si Cyaneos raperere per aestus.
Hanc propter tanti Pisaea lege trementem
Currere et Oenomai fremitus audire sequentis.
Nec si Dardania pastor temerarius Ida
Sedisses, haec dona forent, nec si alma per auras
Te potius prensum aueheret Tithonia biga.
Sed quae causa toros inopinaque gaudia uati
Attulit, hic mecum, dum feruent agmine postes
Atriaque et multa pulsantur limina uirga,
Hic, Erato iocunda, doce. uacat apta mouere
Colloquia, et docti norunt audire penates.
Forte, serenatı qua stat plaga lactea caeli,
Alma Uenus thalamo pulsa modo nocte iacebat
Amplexu duro Getici resoluta mariti.
Fulcra torosque deae tenerum premit agmen Amorum;
Signa petunt quas ferre faces, quae pectora figi
Imperet; an terris saeuire an malit in undis,
An miscere deos an adhuc uexare Tonantem.
Ipsi animus nondum nec cordi fixa uoluntas.
Fessa iacet stratis, ubi quondam conscia culpae
Lemnia deprenso repserunt uincula moecho.
Hic puer e turba uolucrum, cui plurimus ignis
Ore manuque leui numquam frustra acta sagitta,
Agmine de medio tenera sic dulce profatur

36 potito ς ‖ 45 prensa ueheret **C a**, *correxi.* prensum *iam Parrhasius* ‖ 46 uatis **C**; *de* **A** *non liquet* ‖ 60 moecho *Jacobsius:* lecto **C a**, *quo seruato* deprensae *Handius;* furto *Markl.* ‖ 62 frustra acta *scripsi:* frustrata **C a**, *quo retento* manumque leuem *Heinsius* ‖ 63 profatus **a**

Uoce (pharetrati pressere silentia fratres):
'Scis ut, mater', ait 'nulla mihi dextera segnis
Militia; quemcumque hominum diuumque dedisti,
Uritur. at quondam lacrimis et supplice dextra
Et uotis precibusque uirum concede moueri,
O genetrix: duro nec enim ex adamante creati,
Sed tua turba sumus. clarus de gente Latina
Est iuuenis, quem patriciis maioribus ortum
Nobilitas gauisa tulit praesagaque formae
Protinus e nostro posuit cognomina caelo.
Hunc egomet tota (quoniam tibi dulce) pharetra
Improbus et densa trepidantem cuspide fixi.
Quamuis Ausoniis multum gener ille petitus
Matribus, edomui uictum dominaeque potentis
Ferre iugum et longos iussi sperare per annos.
Ast illam summa leuiter (sic namque iubebas)
Lampade parcentes et inerti strinximus arcu.
Ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes
Testis ego, attonitus quantum me nocte dieque
Urgentem ferat. haud ulli uehementior umquam
Incubui, genetrix, iterataque uulnera fodi.
Uidi ego et immiti cupidum decurrere campo
Hippomenem, nec sic meta pallebat in ipsa.
Uidi et Abydeni iuuenis certantia remis
Brachia laudauique manus et saepe natanti
Praeluxi: minor ille calor quo saeua tepebant
Aequora: tu ueteres, iuuenis, transgressus amores.
Ipse ego te tantos stupui durasse per aestus
Firmauique animos blandisque madentia plumis
Lumina detersi. quotiens mihi questus Apollo,
Sic uatem maerere suum! iam, mater, amatos

67 dextra] questu *Schraderus* ‖ 68 uiri *Bernartius* ‖ 74 quoniam *Parrhasius:* quondam **C a** ‖ 82 attonitus **A**: attonito **C** ‖ 84 fodi **A C**; *malim* fudi ‖ 86 in ima *Markl.*

Indulge thalamos. noster comes ille piusque
Signifer: armiferos poterat memorare labores
Claraque facta uirum et torrentes sanguine campos,
Set tibi plectra dedit mitisque incedere uates
Maluit et nostra laurum subtexere myrto;
Hic iuuenum lapsus suaque, haut extrema, reuoluit
Uulnera; pro! quanta est Paphii reuerentia, mater,
Numinis: hic nostrae defleuit fata columbae.'
Dixerat, et tenera matris ceruice pependit
Blandus et admotis tepefecit pectora pennis.
Illa refert, multum non aspernata rogari:
'Grande quidem rarumque uiris, quos ipsa probaui,
Pierius uotum iuuenis capit. hanc ego formae
Egregium mirata decus, cui gloria patrum
Et generis certabat honos, tellure cadentem
Excepi fouique sinu; nec colla genasque
Comere nec pingui crinem deducere amomo
Cessauit mea, nate, manus. mihi dulcis imago
Prosiluit. celsae procul aspice frontis honorem
Suggestumque comae. Latias metire quid ultra
Emineat matres; quantum Latonia nymphas
Uirgo premit quantumque egomet Nereidas exto.
Haec et caeruleis mecum consurgere digna
Fluctibus et nostra potuit considere concha;
Et si flammigeras fas esset scandere sedes
Hasque intrare domos, ipsi erraretis, Amores.
Huic quamuis census dederim largita beatos,
Uincit opes animo. querimur iam Seras auaros

95 Indulget **C a** ‖ 96 poterat] *exspectes* suerat *uel* norat ‖ 98 Sed *Politianus:* Sic **C a** ‖ 100 haud ς: aut **C a** | extrema **a**: externa **C** ‖ 103 Finis at et tenera **A**, *ut uid.;* Finis erat (Finierat) tenera **C** Dixerat et ten. ς. *possis* Sic ait et ten. ‖ 105 multum *scripsi:* uultum **C** uultu ς **a** ‖ 107 cupit **C a**, *corr. Markl.* ‖ 113 honores **C a**, *corr.* ς ‖ 119 flam(m)igeras **C**: flammiferas **a** | fas esset *scripsi:* potuisset **C a** *ex u. praeced.* ‖ 122 queritur **C a**, *corr. Peyraredus.*

Angustum spoliare nemus Clymeneaque desse
Germina nec uirides satis inlacrimare sorores;
Uellera Sidonio iam pauca rubescere tabo
Raraque longaeuis niuibus crystalla gelari.
Huic Hermum fuluoque Tagum decurrere limo
(Nec satis ad cultus), huic uda monilia Glaucum
Proteaque atque omnem Nereida quaerere iussi.
Hanc si Thessalicos uidisses, Phoebe, per agros,
Erraret secura Daphne. si in litore Naxi
Theseum iuxta foret haec conspecta cubile,
Gnosida desertam profugus liquisset et Euhan.
Quod nisi me longis placasset Iuno querelis,
Falsus huic pinnas et cornua sumeret aethrae
Rector, in hanc uero cecidisset Iupiter auro.
Sed dabitur iuueni, cui tu, mea summa potestas,
Nate, cupis, thalami quamuis iuga ferre secundi
Saepe neget maerens. ipsam iam cedere sensi
Inque uicem tepuisse uiro.' sic fata leuauit
Sidereos artus thalamique egressa superbum
Limen Amyclaeos ad frena citauit olores.
Iungit Amor laetamque uehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet. iam Thybridis arces
Iliacae: pandit nitidos domus alta penates,
Claraque gaudentes plauserunt limina cygni.

135. Priscianus II p. 10 H. 'Statius quoque huic uidetur protulisse per diaeresin in primo siluarum . . . . idem in eodem: Falsus — aethrae'.

123 Angustum **A C**: Augustum ς | spoliasse *Heinsius* | deesse **C a** ‖ 127 Hinc **C a** ‖ 128 hinc uda **C a**; Inda *Dom.* ‖ 131 secura daphnes in lit. **C**, *corr. Tollius, nisi quod* in *omisit.* daphnes secura in lit. **a** ‖ 135 Falsus *Priscianus* **A C**: Falsas ς | pinnas *optimi Prisciani codd.:* pennas **A C** ‖ 136 uero] alio *Markl.* iterum *Burmannus*

Digna deae sedes uiridis, nec sordet ab astris.
Hic Libycus Phrygiusque silex, hic dura Laconum
Saxa uirent; hic flexus onyx et concolor alto
Uena mari rupesque nitent, quis purpura saepe
Oebalis et Tyrii moderator liuet aeni.
Pendent innumeris fastigia nixa columnis;
Robora Dalmatico lucent satiata metallo.
Excludunt radios siluis demissa uetustis
Frigora, perspicui uiuunt in marmore fontes.
Nec seruat natura uices: hic Sirius alget,
Bruma tepet, uersumque domus sibi temperat annum.
Exultat uisu tectisque potentis alumnae
Non secus alma Uenus quam si Paphon aequore ab alto
Idaliasque domos Erycinaque templa subiret.
Tunc ipsam solo reclinem adfata cubili:
'Quonam hic usque sopor uacuique modestia lecti,
O mihi Laurentes inter dilecta puellas?
Quis morum fideique modus? numquamne uirili
Summittere iugo? ueniet iam tristior aetas.
Exerce formam et fugientibus utere donis.
Non ideo tibi tale decus uultusque superbos
Meque dedi, uiduos ut transmittare per annos
Ceu non cara mihi. satis o nimiumque priores
Despexisse procos. at enim hic tibi sanguine toto
Deditus unam omnes inter miratur amatque,
Nec formae nec stirpis egens: nam docta per urbem
Carmina qui iuuenes, quae non didicere puellae?
Hunc et bis senos (sic indulgentia pergat
Praesidis Ausonii) cernes attollere fasces
Ante diem; certe iam nunc Cybeleia nouit
Limina et Euboicae carmen legit ille Sibyllae.

---

147 uiridis **C a** (*de* **A** *non liquet*): nitidis *Dom.* ‖ 150 saepe] cedit *Markl.; puto* sordet ‖ 154 demissa **C**: decussa **ς a** ‖ 161 recliuem **C a** ‖ 169 clara **C a** ‖ 176 mouit **C a**

Iamque parens Latius, cuius praenoscere mentem
Fas mihi, purpureos habitus iuuenique curule
Indulgebit ebur Dacasque (ea gloria maior)
Exuuias laurosque dabit celebrare recentes.
Ergo age, iunge toros atque otia deme iuuentae.
Quas ego non gentes, quae non face corda iugaui?
Alituum pecudumque mihi durique ferarum
Non renuere greges; ipsum in conubia terrae
Aethera, cum pluuiis rarescunt nubila, soluo.
Sic rerum series mundique reuertitur aetas.
Unde nouum Troiae decus ardentumque deorum
Raptorem, Phrygio si non ego iuncta marito,
Lydius unde meos iterasset Thybris Iulos?
Quis septemgeminae posuisset moenia Romae
Imperii Latiale caput, ni Dardana furto
Cepisset Martem, nec me prohibente, sacerdos?'
His mulcet dictis tacitoque inspirat honore
Conubii. redeunt animo iam dona precesque
Et lacrimae uigilesque uiri prope limina questus,
Asteris et uatis totam cantata per urbem,
Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu,
Quantum non clamatus Hylas. iamque aspera coepit
Flectere corda libens et iam sibi dura uideri.
Macte toris, Latios inter placidissime uates,
Quod durum permensus iter certisque sub oris
Prendisti portus. nitidae sic transfuga Pisae
Amnis in externos longe flammatus amores
Flumina demerso trahit intemerata canali,

---

180 dacasque et gloria **A C**, *correxi.* en *Handius* ‖ 183 mentes *Heinsius* | iugali **C a**, *corr. Dom.* ‖ 192 ni *ego:* si **C** nisi **ς a** ‖ 194 tacitoque i. honorem **C a**, *correxi.* tacitumque *et* amorem **ς** ‖ 195 iam uota *Markl.* ‖ 201 placitissime *Schraderus* ‖ 202 certisque sub oris *scripsi:* c(o)eptique laboris **C a** coeptosque labores *Markl.* ‖ 203 nitidae *uel* nitiade **C**; **A*** nctiae *uidetur habere, sed ut* ct *incerta sint* ‖ 204 Amnis **ς**: Annus **C a**

Donec Sicanios tandem prolatus anhelo
Ore bibat fontes; miratur dulcia Nais
Oscula nec credit pelago uenisse maritum.
Quis tibi tunc alacri caelestum en! munere claro,
Stella, dies? quanto salierunt pectora uoto,
Dulcia cum dominae dexter conubia uultus
Adnuit! ire polo nitidosque errare per axes
Uisus. Amyclaeis minus exultauit harenis
Pastor ad Idaeas Helena ueniente carinas;
Thessala nec talem uiderunt Pelea Tempe,
Cum Thetin Haemoniis Chiron accedere terris
Erecto prospexit equo. quam longa morantur
Sidera! quam segnis uotis aurora mariti!
At procul ut Stellae thalamos sensere parari
Laetous uatum pater et Semeleius Euhan,
Hic mouet Ortygia, mouet hic rapida agmina Nysa.
Huic Lycii montes gelidaeque umbracula Thymbrae
Et, Parnase, sonas: illi Pangaea resultant
Ismaraque et quondam genialis litora Naxi.
Tunc caras iniere fores comitique canoro
Hic chelyn, hic flauam maculoso nebrida tergo,
Hic thyrsos, hic plectra ferunt; hic enthea lauro
Tempora, Minoa crinem premit ille corona.
Uixdum emissa dies, et iam socialia praesto
Omina, iam festa feruet domus utraque pompa.
Fronte uirent postes, ecfulgent compita flammis,
Et pars immensae gaudet celeberrima Romae.
Omnis honos, cuncti ueniunt ad limina fasces;
Omnis plebeio teritur praetexta tumultu
Hinc, eques hinc; iuuenumque arto stola mixta laborat.

---

209 en *ego:* in **C a**, *del. Dom.* || 223 Parnasse sonas *Dan. Heinsius:* parnasis (— sus **ς a**) honos **C a** || 230 Omina **A**: Omnia **C** Agmina *Markl.* || 231 et fulgent **C a**, *correxi;* effulgent *Markl.* || 235 iuuenumque arto *scripsi:* iuuenum questus **C a** iuuenum coetu *Bernartius*

Felices utrosque uocant, sed in agmine plures
Inuidere uiro. iamdudum poste reclinis
Quaerit Hymen thalamis intactum dicere carmen,
Quo uatem mulcere queat. dat Iuno uerenda
Uincula, et insignes geminat Concordia taedas.
Hic fuit ille dies: noctem canat ipse maritus!
Quantum nosse licet, sic uicta sopore doloso
Martia fluminea posuit latus Ilia ripa;
Non talis niueos tinxit Lauinia uultus,
Cum Turno spectante rubet; non Claudia talis
Respexit populos mota iam uirgo carina.
Nunc opus, Aonidum comites tripodumque ministri,
Diuersis certare modis: eat enthea uittis
Atque hederis redimita cohors, ut pollet ouanti
Quisque lyra. sed praecipue qui nobile gressu
Extremo fraudatis opus, date carmina festis
Digna toris. hunc ipse Coo plaudente Philetas
Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso Tomis diuesque foco lucente Tibullus.
Me certe non unus amor simplexque canendi
Causa trahit: tecum similes iunctaeque Camenae,
Stella, mihi, multumque pares bacchamur ad aras
Et sociam doctis haurimus ab amnibus undam.
At te nascentem gremio mea prima recepit
Parthenope, dulcisque solo tu gloria nostro
Reptasti. nitidum consurgat ad aethera tellus
Eubois et pulcra tumeat Sebethos alumna;
Nec sibi sulphureis Lucrinae Naides antris
Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.

---

237 recliuis **C a** || 240 insigni g. C. teda **C a**, *corr. Boxhornius* || 242 nosse **ς a**: nosce **C** || 244 tinxit *Guietus:* strinxit **C a** || 248 uittis **ς**: uictis **C a** || 250 praecipui **C a** || 251 epos *Heinsius* || 252 coo **ς a**: choo **C**; choro *Auantius; cf. Lachmannus ad Lucr. p. 159* | philetes **A C**. || 264 tibi *ed. Parmensis*

Eia age, praeclaros Latio properate nepotes,
Qui leges, qui castra regant, qui carmina ludant.
Acceleret partu decumum bona Cynthia mensem,
Sed parcat Lucina precor; tuque ipse parenti
Parce, puer, ne mollem uterum, ne stantia laedas
Pectora; cumque tuos tacito natura recessu
Formabit uultus, multum de patre decoris,
Plus de matre feras. at tu, pulcherrima forma
Italidum, tandem merito possessa marito,
Uincla diu quaesita foue: sic damna decoris
Nulla tibi; longe uiridis sic flore iuuentae
Perdurent uultus, tardeque haec forma senescat.

III.

UILLA TIBURTINA MANILII UOPISCI.

Cernere facundi Tibur glaciale Uopisci
Si quis et inserto geminos Aniene penates,
Aut potuit sociae commercia noscere ripae
Certantisque sibi dominum defendere uillas,
Illum nec calido latrauit Sirius astro,
Nec grauis aspexit Nemeae frondentis alumnus:
Talis hiems tectis, frangunt sic improba solem
Frigora, Pisaeumque domus non aestuat annum.
Ipsa datur tectum tenera struxisse Uoluptas;
Tum Uenus Idaliis unxit fastigia sucis
Permulsitque crocis blandumque reliquit odorem

---

267 regant **A**: legant **C** ‖ 272 Formarit **C a**, *correxi.*
III. *In titulo* Manilii **C a**: Manlii *Dom.* ‖ 2 inserto ϛ **a**: insertos **C** ‖ 8 Pisaeoque — anno *Markl.* ‖ 9 Ipsa manu tenera tecum (tectum ϛ) scripsisse uoluptas **C a**, *correxi.* Uisa manu *ed. Gryphiana.* Ipsa manu tenera fertur scrips. *Barthius* ‖ 10 Tunc **C a**, *corr. Lindenbrogius* ‖ 11 crocis *Schraderus:* comis **C a** comas *Dom.* | odorem *Scriuerius:* honorem **C a**

Sedibus, et uolucres uetuit decedere natos.
O longum memoranda dies! quae mente reporto
Gaudia, quam lassos per tot miracula uisus!
Ingenium quam mite solo! quae forma beatis
Arte manus facieque locis! non largius usquam
Indulsit natura sibi. nemora alta citatis
Incubuere uadis; fallax responsat imago
Frondibus, et longas eadem fugit unda per umbras.
Ipse Anien (miranda fides) infraque superque
Saxeus hic tumidam rabiem spumosaque ponit
Murmura, ceu placidi ueritus turbare Uopisci
Pieriosque dies et alentes carmina somnos.
Litus utrumque domi, nec te mitissimus amnis
Diuidit. alternas seruant praetoria ripas
Non externa sibi fluuioue apstare queruntur.
Sestiacos nunc fama sinus pelagusque natatum
Iactet et audaci iunctos delphinas ephebo!
Hic aeterna quies, nullis hic iura procellis,
Numquam feruor aquis. datur hic transmittere uisus
Et uoces et paene manus. sic Chalcida fluctus
Expellunt flaui, sic dissociata profundo
Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum.
Quid primum mediumue canam, quo fine quiescam?
Auratasne trabes an Mauros undique postis
An picturata lucentia marmora uena

---

12 discedere **A C**, *correxi* ‖ 16 facieque *scripsi l. l. p. 253:* artemque **C a** concessa ϛ ‖ 19 unda per umbras ϛ: umbra per undas **C a** ‖ 20 Ipse *Dom.:* Ipsa **C a** | anien **A***: autem **C** ‖ 21 Uix suus *Markl.; possis* Tam ferus ‖ 23 alentes *Heinsius:* habentes **C a** ‖ 24 *corruptus.* L. utrimque, domus: nec se m. a. *Lipsius; et certe* domus *necessarium est; fortasse* L. u. domus tenet et mit. a. | amnis ϛ: annus **C** annis **A**, *ut uid.* ‖ 26 fluuioue apstare *scripsi:* fluuiorum optare **C a**, fluuiumue obstare *Dom.* ‖ 28 uīctos **A** uictos **C** ‖ 32 Expellunt *uix sanum;* Dispescunt *Heinsius* Diuellunt *Guietus* | flaui *scripsi:* fluuii **C a** reflui *Lindenbrogius* refugi *Cruceus* ‖ 36 uena **A* C**: luna ϛ

Mirer an emissas per cuncta cubilia lymphas?
Huc oculis, huc mente trahor. uenerabile dicam
Lucorum senium? te, quae uada fluminis infra
Cernis, an ad siluas quae respicis, aula, tacentis,
Qua tibi tuta quies offensaque turbine nullo
Nox silet et pigros mittunt iam murmura somnos?
An quae graminea suscepta crepidine fumant
Balnea et impositum riuis algentibus ignem?
Quaque uaporiferis iunctus fornacibus amnis
Ridet anhelantes uicino flumine Nymphas?
Uidi artes ueterumque manus uariisque metalla
Uiua modis. labor est auri memorare figuras,
Aut ebur aut dignas digitis contingere gemmas,
Quicquid et argento primum, uel in aere minori
Lusit et enormes manus est experta colossos.
Dum uagor aspectu uisusque per omnia duco,
Calcabam necopinus opes. nam splendor ab alto
Defluus et nitidum referentes aera testae
Monstrauere solum; uarias ubi picta per artes
Gaudet humus superatque nouis asarota figuris.
Expauere gradus. quid nunc laquearia mirer
Aut quid partitis distantia tecta trichoris?
Quid te, quae mediis seruata penatibus arbor
Tecta per et postes liquidas emergis in auras,
Quo non sub domino saeuas passura bipennes?
Set nunc ignauos forsan uel lubrica Nais
Uel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.

37 nymphas **C a**, *corr.* ς. ‖ 41 tuta **A**: tota **C** ‖ 42 Nox ς **a**: Mox **C** | pigros *Peyraredus*: nigros **C a** | mittunt iam *scripsi*: mutantia **C** imitantia ς **a** inuitant *Peyraredus* ‖ 44 riuis *scripsi* ripis **C a** ‖ 45 Quique *Markl.*; *puto* Quodque ‖ 46 digitos *Maduigius* ‖ 50 minori **C**: myronis **a** ‖ 57 laquearia *scripsi*: ingentia **C**; *quid* **A** *habeat, incertum,* u *super* in *posito.* ingentia mirer Atria? quid paribus *Markl.* ‖ 62 Set *scripsi*: Et **C a** At *Gronouius*; | ignauos *scripsi*: ignaro **C a** ignoro *Politianus* ignarae *Heinsius* intactae *Gronouius* ‖ 63 tibi] ubi **C a** | demet **A** * **C**: debet *Heinsius* comet *Gronouius*

Quid referam alternas gemino super aggere mensas
Albentesque lacus altosque in gurgite fontes?
Teque, per obliquum penitus quae laberis amnem,
Marcia, et audaci transcurris flumina plumbo,
Ne solum Ioniis sub fluctibus Elidis amnem
Dulcis ad Aetnaeos deducat semita portus?
Illis ipse antris Anienus fonte relicto
Nocte sub arcana glaucos exutus amictus
Huc illuc fragili prosternit pectora musco,
Aut ingens in stagna cadit uitreasque natatu
Plaudit aquas. illa recubet Tiberinus in umbra,
Illic sulphureos cupit Albula mergere crines,
Haec domus Egeria nemoralem abiungere Phoeben
Et Dryadum uiduare choris algentia possit
Taygeta et siluis accersere Pana Lycaeis.
Quod ni templa darent alias Tirynthia sortes,
Et Praenestinae poterant migrare sorores.
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria uosque,
Qui numquam uacui prodistis in aethera, rami?
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
Iugera Lucrinaeque domus litusque cruenti
Antiphatae; cedant uitreae iuga perfida Circes
Dulichiis ululata lupis arcesque superbae
Anxuris et sedes, Phrygio quas mitis alumno
Debet anus; cedant, quae te iam solibus artis
Antia nimbosa reuocabunt litora bruma.
Scilicet hic illi moderantur pondera mores;

64 alterno geminas *Markl.* ‖ 65 aliosque *Bernartius* ‖ 67 Martia **C** (*de* **A** *non liq.*) ‖ 68 *sq.* Ne — deducat *Wakefieldus*: An — deducat **C a** An — deducit *edd.* ‖ etneos **A**: ethneos **C** ‖ 70 anienem **C** aniene in **a** ‖ 71 archana **a**: arc(h)ano **A C** ‖ 74 Tiberinus **A**: tiburnus **C** | recubat **C a**, *correxi* ‖ 76 Egeriae **C a**, *corr. Handius* | abiungere **A**: adiungere **C** ‖ 89 Antia *Markl.*: Auia **C a** ‖ 90 hic illi meditantur pondera **C a**, hic hilari miscentur pondere *Markl.*, hic hilares moderantur pondera *Burmannus* hic nulli meditantur *Maduigius*

Hic premitur fecunda quies uirtusque serena
Fronte grauis sanusque nitor luxuque carentes
Deliciae, quas ipse suis degressus Athenis
Mallet deserto senior Gargettius horto;
Haec per et Aegeas hiemes Hyadumque niuosum
Sidus et Oleniis dignum petiisse sub astris,
Quam Maleae credenda ratis Siculosque per aestus
Sit uia: cur oculis sordet uicina uoluptas?
Hic tua Tiburtes Faunos chelys et iuuat ipsum
Alciden dictumque lyra maiore Catillum,
Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris
Siue chelyn tollas heroa ad robora siue
Liuentem satiram nigra rubigine uibres
Seu tua non alia splendescat epistola cura.
Digne Midae Croesique bonis et Perside gaza,
Macte bonis animi! cuius stagnantia rura
Debuit et flauis Hermus transcurrere ripis
Et limo splendente Tagus. sic docta frequentes
Otia, sic omni detersus pectora nube
Finem Nestoreae precor egrediare senectae.

IV.

SOTERIA RUTILII GALLICI.

Estis, io, superi, nec inexorabile Clotho
Uoluit opus, uidet alma pios Astraea Iouique
Conciliat! uiuit dubitataque sidera cernit

---

92 nitor ς: genitor **C** decor ς **a** ‖ 93 digressus **C a**, *correxi* ‖ 94 gargeticus orto **C** gargetius **A** ‖ 95 Hyadumque *Heinsius*: pliadumque **C a** ‖ 97 Quam *scripsi*: Si **C a**; *in enuntiato priore suppleas* potius ‖ 102 tollas **A**: tollis **C** ‖ 103 uibres *Scriuerius*: turbes **C a** turpes *Geuartius* ‖ 104 non alta *Lindenbrogius* ‖ 109 detersus *Heinsius*: detectus **C a**

IV. *in titulo* RUTILII **A**: rutuli **C** ‖ 3 Conciliat uiuit *Nic. Hopfius*: Conciliata cadit **C a** Conciliata redit *Barthius* Conciliat. credit *Hemsterhusius*

Gallicus. en! caelo diue's Germanice cordi
(Quis neget?): erubuit tanto spoliare ministro
Imperium Fortuna tuum. stat proxima ceruix
Ponderis immensi damnosaque fila senectae
Exuit atque alios melior reuirescit in annos.
Ergo alacres, quae signa colunt urbana, cohortes,
Inque sinum quae saepe tuum fora turbida questu
Confugiunt, reges urbesque ubicumque locatae,
Quae tua longinquis implorant iura querelis,
Certent laetitia, uos terque ex ordine, collis,
Confremite, et sileant peioris murmura famae!
Quippe manet longumque aeuo redeunte manebit,
Quem penes intrepidae mitis custodia Romae.
Nec tantum induerint fatis noua saecula crimen
Aut instaurati peccauerit ara Tarenti.
Ast ego nec Phoebum, quamquam mihi surda sine illo
Plectra, nec Aonias decima cum Pallade diuas
Aut mitem Tegeae Dircesue hortabor alumnum:
Ipse ueni uiresque nouas animumque ministra,
Qui caneris; doctor nec enim sine numine tantus
Ausoniae decora ampla togae centumque dedisti
Iudicium mentemque uiris. licet enthea uatis
Excludat Pimplea sitim nec conscia detur
Pirene: largos promtus mihi gurges in haustus,
Qui rapitur de fonte tuo, seu plana solutis
Quom struis orsa modis seu quom tibi dulcis in artum
Frangitur et nostras curat facundia leges.

---

4 et caelo diues Germ. **C a**, *correxi*. es caelo, dis es *Dom.* ‖ 10 questum *Markl.* ‖ 11 leges u. u. rogatae **C a** (*nisi quod* **a** *cum* ς togatae), *correxi; sed fortasse praestat* regesque ‖ 13 Certent **A**: Certant **C** | uos terque *Nohlius*: nosterque **A** noseque *uel* nosceque **C** uos aeque *Imhofius* ‖ 14 Confremite *Imhofius*: Confremat **C a** ‖ 18 Terenti ς ‖ 23 Qui *Dom.*: Quis **A*** **C** | doctor *scripsi*: docto **C a** dextro *Markl.* ‖ 26 pīplea **A**: piplea **C** ‖ 27 promtus *scripsi*: potius **C a** potus *Bernartius* potior *N. Faber* ‖ 29 Quom — quom **A**: Qui (*uel* Construis) — quam **C** | artem **C a**, *corr. Barthius*

Quare age, si Cereri sua dona merumque Lyaeo
Reddimus, et diues praedae tamen accipit omni
Exuuias Diana tholo captiuaque tela
Bellipotens: nec tu (quamquam tibi, Gallice, maius
Eloquium, fandique opibus sublimis abundas)
Sperne coli tenuiore lyra. uaga cingitur astris
Luna, et in oceanum riui cecidere minores.
Quae tibi sollicitus persoluit praemia morum
Urbis amor? quae tum patrumque equitumque notaui
Lumina et ignarae plebis lugere potentes?
Non labente Numa timuit sic curia felix,
Pompeio nec celsus eques nec femina Bruto.
Hoc illud: tristis inuitum audire catenas,
Parcere uerberibus nec qua iubet alta potestas
Ire, sed armatas multum sibi demere uires
Dignarique manus humilis et uerba precantum,
Reddere iura foro nec proturbare curules
Et ferrum mulcere toga. sic itur in alta
Pectora, sic mixto reuerentia sidit amore.
Ipsa etiam cunctos grauis inclementia fati
Terruit et subiti praeceps iuuenile pericli,
Nil cunctante malo. non illud culpa senectae
(Quippe ea bis senis uixdum orsa excedere lustris),
Sed labor intendens animique in membra uigentis
Imperium uigilesque suo pro Caesare curae,
Dulce opus. hinc fessos penitus subrepsit in artus
Insidiosa quies et pigra obliuio uitae.
Tunc deus, Alpini qui iuxta culmina dorsi
Signat Apollineo sanctos cognomine lucos,
Respicit heu tanti residens securus alumni.

---

34 quamquam *Bentleius:* quando **C a** ‖ 41 maduit sic curia fletu *Heinsius* ‖ 49 sidit amore *Bentleius:* fidit amori **A C** se dat amore *Markl.* ‖ 50 Inde etiam *Schraderus* ‖ 57 pigrae **ς** ‖ 59 Apollineos sancto **C a**, *corr. Markl.* ‖ 60 residens *scripsi l. l. p. 253:* precidem **C a** pridem **ς**

Egressusque moras: 'nunc mecum, Epidauria proles,
Hinc' ait 'i gaudens: datur aggredienda facultas
Ingentem recreare uirum. teneamus adorti
Tardantis iam fila colos; nec fulminis atri
Sit metus: has ultro laudabit Iupiter artes.
Nam neque plebeiam aut dextro sine numine cretam
Seruo animam. atque adeo breuiter, dum tecta subimus,
Expediam. genus ipse suis praemissaque retro
Nobilitas; nec origo latet, sed luce sequente
Uincitur et magno gaudet cessisse nepoti.
Prima togae uirtus illi; qua clarus et ingens
Eloquio; mox innumeris exercita castris
Occiduae primaeque domus et sole sub omni
Permeruit iurata manus; nec in otia pacis
Permissum laxare animos ferrumque recingi.
Hunc Galatea uigens ausa est incessere bello,
Hunc quoque perque nouem timuit Pamphylia messes
Pannoniusque ferox arcuque horrenda fugaci
Armenia et patiens Latii iam pontis Araxes.
Quid geminos fasces magnaeque iterata reuoluam
Iura Asiae? uelit illa quidem ter habere quaterque
Hunc sibi, sed reuocant fasti maiorque curulis
Nec promissa semel. Libyci quid mira tributi
Obsequia et missum media de pace triumphum
Laudem et opes tantas? nec qui mandauerat ausus

---

61 Egressusque *scripsi:* Progressusque **C a** Praegr. **ς** | nunc **ς**: hunc **C a** huc **ς** hinc *Dom.* | epidaurea **C a** ‖ 62 Hinc **C a**: Huc *Geuartius* | ait i *scripsi:* alti **C a** altis *Geuartius* ait en *Heinsius* ‖ 63 teneamus **C a**: tentemus *Bernartius* ‖ 64 Tardantis *scripsi:* Tendatis **C a**; *possis et* Tenvantis *conicere coll.* V 1, 156 *et L. Muellerus d. r. m. 260.* Tendentes *Markl.* ‖ 65 laudauit **C a**, *corr.* **ς** ‖ 68 praemissaque **A**: *ita uel* permissaque **C** ‖ 71 illi qua *scripsi:* illi quaque **A**, *ut uid.* illi quoque **C** illic quoque *Peyraredus* ‖ 73 Occiduas primasque domos **C a**, *corr. Guietus* ‖ 74 Permetuit **C a**, *corr.* **ς** | durata *J. Gebhardus* ‖ 75 retingi **C**, *corr.* **a** ‖ 77 Me quoque **C a**, *corr. Dom.*

Expectare fuit! gaudet Trasimenus et Alpes
Cannensesque animae; primusque insigne tributum
Ipse palam lacera noscebat Regulus umbra.
Non uacat Arctoas acies Rhenumque rebellem
Captiuaeque preces Ueledae et, quae maxima nuper
Gloria, depositam Dacis pereuntibus urbem
Pandere, cum tanti lectu rectoris habenas,
Gallice, Fortuna non admirante subisti.
Hunc igitur, si digna loquor, rapiamus iniquo,
Nate, Ioui. rogat hoc Latiae pater inclitus urbis,
Et meruit; neque enim frustra mihi nuper honora
Carmina patricio pueri sonuistis in ostro.
Si qua salutifero gemini Chironis in antro
Herba, tholo quodcumque tibi Troiana recondit
Pergamus aut medicis felix Epidaurus harenis
Educat, Idaea profert quam Creta sub umbra
Dictamni florentis opem, quoque anguis abundat
Spumatu: iungam ipse manus atque omne benignum
Uirus, odoriferis Arabum quod doctus in aruis
Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.'
Dixerat. inueniunt positos iam segniter artus
Pugnantemque animam; ritu se cingit uterque
Paeonio monstrantque simul parentque uolentes,
Donec letiferas uario medicamine pestes
Et suspecta mali ruperunt nubila somni.
Adiuuat ipse deos morboque ualentior omni
Occupat auxilium. citius non arte refectus
Telephus Haemonia, nec quae metuentis Atridae
Saeua Machaonio coierunt uulnera suco.

---

88 noscebat *scripsi l. l. p. 254:* poscebat **C a** plaudebat *Iortinus* ‖ 90 Veledae et *Dom.:* Veldae **A***, *ut uid.* ueldet *uel* ueldae **C** ‖ 91 arcem *Markl.* ‖ 93 lectus **C a**, *corr. Bernartius* ‖ 94 Hunc **A**: Nunc **C** | rapiemus **C a**, *corr.* ς ‖ 99 quamcumque *Barthius* ‖ 103 *puto* Spumatu, nunc adcumules; addam omne | benigne **C a**, *corr. Lindenbrogius* ‖ 105 carpsit **C a**, *corr. Dom.* ‖ 111 ualentius *Heinsius; puto* herbaque ualentior ‖ 112 arte **A**: aste **C**

Quis mihi tot questus inter populique patrumque
Sit curae uotique locus? tamen ardua testor
Sidera teque, pater uatum Thymbraee, quis omni
Luce mihi, quis nocte timor, dum postibus haerens
Assiduus nunc aure uigil nunc lumine cuncta
Aucupor; immensae ueluti conexa carinae
Cymba minor, cum saeuit hiems, pro parte furentis
Parua receptat aquas et eodem uoluitur austro.
Nectite nunc laetae candentia fila, sorores,
Nectite! nemo modum transmissi computet aeui:
Hic uitae natalis erit. tu Troica dignus
Saecula et Euboici transcendere pulueris annos
Nestoreosque situs! qua nunc tibi pauper acerra
Digna litem? nec si uacuet Meuania ualles,
Aut praestent niueos Clitumna noualia tauros,
Sufficiam. sed saepe deis hos inter honores
Cespes et exiguo placuerunt farra salino.

V.

BALNEUM CLAUDII ETRUSCI.

Non Helicona graui pulsat chelys enthea plectro,
Nec lassata uoco totiens mihi numina, Musas;
Et te, Phoebe, choris et te dimittimus, Euhan;
Tu quoque muta ferae, uolucer Tegeaee, sonorae
Terga premas: alios poscunt mea carmina coetus.
Naidas, undarum dominas, regemque corusci
Ignis adhuc fessum Siculaque incude rubentem
Elicuisse satis. paulum arma nocentia, Thebae,
Ponite: dilecto uolo lasciuire sodali.
Iunge, puer, cyathos, set ne numerare labora

---

115. questus *Markl.:* coetus **C a** ‖ 116 Sit **A**: Sic **C** ‖ 117 omnis **C a**, *corr.* ς ‖ 118 herens **A**: heret **C** ‖ 120 Auguror **C a**, *corr. Heinsius*

V. 4 tegeęe sonore **A**: tegees honore **C** ‖ 10 set ne numerare *Scriuerius: uel* et *uel* atque enumerare **C** et enum. **a**

Cunctantemque intende chelyn; discede Laborque
Curaque, dum nitidis canimus gemmantia saxis
Balnea dumque procax uittis hederisque soluta,
Fronde uerecunda, Clio mea ludit Etrusco.
Ite, deae uirides, liquidosque aduertite uultus
Et uitreum teneris crinem redimite corymbis,
Ueste nihil tectae, quales emergitis altis
Fontibus et uisu Satyros torquetis amantis.
Non uos, quae culpa decus infamastis aquarum,
Sollicitare iuuat; procul hinc et fonte doloso
Salmacis et uiduae Cebrenidos arida luctu
Flumina et Herculei praedatrix cedat alumni.
Uos mihi, quae Latium septenaque culmina, Nymphae,
Incolitis Thybrimque nouis attollitis undis,
Quas praeceps Anien atque exceptura natatus
Uirgo iuuat Marsasque niues et frigora ducens
Marcia, praecelsis quarum uaga molibus unda
Crescit et innumero pendens transmittitur arcu —:
Uestrum opus aggredimur, uestra est, quam carmine molli
Pando, domus. non umquam aliis habitastis in antris
Ditius. ipsa manus tenuit Cytherea mariti
Monstrauitque artes; neu uilis flamma caminos
Ureret, ipsa faces uolucrum succendit amorum.
Non huc admissae Thasos aut undosa Carystos,
Maeret onyx longe, queriturque exclusus ophites:
Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
Purpura, sola cauo Phrygiae quam Synnados antro
Ipse cruentauit maculis liuentibus Attis,
Quaeque Tyri uenas secat et Sidonia rupes.

---

13. uittis *uel* mitis **C**: myrtis **ς a**; *cf. II 1, 26* ‖ 14 Fronde uerecundo **C a**, *correxi.* Fronte *Dom.* ‖ 15 aduertite **A**: auertite **C** ‖ 18 amantis **A**, — es **C** ‖ 21 crebrecuidos (— cuydos **a**) **C a**, *corr. Dom.* ‖ 27 Martia **C a** ‖ 29 molli *Dom.*: nulli **C a** ‖ 38 liuentibus **A**: lucentibus **C** | atis **A** attys **C** ‖ 39 Quęque **A**: Quoque **C** Quasque *edd.* ‖ tyri **C a**: Tyrus *edd.* | uenas *scripsi:* niueas **C a** Quasque Tyros uena secat e Sidonide r. *Heinsius*

Uix locus Eurotae, uiridis cum regula longo
Synnada distinctu uariat. non lumina cessant,
Effulgent camerae, uario fastigia uitro
In species animata nitent. stupet ipse beatas
Circumplexus opes et parcius imperat ignis.
Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis
Perforat atque alio sol improbus uritur aestu.
Nil ibi plebeium; nusquam Temesaea notabis
Aera, sed argento felix propellitur unda
Argentoque cadit labrisque nitentibus instat
Delicias mirata suas et abire recusat.
Extra autem niueo qui margine caerulus amnis
Uiuit et ab summo fundum patet omnis in imum,
Cui non ire lacu pigrosque exsoluere amictus
Suadeat? hoc mallet nasci Cytherea profundo,
Hic te perspicuum melius, Narcisse, uideres,
Hic uelox Hecate uelit et deprensa lauari.
Quid nunc strata solo referam tabulata crepantis
Auditura pilas, ut languidus ignis inerrat
Aedibus et tenuem uoluunt hypocausta uaporem?
Nec si Baianis ueniat nouus hospes ab oris,
Talia despiciat (fas sit componere magnis
Parua), Neronea nec qui modo lotus in unda,
Hic iterum sudare neget. macte ore nitenti
Ingenii curaque puer! tecum ista senescant,
Et tua iam *in* melius discat fortuna renasci!

---

40 uiridi *et* longa *Dom.* ‖ 41 distinctum **A C**, *corr. Politianus* | lumina **C**: limina **A ς** ‖ 43 animata *Markl.*: animoque **C a** animosque *Dom.* animosa *Heinsius* ‖ 47 themesea **a**: teumessa *uel* tenus esa **C** ‖ 52 in fundum summo p. o. ab imo **C a**, *correxi* ‖ 57 tubulata *W. A. Becker, Gallus I p. 281* ‖ 58 ut *ego:* ubi **C a** ‖ 61 despiciet **C a** ‖ 63 *sq.* macte oro nitenti Ingenio curaque **C a**, *correxi.* Ingenio cultuque *Markl.* ‖ 65 in melius *Markl.*: melius **C a** melior *Auantius*

VI.

KALENDAE DECEMBRES.

Et Phoebus pater et seuera Pallas
Et Musae procul ite feriatae:
Iani uos reuocabimus Kalendis.
Saturnus mihi compede exsoluta,
Et multo grauidus mero December
Et ridens Iocus et Sales proterui
Adsint, dum refero diem beatam
Laeti Caesaris ebriamque noctem.
Uix aurora nouos mouebat ortus,
Iam uelaria linea pluebant;
Nec rorem ueniens profudit eurus:
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fecundis cadit aut iugis Idumes;
Quod ramis pia germinat Damascos,
Et quod percoquit aestuosa Caunos,
Largis gratuitum cadit rapinis;
Molles caseoli lucunculique,
Et massis Amerina non perustis
Et mustaceus et latente palma
Praegnantes caryotides cadebant.
Non tantis Hyas inserena nimbis
Terras obruit aut soluta Plias,
Qualis per cuneos hiems Latinos

VI. *titulum ex* **C** *dedi:* Decembris Kalendę **a** ‖ 3 Iani ς **a**: Iam **C** ‖ 8 noctem *Ric. Thomsonus:* partem **C** parthen **a**, *cui* 'ce pacem' *superscripsit Politianus,* pando *Dom.* ‖ 10 uelaria linea **A*** *et ita* (*uel* uellaria) **C**: bellaria adorea *Dom.* ‖ 11 Nec *scripsi:* Nunc **C** hunc ς **a** ‖ 15 quod **a**: quo **A C** | (a)ebosia cannos **C a**, *corr. Imhofius* ‖ 16 cadet **C a**, *corr. Dom.* patet *Heinsius* ‖ 17 caseoli ς: caioli **A** gaioli **C** | lucunculique *Turnebus:* lagungulique **A** laguntulique (*uel* lug.) **C** ‖ 18 perustis **a**: perustus **C** ‖ 23 Quali *Markl.*

Plebem grandine concutit serena.
Ducat nubila Iupiter per orbem
Et latis pluuias minetur agris,
Dum nostri Iouis hi ferantur imbres.
Ecce autem caueas subit per omnis
Insignis specie *et* decora cultu
Plebes altera, non minor sedente.
Hi panaria candidasque mappas
Subuectant epulasque lautiores;
Illi marcida uina largiuntur:
Idaeos totidem putes ministros.
Orbem, qua melior seueriorque est,
Et gentes alis insimul togatas;
Et cum tot populos beata pascas,
Hunc, Annona, diem superba nescis.
I nunc saecula compara, Uetustas,
Antiqui Iouis aureumque tempus:
Non sic libera uina tunc fluebant
Nec tardum seges occupabat aruum.
Una uescimur omnis ordo mensa,
Mas et femina, plebs eques senatus:
Libertas reuerentiam remisit.
Et tu quin etiam (quis hoc rogare,
Quis promittere possit hoc deorum?)
Nobiscum socias dapes inisti.
Iam se, quisquis is est inops, beatus
Conuiuam ducis esse gloriatur.
Hos inter fremitus nouosque luxus
Spectandi leuis affuit uoluptas:
Hic sexus rudis insciusque ferri

24 serenam **C a**, *corr. Heinsius* ‖ 26 laetis *Morellus* ‖ 29 specie et *scripsi:* specie **A** species **C** ‖ 36 insemel **A C**, *corr.* ς ‖ 38 nescit **C a**, *corr. Dom.* ‖ 42 aruum *scripsi:* annum **C a** ‖ 43 uescimur **A**: uescitur **C** ‖ 44 Mas et *scripsi:* Parui **C a** ‖ 46 hoc rogare ς: hoc uocare **C a** ‖ 52 affuit *scripsi l. l. p. 254:* effugit **C a** ‖ 53 Hic *uel* Hac *scripsi l. l.:* Stat **C a**

Ut pugnas capit inprobus uiriles!
Credas ad Tanaim ferumque Phasim
Thermodontiacas calere turmas.
Hic audax subit ordo pumilorum,
Quos natura breuis statim peracta
Nodosum semel in globum ligauit.
Edunt munera conseruntque dextras
Et mortem sibi (qua manu!) minantur.
Ridet Mars pater et cruenta Uirtus,
Casuraeque uagis grues rapinis
Mirantur pumilos ferociores.
Iam noctis propioribus sub umbris
Diues sparsio quos agit tumultus!
Huc intrant faciles emi puellae,
Hic agnoscitur omne, quod theatris
Aut forma placet aut probatur arte.
Hoc plaudunt grege Lydiae tumentes,
Illo cymbala tinnulaeque Gades;
Illic agmina confremunt Syrorum,
Hic plebs scenica quique comminutis
Permutant uitreis gregale sulphur.
Inter quae subito cadunt uolatu
Immensae uolucrum per astra nubes,
Quas Nilus sacer horridusque Phasis,
Quas udo Numidae legunt sub austro.
Desunt qui rapiant, sinusque pleni
Gaudent, dum noua lucra comparantur.
Tollunt innumeras ad astra uoces,
Saturnalia principis sonantes,
Et dulci dominum fauore clamant:
Hoc solum uetuit licere Caesar.
Uixdum caerula nox subibat orbem,

54 Ut C a: Et *edd.* ‖ 58 statura *Guietus* | peractos *Gronouius* ‖ 60 munera *scripsi:* uulnera C a ‖ 61 qua *Auantius:* quam C a ‖ 70 timentes C a, *corr. Dom.* ‖ 71 Illo *Markl.:* Illic C a

Descendit media nitens harena
Densas flammeus orbis inter umbras,
Uincens Gnosiacae facem coronae.
Collucet polus ignibus nihilque
Obscurae patitur licere nocti.
Fugit pigra Quies, inersque Somnus
Haec cernens alias abit in urbes.
Quis spectacula, quis iocos licentes,
Quis conuiuia, quis dapes inemptas,
Largi flumina quis canat Lyaei?
Iam iam deficio tuoque Baccho
In serum trahor ebrius soporem.
Quos ibit procul hic dies per annos!
Quam nullo sacer exolescet aeuo!
Dum montes Latii paterque Thybris,
Dum stabit tua Roma dumque terris,
Quod reddis, capitolium manebit.

91 inemptas; *conieci l. l. p. 255* benignas *uel* opimas ‖ 96 deficior ς | tuoque a: tuaque C; *possis* tuaque, Bacche, Vi serum in trahor

P. PAPINII STATII
SILUARUM
LIBER II.

STATIUS MELIORI SUO SAL.

Et familiaritas nostra qua gaudeo, Melior, uir optime nec minus in iudicio litterarum quam in omni uitae colore tersissime, et ipsa opusculorum quae tibi trado conditio sic posita est ut totus hic alter liber meus etiam sine epistola ad te spectet. primum enim habet Glauciam nostrum, cuius gratissimam infantiam, et qualem plerumque infelices sortiuntur, apud te complexus amabam. iam uero tibi huius amissi recens uulnus (ut scis) epicedio prosecutus sum adeo festinanter ut excusandam habuerim affectibus tuis celeritatem. nec nunc eam apud te iacto, qui nosti, sed et ceteris indico; ne quis asperiore lima carmen examinet et a confuso scriptum et dolenti datum, cum paene superuacua sint tarda solatia. Polli mei uilla Surrentina, quae sequitur, debuit a me uel in honorem eloquentiae eius diligentius dici, sed amicus ignouit. in arborem certe tuam, Melior, et psittacum scis a me leues libellos quasi epigrammatis loco scriptos. eandem exigebat

In titulo Sal. **A**: salutem **C** ‖ 5 ad te spectet *scripsi:* expectet **A*** **C** expectetur *Dom.* ‖ 6 gratissima infantia **C a** ‖ 7 ammirabar *Markl.* | iam uero *Dom.:* iam non **C a** ‖ 14 honore **C a**, *corr.* ς

stili facilitatem leo mansuetus, quem in amphitheatro prostratum frigidum erat, sacratissimo Imperatori ni statim traderem. ad Ursum quoque nostrum, iuuenem candidissimum et sine iactura desidiae doctissimum, scriptam de amisso puero consolationem super ea quae ipsi debeo huic libro libenter inserui, quia honorem eius tibi laturus acceptum est. cludit uolumen genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria, clarissima uxorum, cum hunc diem forte consecraremus, imputari sibi uoluit. ego non potui maiorem tanti auctoris habere reuerentiam quam quod laudes eius dicturus hexametros meos timui. haec qualiacumque sunt, Melior carissime, si tibi non displicuerint, a te publicum accipiant; si minus, ad me reuertantur.

I.

GLAUCIAS ATEDII MELIORIS DELICATUS

Quod tibi praerepti, Melior, solamen alumni,
Inprobus ante rogos et adhuc uiuente fauilla
Ordiar? abruptis etiam nunc flebile uenis
Uulnus hiat, magnaeque patet uia lubrica plagae.
Cum iam egomet cantus et uerba medentia saeuis
Confero, tu planctus lamentaque fortia mauis
Odistique chelyn surdaque auerteris aure.
Intempesta cano: citius me tigris abactis
Fetibus orbatique uelint audire leones.
Nec si tergeminum Sicula de uirgine carmen
Affluat aut siluis chelys intellecta ferisque,
Mulceat insanos gemitus. stat pectore demens
Luctus et admoto latrant praecordia tactu.
Nemo uetat: satiare malis aegrumque dolorem

24 accepto **C a**, *corr. Dom.* | est. cludit *Maduigius:* excludit **C a** ‖ 25 clariss. **A**: cariss. **C** ‖ 26 consecraremus *Auantius*: consuleremus **C** *et, ut uid.*, **A** consideremus ς
I. 5, 6 saeuus (**A**) Consero **C**, *corr.* **a**

Libertate doma. iam flendi expleta uoluptas?
Iamne preces fessus non indignaris amicas?
Iamne canam? lacrimis en et mea carmina in ipso
Ore natant tristesque cadunt in uerba liturae.
Ipse etenim tecum nigrae sollemnia pompae
Spectatumque urbi scelus et puerile feretrum
Produxi, saeuos damnati turis aceruos
Plorantemque animam supra sua funera uidi,
Teque patrum gemitus superantem et brachia matrum
Complexumque rogos ignemque haurire parantem
Uix tenui similis comes offendique tenendo.
Et nunc, heu, uittis et frontis honore soluto
Infaustus uates uexo mea pectora tecum:
Plango lyra, et diri comitem sociumque doloris,
Si merui luctusque tui consortia sensi,
Iam lenis patiare precor. me fulmine in ipso
Audiuere patres, ego iuxta busta profusis
Matribus atque piis cecini solatia natis
Et mihi, cum proprios gemerem defectus ad ignes
(Quem, Natura!) patrem. nec te lugere seuerus
Arceo, sed confer gemitus pariterque fleamus.
Iamdudum dignos aditus laudumque tuarum,
O merito dilecte puer, primordia quaerens
Distrahor. hinc anni stantes in limine uitae,
Hinc me forma rapit, rapit inde modestia praecox
Et pudor et tenero grauitas maturior aeuo.
O ubi purpureo suffusus sanguine candor
Sidereique orbes radiataque lumina caelo
Et castigatae collecta modestia frontis
Ingenuique super crines mollisque decorae
Margo comae? blandis ubinam ora arguta querelis

16 Iamne **A**: Iamque **C** ‖ 20 *puto* urbi decus ‖ 27 uexo *Dom.*: uersa **C** uerso ς **a** ‖ 28 et] at *Dom.* en *Markl.* | diri ς **a**: diu **C** duri *Markl.* ‖ 30 me *Dom.*: iam **C a** ‖ 40 grauitas *scripsi*: probitas **C a**

Osculaque impliciti uernos redolentia flores
Et mixtae risu lacrimae penitusque loquentis
Hyblaeis uox tincta fauis? cui sibila serpens
Poneret et saeuae uellent seruire nouercae.
Nil ueris affingo bonis. heu lactea colla
Brachiaque *et* numquam domini sine pondere ceruix!
O ubi uenturae spes non longinqua iuuentae
Atque genis optatus honos iurataque multum
Barba tibi? cuncta in cineres grauis intulit hora
Hostilisque dies: nobis meminisse relictum.
Quis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
Pectora? quis curas mentisque arcana remittet?
Accensum quis bile fera famulisque timendum
Leniet ardentique in se deflectet ab ira?
Inceptas quis ab ore dapes libataque uina
Auferet et dulci turbabit cuncta rapina?
Quis matutinos abrumpet murmure somnos
Impositus stratis abitusque morabitur artis
Nexibus adque ipsos reuocabit ad oscula postes?
Obuius intranti rursus quis in ora manusque
Prosiliet breuibusque humeros circumdabit ulnis?
Muta domus stat ero desolatique penates,
Et situs in thalamis et maesta silentia mensis!
Quid mirum, tanto si te pius altor honorat
Funere? tu domino requies portusque senectae,
Tu modo deliciae, dulces modo pectore curae.
Non te barbaricae uersabat turbo catastae,
Nec mixtus Phariis uenalis mercibus infans
Compositosque sales meditataque uerba locutus

48 tincta *Markl.*: mixta **C a** ‖ 51 et ς: *om.* **A C** ‖ 56 amatus *Maduigius* ‖ 58 fera *Markl.*: ferat **C a** feret ς | timendum ς: timentem **A C** tumentem *Dom.* ‖ 63 habitusque **C**, *corr.* ς **a** ‖ 64 adque *Politianus*: atque **C a** atque (*uel* aque) ipso — poste *uulgo* ‖ 67 stat ero *scripsi l. l. p. 255*: fateor **C a** ‖ 69 pius **A**: plus **C** | alter **C a**

Quaesisti lasciuus erum tardeque parasti.
Hinc domus, hinc ortus, dominique penatibus olim
Carus uterque parens atque in tua gaudia liber.
Ne quererere genus, raptum te protinus aluo
Sustulit exultans ac prima lucida uoce
Astra salutantem dominus sibi mente dicauit,
Amplexusque sinu tulit et genuisse putauit.
Fas mihi sanctorum uenia dixisse parentum,
Tuque, oro, Natura, sinas, cui priua per orbem
Iura animis sancire datum: non omnia sanguis
Proximus aut serie generis demissa propago
Alligat; interius noua saepe adscitaque serpunt
Pignora conexis. natos genuisse necesse est,
Elegisse iuuat. tenero sic blandus Achilli
Semifer Haemonium uincebat Pelea Chiron.
Nec genitor Peleus natum comitatus in arma
Troica, sed caro Phoenix haerebat alumno.
Optabat longe reditus Pallantis ouantis
Euander, fidus pugnas spectabat Acoetes.
Cumque procul nitidis genitor cessaret ab astris,
Fluctiuagus uolucrem comebat Persea Dictys.
Quid referam altricum uictas pietate parentes?
Quid te post cineres deceptaque funera matris
Tutius Inoo reptantem pectore, Bacche?
Iam secura parens Tuscis regnabat in undis
Ilia, portantem lassabat Romulus Accam.
Uidi ego transertos alieno in robore ramos
Altius ire suis. et te iam fecerat illi
Mens animusque patrem, necdum moresue decorue:
Tu tamen et truncas etiam nunc murmure uoces

78 raptum sed **C a** ‖ 83 prima **C a**, *correxi* ‖ 84 sancire *Heinsius:* sanare **A C** sociare *Dom.* ‖ 88 Elegisse **A* C**: At legisse *Dom.* ‖ 90 genitor *Markl.:* senior **C a** ‖ 91 claro **C**, *corr.* **a** ‖ 95 tollebat *Markl* ‖ 97 fulmina *Markl.* ‖ 99 parens ς: patris **C a** ‖ 104 mutas (*uel* iunctas) etiam nunc murmure **C a**, *correxi.* motas etiam tum

Uagitumque rudem fletusque infantis amabas.
Ille, uelut primos expiraturus ad austros
Mollibus in pratis alte flos inprobus extat,
Sic tener ante diem uultu gressuque superbo
Uicerat aequales multumque reliquerat annos.
Siue catenatis curuatus membra palaestris
Staret: Amyclaea conceptum matre putares,
Oebaliden illo praeceps mutaret Apollo,
Alcides pensaret Hylan; seu Graius amictu
Attica facundi decurreret orsa Menandri:
Laudaret gauisa sonum crinemque decorum
Pressisset rosea lasciua Thalia corona;
Maeonium siue ille senem Troiaeque labores
Diceret aut casus tarde remeantis Ulixis:
Ipse pater sensus, ipsi stupuere magistri.
Scilicet infausta Lachesis cunabula dextra
Attigit, et gremio puerum complexa fouebat
Inuidia: illa genas et adultum comere crinem,
Haec monstrare artes et uerba effingere, quae nunc
Plangimus. Herculeos annis aequare labores
Coeperat assurgens, et adhuc infantia mixta.
Iam tamen et ualidi gressus mensuraque maior
Cultibus, et uisae puero decrescere uestes;
Tum tibi quas uestes, quae non gestamina mitis
Festinabat erus? breuibus constringere laenis
Pectora et angusta talari artare lacertos
Enormes non ille sinens, sed semper ad annos

(ita uulgo) in murmura *Markl.* mutilas etiam cum murmure uoces *Burmannus* mutas, etiam tum murmura, uoces *Handius* ‖ 110 nudatus *Markl.* ‖ 113 gratus **C a**, *corr.* ς ‖ 114 iucundi *Schraderus* ‖ 116 Pressisset ς: Fregisset **C a** ‖ 117 Maeonii s. i. senis *Schraderus* ‖ 123 Haec *scripsi:* Et **C a** | effingere *scripsi*: infigere **C a** refringere *Dom.* ‖ 125 et *Markl.*: sed **C a** ‖ 128 Tum *ego:* Cum **C a** | uestes *corruptum* ‖ 130 *sq.* angusta telas artare (**A**) lacerna Enormes non ille sinus **C a** angustos artus iactare lacerna Enormi n. i. sinens *Markl.* talos artare *Peyraredus retenta uulgata.* talari (*sc.* tunica) artare lacertos *ego*

Texta legens modo Puniceo uelabat amictu,
Nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti
Murice, nunc uiuis digitos incendere gemmis
Gaudebat: non turba comes, non munera cessant:
Sola uerecundo derat praetexta decori.
Haec fortuna domus. subitas inimica leuauit
Parca manus. quo, diua, feros grauis exeris ungues?
Non te forma mouet, non te lacrimabilis aetas?
Hunc nec saeua uiro potuisset carpere Progne,
Nec fera crudeles Colchis durasset in iras,
Editus Aeolia nec si foret iste Creusa;
Toruus ab hoc Athamas insanos flecteret arcus
Hunc quamquam Hectoreos cineres Troiamque perosus
Turribus e Phrygiis flesset missurus Ulixes.
Septima lux, et iam frigentia lumina torpent,
Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.
Ille tamen, Parcis fragiles urgentibus annos,
Te uultu moriente uidet linguaque cadente
Murmurat; in te omnes uacui iam pectoris efflat
Relliquias, solum meminit solumque uocantem
Exaudit, tibique ora mouet, tibi uerba relinquit,
Et prohibet gemitus consolaturque dolentem.
Gratum est, Fata, tamen, quod non mors lenta iacentis
Exedit puerile decus, manesque subiuit
Integer et nullo temeratus corpora damno,
Qualis erat. quid ego exequias et prodiga flammis
Dona loquor maestoque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo tristis torus aggere creuit,
Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes Phariique Palaestinique liquores
Arsuram lauere comam? cupit omnia ferre

---

132 leges **C a**, *corr.* **ς** ‖ 136 deerat **C a** ‖ 138 angues **C a** ‖ 143 ab hoc *Markl.:* ad hoc *uel* ad hunc **C** adhuc **ς a** ‖ 144 *fortasse* Hectoreas uires ‖ 158 loquar *Auantius* ‖ 159 torus **ς**: rogus **C a** ‖ 161 Palaestinique *J. Seldenus:* palam ẽ uidique **A C**

Prodigus et totos Melior succendere census,
Desertas exosus opes; sed non capit ignis
Inuidus, atque artae desunt in munera flammae.
Horror habet sensus. qualem te funere summo
Atque rogum iuxta, Melior placidissime quondam,
Extimui! tune ille hilaris comisque uideri?
Unde animi saeuaeque manus et barbarus horror?
Tu modo fusus humi lucem auersaris iniquam;
Nunc toruus pariter uestes et pectora rumpis
Dilectosque premis uisus et frigida libas
Oscula. erant illic genitor materque iacentis
Maesta, sed attoniti te spectauere parentes.
Quid mirum? plebs cuncta nefas et praeuia flerunt
Agmina, Flaminio quae limite Miluius agger
Transuehit, immeritus flammis dum tristibus infans
Traditur. et gemitum formaque aeuoque meretur:
Talis in Isthmiacos proiectus ab aequore portus
Naufragus inposita iacuit sub matre Palaemon;
Sic et in anguiferae ludentem gramine Lernae
Rescissum squamis auidus bibit anguis Opheltem.
Pone metus letique minas desiste uereri:
Illum nec terno latrabit Cerberus ore,
Nulla soror flammis, nulla assurgentibus hydris
Terrebit; quin ipse auidae trux nauita cymbae
Interius steriles ripas et adusta subibit
Litora, ne puero dura ascendisse facultas.
Quid mihi gaudenti proles Cyllenia uirga
Nuntiat? estne aliquid tam saeuo in tempore laetum?
'Nouerat effigiem generosique ardua Blaesi

---

170 Tu modo **ς a**: Dummodo **C** ‖ 172 libas *Bentleius:* lambis **C a** ‖ 174 *malis* spectauere furentem ‖ 178 aeuoque *Ianus Gulielmius:* ac uoce **C a** ‖ 179 proiectus *scripsi:* prolatus **C** ploratus **a** delatus *Parm.* ‖ 181 umbriferae *Markl.* ‖ 182 Rescissum **A C**: recisum **ς** | rabidus tulit anguis *Markl.* ‖ 189 uirga **A**: uirgo **C** ‖ 191 effigiem **A**: effigies **C** | blessi **A C**, *corr.* **ς**

Ora puer, dum saepe domi noua serta ligantem
Te uidet et similes tergentem pectore curas.
Hunc ubi Lethaei lustrantem gurgitis oras
Ausonios inter proceres seriemque Quirini
Agnouit, timide primum uestigia iungit
Accessu tacito summosque lacessit amictus,
Inde magis sequitur; neque enim magis ille trahentem
Spernit et ignota credit de stirpe nepotum.
Mox ubi delicias et rari pignus amici
Sensit et amissi puerum solatia Blaesi,
Tollit humo magnaque ligat ceruice diuque
Ipse manu gaudens uehit et, quae munera mollis
Elysii, steriles ramos mutasque uolucres
Promsit et obtuso pallentes germine flores.
Nec prohibet meminisse tui, sed pectora blandus
Miscet et alternum pueri partitur amorem.'
Hic finis rapto! quin tu iam uulnera sedas
Et tollis mersum luctu caput? omnia functa
Aut moritura uides: obeunt noctesque diesque
Astraque, nec solidis prodest sua machina terris.
Nam populos, mortale genus, plebisque caducae
Quis fleat interitus? hos bella, hos aequora poscunt;
His amor exitio, furor his et saeua cupido,
Ut sileam morbos; hos ora rigentia Brumae,
Illos inplacido letalis Sirius igni,
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
Quicquid init ortus, finem timet. ibimus omnes,
Ibimus: immensis urnam quatit Aeacus ulnis.
Ast hic, quem gemimus, felix hominesque deosque

---

198 neque iam magis ille sequentem *Markl.* ‖ 201 blessi **A C**, *corr.* **ϛ** ‖ 204 multasque **A C**, *corr.* **ϛ** ‖ 205 Prōsit *scripsi*: Prosit **C** Porsit **ϛ a** Porxit *uulgo* Porgit *Barthius* | obtuso **A**: obtunso **C** ‖ 207 puero *Markl.*; *malim* sortitur ‖ 212 populus **C a** ‖ 214 caeca cupido *Markl.* ‖ 218 init **A* C**: habet **ϛ** | timet] *malim* uidet ‖ 219 ulnis **ϛ**: umbris **C a**

Et dubios casus et caecae lubrica uitae
Effugit, immunis fati. non ille rogauit,
Non timuit renuitue mori: nos anxia plebes,
Nos miseri, quibus unde dies suprema, quis aeui
Exitus, incertum, quibus instet fulmen ab astris,
Quae nubes fatale sonet. nil flecteris istis?
Sed flectere libens. ades huc emissus ab atro
Limine, cui soli cuncta impetrare facultas,
Glaucia (*nam* insontes animas nec portitor arcet
Nec durae comes ille ferae): tu pectora mulce,
Tu prohibe manare genas noctesque beatas
Dulcibus alloquiis et uiuis uultibus imple;
Et periisse nega desolatamque sororem,
Qui potes, et miseros perge insinuare parentes.

II.

UILLA SURRENTINA POLLII FELICIS.

Est inter notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenae templis onerata Mineruae
Celsa Dicarchei speculatrix uilla profundi,
Qua Bromio dilectus ager, collesque per altos
Uritur et praelis non inuidet uua Falernis.
Huc me post patrii laetum quinquennia lustri,
Cum stadio iam pigra quies canusque sederet
Puluis, ad Ambracias conuersa gymnade frondes,
Trans gentile fretum placidi facundia Polli
Detulit et nitidae iuuenilis gratia Pollae,
Flectere iam cupidum gressus, qua limite noto
Appia longarqm teritur regina uiarum.

---

222 fatis **C a** ‖ 223 renuitue *Heinsius*: meruitue **C a** ‖ 226 sonet **C**: sonent **ϛ a** ‖ 227 atro **ϛ**: astro **A C** ‖ 229 Glaucia insontes **A* C** Glaucias insontes **ϛ**; nam *Dom.* *inseruit* ‖ 230 dirae *Dom.* ‖ 234 Qui **A C**: Qua *Dom.*

Sed iuuere morae. placido lunata recessu
Hinc atque hinc curuas perrumpunt aequora rupes.
Dat natura locum montique interuenit unda,
Litus et in terras scopulis pendentibus exit.
Gratia prima loci, gemina testudine fumant
Balnea, et e terris occurrit dulcis amaro
Lympha mari. leuis hic Phorci chorus udaque crines
Cymodoce uiridisque cupit Galatea lauari.
Ante domum tumidae moderator caerulus undae
Excubat, innocui custos laris; huius amico
Spumant templa salo. felicia rura tuetur
Alcides; gaudet gemino sub numine portus:
Hic seruat terras, hic saeuis fluctibus obstat.
Mira quies pelagi: ponunt hic lassa furorem
Aequora, et insani spirant clementius austri,
Hic praeceps minus audet hiems, nulloque tumultu
Stagna modesta iacent dominique imitantia mores.
Inde per obliquas erepit porticus arces,
Urbis opus, longoque domat saxa aspera dorso.
Qua prius obscuro permixti puluere soles
Et feritas inamoena uiae, nunc ire uoluptas:
Qualis, si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert semita tecta Lechaeo.
Non, mihi si cunctos Helicon indulgeat amnes
Et superet Piplea sitim largeque uolantis
Ungula se det equi reseretque arcana pudicos
Phemonoe fontes uel quos meus auspice Phoebo
Altius inmersa turbauit Pollius urna,
Innumeras ualeam species cultusque locorum

II. 15 unda *scripsi:* unum **C** **a** uncum *uel* imum *Gronouius,* udum *Heinsius artius cum* litus *coniungentes* ‖ 16 in terras] *puto* interius. *Markl.* ulterius ‖ 19 Nympha **C** **a**, *corr. Barthius* ‖ 23 salo **A**: solo **C** ‖ 32 *an* obsceno? ‖ 35 Lechaeo *Dom.:* lyceo **C** **a** ‖ 38 sedet **A** **C**

Pieriis aequare modis. uix ordine longo
Suffecere oculi, uix, dum per singula ducor,
Suffecere gradus. quae rerum turba! locine
Ingenium an domini mirer prius? haec domus ortus
Aspicit et Phoebi tenerum iubar; illa cadentem
Detinet exactamque negat dimittere lucem,
Cum iam fessa dies et in aequora montis opaci
Umbra cadit uitreoque natant praetoria ponto.
Haec pelagi clamore fremunt, haec tecta sonoros
Ignorant fluctus terraeque silentia malunt.
His fauit natura locis, his uicta colenti
Cessit et ignotos docilis mansueuit in usus.
Mons erat hic, ubi plana uides; et lustra fuerunt,
Quae nunc tecta subis; ubi nunc nemora ardua cernis,
Hic nec terra fuit. domuit possessor, et illum
Formantem rupes expugnantemque secuta
Gaudet humus. nunc cerne iugum discentia saxa
Intrantesque domos iussumque recedere montem.
Iam Methymnaei uatis manus et chelys illa
Thebais et Getici cedat tibi gloria plectri:
Et tu saxa moues, et te nemora alta secuntur.
Quid referam ueteres ceraeque aerisque figuras?
Si quid Apellei gaudent animasse colores,
Si quid adhuc uacua, tamen admirabile, Pisa
Phidiacae rasere manus, quod ab arte Myronis
Aut Polycleteo iussum est quod uiuere caelo,
Aeraque ab Isthmiacis auro potiora fauillis,
Ora ducum ac uatum sapientumque ora priorum,
Quos tibi cura sequi, quos toto pectore sentis,
Expers curarum atque animum uirtute quieta
Compositus semperque tuus. quid mille reuoluam

44 locine **A**: lociue **C** ‖ 46 Prospicit *Markl.* ‖ 60 illa *Markl.:* una **C** **a** uni *Schraderus* ‖ 65 Si quid Olympiaca famae admirabile *Markl.* ‖ 69 ac **C**: et ς **a** ‖ 71 turbarum *Markl.*

Culmina uisendique uices? sua cuique uoluptas
Atque omni proprium thalamo mare, transque iacentem
Nerea diuersis seruit sua terra fenestris:
Haec uidet Inarimen, illinc Prochyta aspera paret;
Armiger hac magni patet Hectoris, inde malignum
Aera respirat pelago circumflua Nesis;
Inde uagis omen felix Euploea carinis
Quaeque ferit curuos exerta Megalia fluctus,
Angitur hac domino contra recubante proculque
Surrentina tuus spectat praetoria Limon.
Illa tamen cunctis procul eminet una diaetis,
Quae tibi Parthenopen derecto limite ponti
Ingerit: hic Grais penitus desecta metallis
Saxa; quod Eoae respergit uena Syenes,
Synnade quod maesta Phrygiae fodere secures
Per Cybeles lugentis agros, ubi marmore picto
Candida purpureo distinguitur area gyro;
Hic et Amyclaei caesum de monte Lycurgi
Quod uiret et molles imitatur rupibus herbas,
Hic Nomadum lucent flauentia saxa Thasosque
Et Chios et gaudens fluctus aequare Carystos:
Omnia Chalcidicas turres obuersa salutant.
Macte animo quod Graia probas, quod Graia frequentas
Arua; nec inuideant quae te genuere Dicarchi
Moenia! nos docto melius potiemur alumno.
Quid nunc ruris opes pontoque noualia dicam
Iniecta et madidas Baccheo nectare rupes?
Saepe per autumnum iam pubescente Lyaeo
Conscendit scopulos noctisque occulta sub umbra

78 nessis **A C** ‖ 79 Euploea *Dom.*: euboea **A C** ‖ 81 hac *ego:* et **C a** hinc *Markl.*, *qui et* procul qui ‖ 82 Limon *Dom.*: limen **A** * ς limam *uel* liman **C** ‖ 83 Illa *scripsi:* Una **C a** Ante tamen cunctas *Markl.* ‖ 85 delecta **C a**, *corr. Auantius* ‖ 86 *et* 87 quot **C a**, *corr.* ς ‖ 93 aequare *(uel* fluctu certare) *Salmasius:* spectare **C a** ‖ 95 grata — grata **C a**, *corr. Geuartius*

Palmite maturo rorantia lumina tersit
Nereis et dulces rapuit de collibus uuas.
Saepe et uicino sparsa est uindemia fluctu,
Et Satyri cecidere uadis, udamque per undas
Dorida montani cupierunt prendere Panes.
Sis felix, tellus, dominis ambobus in annos
Mygdonii Pyliique senis nec nobile mutes
Seruitium, nec te cultu Tirynthia uincat
Ora Dicarcheique sinus, nec saepius istis
Blanda Therapnaei placeant uineta Galesi.
Hic ubi Pierias exercet Pollius artes,
Seu uoluit monitus, quos dat Gargettius auctor,
Seu nostram quatit ille chelyn seu dissona nectit
Carmina siue minax ultorem stringit iambon:
Hinc leuis e scopulis meliora ad carmina Siren
Aduolat, hinc motis audit Tritonia cristis.
Tunc rabidi ponunt flatus, maria ipsa uetantur
Obstrepere, emergunt pelago doctamque trahuntur
Ad chelyn et blandi scopulis delphines aderrant.
Uiue, Midae gazis et Lydo ditior auro,
Troica et Euphratae supra diademata felix,
Quem non ambigui fasces, non mobile uulgus,
Non leges, non castra tenent, qui pectore magno
Spemque metumque domas astu sublimior omni,
Exemptus fatis indignantemque repellis
Fortunam; dubium quem non in turbine rerum
Deprendet suprema dies, sed abire paratum
Ac plenum uita. nos, uilis turba, caducis

105 nudamque **C a**, *corr. Markl.* ‖ 110 Ora *scripsi:* Aula **C a** uincant Arua *Nohlius* | isti **C a**, *corr. Auantius* ‖ 111 placeant **A**: placent **C** | pineta *Heinsius* ‖ 112 Pierias **C a**: siderias ς ‖ 113 gargeticus **C a** ‖ 116 *et* 117 huc *Dom.* ‖ 118 rapidi **C a** | uerentur *Markl.* ‖ 122 eufrate supra diademate **C a**; diademata *Dom.* ‖ 124 terent **C**, *corr.* **a** ‖ 125 astu *scripsi:* tuto **A C**, uitio *Dom.* ‖ 126 repellis ς: refellis **A** refelles **C** refellens *Markl.* ‖ 127 dubio **C a**, *corr. Markl.*

Deseruire bonis semperque optare parati,
Spargimur in casus: celsa tu mentis ab arce
Despicis errantes humanaque gaudia rides.
Tempus erat, cum te geminae suffragia terrae
Diriperent celsusque duas ueherere per urbes,
Inde Dicarcheis multum uenerande colonis,
Hinc adscite meis, pariterque his largus et illis
Ac iuuenile calens plectrique errore superbus.
At nunc discussa rerum caligine uerum
Aspicis (illo alii rursus iactentur in alto!),
Et tua securos portus placidamque quietem
Intrauit non quassa ratis. sic perge nec umquam
Emeritam in nostras puppem demitte procellas.
Uiuite securi, quorum de pectore mixtae
In longum coiere faces sanctusque pudicae
Seruat amicitiae leges amor. ite per annos
Saeculaque et priscae titulos praecedite famae.
Tuque, nurus inter longe . . . .
. . . . praecordia curae,
Non frontem secuere minae, sed candida semper
Gaudia et in uultu curarum ignara uoluptas;
Non tibi sepositas infelix strangulat arca
Diuitias auidiue animum dispendia torquent
Fenoris: expositi census et docta fruendi
Temperies. non ulla deo meliore cohaerent
Pectora, non alias decuit concordia mentes.

---

135 *puto* uenerate ‖ 137 patriaeque errore *Maduigius* plectrique decore *Markl.* ‖ 139 iactantur **C a**, *corr. Barthius* ‖ 140 placidamque **A C**: blandamque ς ‖ 142 demitte **A**: dimitte **C** ‖ 143 Uiuite ς: Discite **C a** Degite *L. Polsterus* ‖ 147 longe praecordia curae **C a**; cuius praecordia curae *Dom.* longe pulcherrima, cuius *Auantius; lacunam statui* ‖ 148 secuere *(uel* laesere) *scripsi:* uescere **C a** uertere *Dom.* traxere *Heinsius* ‖ 151 auidiue *Barthius; malim* auidaeque ‖ 154 docuit **C a**, *corr.* ς; *an* coluit Conc. ?

III.

ARBOR ATEDII MELIORIS.

Stat, quae perspicuas nitidi Melioris opacat
Arbor aquas complexa lacus, quae robore ab imo
Incuruata uadis redit inde cacumine recto
Ardua, ceu mediis iterum nascatur ab undis
Atque habitet uitreum tacitis radicibus amnem.
Quid Phoebum tam parua rogem? uos dicite causas,
Naides, et faciles, satis est, date carmina Fauni.
Nympharum tenerae fugiebant Pana cateruae;
Ille quidem it, cunctas tamquam uelit, it tamen unam
In Pholoen. siluis haec fluminibusque sequentis
Nunc hirtos gressus, nunc improba cornua uitat.
Iamque et belligerum Iani nemus atraque Caci
Rura Quirinalesque fuga suspensa per agros
Coelica tesca subit; ibi demum uicta labore,
Fessa metu, qua nunc placidi Melioris aperti
Stant sine fraude lares, flauos collegit amictus
Artius et niueae posuit se margine ripae.
Insequitur uelox pecorum deus et sua credit
Conubia; ardenti iamiam suspiria librat
Pectore, iam praedae leuis imminet. ecce citatos
Aduertit Diana gradus, dum per iuga septem
Errat Auentinaeque legit uestigia ceruae.
Paenituit uidisse deam, conuersaque fidas
Ad comites: 'numquamne auidis arcebo rapinis
Hoc petulans foedumque pecus, semperque pudici
Decrescet mihi turba chori?' sic deinde locuta

III. 1 opacet **C a**, *corr.* ς ‖ 3 Incuruata ς: Curuata **C a** Accuruata *Politianus* ‖ 4 uadis **A** * **C**: nodis ς in nodos *Dom.* ‖ 9 et tamen **C a** ‖ 10 haec **A*** **C**: et ς ‖ 14 tesca *Markl.*: tecta **C a** | ibi **A C**: iam ς ‖ 16 fluidos ς ‖ 17 uiridi p. se margine *uel* uitrei — riui *Markl.* ‖ 18 credens *idem* ‖ 22 ceruae **A C**: terrae ς

Depromit pharetra telum breue, quod neque flexis
Cornibus aut solito torquet stridore, sed una
Emisit contenta manu laeuumque soporem
Naidos auersa fertur tetigisse sagitta.
Illa deam pariter surgens hostemque proteruum
Uidit et in fontem, niueos ne panderet artus,
Sic tota cum ueste ruit, stagnisque sub altis
Pana sequi credens ima latus inplicat alga.
Quid faceret subito deceptus praedo? nec altis
Credere corpus aquis hirtae sibi conscius audet
Pellis et a tenero nandi rudis! omnia questus,
Immitem Brimo, stagna inuida et inuida tela,
Primaeuam uisu platanum, cui longa propago
Innumeraeque manus et iturus in aethera uertex,
Deposuit iuxta uiuamque adgessit harenam
Optatisque aspergit aquis et talia mandat:
'Uiue diu nostri pignus uenerabile uoti,
Arbor, et haec durae latebrosa cubilia nymphae
Tu saltem declinis ama *et* preme frondibus undam.
Illa quidem meruit, sed ne, precor, igne superno
Aestuet aut dira feriatur grandine; tantum
Spargere tu laticem et foliis turbare memento.
Tunc ego teque diu recolam dominamque benignae
Sedis et inlaesa tutabor utramque senecta,
Ut Iouis, ut Phoebi frondes, ut discolor umbra
Populus et nostrae stupeant tua germina pinus.'
Sic ait. illa dei ueteres imitata calores
Uberibus stagnis obliquo pendula trunco
Incubat atque umbris scrutatur amantibus undas.

---

29 laeuumque ς a: leuaque C ‖ 30 Naiados C a ‖ 31 deam *Dom.*: diem C a ‖ 33 Sicut erat cum ueste *Markl.* ‖ 38 Brimo *Scaliger:* Bromium C a ‖ 43 uenerabile *scripsi l. l. p. 255:* memorabile C a ‖ 45 decliuis C a, *corr. Lindenbrogius* | et *Markl.: om.* C a ‖ 47 dira *Schraderus:* dura C a ‖ 53 d. u. imitata *(uel* d. in uet. animata) *Markl.:* d. u. animata C a ‖ 55 scrutatur C: seruatur ς a tutatur *Markl.*

Sperat et amplexus, sed aquarum spiritus arcet
Nec patitur tactus. tandem eluctata sub auras
Libratur fundo rursusque enode cacumen
Ingeniosa leuat, ueluti descendat in imos
Stirpe lacus alia. iam nec Phoebeia Nais
Odit et exclusos inuitat gurgite ramos.
Haec tibi parua quidem genitali luce paramus
Dona, sed ingenti forsan uictura sub aeuo.
Tu, cuius placido posuere in pectore sedem
Blandus honos hilarisque tamen cum pondere uirtus,
Cui nec pigra quies nec iniqua potentia nec spes
Improba, sed medius per honesta et dulcia limes,
Incorrupte fidem nullosque experte tumultus
Et secure, palam quod digeris ordine uitam,
Idem auri facilis contemptor et optimus idem
Comere diuitias opibusque immittere lucem:
Hac longum florens animi morumque iuuenta
Iliacos aequare senes et uincere persta,
Quos pater elysius, genetrix quos detulit annos:
Hoc illi duras exorauere sorores,
Hoc, quae te sub teste situm fugitura tacentem
Ardua magnanimi reuirescit gloria Blaesi.

IV.

PSITTACUS EIUSDEM.

Psittace, dux uolucrum, domini facunda uoluptas,
Humanae sollers imitator, psittace, linguae,
Quis tua tam subito praeclusit murmura fato?
Hesternas, miserande, dapes moriturus inisti

---

69 secure *Markl.:* secrete A C | quod A C: qui *Dom. an quo?* ‖ 71 Condere *edd.;* Promere *Burmannus* ‖ 74 elysia C a, *correxi.* elysio *Dom.* ‖ 77 reuirescet A C, *corr.* ς | blessi A C
IV. 4 Hesternas ς: Externas C a Extremas *Markl.*

Nobiscum, et gratae carpentem munera mensae
Errantemque toris mediae plus tempore noctis
Uidimus. affatus etiam meditataque uerba
Reddideras. at nunc aeterna silentia Lethes
Ille canorus habes. cedat Phaethontia uulgi
Fabula: non soli celebrant sua funera cygni.
At tibi quanta domus rutila testudine fulgens,
Conexusque ebori uirgarum argenteus ordo,
Argutumque tuo stridentia limina cornu,
Et querulae tam forte fores! uacat ille beatus
Carcer, et angusti nusquam conuicia tecti!
Huc doctae stipentur aues, quis nobile fandi
Ius natura dedit: plangat Phoebeius ales
Auditasque memor penitus dimittere uoces
Sturnus et Aonio uersae certamine picae,
Quique refert iungens iterata uocabula perdix,
Et quae Bistonio queritur soror orba cubili:
Ferte simul gemitus cognataque ducite flammis
Funera et hoc cunctae miserandum addiscite carmen:
'Occidit aeriae celeberrima gloria gentis
Psittacus, ille plagae uiridis regnator Eoae;
Quem non gemmata uolucris Iunonia cauda
Uinceret aspectu, gelidi non Phasidis ales,
Nec quas humenti Numidae rapuere sub austro.
Ille salutator regum nomenque locutus
Caesareum et queruli quondam uice functus amici,
Nunc conuiua leuis monstrataque reddere uerba
Tam facilis! quo tu, Melior dilecte, recluso
Numquam solus eras. at non inglorius umbris
Mittitur: Assyrio cineres adolentur amomo

---

9 obis *Heinsius* ‖ 11 Stat uiduata domus *Heinsius* ‖ 14 tam forte *scripsi:* iam sponte **C a** tam saepe *Schraderus* ‖ 15 augusti **C a** ‖ 18 dimittere **C**: demittere **A** ‖ 19 uictae *Markl.* ‖ 31 Nunc **ς a**: Hunc **C** ‖ 34 adolentur **ς a**: addentur **C**

Et tenues Arabum respirant gramine plumae
Sicaniisque crocis; senio nec fessus inerti
Scandit odoratos Phoenix felicior ignes.'

V.

LEO MANSUETUS.

Quid tibi constrata mansuescere profuit ira?
Quid scelus humanasque animo dediscere caedes
Imperiumque pati et domino parere minori?
Quid, quod abire domo rursusque in claustra reuerti
Suetus et a capta iam sponte recedere praeda
Insertasque manus laxo dimittere morsu?
Occidis, altarum uastator docte ferarum,
Non grege Massylo curuaque indagine clausus,
Non formidato supra uenabula saltu
Incitus aut caeco foueae deceptus hiatu,
Sed uictus fugiente fera. stat cardine aperto
Infelix cauea, et clausis circum undique portis
Hoc licuisse nefas rabidi tumuere leones.
Tum cunctis cecidere iubae, puduitque relatum
Aspicere, et totas duxere in lumina frontes.
At non te primo fusum nouus obruit ictu
Ille pudor: mansere animi, uirtusque cadenti
A media iam morte redit, nec protinus omnes
Terga dedere minae. sicut sibi conscius alti
Uulneris aduersum moriens it miles in hostem
Attollitque manum et ferro labente minatur:
Sic piger ille gradu solitoque exutus honore

---

37 Scandet **C a**
V. 1 monstrata **C a**, *corr. Dom.* ‖ 6 insertasque **ς a**: incertasque **C** ‖ 12 clausas — portas **C a**, *corr. Guietus* ‖ 13 rabidi tumuere *scripsi:* placidi timuere **C a** pauido gemuere *Markl.* fremuere *Heinsius* ‖ 15 toruas *Markl.* ‖ 16 At **A**: Ac **C**

Firmat hians oculos animamque hostemque reliquit.
Magna tamen subiti tecum solatia leti,
Uicte, feres, quod te maesti populusque patresque,
Ceu notus caderes tristi gladiator harena,
Ingemuere mori; magni quod Caesaris ora
Inter tot Scythicas Libycasque, ab litore Rheni
Et Pharia de gente feras, quas perdere uile est,
Unius amissi tetigit iactura leonis.

VI.

CONSOLATIO AD FLAUIUM URSUM.

Saeue nimis, lacrimis quisquis discrimina ponis
Lugendique modos. miserum est primaeua parenti
Pignora surgentesque (nefas!) accendere natos;
Durum et deserti praerepta coniuge partem
Conclamare tori, maesta et lamenta sororum
Et fratrum gemitus: ardet tamen ac procul intrat
Altius in sensus maioraque uulnera uincit
Plaga minor. famulum (quoniam rerum omnia caeca
Sic miscet Fortuna manu nec pectora nouit),
Sed famulum gemis, Urse, pium, sed amore fideque
Has meritum lacrimas, cui maior stemmate cuncto
Nobilitas ex mente fuit. ne comprime fletus,
Ne pudeat; rumpat frenos dolor iste deisque,

---

23 reliquit *scripsi:* requirit **C a**, *quo seruato* animumque *Markl.* ‖ 28 ab *scripsi:* in **C a** et *Dom.* ‖ 30 ablati *Markl.; malim* occisi

VI. *Titulum ex* **A** *dedi:* C. a. Fl. U. de amissione pueri delicati **C** ‖ 2 Lugendoque *Peerlkampius* ‖ 3 accendere *Dom.:* acedere **A*** accedere **C** ‖ 6 ad te tamen at procul **A C**, *correxi;* arte tamen et (ς) procul *Dom.* ‖ 8 quoniam *Dom.:* quia **A C** ‖ 9 nouit **C**: mouit ς **a** ‖ 10 gemis **A**: genus **C** ‖ 11 cuncto *Lindenbrogius:* iuncto **C a** ‖ 12 Nobilitas *Markl.:* Libertas **C a** ‖ 13 deisque *Dom.:* diesque **C a**

Si tam dura placent, hominem exprobret (ei mihi! subdo
Ipse faces), hominem, Urse, tuum, cui dulce uolenti
Seruitium, cui triste nihil, qui sponte sibique
Imperiosus erat. quisnam haec in funera missos
Castiget luctus? gemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidosque canes fleuere Molossi,
Et uolucres habuere rogum ceruusque Maronem.
Quid, si nec famulus? uidi ipse animosque notaui
Te tantum cupientis erum; sed maior in ore
Spiritus et tenero manifesti in sanguine mores.
Optarent multum Graiae cuperentque Latinae
Sic peperisse nurus. non talem Cressa superbum
Callida sollicito reuocauit Thesea filo,
Nec Paris Oebalios talis uisurus amores
Rusticus inuitas deiecit in aequora pinus.
Non fallo aut cantus assueta licentia ducit:
Uidi et adhuc uideo, qualem nec bella cauentem
Litore uirgineo Thetis occultauit Achillem,
Nec circum saeui fugientem moenia Phoebi
Troilon Haemoniae deprendit lancea dextrae.
Qualis eras procul en! cunctis puerisque uirisque
Pulchrior et tantum domino minor! illius unus
Ante decor, quantum praecedit clara minores
Luna faces quantumque alios premit Hesperos ignes.
Non tibi femineum uultu decus oraque supra
Mollis honos (quali, dubiae quos crimina formae
De sexu transire iubent), paruoque uirilis
Gratia; nec petulans acies blandique seuero

---

14 exprobret *scripsi:* gemis **A C** *e. u.* 10 | hei **a**: heu **C** ‖ 16 sibimet *Markl.; melius Heinsius* sibi ipse ‖ 20 rogos ς | Maronem *Peerlkampius*: marone **C** maronis **a** ‖ 21 animosque *ed. Parm.:* habitusque **C a** ‖ 22 capientis *Heinsius* ‖ 28 Troasin inuisas *Markl.* ‖ 39 quali *scripsi:* qualis **C a** quales *edd.* | quos *scripsi:* post **C a** discrimina *Markl.* ‖ 40 paruoque *edd.:* toruoque **A** toruaque **C**

Igne oculi, qualis liber iam casside uisus
Parthenopaeus erat; simplexque horrore decoro
Crinis, et obsessae nondum primoque micantes
Flore genae: talem Ledaeo gurgite pubem
Educat Eurotas, teneri sic integer aeui
Elin adit primosque Ioui puer approbat annos.
Nam pudor innocuae mentis tranquillaque morum
Temperies teneroque animus maturior aeuo,
Carmine quo nota esse queant? saepe ille dolentem
Castigabat erum studioque altisque iuuabat
Consiliis; tecum tristisque hilarisque nec umquam
Ille suus uultumque tuo sumebat ab ore.
Dignus et Haemonium *et* Pyladen praecedere fama
Cecropiamque fidem. sed laudum terminus esto,
Quem fortuna sinit: non mente fidelior aegra
Sperauit tardi reditus Eumaeus Ulixis.
Quis deus aut quisnam tam tristia uulnera casus
Eligit? unde manus fatis tam certa nocendi?
O quam diuitiis censuque exutus opimo
Fortior, Urse, fores! si uel fumante ruina
Raptassent dites Uesuina incendia Locros
Seu Pollentinos mersissent flumina saltus
Seu Lucanus Acir seu Thybridis impetus altas
In dextrum torsisset aquas, paterere serena
Fronte deos; siue alma fidem messisque negasset
Cretaque Cyreneque et qua tibi cumque beato
Larga redit fortuna sinu. sed gnara dolorum
Inuidia infelix animi uitalia uidit

---

42 liber *scripsi:* bellis **C a** | uisus **ς**: uisu **C a** missa *Dom.* || 43 errore **ς** *Schraderus* || 48 innocuae *scripsi:* unde notae **A* C** ingenuae *Heinsius* || 50 nota esse queant *Markl.:* potasse queam **A C** donasse queam *Dom.* dotasse *Heinsius* | dolentem *Maduigius:* uolentem **C a** || 54 et *addidi: om.* **C a** Aonium Pyladen *Markl.* || 58 casus *Dom.:* causas **A* C** || 62 Ructassent **A C**, *corr. Maduigius* || 64 Acir *idem:* ager **C a**

Laedendique uias. uitae modo limine adultae
Nectere tendebat iuuenum pulcherrimus ille
Cum tribus Eleis unam trieterida lustris.
Attendit toruo tristis Rhamnusia uultu,
Ac primum impleuitque toros oculisque nitorem
Addidit ac solito sublimius ora leuauit,
Heu! misero letale fauens, seseque uidendo
Torsit ab inuidia mortisque amplexa iacenti
Iniecit nexus carpsitque immitis adunca
Ora uerenda manu. quinto uix Phosphoros ortu
Rorantem sternebat equum: iam litora duri
Saeua, Philete, senis, dirumque Acheronta uidebas,
Quo domini clamate sono! non secius atros
Nigrasset planctu genetrix sibi saeua lacertos,
Nec pater; et certe qui uidit funera frater
Erubuit uinci. sed nec seruilis adempto
Ignis: odoriferos exhausit flamma Sabaeos
Et Cilicum messes, Phariaeque exempta uolucri
Cinnama et Assyrio manantes gramine sucos
Et domini fletus: hos tantum hausere fauillae,
Hos bibit usque rogus; nec quod tibi Setia canos
Restinxit cineres, gremio nec lubricus ossa
Quod uallauit onyx, miseris acceptius umbris
Quam gemitus. sed et ipse sat est. quin terga dolori,
Urse, damus? quid damna foues et pectore iniquo
Uulnus amas? ubi nota reis facundia raptis?
Quid caram crucias tam saeuis luctibus umbram?
Eximius licet ille animi meritusque doleri:

---

70 limine *Markl.:* carmen **C a** || 71 tendebat **a**: tentabat **A C** et inuitam Mortem || 77 ab *scripsi:* et **C a** et insidians *Burmannus* et inuitam Mortem || 79 quinto complexa *Markl.* | mortisque *scripsi:* mortemque **A C** || 79 quinto — ortu *Schraderus:* quinta — hora **C a** || 81 *puto* Senta | durumque **C a**, *corr. Markl.* || 82 secius *idem:* saeuius **C a** || 83 sibi **ς**: tibi **C a** || 90 quod *Dom.:* quo **A C** | setia **a**: sestia **C** || 93 sat est *scripsi:* iuuat **C a** ipsa iuuat *edd.* | quin **ς**: quid **A C** || 97 doleri **C**: dolori **ς a**

Soluisti. subit ille pios carpitque quietem
Elysiam carosque illic fortasse parentes
Inuenit; aut illi per amoena silentia Lethes
Forsan Auernales adludunt undique mixtae
Naides, obliquoque notat Proserpina uultu.
Pone, precor, questus; alium tibi fata Phileton,
Forsan et ipse dabit moresque habitusque decoros
Monstrabit gaudens similemque docebit amorem.

VII.

GENETHLIACON LUCANI AD POLLAM

Lucani proprium diem frequentet,
Quisquis collibus Isthmiae Diones
Docto pectora concitatus oestro,
Pendentis bibit ungulae liquorem.
Ipsi, quos penes est honor canendi,
Uocalis citharae repertor Arcas,
Et tu Bassaridum rotator Euhan,
Et Paean et Hyantiae sorores
Laetae purpureas nouate uittas,
Crinem comite, candidamque uestem
Perfundant hederae recentiores.
Docti largius euagentur amnes,
Et plus Aoniae uirete siluae,

98 carpitque **A C**: carpsitque ς ‖ 99 clarosque **C a** ‖ 104 habitusque *Markl.*: habiture **A* C** habitumque *Dom.* ‖ 105 amorem **a**: amori **A* C** amari *Dom.*

VII. *Lectiones codicis Laurentiani plut. 29, 32 saec. X, qui fol. 29ª — 30ª hoc carmen habet,* **L** *sigla notabo.* G. L. ad Pollam **A**: G. L. ad Oppiam **C L** *miro consensu, ut eum qui* **C** *exarauit ipsum* **L** *in hoc carmine adhibuisse conicias* ‖ 3 concitatus **A**: concitauit **C L** ‖ 6 archas **L a** ‖ 7 euan **L** ‖ 8 Hyantiae *Dom.*: euantiae **A C L** ‖ 9 Laetae] tae **L** *in initio lineae* ‖ 11 Praecingant *Markl.*

Et, si qua laceram diem recepit,
Sertis mollibus expleatur umbra.
Centum Thespiacis odora lucis
Stent altaria uictimaeque centum,
Quas Dirce lauat aut alit Cithaeron.
Lucanum canimus, fauete linguis,
Uestra est ista dies, fauete, Musae,
Dum qui uos geminas tulit per artes,
Et uinctae pede uocis et solutae,
Romani colitur chori sacerdos.
Felix heu nimis et beata tellus,
Quae pronos Hyperionis meatus
Summis oceani uides in undis
Stridoremque rotae cadentis audis,
Quae Tritonide fertiles Athenas
Unctis, Baetica, prouocas trapetis:
Lucanum potes inputare terris!
Hoc plus quam Senecam dedisse mundo
Aut dulcem generasse Gallionem.
Attollat refluos in astra fontes
Graio nobilior Melete Baetis;
Baetim, Mantua, prouocare noli.
Natum protinus atque humum per ipsam
Primo murmure dulce uagientem
Blando Calliope sinu recepit.
Tum primum posito remissa luctu
Longos Orpheos exuit dolores
Et dixit: 'puer o dicate Musis,
Longaeuos cito transiture uates,

14 laceram *scripsi:* pater aut **L** ς patet aut **C a** pateram ς patulam *Markl.* ‖ 16 tespiacis **L** ‖ 18 dircę *et* alid **L** ‖ 20 iste **L** ‖ 24 heu] o *Markl.* ‖ 25 ·yperionis **L** ‖ 26 uides; ui *ex corr. in* **L** ‖ 28 tritonidę *et* atheras **L** ‖ 29 u&ica prouo castrapetis **L** ‖ 34 m&eleb&is **L** ‖ 35 b&im **L** ‖ 36 aque *et* ipsum **L** ‖ 37 primum **L** ‖ 38 caliope **L** ‖ 40 orfeos **A L** ‖ 41 puero dic. **L**

Non tu flumina nec greges ferarum
Nec plectro Geticas mouebis ornos,
Sed septem iuga Martiumque Thybrim
Et doctos equites et eloquente
Cantu purpureum trahes senatum.
Nocturnas alii Phrygum ruinas
Et tarde reducis uias Ulixis
Et puppem temerariam Mineruae,
Trita uatibus orbita, sequantur:
Tu carus Latio memorque gentis
Carmen fortior exeres togatum.
Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora Thessalosque currus
Et supplex Priami potentis aurum,
Et sedes reserabis inferorum
(Ingratus Nero!) dulcibus theatris
Et noster tibi proferetur Orpheus.
Dices culminibus Remi uagantis
Infandos domini nocentis ignes.
Hinc castae titulum decusque Pollae
Iocunda dabis adlocutione.
Mox coepta generosior iuuenta
Albos ossibus Italis Philippos
Et Pharsalica bella detonabis,
Quod fulmen ducis inter arma diui,
Libertate grauem pia Catonem

---

44 moueuis **L**, *corr. m. 1* ‖ 45 · uii · *et* timbrim **L** ‖ 46 elonquente **L** ‖ 47 sanatum **L** ‖ 49 tarde *Markl.*: tardi **C a L** | reducis (i *m. 2*) **C L** *(hic* i *ex* a *corr. m. 1)*: reduces **A** | ulxxis≡ (s *a m. 2; in ras. erat* s) **L** ‖ 51 uotibus **L**, *corr. m. 1* ‖ 53 exeres *Markl.*: exeris **C a L** ‖ 55 Ludes **L** ς: Laudas **A C** | haectora tess. **L** ‖ 56 aurim **L** ‖ 59 proferetur **C L**: preferetur **A** | orfeus **A L** ‖ 60 culminibus ς **a**: fulminibus *(uel* flum.) **C** fulminibus *ex* fluminibus *corr. m. 1* **L** ‖ 62 Hinc ς: Huc **C a L** Tu *edd.* ‖ 66 farsalica **L** ‖ 67 Quod *Markl.*: Quo **C a L** Et *Dom.*

Et gratum popularitate Magnum.
Tu Pelusiaci scelus Canopi
Deflebis pius et Pharo cruenta
Pompeio dabis altius sepulcrum.
Haec primo iuuenis canes sub aeuo,
Ante annos culicis Maroniani.
Cedet Musa rudis ferocis Enni
Et docti furor arduus Lucreti,
Et qui per freta duxit Argonautas,
Et qui corpora prima transfigurat.
Quin maius loquar: ipsa te Latinis
Aeneis uenerabitur canentem.
Nec solum dabo carminum nitorem,
Sed taedis genialibus dicabo
Doctam atque ingenio tuo decoram
Forma, simplicitate, comitate,
Censu, sanguine, gratia, lepore,
Qualem blanda Uenus daretque Iuno;
Et uestros hymenaeon ante postes
Festis cantibus ipsa personabo.
O saeuae nimium grauesque Parcae!
O numquam data longa fata summis!
Cur plus, ardua, casibus patetis?
Cur saeua uice magna non senescunt?
Sic natum Nasamonii Tonantis
Post ortus obitusque fulminatos
Angusto Babylon premit sepulcro.
Sic fixum Paridis manu trementis

---

69 grauum **L** ‖ 73 sepulchrum *(itemque* 95, *non* 103 *et* 110) **L** ‖ 79 Quin ς: Quid **C a L** | loquar **L**: loquor **C a** | ipse **L** ‖ 81 carminis *Dom.* ‖ 82 genitalibus **C a L** ‖ 83 ingenituo **L** ‖ 86. 84. 85 ponunt **C a L**, *traieci. praeeunte ex parte Geuartio* 84, 85 *eiecit Markl.* ‖ 85 lepore *Lindenbrogius:* decore **C a L** ‖ 87 ymeneon *et* ς: festa **A C L** ‖ 89 q; *ex corr.* **L** ‖ 90 numq: **L** | fata potes ≡ *(erasa* t *litt.)* **L** ‖ 93 Sic natum ς **a**: Signatum **C L** ‖ 94 p'oortus **L** ‖ 96 trementis *edd.*: prementis **A C L** trementi *Markl.*

Peliden Thetis horruit cadentem.
Sic ripis ego murmurantis Hebri
Non mutum caput Orpheos sequebar.
Sic et tu (rabidi nefas tyranni!)
Iussus praecipitem subire Lethen,
Dum pugnas canis arduaque uoce
Das solatia grandibus sepulcris,
(O dirum scelus! o scelus!) tacebis.'
Sic fata est leuiterque decidentes
Abrasit lacrimas nitente plectro.
At tu, seu rapidum poli per axem
Famae curribus arduis leuatus,
Qua surgunt animae potentiores,
Terras despicis et sepulcra rides;
Seu pacis merito nemus reclusi
Felix Elysii tenes in oris,
Quo Pharsalica turba congregatur,
Et te nobile carmen insonantem
Pompei comitantur et Catones,
Dum magna sacer et superbus umbra
Noscis Tartaron et procul nocentum
Audis uerbera pallidumque uisa
Matris lampade respicis Neronem:
Adsis lucidus et uocante Polla
Unum, quaeso, diem deos silentum
Exores: solet hoc patere limen
Ad nuptas redeuntibus maritis.
Haec te non thyasis procax dolosis
Falsi numinis induit figura,

97 tetis **L** | horruit **C**: orruit **L** obruit ς **a** ‖ 99 orfeos **A L** ‖ 101 leten **L** ‖ 103 *malim* sepultis ‖ 105 facta **L** ‖ 107 ac tu **L** ‖ 108 leuatu **L** leuatum **A C**, *corr. Dom.* ‖ 112 tenis **L** ‖ 113 farsal. **L** ‖ 116 Dum *Bursianus:* Tu **C a L** Seu *Markl.* ‖ 117 Nescis **C a L**, *corr. Hauptius* | nocentu. **L** ‖ 121 diem *ex* dium *m. 1 corr.* **L** | silentium **L** ‖ 124 thiasis **L**

Ipsum sed colit et frequentat ipsum
Imis altius insitum medullis,
Ac solatia uera subministrat
Uultus, qui simili notatus auro
Stratus praenitet incubatque somno
Securae. procul hinc abite, Moerae:
Haec uitae genialis est origo.
Cedat luctus atrox genisque manent
Iam dulces lacrimae dolorque festus,
Quicquid fleuerat ante, nunc adoret.

126 frequenter (— ī) **L** ‖ 128 Ac **A C**: ad **L** | uera *scripsi:* uana **C a L** ‖ 130 Stratis *Dom.* | excubatque *Markl.* ‖ 131 Moerae *scripsi:* mortes **C a L**. Sed curae p. h. a. inertes *Heinsius itemque (sed* mortis) *Maduigius* ‖ 132 genitalis **C a L**, *corr.* ς ‖ *in fine* Finit dõ gratias amen **L**

P. PAPINII STATII
SILUARUM
LIBER III.

STATIUS POLLIO SUO SAL.

Tibi certe, Polli dulcissime et hac cui tam fideliter inhaeres quiete dignissime, non habeo diu probandam libellorum istorum temeritatem, cum scias multos ex illis in sinu tuo subito natos et hanc audaciam stili nostri frequenter expaueris, quotiens in illius facundiae tuae penetralia seductus altius litteras intro et in omnis a te studiorum sinus ducor. securus itaque tertius hic siluarum nostrarum liber ad te mittitur. habuerat quidem et secundus testem, sed hic habet auctorem. nam primum limen eius Hercules Surrentinus aperit, quem in litore tuo consecratum, statim ut uideram, his uersibus adoraui. sequitur libellus, quo splendidissimum et mihi iocundissimum iuuenem, Metium Celerem, a sacratissimo imperatore missum ad legionem Syriacam, quia sequi non poteram, sic prosecutus sum. merebatur et Claudii Etrusci mei pietas aliquod ex studiis nostris solatium, cum lugeret ueris (quod iam rarissimum est) lacrimis

---

In titulo salutem **A C** ‖ 9 expaueris **A C**: expaueas ς ‖ 10 penetrali **A C**, *corr. ed. Parm.* penetrale *Politianus* | omnis] intimos *Barthius; potius* imos ‖ 13 *puto* te testem ‖ 21 iam rariss. *scripsi:* amarissimum **C** a rariss. ς

senem patrem. Earinus praeterea, Germanici nostri libertus, scit quamdiu desiderium eius moratus sim, cum petisset ut capillos suos, quos cum gemmata pyxide et speculo ad Pergamenum Asclepium mittebat, uersibus dedicarem. summa est egloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor. hic, si uerum dicimus, sermo est; equidem securus, ut cum uxore et qui persuadere malit quam placere. huic praecipue libello fauebis, cum scias hanc destinationem quietis meae tibi maxime intendere meque non tam in patriam quam ad te secedere. uale.

I.

HERCULES SURRENTINUS POLLII FELICIS.

Intermissa tibi renouat, Tirynthie, sacra
Pollius et causas designat desidis anni,
Quod coleris maiore tholo nec litora pauper
Nuda tenes tectumque uagis habitabile nautis,
Sed nitidos postes Graisque effulta metallis
Culmina, ceu taedis iterum lustratus honesti
Ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma.
Uix oculis animoque fides. tune ille reclusi
Liminis et paruae custos inglorius arae?
Unde haec aula recens fulgorque inopinus agresti
Alcidae? sunt fata deum, sunt fata locorum!
O uelox pietas! steriles hic nuper harenas
Ac sparsum pelago montis latus hirtaque dumis
Saxa nec ulla pati faciles uestigia terras
Cernere erat. quaenam subito fortuna rigentes
Ditauit scopulos? Tyrione haec moenia plectro

---

22 earinus **A**: ierinus **C** ‖ 23 dei *post* Germanici *inseruit Dom.* ‖ 27 dici uis *Bursianus*

I. 9 Liminis **A**: Luminis **C** ‖ 13 Ad sparsum **C**, *correxi.* Aspersum a

An Getica uenere lyra? stupet ipse labores
Annus, et angusto bis seni limite menses
Longaeuum mirantur opus. deus adfuit arces
Erexitque suas atque obluctantia saxa
Summouit nitens et magno pectore montem
Reppulit: immitem credas iussisse nouercam.
Ergo age, seu patrios liber iam legibus Argos
Incolis et mersum tumulis Eurysthea calcas,
Siue tui solium Iouis et uirtute parata
Astra tenes, haustumque tibi succincta beati
Nectaris excluso melior Phryge porrigit Hebe:
Huc ades et genium templis nascentibus infer.
Non te Lerna nocens nec pauperis arua Molorchi
Nec formidatus Nemees ager antraque poscunt
Thracia nec Pharii polluta altaria regis;
Sed felix simplexque domus fraudumque malarum
Inscia et hospitibus superis dignissima sedes.
Pone truces arcus agmenque immite pharetrae
Et regum multo perfusum sanguine robur,
Instratumque humeris dimitte gerentibus hostem.
Hic tibi Sidonio celsum puluinar acantho
Texitur et signis crescit torus asper eburnis.
Pacatus mitisque ueni nec turbidus ira
Nec famulare timens, sed quem te Maenalis Auge
Confectum thyasis et multo fratre madentem
Detinuit qualemque uagae post crimina noctis
Thestius obstupuit, totiens socer. hic tibi festa
Gymnas, et insontes iuuenum sine caestibus irae
Annua ueloci peragunt certamina lustro.
Hic templis inscriptus auo gaudente sacerdos

18 angusti bisseno **A C**, *corr.* **a** ‖ 19 adfuit *Meursius:* attulit **C a** ‖ 30 Nemees **ς a**: uenies **C** | antraue *Markl.* ‖ 36 Lustratumque **C a**, *corr.* **ς** ‖ 37 acantho **A**: achanto **C** ‖ 43 Thestius *Markl.:* Thespius **C a** ‖ 44 cestibus **A C**: testibus **ς** caedibus *Markl.; an* uestibus? *cf.* 146, 152. ‖ 46 adscriptus *Markl.*

Paruus adhuc similisque tui, cum prima nouercae
Monstra manu premeres atque exanimata doleres.
Sed quaenam subiti ueneranda exordia templi,
Dic age, Calliope; socius tibi grande sonabit
Alcides tensoque modos imitabitur arcu.
Tempus erat, caeli cum torrentissimus axis
Incumbit terris ictusque Hyperione multo
Acer anhelantis incendit Sirius agros.
Iamque dies aderat, profugis cum regibus aptum
Fumat Aricinum Triuiae nemus et face multa
Conscius Hippolyti splendet lacus; ipsa coronat
Emeritos Diana canes et spicula terget
Et tutas sinit ire feras, omnisque pudicis
Itala terra focis Hecateidas excolit idus.
Ast ego, Dardaniae quamuis sub collibus Albae
Rus proprium magnique ducis mihi munere currens
Unda domi curas mulcere aestusque leuare
Sufficerent, notas Sirenum nomine rupes
Facundique larem Polli non hospes habebam,
Assidue moresque uiri pacemque nouosque
Pieridum flores intactaque carmina discens.
Forte diem Triuiae dum litore ducimus udo
Angustasque fores assuetaque tecta grauati
Frondibus et patula defendimus arbore soles,
Delituit caelum et subitis lux candida cessit
Nubibus ac tenuis grauiore Fauonius austro
Inmaduit; qualem Libyae Saturnia nimbum
Attulit, Iliaco dum diues Elissa marito
Donatur testesque ululant per deuia nymphae.
Diffugimus, festasque dapes redimitaque uina
Abripiunt famuli nec quo conuiuia migrent,

48 doleres **ς**: dolores **A C** ‖ 60 hecateidas **A**: echateidas **C** hecateias *Dom.* ‖ 69 Augustasque **A C**, *corr.* **ς** | grauati **a**: grauatis **A C**; *possis et* grauantis (-tes) ‖ 71 condita *Heinsius*

Quamuis innumerae gaudentia rura superne
Insedere domus et multo culmine diues
Mons nitet: instantes sed proxima quaerere nimbi
Suadebant laesique fides reditura sereni.
Stabat dicta sacri tenuis casa nomine templi
Et magnum Alciden humili lare parua premebat,
Fluctiuagos nautas scrutatoresque profundi
Uix operire capax. huc omnis turba coimus,
Huc epulae ditesque tori coetusque ministrum
Stipantur nitidaeque cohors gratissima Pollae.
Non cepere fores, angustaque deficit aedes.
Erubuit risitque deus dilectaque Polli
Corda subit blandisque uirum complectitur ulnis.
'Tune', inquit 'largitor opum, qui mente profusa
Tecta Dicarchei pariter iuuenemque replesti
Parthenopen? nostro qui tot fastigia monti,
Tot uirides lucos, tot saxa imitantia uultus
Aeraque, tot scripto uiuentes lumine ceras
Fixisti? quid enim ista domus, quid terra, priusquam
Te gauderet, erant? longo tu tramite nudos
Texisti scopulos, fueratque ubi semita tantum,
Nunc tibi distinctis stat porticus alta columnis,
Ne sorderet iter. curui tu litoris ora
Clausisti calidas gemina testudine lymphas.
Uix opera enumerem; mihi pauper et indigus uni
Pollius? et talis hilaris tamen intro penates
Et litus, quod pandis, amo. sed proxima sedem
Despicit et tacite ridet mea limina Iuno.
Da templum dignasque tuis conatibus aras.

---

82 sacris *Markl.* ‖ 86 coitusque **A* C**, *corr.* ς ‖ 90 uirum] animum *Markl.; malim* uirum compellat ab orsis ‖ 92 Dicharcheae *et* mitemque *Markl.* ‖ 94 imitantia **A** ς: nutantia **C** ‖ 97 *malim* gauderet ero ‖ 99 tibi **A C**: ibi *edd.* ‖ 100 oras **C a** ‖ 101 nymphas **C a**, *corr.* ς ‖ 105 limina **A** ς: lumina **C** ‖ 106 *malim* dignasque tuis natalibus

Quas puppes uelis nolint transire secundis,
Quo pater aethereus mensisque accita deorum
Turba et ab excelso ueniat soror hospita templo.
Nec te, quod solidus contra riget umbo maligni
Montis et immenso non usquam exesus ab aeuo,
Terreat; ipse adero et conamina tanta iuuabo
Asperaque inuitae perfringam uiscera terrae.
Incipe et Herculeis fidens hortatibus aude.
Non Amphioniae steterint uelocius arces
Pergameusue labor.' dixit montemque reliquit.
Nec mora: conscripta formantur imagine templa.
Innumerae coiere manus: his caedere siluas
Et leuare trabes, illis immergere curae
Fundamenta solo. coquitur pars humida terrae
Protectura hiemes atque exclusura pruinas,
Indomitusque silex curua fornace liquescit.
Praecipuus sed enim labor est excindere dextra
Oppositas rupes et saxa negantia ferro.
Hic pater ipse loci positis Tirynthius armis
Insudat ualidaque solum deforme bipenni,
Cum graue nocturna caelum subtexitur umbra,
Ipse fodit. dites Capreae uiridesque resultant
Taurubulae, et terris ingens redit aequoris echo.
Non tam grande sonat motis incudibus Aetne,
Cum Brontes Steropesque ferit, nec maior ab antris
Lemniacis fragor est, ubi flammeus aegida caelat
Mulciber et castis exornat Pallada donis.
Decrescunt scopuli, et rosea sub luce reuersi
Artifices mirantur opus. uix annus anhelat
Alter, et ingenti diues Tirynthius arce
Despectat fluctus et iunctae tecta nouercae

---

109 templo] tecto *Markl.; malim* Olympo ‖ 111 umquam **A C**, *correxi.* excisus *Markl.* ‖ 117 cum scripta formatur imagine tela **C a**, *corr. Markl.* (conscripta ς) ‖ 120 humida **A C**: uuida *Dom.* ‖ 128 ditesque capr(a)e **C a** ‖ 129 Theleboae *Turnebus* ‖ 130 ethn(a)e **C a**, *corr.* ς; Aetna ς

Prouocat et dignis inuitat Pallada templis.
Iam placidae dant signa tubae, iam fortibus ardens
Fumat harena sacris. hos nec Pisaeus honores
Iuppiter aut Cyrrhae pater aspernetur opacae.
Nil his triste locis; cedat lacrimabilis Isthmos,
Cedat atrox Nemee: litat hic felicior infans.
Ipsae pumiceis uirides Nereides antris
Exiliunt ultro scopulisque umentibus haerent;
Nec pudet occulte nudas spectare palaestras.
Spectat et Icario nemorosus palmite Gaurus
Siluaque, quae fixam pelago Nesida coronat,
Et placidus Limon omenque Euploea carinis
Et Lucrina Uenus, Phrygiasque e uertice Graio
Admisces, Misene, tubas, ridetque benigna
Parthenope gentile sacrum nudosque uirorum
Certatus et parua suae simulacra coronae.
Quin age et ipse libens proprii certaminis actus
Inuicta dignare manu; seu nubila disco
Findere seu uolucres Zephyros praecedere telo
Seu tibi dulce manu liquidas nodare palaestras,
Indulge sacris et, si tibi poma supersunt
Hesperidum, gremio uenerabilis ingere Pollae;
Nam capit et tantum non degenerabit honorem.
Quod si dulce decus uiridesque resumeret annos,
Da ueniam, Alcide, fors huic et pensa tulisses.
Haec ego nascentes laetus bacchatus ad aras
Libamenta tuli. nunc ipsum in limine cerno

---

139 iam insontibus *Markl.* ‖ 143 nemees **C a** ‖ 144 puniceis **A*** **C**, *corr.* ς ‖ 145 scopulisq. ument. *scripsi:* scopulis hument. **A C** et scopulis hument. *edd.* uuentibus *Gronouius* ‖ 148 quae cinctam *Markl.* ‖ 149 Limon omenque *Guietus:* limo numenque **C a** Limon numenque *Dom.* ‖ 150 Phrygioque e uert. Graias **C a**, *correxi* ‖ 151 Admisces *scripsi:* Addisces **A C** Adsciscis *Markl.* ‖ 156 praecedere **C a**: praeuertere *uulgo* ‖ 157 liquidas *Markl.:* libycas **C a** | nodare **A C**: nudare ς ‖ 160 degener ambit *Gronouius* ‖ 162 hinc **C a**, hic *uel* huic ς ‖ 163 laetum *Barthius* ‖ 164 ipsum *Dom.:* ipse **A C** ipso ς

Soluentem uoces et talia dicta ferentem:
'Macte animis opibusque meos imitate labores,
Qui rigidas rupes infecundaeque pudenda
Naturae deserta domas et uertis in usum
Lustra habitata feris foedeque latentia profers
Numina. quae tibi nunc meritorum praemia soluam?
Quas referam grates? Parcarum fila tenebo
Extendamque colus (duram scio uincere mortem),
Auertam luctus et tristia damna uetabo
Teque nihil laesum uiridi renouabo senecta
Concedamque diu iuuenes spectare nepotes,
Donec et hic sponsae maturus et illa marito,
Rursus et ex illis soboles noua grexque proteruus
Nunc humeris inreptet aui nunc agmine blando
Certatim placidae concurrat ad oscula Pollae.
Nam templis numquam statuetur terminus aeui,
Dum me flammigeri portabit machina caeli.
Nec mihi plus Nemee priscumque habitabitur Argos
Nec Tiburna domus solisque cubilia Gades.'
Sic ait; et tangens surgentem altaribus ignem
Populeaque mouens albentia tempora silua
Et Styga et aetherei iurauit fulmina patris.

II.

PROPEMPTICON METIO CELERI.

Di, quibus audaces amor est seruare carinas
Saeuaque uentosi mulcere pericula ponti,
Sternite molle fretum placidumque aduertite uotis
Concilium, et lenis non obstrepat unda precanti:
'Grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo

---

165 serentem *Heinsius* ‖ 171 renebo *Heinsius* ‖ 182 priscumue *Markl.*

II. 3 aduertite **A** ς: auertite **C** ‖ 4 lenis **A**: leuis **C**

Depositum. iuuenis dubio committitur alto
Metius atque animae partem super aequora nostrae
Maiorem transferre parat. proferte benigna
Sidera et antemnae gemino considite cornu,
Oebalii fratres; uobis pontusque polusque
Luceat; Iliacae longe nimbosa sororis
Astra fugate, precor, totoque excludite caelo.
Uos quoque caeruleum ponti, Nereides, agmen,
Quis honor et regni cessit fortuna secundi
(Dicere quae magni fas sit mihi sidera ponti),
Surgite de uitreis spumosae Doridos antris
Baianosque sinus et feta tepentibus undis
Litora tranquillo certatim ambite natatu,
Quaerentes ubi celsa ratis, quam scandere gaudet
Nobilis Ausoniae Celer armipotentis alumnus.
Nec quaerenda diu; modo nam trans aequora terris
Prima Dicarcheis Pharium grauis intulit annum.
Prima salutauit Capreas et margine dextro
Sparsit Tyrrhenae Mareotica uina Mineruae.
Huius utrumque latus molli praecingite gyro,
Partitaeque uices uos stuppea tendite mali
Uincula, uos summis adnectite sipara uelis,
Uos Zephyris aperite sinus; pars transtra reponat,
Pars demittat aquis curuae moderamina puppis;
Sint quibus exploret rupes grauis ante molybdus,
Quaeque secuturam religent post terga phaselon
Uncaque summersae penitus retinacula uellant;
Temperet haec aestus pelagusque inclinet ad ortus:
Officio careat glaucarum nulla sororum.
Hinc multo Proteus geminoque hinc corpore Triton

---

6 dubiae — alno *Markl.* ‖ 12 *fort.* tutoque ‖ 13 ponti **C a**: diuae ϛ ‖ 15 quas *Heinsius* ‖ 19 quam *Heinsius:* qua **C a** ‖ 30 exploret rupes *Dom.:* explorent primos **C** explorent **a** pumos **A**, *ut uid., unde* scopulos *cum* ϛ *conicias* | ante *scripsi:* arte **C a** | molybdis *Salmasius:* molorcus **A** molorchos **C**

Praenatet, et subitis qui perdidit inguina monstris
Glaucus adhuc patriis quotiens allabitur oris
Litoream blanda feriens Anthedona cauda.
Tu tamen ante omnes, diua cum matre Palaemon,
Annue, si uestras amor est mihi pandere Thebas,
Nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro.
Et pater, Aeolio frangit qui carcere uentos,
Cui uarii flatus omnisque per aequora ponti
Spiritus atque hiemes nimbosaque nubila parent,
Artius obiecto Borean Eurumque Notumque
Monte premat: soli Zephyro sit copia caeli,
Solus agat puppes summasque supernatet undas
Assiduus pelago; donec tua turbine nullo
Laesa Paretoniis assignet carbasa ripis.'
Audimur. uocat ipse ratem nautasque morantes
Increpat. ecce meum timido iam frigore pectus
Labitur et nequeo, quamuis mouet ominis horror,
Claudere suspensos oculorum in margine fletus.
Iamque ratem terris diuisit fune soluto
Nauita et angustum deiecit in aequora pontem.
Saeuus et e puppi longo clamore magister
Dissipat amplexus atque oscula fida reuellit,
Nec longum cara licet in ceruice morari.
Attamen in terras e plebe nouissimus omni
Ibo nec egrediar nisi iam *currente* carina.
Quis rude in abscissum miseris animantibus aequor
Fecit iter solidaeque pios telluris alumnos
Expulit in fluctus pelagoque immisit hianti
Audax ingenii? nec enim temeraria uirtus
Illa magis, summae gelidum quae Pelion Ossae
Iunxit anhelantemque iugis bis pressit Olympum.

---

43 ponti *Heinsius:* mundi **C a** ‖ 44 atque ϛ: at **C** ast **a** ‖ 49 Laesa *Heinsius:* Laeta **C a** ‖ 51 ecce **A C**: inde ϛ ‖ 60 currente *uir doctus nescioquis: om.* **C a** cedente ϛ ‖ 61 in *scripsi:* et **C a** | abscisum ϛ ‖ 63 hianti ϛ *Bentleius:* hiantes **C a**

Usque adeone parum lentas transire paludes
Stagnaque et angustos summittere pontibus amnes?
Imus in abruptum gentilesque undique terras
Fugimus exigua clausi trabe et aere nudo.
Inde furor uentis indignataeque procellae
Et caeli fremitus et fulmina plura Tonanti.
Ante rates pigro torpebant aequora somno,
Nec spumare Thetis nec spargere nubila fluctus
Gaudebant. uisis tumuerunt puppibus undae,
Inque hominem surrexit hiems. tunc nubila Plias
Oleniumque pecus, solito tunc peior Orion.
Iusta queror; fugit ecce uagas ratis acta per undas
Paulatim minor et longe seruantia uincit
Lumina tot gracili ligno complexa timores,
Teque super reliquos, te, nostri pignus amoris
Portatura, Celer. quos nunc ego pectore somnos
Quosue queam perferre dies? quis cuncta pauenti
Nuntius, an facili te praetermiserit unda
Lucani rabida ora maris, num torta Charybdis
Fluctuet aut Siculi populatrix uirgo profundi,
Quos tibi currenti praeceps gerat Hadria mores,
Quae pax Carpathio, quali te subuehat aura
Doris Agenorei furtis blandita iuuenci?
Sed merui questus. quid enim te castra petente
Non uel ad ignotos ibam comes impiger Indos
Cimmeriumque chaos? starem prope bellica regis
Signa mei, seu tela manu seu frena teneres,
Armatis seu iura dares; operumque tuorum
Etsi non socius, certe mirator adessem.
Si quondam magno Phoenix reuerendus Achilli
Litus ad Iliacum Thymbraeaque Pergama uenit

69 genitalesque *Schraderus* ‖ 75 Gaudebant *Markl.:* Audebant **C a**; *an* Ardebant? ‖ 80 fragili *Heinsius* ‖ 81 Teque *Markl.:* Quęque **A** Quaque **C** ‖ 83 proferre *Heinsius* ‖ 84 facilis **C a**, *corr. Dom.* ‖ 85 torta **A C**: torua **a** ‖ 87 ferat ϛ

Imbellis tumidoque nihil iuratus Atridae,
Cur nobis ignauus amor? sed pectore fido
Nusquam abero longisque sequar tua carbasa uotis.
Isi, Phoroneis olim stabulata sub antris,
Nunc regina Phari numenque orientis anheli,
Excipe multisono puppem Mareotida sistro;
Ac iuuenem egregium, Latius cui ductor Eoa
Signa Palaestinasque dedit frenare cohortes,
Ipsa manu placida per limina festa sacrosque
Duc portus urbesque tuas. te praeside noscat,
Unde paludosi fecunda licentia Nili,
Cur uada desidant et ripa coherceat undas
Cecropio stagnata luto, cur inuida Memphis,
Curue Therapnaei lasciuiat ora Canopi,
Cur seruet Pharias Lethaeus ianitor aras,
Uilia cur magnos aequent animalia diuos;
Quae sibi praesternat uiuax altaria Phoenix,
Quos dignetur agros aut quo se gurgite Nili
Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.
Duc et ad Aemathios manes, ubi belliger urbis
Conditor Hyblaeo perfusus nectare durat,
Anguiferamque domum. blando qua mersa ueterno
Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.
Usque et in Assyrias sedes mandataque castra
Prosequere et Marti iuuenem, dea, trade Latino.
Nec nouus hospes erit: puer his sudauit in aruis
Notus adhuc tantum maioris munere claui,
Iam tamen et turmas facili praeuertere gyro
Fortis et Eoas iaculo damnare sagittas.
Ergo erit illa dies, qua te maiora daturus

100 Nusquam ϛ: Nunquam **C a** ‖ 101 olim **A C**: quondam ϛ ‖ 110 stagnata **A C**: signata ϛ | *malius* cur arida ‖ 112 arces *Bentleius* ‖ 119 ueterno *Markl.:* ueneno **C a** morsa ueneno *Heinsius* ‖ 123 in armis **C a** ‖ 124 munere ϛ: numine **A*** **C**

Caesar ab emerito iubeat decedere bello,
At nos hoc iterum stantes in litore uastos
Cernemus fluctus aliasque rogabimus auras?
O tum quantus ego aut quanta uotiua mouebo
Plectra lyra! cum me magna ceruice ligatum
Attolles humeris atque in mea pectora primum
Incumbes e puppe nouus seruataque reddes
Colloquia inque uicem medios narrabimus annos,
Tu rapidum Euphraten et regia Bactra sacrasque
Antiquae Babylonis opes et Zeugma, Latinae
Pacis iter, quam dulce nemus florentis Idumes;
Quo pretiosa Tyros rubeat, quo purpura fuco
Sidoniis iterata cadis, ubi germine opimo
Candida felices sudent opobalsama uirgae:
Ast ego, deuictis dederim quae busta Pelasgis
Quaeue laboratas claudat mihi pagina Thebas.

III.

CONSOLATIO AD CLAUDIUM ETRUSCUM.

Summa deum, Pietas, cuius gratissima caelo
Rara profanatas inspectant numina terras,
Huc uittata comam niueoque insignis amictu,
Qualis adhuc praesens nullaque expulsa nocentum
Fraude rudes populos atque aurea regna colebas,
Mitibus exequiis ades et lugentis Etrusci
Cerne pios fletus laudataque lumina terge.

---

128 discedere **A C**, *correxi.* ‖ 129 At **A**: Ac **C** | uastos] uersos *Markl.* ‖ 134 Incumbens **C a** | seruataque *corruptum; puto* sperataque ‖ 136 euphraten **A**: eufratem **C** ‖ 137 zeuma **A C** ‖ 138 quam *ego:* qua **C a** ‖ 139 Quo — quo — fuco *Gronouius:* Qua — qua — suc(c)o **C a** ‖ 140 cadis ς: uadis **C a** | ubi] quo *Markl.* | opimo *Heinsius:* primum **C a** primo *Peyraredus* ‖ 143 Quaeue **A C**: Quaeque ς

III. *Titulum ex* **C** *dedi*: Claudii Etrusci pietas **a** ‖ 7 lassataque lumina *Handius*

Nam quis inexpleto rumpentem pectora questu
Complexumque rogos incumbentemque fauillis
Aspiciens non aut primaeuae funera plangi
Coniugis aut nati modo pubescentia credat
Ora rapi flammis? pater est, qui fletur. adeste
Dique hominesque sacris. procul hinc, procul ite nocentes,
Si cui corde nefas tacitum fessique senectus
Longa patris, si quis pulsatae conscius umquam
Matris et inferna rigidum timet Aeacon urna:
Insontes castosque uoco. tenet ecce seniles
Leniter implicitus uultus sanctamque parentis
Canitiem spargit lacrimis animaeque supremum
Frigus amat; celeres genitoris filius annos
(Mira fides!) pigrasque putat properasse sorores.
Exultent placidi Lethaea ad flumina manes,
Elysiae gaudete domus; date serta per aras
Festaque pallentes hilarent altaria lucos.
Felix, a! nimium felix plorataque nato
Umbra uenit. longe Furiarum sibila, longe
Tergeminus custos, penitus uia longa patescat
Manibus egregiis. eat horrendumque silentis
Accedat domini solium gratesque supremas
Perferat et totidem iuueni roget anxius annos.
Macte pio gemitu! dabimus solatia dignis
Luctibus Aoniasque tuo sacrabimus ultro
Inferias, Etrusce, seni! tu largus Eoa
Germina, tu messes Cilicumque Arabumque superbas
Merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto
Aggere missuri nitido pia nubila caelo
Stipentur cineres: nos non arsura feremus

---

15 umquam] umbram *Markl.* ‖ 18 implicitus ς: inplicitor **A***, *ut uid.;* implicitor *uel* — tos **C** ‖ 21 nigrasque **C a**, *corr. Heinsius* ‖ 25 a *ego:* et **C a** heu *edd.* o *Bentleius* ‖ 31 digna *Schraderus* ‖ 34 superbis *edd.* ‖ 37 Ditentur *Schraderus; cineres potius corruptum*

Munera, uenturosque tuus durabit in annos
Me monstrante dolor. neque enim mihi flere parentem
Ignotum, similis gemui *et* proiectus ad ignes.
Ille mihi tua damna dies compescere cantu
Suadet, et ipse tuli quos nunc tibi confero questus.
Non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis
Linea nec proauis demissum stemma, sed ingens
Suppleuit fortuna genus culpamque parentum
Occuluit. nec enim dominos de plebe tulisti,
Sed quibus occasus pariter famulatur et ortus.
Nec pudor iste tibi: quid enim terrisque poloque
Parendi sine lege manet? uice cuncta reguntur
Alternisque premunt. propriis sub regibus omnis
Terra; premit felix regum diademata Roma;
Hanc ducibus frenare datum; mox crescit in illos
Imperium superis. sed habent et numina legem:
Seruit et astrorum uelox chorus et uaga seruit
Luna nec iniussae totiens redit orbita lucis.
Sic, modo si fas est aequare iacentia summis,
Pertulit et saeui Tirynthius horrida regis
Pacta, nec erubuit famulantis fistula Phoebi.
Sed neque barbaricis Latio transmissus ab oris:
Smyrna tibi gentile solum potusque uerendo
Ore Meles Hermique uadum, quo Lydius intrat
Bacchus et aurato reficit sua cornua limo.
Laeta dehinc series uariisque ex ordine curis
Auctus honos; semperque gradus prope numina, semper
Caesareum coluisse latus sacrisque deorum

40 similes — ignes (*uel* similem — ignem) *Markl.*: similis — ignem **C a** | gemui **A**: genui *uel* gemini **C** | et *post* gemui *inserui, ante* similis *Markl.* ‖ 45 labemque parentum *Schraderus* ‖ 47 famulatur **A ς**: famulantur **C** ‖ 49 cuncta geruntur **C a**, *corr. Geuartius* ‖ 50 premunt **A C**: regunt *Liuineius* ‖ 55 iniussi — Solis *Markl.* ‖ 56 Sic *scripsi:* Et **C a** ‖ 58 Iussa *Markl.* ‖ 60 genitale *Schraderus* ‖ 61 Ore (*uel* uerenda Fronte) *scripsi:* Fonte **C a** ‖ 64 graau **C a**, *corr. Peyraredus.* gradi *Meursius*

Arcanis haerere datum. Tibereia primum
Aula tibi uixdum ora noua mutante iuuenta
Panditur. hic annis multa super indole uictis
Libertas oblata uenit; nec proximus heres,
Immitis quamquam et Furiis agitatus, abegit.
Hinc et in Arctoas tenuis comes usque pruinas
Terribilem affatu passus uisuque tyrannum
Immanem emollis, ut qui metuenda ferarum
Corda domant mersasque iubent iam sanguine tacto
Reddere ab ore manus et nulla uiuere praeda.
Praecipuos sed enim meritosque erexit in actus
Nondum stelligerum senior dimissus in axem
Claudius et longo transmisit habere nepoti.
Quis superos metuens pariter tot templa, tot aras
Promeruisse datur? summi Iouis aliger Arcas
Nuntius; imbrifera potitur Thaumantide Iuno;
Stat celer obsequio iussa ad Neptunia Triton:
Tu totiens mutata ducum iuga rite tulisti
Integer, inque omni felix tua cumba profundo.
Iamque piam lux alta domum praecelsaque toto
Intrauit Fortuna gradu; iam creditur uni
Sanctarum digestus opum partaeque per omnis
Diuitiae populos magnique impendia mundi.
Quicquid ab auriferis eiectat Hiberia fossis,
Dalmatico quod monte nitet, quod messibus Afris
Uerritur, aestiferi quicquid terit area Nili,

68 multa] magna *Markl.; possis* culta ‖ 71 Hunc **ς** ‖ 73 Immanem emollis *scripsi l. l. p. 256:* Immanemque suis **C a** | ut qui **ς a**: utque **C** ‖ 76 meritosq. erexit *scripsi:* merito surrexit **C a** merito subuexit *Heinsius* meritos surr. *Peyraredus* | actus *Dom.*: artus **A C**. *an* auctus? ‖ 77 demissus **C a**, *corr. Peyrar.* ‖ 78 longum *Geuartius* | Neroni *Markl.* | transmittit **C a**, *corr. Markl.* ‖ 79 Quis **A C**: Qui **ς** Cui superum metuens *Guietus* Cui superum famulo *Markl.; equidem malim* Quis superis parens ‖ 81 colitur *Heinsius* ‖ 82 Nat *idem* ‖ 87 sparsaeque *Markl.*

Quodque legit mersus pelagi scrutator Eoi,
Et Lacedaemonii pecuaria culta Galesi
Perspicuaeque niues Massylaque robora et Indi
Dentis honos: uni parent commissa ministro,
Quae Boreas quaeque Eurus atrox, quae nubilus Auster
Inuehit: hibernos citius numeraueris imbres
Siluarumque comas. uigil iste animique sagacis
Aes citus euoluit quantum Romana sub omni
Pila die quantumque tribus, quid templa, quid alti
Undarum cursus, quid propugnacula poscant
Aequoris aut longe series porrecta uiarum;
Quod domini celsis niteat laquearibus aurum,
Quae diuum in uultus igni formanda liquescat
Massa, quid Ausoniae scriptum crepet arce monetae.
Hinc tibi rara quies animoque exclusa uoluptas,
Exiguaeque dapes et numquam laesa profundo
Cura mero; sed iura tamen genialia cordi
Et mentem uincire toris ac iungere festa
Conubia et fidos domino genuisse clientes.
Quis sublime genus formamque insignis Etruscae
Nesciat? haud quamquam proprio mihi cognita uisu,
Sed decus eximium famae par reddit imago,
Uultibus et similis natorum gratia monstrat.
Nec uulgare genus; fasces summamque curulem
Frater et Ausonios enses mandataque fidus
Signa tulit, cum prima truces amentia Dacos
Impulit et magno gens est damnata triumpho.
Sic quicquid patrio cessatum a sanguine, mater
Reddidit, obscurumque latus clarescere uidit

96 nubilus **A**: nubibus **C** ‖ 98 iste ς: ite **A C** | animeque **C A**, *corr.* ς ‖ 99 Aes citus *scripsi:* Exitus **A C** animoque sagaci Excitus *Markl.* ‖ 105 arce *Burmannus:* igne **C a** ‖ 108 genitalia ς ‖ 109 mulcere toris *et* ‖ 111 sublime decus *Markl.* ‖ 113 formae ς ‖ 114 Uultibns et sibimet similis **A* C**; *aut* et similis *aut* et sibimet ς

Conubio gauisa domus. nec pignora longe;
Quippe bis ad partus uenit Lucina manuque
Ipsa leui grauidos tetigit fecunda labores.
Felix o! si longa dies, si cernere uultus
Natorum uiridisque genas tibi iusta dedissent
Stamina! sed media cecidere abrupta iuuenta
Gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos;
Qualia pallentes declinant lilia culmos
Pubentesque rosae primos moriuntur ad austros,
Aut ut uerna nouis expirat purpura pratis.
Illa sagittiferi circumuolitastis, Amores,
Funera maternoque rogos unxistis amomo;
Nec modus aut pennis laceris aut crinibus ignem
Spargere, collectaeque pyram struxere pharetrae.
Quas tunc inferias aut quae lamenta dedisses
Maternis, Etrusce, rogis, qui funera patris
Haud matura putas atque hos pius ingemis annos!
Illum et qui nutu superas nunc temperat arces,
Progeniem claram terris partitus et astris,
Laetus Idumaei donauit honore triumphi
Dignatusque loco uictricis in ordine pompae
Non uetuit, tenuesque nihil minuere parentes.
Atque idem in cuneos populo seduxit equestres
Mutauitque genus laeuaeque ignobile ferrum
Exuit et celse natorum aequauit honori.
Dextra bis octonis fluxerunt saecula lustris,
Atque aeui sine nube tenor. quam diues in usus
Natorum totoque uolens excedere censu,
Testis adhuc largi nitor inde assuetus Etrusci,

124 o **C**: a ς ha **a** ‖ 130 ut *scripsi:* tibi **C** ubi ς **a** ‖ 132 maternosque **C a**, *corr.* ς ‖ 134 collataeque *Gronouius* coniectaeque *Heinsius* ‖ 138 temperat **A**: temperet **C** ‖ 139 *malim* largitus ‖ 141 in *scripsi:* et **C a** ‖ 143 populo seduxit *scripsi:* populos deduxit **A C** populos cum duxit *Dom.* populo te eduxit *Burmannus* ‖ 145 celse — honori *Salmasius:* celso — honore **C a**

Cui tua non humilis dedit indulgentia mores.
Hunc siquidem amplexu semper reuocante tenebas
Blandus et imperio numquam pater; huius honori
Pronior ipse etiam gaudebat cedere frater.
Quas tibi deuoti iuuenes pro patre renato,
Summe ducum, grates, aut quae pia uota rependant?
Tu (seu tarda situ rebusque exhausta senectus
Errauit seu blanda diu Fortuna regressum
Maluit) attonitum et uenturi fulminis ictus
Horrentem tonitru tantum lenique procella
Contentus monuisse senem; cumque horrida supra
Aequora curarum socius procul Itala rura
Linqueret, hic molles Campani litoris oras
Et Diomedeas concedere iussus in arces
Atque hospes, non exul, erat. nec plura moratus
Romuleum reseras iterum, Germanice, limen
Maerentemque foues inclinatosque penates
Erigis. haut mirum, ductor placidissime, quando
Haec est quae uictis parcentia foedera Cattis,
Quaeque suum Dacis donat clementia montem,
Quae modo Marcomanos post horrida bella uagosque
Sauromatas Latio non est dignata triumpho.
Iamque in fine dies, et inexorabile pensum
Deficit. hic maesti pietas me poscit Etrusci,
Qualia nec Siculae modulantur carmina rupes
Nec fati iam certus olor saeuique marita
Tereos. heu quantis lassantem brachia uidi
Planctibus et prono fusum super oscula uultu!
Uix famuli comitesque tenent, uix arduus ignis
Summouet. haut aliter gemuit per patria Theseus

155 rependunt **A C** ‖ 157 Errabit **A C**, *corr. Dom.* ‖ 159 lenique **A**: leuique **C** ‖ 164 nec longa ς ‖ 168 catis **A**: captis **C** ‖ 174 moderantur **C a**, *corr. Bentleius* ‖ 179 per patria *scripsi*: periuria **C a** pia funera *Heinsius*

Litora, qui falsis deceperat Aegea uelis.
Tunc immane gemens foedatusque ora tepentes
Affatur cineres: 'cur nos, fidissime, linquis
Fortuna redeunte, pater? modo numina magni
Praesidis atque breues superum placauimus iras,
Nec frueris tantique orbatus muneris usu
Ad manes, ingrate, fugis. nec flectere Parcas
Aut placare malae datur aspera numina Lethes?
Felix, cui magna patrem ceruice uehenti
Sacra Mycenaeae patuit reuerentia flammae!
Quique tener saeuis genitorem Scipio Poenis
Abstulit et Lydi pietas temeraria Lausi.
Ergo et Thessalici coniunx pensare mariti
Funus et immitem potuit Styga uincere supplex
Thracius? hoc quanto melius pro patre liceret!
Non totus rapiere tamen, nec funera mittam
Longius; hic manes, hic intra tecta tenebo:
Tu custos dominusque laris, tibi cuncta tuorum
Parebunt; ego rite minor semperque secundus
Assiduas libabo dapes et pocula sacris
Manibus effigiesque colam: te lucida saxa,
Te similem doctae referet mihi linea cerae;
Nunc ebur et fuluum uultus imitabitur aurum.
Inde uiam morum longaeque examina uitae
Affatusque pios monituraque somnia poscam.'
Talia dicentem genitor dulcedine laeta
Audit et inmites lente descendit ad umbras
Uerbaque dilectae fert narraturus Etruscae.
Salue supremum, senior mitissime patrum,
Supremumque uale, qui numquam sospite nato
Triste chaos maestique situs patiere sepulcri.

180 Litora **C a**: Litore ς ‖ 181 fremens *Markl.* ‖ 182 cur *edd.*: cui **C a** ‖ 191 lidi **A**: lichi *uel* lici (licii) **C** ‖ 194 hoc **A C**: at **a** ah ς ‖ 203 sanctaeque *Markl.* ‖ 204 morituraque **A C**, *corr. Dom.*

Semper odoratis spirabunt floribus arae,
Semper et Assyrios felix bibet urna liquores
Et lacrimas, qui maior honos. hic sacra litabit
Manibus eque tua tumulum tellure leuabit.
Nostra quoque exemplo meritus tibi carmina sanxit,
Hoc etiam gaudens cinerem donasse sepulcro.

IV.

CAPILLI FLAUI EARINI.

Ite, comae, facilemque precor transcurrite pontum,
Ite coronato recubantes molliter auro;
Ite, dabit cursus mitis Cytherea secundos
Placabitque notos, fors et de puppe timenda
Transferet inque sua ducet super aequora concha.
Accipe laudatos, iuuenis Phoebeie, crines,
Quos tibi Caesareus donat puer, accipe laetus
Intonsoque ostende patri. sine dulce nitentes
Comparet atque diu fratris putet esse Lyaei.
Forsan et ipse comae numquam labentis honorem
Praemetet atque alio clusum tibi ponet in auro.
Pergame, pinifera multum felicior Ida!
Illa licet sacrae placeat sibi nube rapinae
(Nempe dedit superis illum, quem turbida semper
Iuno uidet refugitque manum nectarque recusat),
At tu grata deis pulchroque insignis alumno
Misisti Latio, placida quem fronte ministrum
Iupiter Ausonius pariter Romanaque Iuno
Aspiciunt et uterque probant. nec tanta potenti
Terrarum domino diuum sine mente uoluptas.

214 eque **A C**: atque ς inque *Markl.* ‖ 215 sancit **C a**, *corr. ed. Parm.*
IV. *Titulum dedi ex* **A**: C. flaui ierini **C** ‖ 9 fratris **A**: fratres **C** ‖ 11 Pręmetet **A**: Premeret **C** Proferet *Dom.* ‖ 13 laude rapinae *Markl.*

Dicitur Idalios Erycis de uertice lucos
Dum petit et molles agitat Uenus aurea cygnos,
Pergameas intrasse domos, ubi maximus aegris
Auxiliator adest et festinantia sistens
Fata salutifero mitis deus incubat angui.
Hic puerum egregiae praeclarum sidere formae
Ipsius ante dei ludentem conspicit aras.
Ac primum subita paulum decepta figura
Natorum de plebe putat; sed non erat illi
Arcus et ex humeris nullae fulgentibus umbrae.
Miratur puerile decus uultumque comasque
Aspiciens 'tune Ausonias' ait 'ibis ad arces,
Neglectus Ueneri? tu sordida tecta iugumque
Seruitii uulgare feres? procul absit: ego isti,
Quem meruit, formae dominum dabo. uade age mecum,
Uade, puer: ducam uolucri per sidera curru
Donum inmane duci; nec te plebeia manebunt
Iura: Palatino famulus deberis amori.
Nil ego, nil, fateor, toto tam dulce sub orbe
Aut uidi aut genui. cedat tibi Latmius ultro
Sangariusque puer quemque irrita fontis imago
Et sterilis consumpsit amor. te caerula Nais
Mallet et apprensa traxisset fortius urna.
Tu, puer, ante omnis; solus formosior ille,
Cui daberis.' sic orsa leues secum ipsa per auras
Tollit olorinaque iubet considere biga.
Nec mora. iam Latii montes ueterisque penates
Euandri, quos mole noua pater inclitus urbis
Excolit et summis aequat Germanicus astris.
Tunc propior iam cura deae, quae forma capillis
Optima, quae uestis roseos accendere uultus

28 subita] dubia *Heinsius; malim* nitida ‖ 39 tam ς: iam **A C** ‖ 40 cedat **a**: cedet **C** cedant *Heinsius* | lamius **A**, *ita uel* lanius **C** ‖ 47 ueteresque **C a**, *corr. Barthius* ‖ 48 urbis ς **a**: orbis **C**

Apta, quod in digitis, collo quod dignius aurum.
Norat caelestis oculos ducis ipsaque taedas
Iunxerat et plena dederat conubia dextra.
Sic ornat crines, Tyrios sic fundit amictus,
Dat radios ignemque suum. cessere priores
Deliciae famulumque greges; hic pocula magno
Prima duci murrasque graues crystallaque portat
Candidiore manu: crescit noua gratia Baccho.
Care puer, superis qui praelibare uerendum
Nectar et ingentem totiens contingere dextram
Electus, quam nosse Getae, quam tangere Persae
Armeniique Indique petunt! o sidere dextro
Edite, multa tibi diuum indulgentia fauit!
Olim etiam, ne prima genas lanugo nitentes
Carperet et pulchrae fuscaret gratia formae,
Ipse deus patriae celsam trans aequora liquit
Pergamon. haut ulli puerum mollire potestas
Credita, sed tacita iuuenis Phoebeius arte
Leniter haut ullo concussum uulnere corpus
De sexu transire iubet. tamen anxia curis
Mordetur puerique timet Cytherea dolores.
Nondum pulchra ducis clementia coeperat ortu
Intactos seruare mares; nunc frangere sexum
Atque hominem mutare nefas; gauisaque totos
Quos genuit natura uidet, nec lege sinistra
Ferre timent famulae natorum pondera matres.
Tu quoque, nunc iuuenis, genitus si tardius esses,
Umbratusque genas et adultos fortior artus,
Non unum gaudens Phoebea ad limina munus

---

58 murrasque **C**: myrrasque **a** | graues **C a**: puer ς ‖ 59 *malim* Candidiora ‖ 66 Spargeret *Markl.* ‖ 68 ulli **A**: illi **C** ‖ 70 corpus **A* C**: torpens ς ‖ 74 sexum **A C**: saxo ς ‖ 75 totos *(uel saluos) scripsi l. l. p. 256:* solos **C a**

Misisses; patrias nunc solus crinis ad oras
Nauiget. hunc multo Paphie saturabat amomo,
Hunc noua tergemina pectebat Gratia dextra.
Huic et purpurei cedat coma saucia Nisi,
Et quam Sperchio tumidus seruabat Achilles.
Ipsi, cum primum niueam praecerpere frontem
Decretum est humerosque manu nudare nitentes,
Accurrunt teneri Paphia cum matre uolucres
Expediuntque comas et serica pectore ponunt
Pallia. tunc iunctis crinem incidere sagittis
Atque auro gemmisque locant, rapit ipsa cadentem
Mater, et arcanos iterat Cytherea liquores.
Tunc puer e turba, manibus qui forte supinis
Nobile gemmato speculum portauerat auro,
'Hoc quoque demus', ait; 'patriis nec gratius ullum
Munus erit templis ipsoque petitius auro.
Tu modo fige aciem et uultus hic usque relinque.'
Sic ait et speculum reclusit imagine rapta.
At puer egregius tendens ad sidera palmas,
'His mihi pro donis, hominum mitissime custos,
Si merui, longa dominum renouare iuuenta
Atque orbi seruare uelis! hoc sidera mecum,
Hoc undae terraeque rogant. eat, oro, per annos
Iliacos Pyliosque simul, propriosque penates
Gaudeat et secum Tarpeia senescere templa.'
Sic ait et motas miratur Pergamos aras.

---

81 solus crinis **A* C**: solus uictor ς | aras ς ‖ 84 cedat **a**: cedet **A C** | saucia **C a**: Paucia **A*** *(sine dubio Politiani errore in tanta* P *et* ſ *litterarum similitudine)* ‖ 86 praecidere *Heinsius* ‖ 88 teneri] pueri *Markl.* ‖ 89 comas] manus *uel* sinus *Schraderus* ‖ 91 cadentes **C a**, *corr. Schraderus* ‖ 92 arcano saturat C. liquore *Schraderus; pro* iterat *possis conicere* infert ‖ 96 petitius *scripsi:* potentius **C a** ‖ 97 hic *Barthius:* huc **C a** hos *Markl.* ‖ 99 At **A** ς: Ac **C** | egregias *Markl.;* erectas *Heinsius* ‖ 103 oro **A** ς: ore **C** ‖ 104 simul] situs *Markl.*

V.

EGLOGA AD UXOREM.

Quid mihi maesta die, sociis quid noctibus, uxor,
Anxia peruigili ducis suspiria cura?
Non metuo ne laesa fides aut pectore in isto
Alter amor; nullis in te datur ire sagittis
(Audiat infesto licet hoc Rhamnusia uultu),
Non datur. et si egomet patrio de litore raptus
Quattuor emeritis per bella, per aequora lustris
Errarem, tu mille procos intacta fugares;
Non inperfectas commenta retexere telas,
Sed sine fraude palam, thalamosque armata negasses.
Dic tamen, unde alta mihi fronte et nubila uultus?
Anne quod Euboicos fessus remeare penates
Auguror et patria senium componere terra?
Cur hoc triste tibi? certe lasciuia corde
Nulla, nec aut rabidi mulcent te proelia Circi
Aut intrat sensus damnosi turba theatri;
Sed probitas et opaca quies et sordida numquam
Gaudia. quas autem comitem te rapto per undas?
Quamquam, et si gelidas irem mansurus ad Arctos
Uel super Hesperiae uada caligantia Thules
Aut septemgemini caput inpenetrabile Nili,
Partirere uias. etenim tua (nempe benigna
Quam mihi sorte Uenus iunctam florentibus annis
Seruat et in senium), tua, quae me uulnere primo

V. Egloga ad uxorem **C** Ad Claudiam ς **a** ‖ 1 Quid *Dom.*: Quis **A C** ‖ 5 hoc **A C**: haec ς ‖ 7 emensis *Markl.* ‖ 9 inperfectas *idem*: intersectas *(uel* interfectas) **C a** ‖ 10 armata] orbata *Markl.*; *malim* animata ‖ 14 cordi *Dom.* ‖ 15 rapidi **C a**, *corr. Wakefieldus* ‖ 16 damnosi *scripsi l. l. p. 256:* clamosi **C a** | cura *Markl.* ‖ 20 thules **A**, *ut uid.*: thiles **C** ‖ 21 inpenetrabile **A**: ut penetrabile **C** ‖ 22 Partirere *scripsi l. l.*: Hortarere **C a** ‖ 24 Seruet *edd.*

Intactum thalamis et adhuc iuuenile uagantem
Fixisti, tua frena libens docilisque recepi,
Et semel insertas non mutaturus habenas
Usque fero. tu me nitidis Albana prementem
Dona comis sanctoque indutum Caesaris auro
Uisceribus complexa tuis sertisque dedisti
Oscula anhela meis; tu, cum Capitolia nostrae
Infitiata lyrae, saeuum ingratumque dolebas
Mecum uicta Iouem; tu procurrentia primis
Carmina nostra sonis, totas quin murmura noctes
Aure rapis uigili; longi tu sola laboris
Conscia, cumque tuis creuit mea Thebais annis.
Qualem te nuper Stygias prope raptus ad umbras,
Cum iam Lethaeos audirem comminus amnes,
Aspexi, tenuique oculos iam morte cadentes.
Scilicet exhausti Lachesis mihi tempora fati
Te tantum miserata dedit, superique potentes
Inuidiam timuere tuam. post ista propinquum
Nunc iter optandosque sinus comes ire moraris?
Heu ubi nota fides totque explorata per usus,
Qua ueteres Latias Graiasque Heroidas aequas?
Isset ad Iliacas (quid enim deterret amantes?)
Penelope gauisa domos, si passus Ulixes;
Questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui,
Et quamquam saeui fecerunt maenada planctus.
Nec minor his tu nosse fidem inuictamque maritis

---

28 fero — prementem *scripsi l. l. p. 258:* premo — ferentem *(ita* **A**) **C a** | tu *Politianus*: ter **A C** ‖ 29 comes **C a**, *corr. Dom.* ‖ 32 dolebas *Dom.*: doleres **A C** ‖ 34 totas quin *(uel* totasque en) murmura *scripsi l. l.*: totasque in murmure **C a** motasque in murmura uoces *Heinsius* ‖ 37 prope **A C**: modo ς ‖ 41 superique nocentes *Heinsius* ‖ 43 optandosque **A C**: optatosque ς ‖ 44 ubi **C**: tibi ς **a** ‖ 45 graiasque *Dom.*: graias **C a** ‖ 49 Et quam (quam saeui!) *Geuartius* Et quam tam saeui *Cruceus* ‖ 50 inuictamque *scripsi*: uictamque **C**, *in* **A** uict *litterae tantum dispici possunt*; uitamque ς firmamque *Dom.* totamque *Heinsius*

Dedere. sic certe cineres umbramque priorem
Quaeris adhuc, sic exequias amplexa canori
Coniugis ingentes iterasti pectore planctus,
Iam mea. nec pietas alia est tibi curaque natae,
Sic et mater amas, sic numquam corde recedit
Nata tuo, fixamque animi penetralibus imis
Nocte dieque tenes. non sic Trachinia nidos
Alcyone, uernos non sic Philomela penates
Circuit amplectens animamque in pignora transfert.
Et nunc illa tepet uiduo quod sola cubili:
Otia tam pulchrae terit infecunda iuuentae,
Sed uenient, plenis uenient conubia taedis.
Sic certe formaeque bonis animique meretur;
Siue chelyn complexa ferit seu uoce paterna
Discendum Musis sonat et mea carmina flectit,
Candida seu molli diducit brachia motu:
Ingenium probitas artemque modestia uincit.
Nonne leues pueros, non te, Cytherea, pudebit
Hoc cessare decus? nec tantum Roma iugales
Conciliare toros festasque accendere taedas
Fertilis: et nostra generi tellure dabuntur.
Non adeo Uesuinus apex et flammea diri
Montis hiems trepidas exhausit ciuibus urbes:
Stant populisque uigent. hinc auspice condita Phoebo
Tecta Dicarchei portusque et litora mundo
Hospita: at hinc magnae tractus imitantia Romae
Quae Capys aduectis inpleuit moenia Teucris.
Nostra quoque et propriis tenuis nec rara colonis

57 trachinia ς: intracia **A*** **C** ‖ 60 tepet *scripsi:* tenet **C** **a**, *quo seruato* uiduum cubile *Geuartius, uulgo* ‖ 61 tam *Geuartius:* iam **C** **a** ‖ 63 animaeque **C** a, *corr.* ς ‖ 64 ferit *Markl.:* petit **C** a ‖ 72 uesuuinus **A**; *de* **C** *non liquet* ‖ 74 hinc *Heinsius:* hic **C** **a** ‖ 75 mundo *(uel* Baii) *Markl.:* mundi **C** **a** ponti *uel* musis *Burmannus*

Parthenope, cui mite solum trans aequora uectae
Ipse Dionaea monstrauit Apollo columba.
Has ego te sedes (nam nec mihi barbara Thrace
Nec Libye natale solum) transferre laboro,
Quas et mollis hiems et frigida temperat aestas,
Quas inbelle fretum torpentibus adluit undis.
Pax secura locis et desidis otia uitae
Et numquam turbata quies somnique parati.
Nulla foro rabies aut strictae in iurgia leges:
Morum iura uiris solum et sine fascibus aequum.
Quid nunc magnificas species cultusque locorum
Templaque et innumeris spatia interstincta columnis,
Et geminam molem nudi tectique theatri
Et Capitolinis quinquennia proxima lustris,
Quid laudem lusus libertatemque Menandri,
Quam Romanus honos et Graia licentia miscent?
Nec desunt uariae circa oblectamina uitae:
Siue uaporiferas, blandissima litora, Baias,
Enthea fatidicae seu uisere tecta Sibyllae
Dulce sit Iliacoque iugum memorabile remo,
Seu tibi Bacchei uineta madentia Gauri
Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis
Lumina noctiuagae tollit Pharus aemula lunae,
Caraque non molli iuga Surrentina Lyaeo,
Quae meus ante alios habitator Pollius auget,
Aenariaeque lacus medicos Stabiasque renatas

80 dionea — columba **A**: dioneae — columbae **C** ‖ 86 parati ς: peracti **C** **a** ‖ 87 strictae in iurgia leges **A** **C**: strictae iurgia legis ς ‖ 90 Templaque et inn. **A**: Templaque inn. **C** ‖ 93 lusus *scripsi:* litus **C** **a** risus *Lindenbrogius* ‖ 93 Menandri *corruptum; proponebant* iocandi lauandi natandi uagandi meandi ‖ 94 graia ς: grata **C** **a** ‖ 104 Denarumque *(ita* **A** **C**) *corruptum*; Aenariaeque *Dom.* Dimidiaeque *Imhofius in huius carminis editione Halis a. 1863 emissa p. 28* | Stabiasque *Heinsius (cf. Imhof. ibid.):* statiuasque **C** statinasque **a**

Mille tibi nostrae referam telluris honores?
Sed satis hoc, coniunx, satis est dixisse: creauit
Me tibi, me socium longos astrinxit in annos.
Nonne haec amborum genetrix altrixque uideri
Digna? sed ingratus qui plura adnecto tuisque
Moribus indubito: uenies, carissima coniunx,
Praeueniesque etiam; sine me tibi ductor aquarum
Thybris et armiferi sordebunt tecta Quirini.

---

105 honores *scripsi:* amores **C** a

P. PAPINII STATII
S I L U A R U M
L I B E R I V.

STATIUS MARCELLO SUO SAL.

Inueni librum, Marcelle carissime, quem pietati tuae dedicarem. reor equidem aliter quam inuocato numine maximi imperatoris nullum opusculum meum coepisse; sed hic liber tres habet paeanas illius [quae ad honorem tuum pertinet]. primo autem septimum decimum Germanici nostri consulatum adoraui; secundo gratias egi sacratissimis eius epulis honoratus; tertio uiam Domitianam miratus sum, qua grauissimam arenarum moram exemit. cuius beneficio tu quoque maturius epistolam eam accipies, quam tibi in hoc libro a Neapoli scribo. proximum est lyricum carmen ad Septimium Seuerum, iuuenem, uti scis, inter ornatissimos secundi ordinis,

---

4 salutem **A C** ‖ 8 hic liber tres habet sequam quod quarta quae ad h. t. p. **A* C** h. l. t. habet. sequitur quarta quae *ectr.* ς. *ego in loco difficillimo de coniectura dubia scripsi* paeanas, *ex certa, ut puto, emendatione* illius (illi⁹) *pro* quarta (IIII[a]); *qua corruptela recepta uerba* quae ad honorem tuum pertinet *hic plane superflua (cf. l. 13 sq.) a sciolo quodam adiecta sunt* ‖ 11 epulis ς*:* epistolis **C a** ‖ 14 eam *Markl.:* meam **C** a

tuum quidem condiscipulum, sed mihi citra hoc quoque ius artissime carum. nam Uindicis nostri Herculem Epitrapezion secundum honorem, quem de me et de ipsis studiis meretur, imputare etiam tibi possum. Maximum Uinium et dignitatis et eloquentiae nomine a nobis diligi satis eram testatus epistola, quam ad illum de editione Thebaidos meae publicaui; sed nunc quoque eum reuerti maturius ex Dalmatia rogo. iuncta est egloga ad municipem meum Iulium Menecratem, splendidum iuuenem et Pollii mei generum, cui gratulor quod Neapolim nostram numero liberorum honestauerit. Plotio Grypo, maioris gradus iuueni, dignius opusculum reddam, sed interim hendecasyllabos, quos Saturnalibus una risimus, huic uolumini inserui. quare ergo plura in quarto siluarum quam in prioribus? ne se putent aliquid egisse, qui reprehenderunt, ut audio, quod hoc stili genus edidissem. primum superuacuum est dissuadere rem factam; deinde multa ex illis iam domino Caesari dederam, et quanto hoc plus est quam edere? exercere autem iocos non licet? 'secreto' inquit. sed est sphaeromachias spectamus et pilaris lusio admittitur. nouissime: quisquis ex meis inuitus aliquid legit, statim se profiteatur aduersum? itaque quare consilio eius accedam? in summam: nempe ego sum qui traducor; taceat *ergo* et gaudeat. hunc tamen librum tu, Marcelle, defendes, si uidetur, set hactenus, si nimis reprehendemur. uale.

---

17 quidem et **C a** quidem etiam *edd.*; et *deleui* | citra *H. Nohlius:* contra **C a** ‖ 18 nam **C a**: iam *Dom.* ‖ 21 uinium **A**: iunium **C** ‖ 28 gripo **C** grippo **ς a** ‖ 36 ioco **A C** *an* inquis? ‖ 37 pilaris **A**: palaris **C** | admittit **A C** ‖ 38 inuidus *Markl.* ‖ 39 ita quare **C a**, *correxi.* itaque *uulgo* | in summam **C**: in summa **ς a** ‖ 40 ergo *addidi: om.* **C a** ‖ 41 defendes et si uidetur hactenus **C a**, *correxi.* defende, sed, si uidetur, hactenus *Maduigius* ‖ 42 si nimis *idem*: sin (sim **a**) minus **C a** | reprehendamur *Markl.*

I.

SEPTIMUS DECIMUS CONSULATUS IMP. AUG. GERMANICI.

Laeta bis octonis accedit purpura fastis
Caesaris insignemque aperit Germanicus annum,
Atque oritur cum sole nouo, cum grandibus astris
Clarius ipse nitens et primo maior Eoo.
Exultent leges Latiae, gaudete, curules;
Et septemgemino iactantior aethera pulset
Roma iugo, plusque ante alias Euandrius arces
Collis ouet: subiere noui palatia fasces,
Et requiem bis sextus honos precibusque receptis
Curia Caesareum gaudet uicisse pudorem.
Ipse etiam inmensi reparator maximus aeui
Attolit uultus, et utroque a limine grates
Ianus agit, quem tu uicina pace ligatum
Omnia iussisti componere bella nouique
In leges iurare fori. leuat ecce supinas
Hinc atque inde manus geminaque haec uoce profatur:
'Salue, magne parens mundi, qui saecula mecum
Instaurare paras, talem te cernere semper
Mense meo tua Roma cupit; sic tempora nasci,
Sic annos intrare decet. da gaudia fastis
Continua; hos humeros multo sinus ambiat ostro
Et properata tuae manibus praetexta Mineruae.
Aspicis ut templis alius nitor, altior aris
Ignis et ipsa meae tepeant tibi sidera brumae,
Ortibus utque tuis gaudent turmaeque tribusque
Purpureique patres, lucemque a consule ducit

I. *Titulum dedi ex* **A C** *(sed* imp. aug. **A**) ‖ 9 Et requiem uix sensit *Cruceus* Et rediit bis sextus *Markl.* ‖ 11 emensi *Burmannus, quo probato scribe* anni ‖ 14 Horrida *Markl.* ‖ 19 meo **C**: nouo **a** ‖ 23 aris **C** aris ut astris **A*** ‖ 25 Ortibus *Jacobsius:* Moribus **C a** Fascibus ecce tuis *Markl.* | utque *Hoeufftius:* atque **C a**

Omnis honos? quid tale, precor, prior annus habebat?
Dic age, Roma potens, et mecum, longa Uetustas,
Dinumera fastos nec parua exempla recense,
Sed quae sola meus dignetur uincere Caesar.
Ter Latios deciesque tulit labentibus annis
Augustus fasces, sed coepit sero mereri:
Tu, iuuenis, praegressus auos. et quanta recusas,
Quanta uetas! flectere tamen precibusque senatus
Permittes hunc saepe diem. manet insuper ordo
Longior, et totidem felix tibi Roma curules
Terque quaterque dabit. mecum altera saecula condes,
Et tibi longaeui renouabitur ara Tarenti.
Mille trophaea feres, tantum permitte triumphos.
Restat Bactra nouis, restat Babylona tributis
Frenari; nondum *in* gremio Iouis Indica laurus,
Nondum Arabes Seresque rogant, nondum omnis honorem
Annus habet, cupiuntque decem tua nomina menses.'
Sic Ianus clausoque libens se poste recepit.
Tunc omnes fauere dei laetoque dederunt
Signa polo, longamque tibi, rex magne, iuuentam
Annuit atque suos promisit Iuppiter annos.

II.

EUCHARISTICON AD IMP. AUG. GERMANICUM DOMITIANUM.

Regia Sidoniae conuiuia laudat Elissae,
Qui magnum Aenean Laurentibus intulit aruis,

---

28 Roma parens *Markl.* ‖ 31 Latios *Gronouius*: latio **C a** ‖ 33 en! quanta *Markl.* ‖ 35 Permittes *Dom.*: Promittis **C a** ‖ 38 renouabitur **A C**: reuocabitur ϛ | Terenti *Turnebus*: parentis **C a** ‖ 39 promitte **C a** ‖ 41 in *Liuineius: om.* **C a** ‖ 45 fauere *scripsi*: patuere **C a** | dei **A C**: fores ϛ omen plausere fores *Markl.*

II. *In titulo* ad imp. aug. Germ. **A** ‖ 2 (a)enean **A C**: aeneam ϛ

Alcinoique dapes mansuro carmine monstrat
Aequore qui multo reducem consumpsit Ulixem:
Ast ego, cui sacrae Caesar noua gaudia cenae
Nunc primum dominaque dedit concumbere mensa,
Qua celebrem mea uota lyra, quas soluere grates
Sufficiam? non, si pariter mihi uertice laeto
Nectat adoratas et Smyrna et Mantua lauros,
Digna loquar. mediis uideor discumbere in astris
Cum Ioue et Iliaca porrectum sumere dextra
Inmortale merum! steriles transmisimus annos:
Haec aeui mihi prima dies, haec limina uitae.
Tene ego, regnator terrarum orbisque subacti
Magne parens, te, spes hominum, te, cura deorum,
Cerno iacens? datur haec iuxta, datur ora tueri
Uina inter mensasque, et non assurgere fas est?
Tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis,
Sed quantae superos caelumque Atlante remisso
Sustentare queant. stupet hoc uicina Tonantis
Regia, teque pari laetantur sede locatum
Numina, ne magnum properes escendere caelum:
Tanta patet moles effusaeque impetus aulae
Liberior campo multumque amplexus aperti
Aetheros et tantum domino minor; ille penates
Implet et ingenti genio iuuat. aemulus illic
Mons Libys Iliacusque nitet, *hic* multa Syene
Et Chios et glaucae certantia Doridi saxa
Lunaque portandis tantum suffecta columnis.
Longa supra species: fessis uix culmina prendas

---

4 multo **C**: lento **a** ‖ 6 concumbere *scripsi*: consurgere **C a** non surgere *uel* considere *Markl.* ‖ 9 adoratas ϛ: odoratas **C a** ‖ 13 hic limina **C a**, *corr.* ϛ ‖ 22 nec **C a** | escendere *Gronouius*: excedere **C a** ‖ 24 campo **A**: campi **C** spatii *Markl.* | aperti ϛ: operti **A C** ‖ 27 nitet . . . multa **A*** **C** *cum signo lacunae;* hic *inserui.* iam ϛ *addunt* et *Dom.* ‖ 28 chios ϛ **a**: duos **C** | glaucę **A** glauce **C**: glauca *Dom.* | Doridi *Politianus*: Doride **A C**

Uisibus auratique putes laquearia caeli.
Hic cum Romuleos proceres trabeataque Caesar
Agmina mille simul iussit discumbere mensis,
Ipsa sinus accincta Ceres Bacchusque laborant
Sufficere. aetherii felix sic orbita fluxit
Triptolemi; sic uitifero sub palmite nudos
Umbrauit colles et sobria rura Lyaeus.
Sed mihi non epulas Indisque innixa columnis
Robora Maurorum famulasque ex ordine turmas,
Ipsum, ipsum cupido tantum spectare uacauit
Tranquillum uultus et maiestate serena
Mulcentem radios summittentemque modeste
Fortunae uexilla suae; tamen ore nitebat
Dissimulatus honos. talem quoque barbarus hostis
Posset et ignotae conspectum agnoscere gentes.
Non aliter gelida Rhodopes in ualle recumbit
Dimissis Gradiuus equis; sic lubrica ponit
Membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux,
Sic iacet ad Gangen Indis ululantibus Euhan,
Sic grauis Alcides post horrida iussa reuersus
Gaudebat strato latus adclinare leoni.
Parua loquor necdum aequo tuos, Germanice uultus:
Talis, ubi Oceani finem mensasque reuisit
Aethiopum sacros diffusus nectare uultus
Dux superum, secreta iubet dare carmina Musas
Et Pallenaeos Phoebum laudare triumphos.
Di tibi (namque animas saepe exaudire minores
Dicuntur) patriae bis terque exire senectae
Annuerint fines! rata numina miseris astris,
Templaque des habitesque domos! saepe annua pandas
Limina, saepe nouo Ianum lictore salutes,

34 laborat **A C**, *corr.* **a** ‖ 35 Actaei *Heinsius* ‖ 38 Indisue *et* 39 famulasue *Markl.* ‖ 41 uultu sed **A C**, *corr. Politianus* ‖ 50 iussa nouercae *Markl.* ‖ 54 sacros **ς**: sacro **C a** ‖ 61 Lumina **C a**, *corr.* **ς**

Saepe coronatis iteres quinquennia lustris!
Qua mihi felices epulas mensaeque dedisti
Sacra tuae, talis longo post tempore uenit
Lux mihi, Troianae qualis sub collibus Albae,
Cum modo Germanas acies modo Daca sonantem
Praelia Palladio tua me manus induit auro.

III.

UIA DOMITIANA.

Quis duri silicis grauisque ferri
Immanis sonus aequori propinquum
Saxosae latus Appiae repleuit?
Certe non Libycae sonant cateruae,
Nec dux aduena peierante bello
Campanos quatit inquietus agros,
Nec frangit uada montibusque caesis
Inducit Nero sordidas paludes.
Sed qui limina bellicosa Iani
Iustis legibus et foro coronat,
Qui castae Cereri diu negata
Reddit iugera sobriasque terras,
Qui fortem uetat interire sexum
Et censor prohibet mares adultos
Pulchrae supplicium timere formae,
Qui reddit Capitolio Tonantem
Et pacem propria domo reponit,
Qui genti patriae futura semper
Sancit culmina Flauiumque cultum:

66 daca **A ς**: fla(c)ca **C** ‖ 67 induet **A C**
III. 2 aequoris **C a** ‖ 11 Quis **A C**, *corr. Dom.* ‖ 19 culmina *scripsi:* lumina **C** limina **ς a** | cultum *scripsi (cf. Ual. Flacc.* I 15): caluum **C a** culmen *edd.* caelum *Markl.*

Hic segnis populi uias grauatus
Per campos iter omne detinentes
Longos eximit ambitus nouoque
Iniectu solidat putres harenas,
Gaudens Euboicae domum Sibyllae
Gauranosque sinus et aestuantes
Septem montibus admouere Baias.
Hic quondam piger axe uectus udo
Nutabat cruce pendula uiator,
Sorbebatque rotas maligna tellus,
Et plebs in mediis Latina campis
Horrebat mala nauigationis;
Nec cursus agiles, sed impeditum
Tardabant iter orbitae latentes,
Dum pondus nimium querens sub alta
Repit languida quadrupes statera.
At nunc, quae solidum diem terebat,
Horarum uia facta uix duarum.
Non tensae uolucrum per astra pennae,
Nec uelocius ibitis, carinae.
Hic primus labor incohare sulcos
Et rescindere limites et alto
Egestu penitus cauare terras;
Mox haustas aliter replere fossas
Et summo gremium parare dorso,
Ne nutent sola, ne maligna sedes
Det pressis dubium cubile saxis;
Tunc umbonibus hinc et hinc coactis
Et crebris iter alligare gomphis.

---

20 segnis (segnes) ς, *Heinsius:* senis **A**, *et ita uel* seuis **C** | grauatas **A C**, *corr. Heinsius* ‖ 21 Per *scripsi:* Et **A C** ‖ 23 putres *J. Clericus:* graues **C a** ‖ 27 udo *Heinsius:* uno **C a** ‖ 33 latentes *Burmannus:* tacentes **C a** iacentes *Markl.* ‖ 35 Repit **A** ς: Reperit **C** ‖ 45 neu *Schraderus* ‖ 46 Det *Heinsius:* Et **C a** ‖ 48 iter aggerare *Heinsius* | gomphis **A**: gonfis **C**

O quantae pariter manus laborant!
Hi caedunt nemus exuuntque montes,
Hi ferro scopulos trabesque laeuant;
Illi saxa ligant opusque texunt
Cocto puluere torridoque topho;
Hi siccant bibulas manu lacunas
Et longe fluuios agunt minores.
Hae possent et Athon cauare dextrae
Et maestum pelagus gementis Helles
Intercludere ponte non natanti.
His paruus, nisi cliuiae uetarent,
Inous freta miscuisset Isthmos.
Feruent litora mobilesque siluae,
It longus medias fragor per urbes,
Atque echon simul hinc et inde fractam
Gauro Massicus uuifer remittit.
Miratur sonitum quieta Cyme
Et Literna palus pigerque Sauo.
Et flauum caput humidumque late
Crinem mollibus impeditus uluis
Uulturnus leuat ora maximoque
Pontis Caesarei reclinis arcu
Raucis talia faucibus redundat:
'Camporum bone conditor meorum,
Qui me uallibus auiis refusum
Et ripas habitare nescientem
Recti legibus aluei ligasti,
Et nunc ille ego turbidus minaxque,
Uix passus dubias prius carinas,

---

53 torridoque *Heinsius:* sordidoque **C a** ‖ 59 paruus] palmis *Turnebus* | cliuiae *Is. Uossius ad Cat. p. 62:* deui(a)e **A C**, *alii alia* ‖ 62 It *Dom.:* Et **A C** ‖ 63 echon **a**: *ita uel* ethon **C** ‖ 64 marsicus **C a**, *corr.* ς ‖ 65 cyme **A**: crine **C** ‖ 66 literna **C**: linterna ς **a** | Sauo *Dom.:* sason **C a** ‖ 68 uluis ς: ulnis **C a** ‖ 70 recliuis **C a** ‖ 73 Qui **A** ς: Quis **C** ‖ 74 Et **A** ς: It **C** In ς | ripas **A C**: ripis ς

Iam pontem fero peruiusque calcor;
Qui terras rapere et rotare siluas
Assueram, pudet! amnis esse coepi;
Sed grates ago seruitusque tanti est,
Quod sub te duce, te iubente, cessi,
Quod tu maximus arbiter meaeque
Uictor perpetuus legere ripae.
Et nunc limite me colis beato
Nec sordere sinis malumque late
Deterges sterilis soli putorem,
Ne me puluereum grauemque caeno
Tyrrheni sinus abluat profundi,
Qualis Cinyphius iacente ripa
Poenos Bagrada serpit inter agros,
Sed talis ferar, ut nitente cursu
Tranquillum mare proximumque possim
Puro gurgite prouocare Lirim.'
Haec amnis, pariterque se leuabat
Ingenti plaga marmorata dorso.
Huius ianua prosperumque limen
Arcus, belligeri ducis tropaeis
Et totis Ligurum nitens metallis,
Quantus nubila qui coronat Iri.
Illic flectitur excitus uiator,
Illic Appia se dolet relinqui.
Tunc uelocior acriorque cursus,
Tunc ipsos iuuat impetus iugales;
Ceu fessis ubi remigum lacertis

---

81 seruitusque **A***: structusque **C** ‖ 84 Uinctor *Heinsius* Auctor *Peyraredus* | *malim* ferere ‖ 87 putorem **A**: pudorem **C** ‖ 88 coeno **a** ς: celo **C** ‖ 89 abluat *scripsi:* obluat **A** obruat **C** ‖ 90 iacente *Peyraredus:* tacente **C a** latente *Schraderus* ‖ 95 leuarat **C a**, *corr.* ς ‖ 98 belligeris **C a**, *corr. Auantius* | tropeis **A**: tropheis **C** ‖ 100 iri ς: imbri **C a** | quo cor. Iris *Heinsius*

Primae carbasa uentilatis, aurae.
Ergo omnes, age, quae sub axe primo
Romani colitis fidem parentis,
Prono limite commeate gentes,
Eoae citius uenite laurus:
Nil obstat cupidis, nihil moratur.
Qui primo Tiberim relinquit ortu,
Primo uespere nauiget Lucrinum.
Sed quam fine uiae recentis imo,
Qua monstrat ueteres Apollo Cumas,
Albam crinibus infulisque cerno!
Uisu fallimur? an sacris ab antris
Profert Chalcidicas Sibylla laurus?
Cedamus; chely, iam repone cantus:
Uates sanctior incipit, tacendum est.
En! et colla rotat nouisque late
Bacchatur spatiis uiamque replet.
Tunc sic uirgineo profatur ore:
'Dicebam, ueniet (manete campi
Atque amnis), ueniet fauente caelo,
Qui foedum nemus et putres arenas
Celsis pontibus et uia leuabit.
En! hic est deus, hunc iubet beatis
Pro se Iuppiter imperare terris;
Quo non dignior has subit habenas,
Ex quo me duce praescios Auerni
Aeneas auide futura quaerens
Lucos et penetrauit et reliquit.
Hic paci bonus, hic timendus armis,
Natura melior potentiorque.
Hic si flammigeros teneret axes,

---

106 uentilatis **C**: uentilantis **A*** ς ‖ 112, 113 *deleuit Markl.;* reliquit *et* nauigat ς ‖ 114 imo **a**: uno **A C** ‖ 125 fauete **C a**, *corr. Dom.* ‖ 136 flammigeros **A C**: flammiferos **a**, *uulgo*

Largis, India, nubibus maderes,
Undaret Libye, teperet Haemus.
Salue, dux hominum et parens deorum,
Prouisum mihi cognitumque numen.
Nec iam putribus euoluta cartis
Sollemni prece quindecim uirorum
Perlustra mea dicta, sed canentem
Ipsam comminus, ut mereris, audi.
Audi quam seriem sequentis aeui
Pronectant tibi candidae sorores:
Magnus te manet ordo saeculorum,
Natis longior abnepotibusque
Annos perpetua geres iuuenta,
Quos fertur placidos obisse Nestor,
Quos Tithonia computat senectus
Et quantos ego Delium poposci.
Iurauit tibi iam niualis Arctos,
Nunc magnos oriens dabit triumphos.
Ibis qua uagus Hercules et Euhan
Ultra sidera flammeumque solem
Et Nili caput et niues Atlantis,
Et laudum cumulo beatus omni
Scandes belliger adnuesque currus;
Donec Troicus ignis et renatae
Tarpeius pater intonabit aulae,
Haec donec uia te regente terras
Annosa magis Appia senescet.

---

140 conditumque **C a** ‖ 141 inuoluta *Heinsius* ‖ 145 Audi *Heinsius:* Uidi **C a** | seriem **ϛ**: series **C a** | sequentis *scripsi:* merentis **C a** morantis *Auantius* uirentis *uel* rotantis *Heinsius* ‖ 146 Pronectant **A C**: Prouectant **ϛ** ‖ 150 *et* 151 Quot *Heinsius* | obisse *Dom.:* adisse **A C** placidus subisse *Heinsius* ‖ 156 flam. callem *Wakefieldus* ‖ 159 Scandes *uel* Sandes **C**; *de* **A*** *margine abscisso non liquet*; pandes *Politianus* | abnuesque **A*** abimesque **C** annuesque *uel* obuiusque **ϛ** ‖ 162 te gerente **C a**, *corr.* **ϛ** ‖ 163 senescat **C a**, *corr. Heinsius*

IV.

EPISTOLA AD UICTORIUM MARCELLUM.

Curre per Euboicos non segnis, epistola, campos,
Hac ingressa uias, qua nobilis Appia crescit
In latus et molles solidus premit agger arenas.
Atque ubi Romuleas uelox penetraueris arces,
Continuo dextras flaui pete Thybridis oras,
Lydia qua penitus stagnum nauale coercet
Ripa suburbanisque uadum praetexitur hortis.
Illic egregium formaque animisque uidebis
Marcellum et celso praesignem uertice nosces.
Cui primum solito uulgi de more salutem,
Mox inclusa modis haec reddere uerba memento:
'Iam terras uolucremque polum fuga ueris aquosi
Laxat et Icariis caelum latratibus urit;
Ardua iam densae rarescunt moenia Romae.
Hos Praeneste sacrum, nemus hos glaciale Dianae,
Algidus aut horrens aut Tuscula protegit umbra,
Tiburis hi lucos Anienaque frigora captant.
Te quoque clamosae quaenam plaga mitior urbi
Subtrahit? aestiuos quo decipis aere soles?
Quid tuus ante omnis, tua cura potissima, Gallus,
Nec non noster amor (dubium morumne probandus
Ingeniine bonis) Latiis aestiuat in oris?
Anne metalliferae repetit iam moenia Lunae
Tyrrhenasque domos? quod si tibi proximus haeret,
Non ego nunc uestro procul a sermone recedo;
Certum est, inde sonus geminas mihi circuit aures.
Sed tu, dum nimio possessa Hyperione flagrat

IV. *Titulum sic habent* **A C** ‖ 8 Illic **ϛ a**: Ille **C** ‖ 10 primam **C a**, *corr.* **ϛ** ‖ 13 latratibus **ϛ a**: latrantibus **C** ‖ 17 anienaque **ϛ a**: amenaque **C** ‖ 18 *malim* num quae ‖ 22 Ingeniine **A**: Ingeniiue **C**

Torua Cleonaei iuba sideris, exue curis
Pectus et assiduo temet furare labori.
Et sontes operit pharetras arcumque retendit
Parthus, et Eleis auriga laboribus actos
Alpheo permulcet equos, et nostra fatescit
Laxaturque chelys: uires instigat alitque
Tempestiua quies! maior post otia uirtus!
Talis cantata Briseide uenit Achilles
Acrior et positis erupit in Hectora plectris.
Te quoque flammabit tacite repetita parumper
Desidia et solitos nouus exultabis in actus.
Certe iam Latiae non miscent iurgia leges,
Et pacem piger annus habet, messesque reuersae
Dimisere forum. nec iam tibi turba reorum
Uestibulo querulique rogant exire clientes.
Cessat centeni moderatrix iudicis hasta,
Qua tibi sublimi iam nunc celeberrima fama
Eminet, et iuuenis facundia praeterit annos.
Felix curarum, cui non Heliconia cordi
Serta nec inbelles Parnasi e uertice laurus,
Sed uiget ingenium et magnos accinctus in usus
Fert animus quascumque uices: nos otia uitae
Solamur cantu uentosaque gaudia famae
Quaerimus. en egomet somnum et geniale secutus
Litus, ubi Ausonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas
Pulso Maroneique sedens in margine templi
Sumo animum et magni tumulis adcanto magistri:
At tu, si longi cursum dabit Atropos aeui
(Detque precor!) Latiique ducis si numina pergent,

30 aperit **C a**, *corr.* ς ‖ 31 Eleos *Markl.* ‖ 32 Alpheos **C a**, *corr.* ς ‖ 36 plectris ς **a**: postis **C** ‖ 37 *malim* placide ‖ 38 solidos **C a**, *corr.* ς ‖ 42 negant *Burmannus* ‖ 48 *malim* in actus ‖ 49 uitae] miti *Markl.* ‖ 57 si — pergent *Markl.*: sic — pergant **A C**

Quem tibi posthabito studium est coluisse Tonante,
Quique tuos alio subtexit munere fasces
Et spatia antiquae mandat renouare Latinae:
Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes
Aut Rheni populos aut nigrae litora Thules
Aut Histrum seruare datur metuendaque portae
Limina Caspiacae. nec enim tibi sola potentis
Eloquii uirtus: sunt membra accommoda bellis
Quique grauem *haut* tarde subeant thoraca lacerti:
Seu campo pedes ire pares, es agmina supra
Nutaturus apex; seu frena sonantia flectes,
Seruiet asper equus. nos facta aliena canendo
Uergimur in senium: propriis tu pulcher in armis
Ipse canenda geres paruoque exempla parabis
Magna Getae, dignos quem iam nunc belliger actus
Poscit auus perstatque domi nouisse triumphos.
Surge, agedum, iuuenemque, puer, deprende parentem,
Stemmate materno felix, uirtute paterna.
Iam te blanda sinu Tyrio sibi curia felix
Educat et cunctas gaudet spondere curules.
Haec ego Chalcidicis ad te, Marcelle, sonabam
Litoribus, fractas ubi Uesuius egerit iras,
Aemula Trinacriis uoluens incendia flammis.
Mira fides! credetne uirum uentura propago,
Cum segetes iterum, cum iam haec deserta uirebunt,
Infra urbes populosque premi proauitaque tuto
Rura abiisse mari? necdum letale minari

60 antiquae *Dom.*: obliquae **C a** ‖ 62 thiles **C** tiles **a** ‖ 63 datur *Imhofius:* datus **A C** latus *Dom.* ‖ 66 haut *Barthius: om.* **C a** ualidi *Markl.* subeant arte *O. Muellerus* ‖ 68 flectas *Heinsius* ‖ 71 Ipse *edd.:* Ipsa **C a** | paruaque **C a**, *corr.* ς. patriaeque *Dom.* ‖ 72 gete **C** getę **a**: geres *uulgo* | dignosque etiamnunc *uulgo* ‖ 73 auus **A**: auos **C** | praestatque **C a**, *corr. Peyraredus* ‖ 76 curia *Markl.*: gloria **C a** ‖ 79 egerit *Auantius:* eriget **C a** erigit ς ‖ 83 tuto *scripsi l. l. p. 259:* toto **C a**

Cessat apex. procul ista tuo sint fata Teati,
Nec Marrucinos agat haec insania montes.
Nunc si forte meis quae sint exordia musis
Scire petis, iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit carbasa portu
Parnasique iugis siluaque Heliconide festis
Tura dedit flammis et uirginis exta iuuencae
Uotiferasque meas suspendit ab arbore uittas.
Nunc uacuos crines alio subit infula nexu:
Troia quidem magnusque mihi temptatur Achilles,
Sed uocat arcitenens alio pater armaque monstrat
Ausonii maiora ducis. trahit impetus illo
Iam pridem retrahitque timor. stabuntne sub illa
Mole humeri an magno uincetur pondere ceruix?
Dic, Marcelle, feram? fluctus an sueta minores
Nosse ratis nondum Ioniis credenda periclis?
Iamque uale et penitus noti tibi uatis amorem
Corde exire ueta. nec enim mihi iunctius almae
Pectus amicitiae: cedet tibi gloria fidi
Theseos, et lacerum qui circa moenia Troiae
Priamiden caeso solatia traxit amico.

V.

ODE LYRICA AD SEPTIMIUM SEUERUM.

Parui beatus ruris honoribus,
Qua prisca Teucros Alba colit lares,

---

85 tuos infata teate **C a** (*sed* reate **a**), *correxi.* tuo sint fata Theano *Parm.* tuis sint fata, Teate *alii* || 92 Uotiferasque **A**: Uotiferaque **C** || 100 procellis *Markl.* || 101 noti **C**: uoti ς **a** | amorem *Dom.*: honorem **C a** || 102 mihi (*uel* tibi) iunctius *scripsi:* tirintius (*uel* tyr.) **C** tirinthius **a** retinentius *Grotius* te certius *Bentleius* te mitius *Imhofius* || 103 cedet **A C**: cedit **a**

V. *Titulum ex* **A C** *dedi*

Fortem atque facundum Seuerum
Non solitis fidibus saluto.

Iam trux ad Arctos Parrhasias hiems
Concessit altis obruta solibus,
Iam pontus ac tellus renident,
Iam Zephyrost Aquilo refractus.

Nunc cuncta ueri frondibus annuis
Crinitur arbos, nunc uolucrum noui
Questus inexpertumque carmen,
Quod tacita statuere bruma.

Nos parca tellus, peruigil et focus
Culmenque multo lumine sordidum
Solantur exemptusque testa
Qui modo ferbuerat Lyaeus.

Non mille balant lanigeri greges,
Nec uacca dulci mugit adultero,
Unique siquando canenti
Mutus ager domino reclamat.

Sed terra primis post patriam mihi
Dilecta curis; hic mea carmina
Regina bellorum uirago
Caesareo decorauit auro,

---

8. Zephyros aquilone fractos **C a** zephyris aquilone fracto ς zephyris aquilo refractus *uulgo.* Zephyrost *restitui* || 9 ueri *scripsi:* ueris **C a** uernans *Markl.* || 10 crinitur **A**: crinitus **C** || 16 Qui ς: Quo **C a** Qua *edd.* | feruerat **C** feruuerat ς **a** || 17 balant ς: lauant **A* C** || lanigeri ς: lapigeri **C** iapigeri ς **a** || 22 hinc **C** huic ς **a**, *corr. Heinsius* || 24 decorauit *Markl.*: peramauit **C a**; *fortasse* redimiuit

Cum tu sodalis dulce periculum
Conisus omni pectore tolleres,
Ut Castor ad cunctos tremebat
Bebryciae crepitus habenae.

Tene in remotis Syrtibus auia
Leptis creauit? iam feret Indicas
Messes odoratisque rara
Cinnama praeripiet Sabaeis.

Quis non in omni uertice Romuli
Reptasse dulcem Septimium putet?
Quis fonte Iuturnae relictis
Uberibus neget esse pastum?

Nec mira uirtus: protinus Ausonum
Portus uadosae nescius Africae
Intras adoptatusque Tuscis
Gurgitibus puer innatasti.

Hinc paruus inter pignora curiae
Contentus *artae* lumine purpurae
Crescis, sed immensos labores
Indole patricia secutus.

Non sermo Poenus, non habitus tibi,
Externa non mens: Italus, Italus.
Sunt urbe Romanisque turmis,
Qui Libyam deceant alumni.

---

26 pelleres *Heinsius* ‖ 28 strepitus (h)arenae **C a**, *corr. Schraderus* ‖ 38 dolosae *Markl.* | nescius *Auantius:* nesciet **C a** ‖ 41 Hinc **ς a**: Hic **C** | artae *Burmannus: om.* **A* C** arto *Turnebus* ‖ 47 turbe **C a**, *corr.* **ς** ‖ 48 deceant **C**: doceant **ς a** decorant *Markl., recte, ut puto*

Est et frementi uox habilis foro,
Uenale sed non eloquium tibi;
Ensisque uagina quiescit,
Stringere ni iubeant amici.

Sed rura cordi saepius et quies,
Nunc in paternis sedibus et solo
Ueiente, nunc frondosa supra
Hernica, nunc Curibus uetustis.

Hic plura pones uocibus et modis
Passu solutis, sed memor interim
Nostri uerecundo latentem
Barbiton ingemina sub antro

VI.

HERCULES EPITRAPEZIOS NONII UINDICIS.

Forte remittentem curas Phoeboque leuatum
Pectora, cum patulis tererem uagus otia saeptis
Iam moriente die, rapuit me cena benigni
Uindicis. haec imos animi perlapsa recessus
Inconsumpta manet. neque enim ludibria uentris
Hausimus aut epulas diuerso e sole petitas
Uinaque perpetuis aeuo certantia fastis.
A miseri! quos nosse iuuat, quid Phasidis ales
Distet ab hiberna Rhodopes grue, quis magis anser
Exta ferat, cur Tuscus aper generosior Umbro,
Lubrica qua recubent conchylia mollius alga.
Nobis uerus amor medioque Helicone petitus

---

49 frequenti *Markl.* | habilis *idem:* hilaris **C a** ‖ 52 ni **ς**: ne **C a** | 54 Nunc in **ς a**: Nunc et in **C** ‖ 57 ponis *Dom.* ‖ 58 Passu *Markl.:* Passum *uel* Passim **C** Passim **a** ‖ 60 ingeminas **C a**
VI. nõuii *ita* **A**: noui **C** Nouii *edd.* ‖ 5 manet **A**: manent **C** ‖ 6 e **ς**: a **A C**

Sermo hilaresque ioci brumalem absumere noctem
Suaserunt mollemque oculis expellere somnum,
Donec ab Elysiis prospexit sedibus alter
Castor et hesternas risit Tithonia mensas.
O bona nox! iunctaque utinam Tirynthia luna!
Nox et Erythraeis Thetidis signanda lapillis
Et memoranda diu geniumque habitura perennem!
Mille ibi tunc species aerisque eborisque uetusti
Atque locuturas mentito corpore ceras
Edidici. quis namque oculis certauerit usquam
Uindicis, artificum ueteres agnoscere ductus
Et non inscriptis auctorem reddere signis?
Hic tibi quae docto multum uigilata Myroni
Aera, laboriferi uiuant quae marmora caelo
Praxitelis, quod ebur Pisaeo pollice rasum,
Quod Polycleteis iussum spirare caminis,
Linea quae ueterem longe fateatur Apellem,
Monstrabit: namque haec, quotiens chelyn exuit ille,
Desidia est, hic Aoniis amor auocat antris.
Haec inter castae genius tutelaque mensae
Amphitryoniades multo mea cepit amore
Pectora nec longo satiauit lumina uisu:
Tantus honos operi finesque inclusa per artos
Maiestas! deus, ille deus se saepe tuendum
Indulsit, Lysippe, tibi, paruusque uideri
Sentirique ingens! et cum mirabilis intra
Stet mensura pedem, tamen exclamare libebit,
Si uisus per membra feres: ‘hoc pectore pressus

13 absumere **C**: assumere **ϛ a** ‖ 18 Erythraeae *Markl.* ‖ 19 habitura **ϛ**: habitumque **C a** ‖ 25 Hic **A**: Hec **C** ‖ 26 caeli **C a**, *corr. Auantius* ‖ 28 Quod **ϛ a**: Quid **C** ‖ 30 monstrauit **C a**, *corr. Geuartius* | ille **C a**: illi *Geuartius* ‖ 35 artos *edd.*: artus **A* C**; *fortasse* tenuesque i. per artus ‖ 36 *fortasse* ipse | se saepe *scripsi*: seseque **C a** | tuendum *Schraderus*: uidendum **C a** ‖ 39 pedum **C a**, *corr. Auantius*

Uastator Nemees; haec exitiale ferebant
Robur et Argoos frangebant brachia remos.’
A, spatio tam magna breui mendacia formae!
Quis modus in dextra, quanta experientia docti
Artificis, cursim pariter gestamina mensae
Fingere et ingentes animo uersare colossos!
Tale nec Idaeis quicquam Telchines in antris
Nec Siculus Brontes nec, qui polit arma deorum,
Lemnius exigua potuisset ludere massa.
Nec torua effigies epulisque aliena remissis,
Sed qualem parci domus admirata Molorchi
Aut Aleae lucis uidit Tegeaea sacerdos;
Qualis et Oetaeis emissus in astra fauillis
Nectar adhuc torua laetus Iunone bibebat:
Sic mitis uultum, ueluti de pectore gaudens,
Hortatur mensas. tenet haec marcentia fratris
Pocula, at haec saeuae meminit manus aspera caedis;
Sustinet excultum Nemeaeo tegmine saxum.
Digna operi fortuna sacro. Pellaeus habebat
Regnator laetis numen uenerabile mensis
Et comitem occasus secum portabat et ortus,
Prensabatque libens modo qua diademata dextra
Abstulerat dederatque et magnas uerterat urbes.
Semper ab hoc animos in crastina bella petebat,
Huic acie semper uictor narrabat opima,

43 A *scripsi l. l. p. 260:* Ac **C a** Hoc *edd.* | spatio *Dom.*: spatium **C a** ‖ 45 cursim *scripsi:* curis **C a** ‖ 47 thelchines **A**: thelimes *uel simile* **C** ‖ 48 Siculus *scripsi l. l.*: stolidus **C a** solidus *edd.* ualidus *Handius* ‖ 52 taleę **A***, *ita uel* talee **C**, *corr. H. Barbarus* ‖ 55 uultum *scripsi:* uultus **C a** uultu *Handius* ‖ 57 at hec **A C**: adhuc *Dom.* | seuę **ϛ**: leuę **A C** clauae *Markl.* | meminit **C**: meruit **a** | aspera **C a**: altera *Dom.* | cedis **A**: sedis **C** aspera sedes sustinet *Markl.* ‖ 58 excultum *scripsi:* et cultum **A C** occultum **a** ‖ 62 Pręstabatque **A C**, *corr. Dom.* ‖ 64 ad hoc **C a** ‖ 65 Huic **A**, *ut uid.*, **ϛ**: Hunc *uel* Hinc **C** | acie **A**, *ut uid.*: acies **C** | semper uictor **A C**: *inuerso ordine edd.* | opima *scripsi:* opimas **C a** acies

Siue catenatos Bromio detraxerat Indos
Seu clusam multa Babylona refregerat hasta
Seu Pelopis terras libertatemque Pelasgam
Obruerat bello; magnoque ex agmine laudum
Fertur Thebanos tantum excusasse triumphos.
Ille etiam, magnos fatis rumpentibus actus,
Cum traheret letale merum, iam mortis opaca
Nube grauis uultus alios in numine caro
Aeraque supremis timuit sudantia mensis.
Mox Nasamoniaco decus admirabile regi
Possessum; fortique deo libauit honores
Semper atrox dextra periuroque ense superbus
Hannibal. Italicae perfusum sanguine gentis
Diraque Romuleis portantem incendia tectis
Oderat (etsi epulas, etsi Lenaea dicaret
Dona) deus, castris maerens comes ire nefandis,
Praecipue cum sacrilega face miscuit arces
Ipsius inmeritaeque domos ac templa Sagunti
Polluit et populis furias inmisit honestas.
Nec post Sidonii letum ducis aere potita
Egregio plebeia domus. conuiuia Sullae
Ornabat semper claros intrare penates
Assuetum et felix dominorum stemmate signum.
Nunc quoque, si mores humanaque pectora curae
Nosse deis, non aula quidem, Tirynthie, nec te
Regius ambit honos, sed casta ignaraque culpae
Mens domini, cui prisca fides coeptaeque perenne
Foedus amicitiae. scit adhuc florente sub aeuo

u. s. referebat opimas *Markl.* ‖ 67 multa *scripsi l. l. p. 261:* magna **C a** ‖ 69 longoque *Markl.* ‖ 74 tenuit *idem* ‖ 78 italicae **ς a**: italiae **C** ‖ 80 etsi e. etsi *scripsi:* et cum e. et cum **C a** ‖ 81 comes **A ς**: comis **C** | ire **A C**: ipse *uel* isse **ς** ‖ 82 sacrilegas **C a**, *corr. Gronouius* | arces **A**: artes **C** ‖ 83 inmeritaeque *Dom.:* meritęque **A C** ‖ 84 *malis* honestis ‖ 85 aere 86 Egregio **A ς**: aera-Egregia **C** ‖ 86 conuiua Sibyllae (Sybillae) **C a** ‖ 89 sic *Schraderus* ‖ 90 tirintia **C** tirynthia **a** ‖ 91 castra **C a**

Par magnis Uestinus auis, quem nocte dieque
Spirat, et in carae uiuit complexibus umbrae.
Hic igitur tibi laeta quies, fortissime diuum,
Alcide, nec bella uides pugnasque feroces,
Sed chelyn et uittas et amantes carmina laurus.
Hic tibi sollemni memorabit pectine, quantus
Iliacas Geticasque domos quantusque niualem
Stymphalon quantusque iugis Erymanthon aquosis
Terrueris, quem te pecoris possessor Hiberi,
Quem tulerit saeuae Mareoticus arbiter arae.
Hic penetrata tibi spoliataque limina mortis
Concinet et flentes Libyae Scythiaeque puellas.
Nec te regnator Macetum nec barbarus umquam
Hannibal aut saeui posset uox horrida Sullae
His celebrare modis. certe tu muneris auctor
Non aliis malles oculis, Lysippe, probari.

VII.

ODE LYRICA AD UINIUM MAXIMUM.

Iam diu lato spatiata campo
Fortis heroos, Erato, labores
Differ atque ingens opus in minores
Contrahe gyros.

Tuque regnator lyricae cohortis
Da noui paulum mihi iura plectri,
Si tuas cantu Latio sacraui,
Pindare, Thebas.

94 auis *Auantius:* aquis **C a** ‖ 99 pectine *scripsi:* carmine **C a** *e uersu priore* ‖ 105 Scythiaeque **A C**: Scythiaeue *edd.* ‖ 106 Macetum **C**: Macedum **ς a**

VII. *In titulo* uiuium maximum **A C**, Maximum Iunium *edd.* ‖ 1 spatiata **ς** *Morellus*: sociata **A C** satiata **ς** ‖ 2 herois **C a** ‖ 3 epos *Heinsius*

Maximo carmen tenuare tento;
Nunc ab intonsa capienda myrto
Serta, nunc maior sitis et bibendus
Castior amnis.

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatae montes, ubi Dite uiso
Pallidus fossor redit erutoque
Concolor auro?

Ecce me natum propiore terra
Non tamen portu retinent amoeno
Desides Baiae liticenue notus
Hectoris armis.

Torpor est nostris sine te Camenis,
Tardius sueto uenit ipse Thymbrae
Rector et primis meus ecce metis
Haeret Achilles.

Quippe te fido monitore nostra
Thebais multa cruciata lima
Tentat audaci fide Mantuanae
Gaudia famae.

Sed damus lento ueniam, quod alma
Prole fundasti uacuos penates.
O diem laetum! uenit ecce nobis
Maximus alter!

Orbitas omni fugienda nisu,
Quam premit uotis inimicus heres,

11 nec maior *Markl.* ‖ 19 laticemue motus **C a**, *corr. Auantius* ‖ 20 Hectoris amnis **C a**

Optimo poscens (pudet heu!) propinquom
Funus amico.

Orbitas nullo tumulata fletu:
Stat domo capta cupidus superstes
Imminens leti spoliis et ipsum
Computat ignem.

Duret in longum generosus infans,
Perque non multis iter expeditum
Crescat in mores patrios auumque
Prouocet actis!

Tu tuos paruo memorabis enses,
Quos ad Eoum tuleris Orontem
Signa frenatae moderatus alae
Castore dextro;

Ille ut inuicti rapidum secutus
Caesaris fulmen refugis amaram
Sarmatis legem dederit, sub uno
Uiuere caelo.

Sed tuas artes puer ante discat,
Omne quis mundi senium remensus
Orsa Sallusti breuis et Timaui
Reddis alumnum.

35 propinquo **A C**; propinquum *edd.* ‖ 36 amici **C a**, *corr. Dom.* ‖ 37 cumulata ς ‖ 42 *an* expetitum ? ‖ 46 tuleras **C a** ‖ 55 Salusti **C a** | timaui **A C**: troiani ς

VIII.

GRATULATIO AD IULIUM MENECRATEM.

Pande fores superum uittataque templa Sabaeis
Nubibus et pecudum fibris spirantibus inple,
Parthenope; clari genus ecce Menecratis auget
Tertia iam soboles. procerum tibi nobile uulgus
Crescit et insani solatur damna Ueseui.
Nec solum festas erecta Neapolis aras
Ambiat: et socii portus dilectaque miti
Terra Dicarcheo nec non plaga cara madenti
Surrentina deo sertis altaria cingat,
Materni qua litus aui, quem turba nepotum
Circuit et similes contendit reddere uultus.
Gaudeat et Libyca praesignis auunculus hasta,
Quaeque sibi genitos putat attollitque benigno
Polla sinu. macte, o iuuenis, qui tanta merenti
Lumina das patriae. dulci tremit ecce tumultu
Tot dominis clamata domus. procul atra recedat
Inuidia atque alio liuentia pectora flectat:
His senium longaeque decus uirtutis et alba
Atropos et patrius lauros promisit Apollo.
Ergo quod Ausoniae pater augustissimus urbis
Ius tibi tergeminae dederat laetabile prolis,
Omen erat. uenit totiens Lucina piumque
Intrauit repetita larem. sic fertilis, oro,
Stet domus et donis numquam nudata sacratis.

VIII. *Titulum ex* **A C** *dedi* ‖ 6 erecta *scripsi:* secreta **A C** laetata *Markl.* ‖ 7 miti **C a**: mitis *Dom.* ‖ 8 dicarchei **C a**, *correxi.* Dicarcheae *Markl.* ‖ 11 simili — uultu *Heinsius* ‖ 15 dulci — tumultu **A**: dulcis — tumultus **C** | fremit *Heinsius:* strepit *ipse olim conieci* ‖ 17 lumina flectat *Markl.* ‖ 19 lauros **ς a**: lauro **C** | promittit *Markl.* ‖ 24 nudata *idem:* mutata **C a**

Macte, quod et proles tibi saepius aucta uirilis
Roboris et iuueni laetandast uirgo parenti
(Aptior his uirtus, citius dabit illa nepotes),
Qualis maternis Helene iam digna palaestris
Inter Amyclaeos reptabat candida fratres;
Uel qualis caeli facies, ubi nocte serena
Admouere iubar mediae duo sidera lunae.
Sed queror haud faciles, iuuenum carissime, questus
Irascorque etiam, quantum irascuntur amantes.
Tantane me decuit uulgari gaudia fama
Noscere? cumque tibi uagiret tertius infans,
Protinus ingenti non uenit nuntia cursu
Littera, quae festos cumulare altaribus ignes
Et redimire chelyn postesque ornare iuberet
Albanoque cadum sordentem promere fumo
Et creta signare diem? sic tardus inersque
Nunc demum mea uota cano: tu culpa tuusque
Hic pudor. ulterius sed enim producere questus
Non licet; en hilaris circumstat turba tuorum
Defensatque patrem. quem non hoc agmine uincas?
Di patrii, quos auguriis super aequora magnis
Litus ad Ausonium deuexit Abantia classis,
Tu, ductor populi longe migrantis, Apollo,
Cuius adhuc uolucrem laeua ceruice sedentem
Respiciens blande felix Eumelis adorat,
Tuque, Actaea Ceres, cursu cui semper anhelo
Uotiuam taciti quassamus lampada mystae,
Et uos, Tyndaridae, quos non horrenda Lycurgi
Taygeta umbrosaeque magis coluere Therapnae:

25, 26 uirilis Roboris et *ego:* uirili Robore sed **C a** | laetandast *scripsi:* laetam dat **C a**. *restat emendandum* saepius; *nam altero tum puerulo auctus erat Menecrates* ‖ 27 *deleuit Markl.* ‖ 32 rarissime **C a**, *corr.* **ς** ‖ 40 creta *Bentleius:* cantu **C a** | sic *scripsi:* sed **C a** ‖ 46 Abantia **ς a**: abanxia **C** ‖ 50 astea **A**: astea *uel* atea (acea) **C**

Hos cum plebe sua patriae seruate penates.
Sint, qui fessam aeuo crebrisque laboribus urbem
Uoce opibusque iuuent uiridique in nomine seruent.
His placidos genitor mores largumque nitorem
Monstret auus, pulchrae studium uirtutis uterque.
Quippe et opes et origo sinunt hanc lampade prima
Patricias intrare fores, hos pube sub ipsa,
Si modo prona bonis inuicti Caesaris adsint
Numina, Romulei limen pulsare senatus.

IX.

HENDECASYLLABI IOCOSI AD PLOTIUM GRYPUM.

Est sane iocus iste, quod libellum
Misisti mihi, Grype, pro libello.
Urbanum tamen hoc potest uideri,
Si posthac aliud mihi remittes;
Nam si ludere, Grype, perseueras,
Non ludis. licet, ecce, computemus!
Noster purpureus nouusque carta
Et binis decoratus umbilicis,
Praeter me mihi constitit decussis:
Tu rosum tineis situque putrem,
Quales aut Libycis madent oliuis
Aut tus Niliacum piperue seruant
Aut Byzantiacos olent lacertos;
Nec saltem tua dicta continentem,
Quae trino iuuenis foro tonabas,
Aut centum prope iudices, priusquam

---

54 patriae *Gronouius:* patrii **C a** ‖ 57 placidus **C a** ‖ 59 hanc *Geuartius:* hac **C a** ‖ 61 prona **C a**: plena **ς**

IX. Endecasyllabi **A C** | plociũ **A** | Grippũ **A ς** gripum **C** ‖ 2, 5, 53 gripe **C**: grippe **ς a** ‖ 4 post hoc aliquid mihi remittas **C a**, *corr. Heinsius* ‖ 13 olent (*uel* tegunt) *Heinsius:* colunt **C a**

Te Germanicus arbitrum sequenti
Annonae dedit omniumque late
Praefecit stationibus uiarum;
Sed Bruti senis oscitationes
De capsa miseri libellionis,
Emptum plus minus asse Caiano,
Donas. usque adeone defuerunt
Scissis pillea suta de lacernis
Uel mantelia luridaeue mappae,
Cartae Thebaicaeue Caricaeue?
Nusquam turbine conditus ruenti
Prunorum globus atque cottanorum?
Non ellychnia sicca, non replictae
Bulborum tunicae? nec oua saltim
Nec lenes halicae nec asperum far?
Nusquam Cinyphiis uagata campis
Curuarum domus uda coclearum?
Non lardum breue debilisue perna?
Non Lucanica, non graues Phalisci,
Non sal oxyporumue caseusue,
Aut panes uiridantis aphronitri,
Uel passum psithiis suis recoctum,
Dulci defruta uel lutosa caeno?
Quantum uel dare cereos olentes
Cultellum tenuesue codicillos?
Ollares, rogo, non licebat uuas,

---

17 sequentis **ς** ‖ 21 libellionis **ς a**: libelliones **C** ‖ 22 caiano **ς a**: gaiano **C** ‖ 24 Scissis *Heinsius:* Caesis **C a** | pillea **A C**: pilea **a** | suta **ς a**: sicca **C**; *an* ficta*?* ‖ 25 mantelia **A C**: mantilia **ς** ‖ 27 rubenti *Heinsius* ‖ 28 cattanorum **C** coctanorum **ς a** ‖ 29 eulichnia **A** eulichina **C** | non retractae *Heinsius* ‖ 30 Bulborum **A ς**: Bullorum **C** | saltim *scripsi:* tantum **C a** tota *Turnebus* ‖ 31 Nec **C**: Non **a** | lenes *Heinsius:* leues **C a** | halicae **C a**: alicae *edd.* ‖ 34 breue *Markl.:* graue **C a** ‖ 36 oxiforumue **A C** ‖ 37 aphronitri **A ς**: aspronitri **C** ‖ 38 suis *Dom.:* uuis **C a** ‖ 40 uel **A**: nec **C** tes **C**: alentes **a** ‖ 41 Cultellum **ς a**: Cutellum **C**

Cumano patinas uel orbe tortas
Aut unam dare synthesin (quid horres?)
Alborum calicum atque caccaborum?
Sed certa uelut aequus in statera,
Nil mutas, sed idem mihi rependis.
Quid si, cum bene mane semicrudus
Inlatam tibi dixero salutem,
Et tu me uicibus domi salutes?
Aut cum me dape iuueris opima,
Expectes similes et ipse cenas?
Irascor tibi, Grype. sed ualebis;
Tantum ne mihi, quo soles lepore,
Et nunc hendecasyllabos remittas.

---

43 uel (an) *Heinsius:* in **C a** ‖ 45 Obbarum *Heinsius* ‖ 47 mih **A C**: nihil ς ‖ 48 *malim* seminudus ‖ 49 Inlotam *Scriuerius* ‖ 5 ne ς **a**: me **C** | quo — lepore **A**: quod — lepori **C** ‖ 55 endecasyll **C a**

P. PAPINII STATII
S I L U A R U M
L I B E R V.

STATIUS ABASCANTO SUO SAL.

Omnibus affectibus prosequenda sunt bona exempla, um publice prosint. pietas, quam Priscillae tuae praetas, ut morum tuorum pars nulli non conciliare te, raecipue marito, potest. uxorem enim uiuam amare oluptas est, defunctam religio. ego tamen huic operi on ut unus e turba nec tantum quasi officiosus adsilui. mauit enim uxorem meam Priscilla et amando fecit mihi llam probatiorem; propter hoc ingratus sum, si lacrinas tuas transeo. praeterea latus omne diuinae domus emper demereri pro mea mediocritate conitor. nam qui ona fide deos colit, amat et sacerdotes. sed quamuis ropiorem usum amicitiae tuae iampridem cuperem, mallem amen nondum inuenisse materiam.

Titulum praefationis ex **A C** *dedi* | sal. **A**: salutem **C** ‖ 7 ut *scripsi:* et **C a** | et nulli **C**, et *delet* **A** ‖ 10 otiosus ς ‖ 11 priscilla ς **a**: priscillam **C** ‖ 12 propter *scripsi:* post **C a** ‖ 16 usum ς: uisum **A C** nexum *edd.* ‖ 17 inuenisse **A* C**: interuenisse ς ‖ *imperfecta haec praefatio a Statio ipso, ut uidetur, relicta, quippe post cuius mortem quintus hic liber sit editus.*

Cumano patinas uel orbe tortas
Aut unam dare synthesin (quid horres?)
Alborum calicum atque caccaborum?
Sed certa uelut aequus in statera,
Nil mutas, sed idem mihi rependis.
Quid si, cum bene mane semicrudus
Inlatam tibi dixero salutem,
Et tu me uicibus domi salutes?
Aut cum me dape iuueris opima,
Expectes similes et ipse cenas?
Irascor tibi, Grype. sed ualebis;
Tantum ne mihi, quo soles lepore,
Et nunc hendecasyllabos remittas.

---

43 uel (an) *Heinsius:* in **C a** ‖ 45 Obbarum *Heinsius* ‖ 47 mih **A C**: nihil ς ‖ 48 *malim* seminudus ‖ 49 Inlotam *Scriuerius* ‖ 5 ne ς **a**: me **C** | quo — lepore **A**: quod — lepori **C** ‖ 55 endecasyll **C a**

P. PAPINII STATII
S I L U A R U M
LIBER V.

STATIUS ABASCANTO SUO SAL.

Omnibus affectibus prosequenda sunt bona exempla, um publice prosint. pietas, quam Priscillae tuae praetas, ut morum tuorum pars nulli non conciliare te, raecipue marito, potest. uxorem enim uiuam amare oluptas est, defunctam religio. ego tamen huic operi on ut unus e turba nec tantum quasi officiosus adsilui. mauit enim uxorem meam Priscilla et amando fecit mihi llam probatiorem; propter hoc ingratus sum, si lacriaas tuas transeo. praeterea latus omne diuinae domus emper demereri pro mea mediocritate conitor. nam qui ona fide deos colit, amat et sacerdotes. sed quamuis ropiorem usum amicitiae tuae iampridem cuperem, mallem amen nondum inuenisse materiam.

Titulum praefationis ex **A C** *dedi* | sal. **A**: salutem **C** ‖ 7 ut *cripsi:* et **C a** | et nulli **C**, et *delet* **A** ‖ 10 otiosus ς ‖ 11 priscilla ς **a**: priscillam **C** ‖ 12 propter *scripsi:* post **C a** ‖ 16 usum ς: uisum **A C** nexum *edd.* ‖ 17 inuenisse **A* C**: interuenisse ς ‖ *imperfecta haec praefatio a Statio ipso, ut uidetur, relicta, quippe post cuius mortem quintus hic liber sit editus.*

I.

EPICEDION IN PRISCILLAM UXOREM.

Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras
Aut ebur impressis aurumue animare figuris,
Hinc, Priscilla, tuo solatia grata marito
Conciperem. namque egregia pietate meretur,
Ut uel Apelleo uultus signata colore,
Phidiaca uel nata manu reddare dolenti.
Sic auferre rogis umbram conatur et ingens
Certamen cum morte gerit curasque fatigat
Artificum inque omni te quaerit amare metallo.
Sed mortalis honos, agilis quem dextra laborat.
Nos tibi, laudati iuuenis carissima coniunx,
Longa nec obscurum finem latura perenni
Temptamus dare iusta lyra, modo dexter Apollo
Quique uenit iuncto mihi semper Apolline Caesar
Annuat: haud alio melius condere sepulcro.
Sera quidem tanto struitur medicina dolori,
Altera cum uolucris Phoebi rota torqueat annum;
Sed cum plaga recens et adhuc in uulnere primo
Aegra domus, questu misero hautque accessus ad aurem
Coniugis orbati: tunc flere et scindere uestes
Et famulos lassare greges et uincere planctus
Fataque et iniustos rabidis pulsare querelis
Caelicolas solamen erat. licet ipse leuandos
Ad gemitus siluis comitatus et amnibus Orpheus
Afforet atque omnis pariter matertera uatem,
Omnis Apollineus tegeret Bacchique sacerdos:

I. *Titulum dedi ex* **A C**; Prisc. Abascanti uxorem ς, *fort. rectius* ‖ 9 quaerit habere *Markl.* ‖ 11 rarissima **C a**, *corr.* ς ‖ 17 uolucrem *Markl.* ‖ 19 Aegra *Heinsius:* Nigra **C a** | misero hautque *scripsi:* miseramque **C a** ‖ 20 tunc **C** ς: nunc **a** ‖ 21 iungere planctus *Heinsius*

Nil cantus, nil fila deis pallentis Auerni
Eumenidumque audita choris mulcere ualerent:
Tantus in attonito regnabat pectore luctus!
Nunc etiam ad planctus refugit iam plana cicatrix,
Dum canimus, grauibusque oculis uxorius instat
Imber. habentne pios etiamnunc lumina fletus?
Mira fides! citius genetrix Sipyleia fertur
Exhausisse genas; citius Tithonida maesti
Deficient rores aut exsatiata fatiscet
Mater Achilleis hiemes affrangere bustis.
Macte animi! notat ista deus, qui flectit habenas
Orbis et humanos propior Ioue digerit actus
Maerentemque uidens lectique arcana ministri
Hinc etiam documenta capit, quod diligis umbram
Et colis exequias. hic est castissimus ardor,
Hic amor a domino meritus censore probari.
Nec mirum, si uos collato pectore mixtos
Iunxit inabrupta Concordia longa catena.
Illa quidem nuptumque prior taedasque marito
Passa alio, sed te ceu uirginitate iugatum
Uisceribus totis animaque amplexa fouebat;
Qualiter aequaeuo sociatam palmite uitem
Ulmus amat miscetque nemus ditemque precatur
Autumnum et caris gaudet redimita racemis.
Laudantur proauis aut pulchrae munere formae,
Quae morum caruere bonis, falsaeque potentes
Laudis egent uerae: tibi quamquam et origo niteret
Et felix species multumque optanda maritis,
Ex te maior honos, unum nouisse cubile,

28 choris *Lindenbrogius:* comis **C a** ‖ 32 etiamnunc ς: etiamnum haec **A C** ‖ 33 sipylleia **A** si pelea **C** Sipylea feretur *Heinsius* ‖ 35 exsatiata **A C**: exsiccata ς ‖ 39 uidens *scripsi:* uidet **C a** ‖ 44 Uinxit *Heinsius* | 45 nuptumque ς: nuptuque **A C** ‖ 47 animaq; **C**: animoque ς **a** ‖ 51 Laudentur *Dom.* | proaui seu **C a**, *corr. Heinsius* proauis et *Politianus* ‖ 52 falsaeque *Heinsius:* falsoque **C a**

Unum secretis agitare sub ossibus ignem.
Illum nec Phrygius uitiasset raptor amorem
Dulichiiue proci nec qui fraternus adulter
Casta Mycenaeo conubia polluit auro.
Si Babylonos opes, Lydae si pondera gazae
Indorumque dares Serumque Arabumque potentes
Diuitias, mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori uitamque rependere famae.
Nec frons triste rigens nimiusque in moribus horror,
Sed simplex hilarisque fides et mixta pudori
Gratia. quod si anceps metus in maiora uocasset,
Illa uel armiferas pro coniuge laeta cateruas
Fulmineosque ignes mediique pericula ponti
Exciperet. melius, quod non aduersa probarunt,
Quae tibi cura tori, quantus pro coniuge pallor!
Sed meliore uia dextros tua uota marito
Promeruere deos, dum nocte dieque fatigas
Numina, dum cunctis supplex aduolueris aris
Et mitem genium domini praesentis adoras.
Audita es, uenitque gradu Fortuna benigno.
Uidit quippe pii iuuenis nauamque quietem
Intactamque fidem succinctaque pectora curis
Et uigiles sensus et digna euoluere tantas
Sobria corda uices, uidit, qui cuncta suorum
Nouit et inspectis ambit latus omne ministris.
Nec mirum: uidet ille ortus obitusque, quid auster,
Quid boreas hibernus agat, ferrique togaeque
Consilia atque ipsam mentem probat. ille subactis
Molem immensam humeris et uix tractabile pondus

---

64 in moribus **A**: minoribus *uel* maioribus **C** ‖ 66 in *scripsi:* et **C a** ad ϛ | uocasset ϛ: uatasset **A** uacasset **C** ‖ 76 nauamque *Markl.:* uanamque **C a** ‖ 80 ambit; *puto* cingit *uel* claudit ‖ 81 auster ϛ: arctos **A C** ‖ 82 *malim* alat | togaeque *Dom.*: rotage **A* C** ‖ 83 subactis *Auantius:* iubatis **C a** beatis *Heinsius* ‖ 84 pondus *Auantius:* tempus **C a**

Imposuit (nec enim numerosior altera sacra
Cura domo), magnum late dimittere in orbem
Romulei mandata ducis, uiresque modosque
Imperii tractare manu; quae laurus ab arcto,
Quid uagus Euphrates, quid ripa binominis Histri,
Quid Rheni uexilla ferant, quantum ultimus orbis
Cesserit et refugo circumsona gurgite Thule
(Omnia nam laetas pila attollentia frondes,
Nullaque famosa signatur lancea penna);
Praeterea, fidos dominus si diuidat enses,
Pandere, quis centum ualeat frenare, maniplos
Admissus *quis* eques, quis praecepisse cohorti,
Quem deceat clari praestantior ordo tribuni,
Quisnam frenigerae signum dare dignior alae.
Mille etiam praenosse uices, an merserit agros
Nilus, an imbrifero Libye sudauerit austro;
Cunctaque si numerem, non plura interprete uirga
Nuntiat ex celsis ales Tegeaticus astris
Quaeque cadit liquidas Iunonia uirgo per auras
Et picturato pluuium ligat aera gyro
Quaeque tuas laurus uolucri, Germanice, cursu
Fama uehit praegressa diem tardumque sub astris
Arcada et in medio linquit Thaumantida caelo.
Qualem te superi, Priscilla, hominesque benigno
Aspexere die, cum primum ingentibus actis
Admotus coniunx! uicisti gaudia cenae
Ipsius, effuso dum pectore prona sacratos
Ante pedes auide domini tam magna ferentis

---

91 Thyle **A C** ‖ 92 laetas *edd.:* laceras **C a** Clarias *Heinsius* | 93 fumosa **C a**, *corr. Salmasius.* ‖ 94 *puto* fidis ‖ 95, 96 frenare maniplos Intermissus eques **C a**, *correxi.* frenare maniplis Intermixtus equos *Salmasius* frenare, maniplo Intermissus eques *Maduigius* frenare, manipli cui permissus honos *Imhofius* ‖ 102 ex **A C**: e *edd.* ‖ 105 curru *Barthius* ‖ 106 uehit *Dom.:* uelut **C a** ‖ 110 acuisti gaudia *Heinsius* ‖ 111 affuso *idem* ‖ 112 ferentis *scripsi:* merentis **C a**

Uolueris. Aonio non sic in uertice gaudet,
Quam pater arcani praefecit hiatibus antri
Delius, aut primi cui ius uenerabile thyrsi
Bacchus et attonitae tribuit uexilla cateruae.
Nec tamen hic mutata quies probitasue secundis
Intumuit: tenor idem animo moresque modesti
Fortuna crescente manent. fouet anxia curas
Coniugis hortaturque simul flectitque labores.
Ipsa dapes modicas et sobria pocula tradit,
Exemplumque ad erile monet; uelut Apula coniunx
Agricolae parci uel sole infecta Sabina,
Quae uidet emeriti iam prospectantibus astris
Tempus adesse uiri, propere mensasque torosque
Instruit expectatque sonum redeuntis aratri.
Parua loquor. tecum gelidas comes ire per arctos
Sarmaticasque hiemes Histrumque et pallida Rheni
Frigora, tecum omnes animo durata per aestus
Et, si castra darent, uellet gestare pharetras,
Uellet Amazonia latus intercludere pelta;
Dum te puluereum bellorum nube uideret
Caesarei prope fulmen equi diuinaque tela
Uibrantem et magnae sparsum sudoribus hastae.
Hactenus alma chelys. tempus nunc ponere frondes,
Phoebe, tuas maestaque comam damnare cupresso.
Quisnam inpacata consanguinitate ligauit
Fortunam Inuidiamque deus? quis iussit iniquas
Aeternum bellare deas? nullamne notabit
Illa domum, toruo quam non haec lumine figat
Protinus et saeua proturbet gaudia dextra?

113 ausonio C a ‖ 114 Quem C a, *corr. Barthius* ‖ 115 cui ius *Dom.:* cuius C a ‖ 117 mutata C: cunctata ς a | *malim* grauitasque ‖ 122 monet A: mouet C ‖ 123 parci A: parti C | Sabino *Heinsius* ‖ 124 procedentibus *Burmannus* ‖ 127 ire *Schraderus:* illa C a ‖ 129 durare *Markl.* ‖ 132 pulueræa C a, *correxi* | bellorum in nube *edd.* ‖ 139 notauit C a, *corr. Barthius* ‖ 141 proturbet A C: perturbet ς

Florebant hilares inconcussique penates:
Nil maestum. quid enim, quamuis infida leuisque,
Caesare tam dextro posset Fortuna timeri?
Inuenere uiam liuentia fata, piumque
Intrauit uis saeua larem. sic plena maligno
Afflantur uineta noto, sic alta senescit
Imbre seges nimio, grauidae sic obuia puppi
Inuidet et uelis adnubilat aura secundis.
Carpitur eximium fato Priscilla decorem;
Qualiter alta comam siluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo seu iam radice soluta
Deficit et nulli spoliata remurmurat aurae.
Quid probitas aut casta fides, quid numina prosunt
Culta deum? furuae miseram circum undique leti
Uallauere plagae, tenuantur dura sororum
Licia et exacti superest pars ultima fili.
Nil famuli coetus, nil ars operosa medentum
Auxiliata malis; comites tamen undique ficto
Spem simulant uultu, flentem notat illa maritum.
Ille modo infernae nequicquam flumina Lethes
Incorrupta rogat, nunc anxius omnibus aris
Inlacrimat signatque fores et pectore terget
Limina; nunc magni uocat exorabile numen
Caesaris. heu durus fati tenor! estne quod illi
Non liceat? quantae poterant mortalibus annis
Accessisse morae, si tu, pater, omne teneres
Arbitrium? caeco gemeret mors clusa barathro,
Longius et uacuae posuissent stamina Parcae.
Iamque cadunt uultus oculisque nouissimus error
Optunsaeque aures, nisi cum uox sola mariti
Noscitur; illum unum media de morte reuersae

148 grauidae *scripsi l. l. p. 261:* rapidae C a ‖ 149 obnubilat *uel* obsibilat *Markl.* ‖ 156 tenuantur *Dom.:* tenduntur C a; *an* tardantur *?* ‖ 160 *fort.* notat una ‖ 161 numina Lethes *Heinsius* ‖ 171 *malis* nisi quod ‖ 172 reuersa C a, *corr. Heinsius*

Mens uidet, illum aegris circumdat fortiter ulnis
Immotas obuersa genas, nec sole supremo
Lumina, sed dulci mauult satiare marito.
Tunc sic unanimum moriens solatur amantem:
'Pars animae uictura meae, cui linquere possem
O utinam, quos dura mihi rapit Atropos, annos:
Parce, precor, lacrimis, saeuo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem coniugis umbram.
Linquo equidem thalamos (saluo tamen ordine) maestos
Quod prior: exegi longa potiora senecta
Tempora; uidi omni pridem te flore nitentem,
Uidi altae propius propiusque accedere dextrae.
Non in te fatis, non iam caelestibus ullis
Arbitrium: mecum ista fero. tu limite coepto
Tende libens sacrumque latus geniumque potentem
Inrequietus ama. nunc, quod cupis ipse iuberi,
Da capitolinis aeternum sedibus aurum,
Quo niteat sacri centeno pondere uultus
Caesaris, et propriae signes cultricis amorem.
Sic ego nec Furias nec deteriora uidebo
Tartara et Elysias felix admittar in oras.'
Haec dicit labens sociosque amplectitur artus
Haerentemque animam non tristis in ora mariti
Transtulit et cara pressit sua lumina dextra.
At iuuenis magno flammatus pectora luctu
Nunc implet saeuo uiduos clamore penates,
Nunc ferrum laxare cupit, nunc ardua tendit
In loca (uix retinent comites), nunc ore ligato
Incubat amissae mersumque in corde dolorem
Saeuus alit, qualis conspecto coniugis igni

---

177 possim **C a**, *corr. Markl.* ‖ 181 mestos **A**: mōtis *uel* moestis **C** noctis ς ‖ 189 Da **C**: De ς **a** ‖ 190 niteant *Markl.* ‖ 191 signet **C a**, *correxi.* signa *Markl.* ‖ 202 alit *Markl.*: agit **C a** | conspecta coniuge segnis **C a**, *corr. Barthius*

Odrysius uates positis ad Strymona plectris
Obstupuit tristemque rogum sine carmine fleuit.
Ille etiam maestae rupisset tempora uitae,
Ne tu tartareum chaos incomitata subires,
Sed prohibet mens fida duci seruandaque sacris
Imperiis et maior amor. quis carmine digno
Exequias et dona malae feralia pompae
Perlegat? omne illic stipatum examine longo
Uer Arabum Cilicumque fluit floresque Sabaei
Indorumque arsura seges praereptaque templis
Tura, Palaestinis simul Hebraeique liquores
Coryciaeque comae Cinyreaque germina; et altis
Ipsa toris Serum Tyrioque umbrata recumbit
Tegmine. sed toto spectatur in agmine coniunx
Solus; in hunc magnae flectuntur lumina Romae,
Ceu iuuenes natos suprema ad busta ferentem:
Is dolor in uultu, tantum crinesque genaeque
Noctis habent. illam tranquillo fine solutam
Felicemque uocant, lacrimas fudere marito.
Est locus ante urbem, qua primum nascitur ingens
Appia quaque Italo gemitus Almone Cybebe
Ponit et Idaeos iam non reminiscitur amnis.
Hic te Sidonio uelatam molliter ostro
Eximius coniunx (nec enim fumantia busta
Clamoremque rogi potuit perferre) beato
Composuit, Priscilla, toro. nil longior aetas
Carpere, nil aeui poterunt uitiare labores
Siccatam membris: tantas uenerabile marmor
Spirat opes. mox in uarias mutata nouaris

---

205 maestae *scripsi:* erecte *uel* erepte **C** rect(a)e ς; *de* **A** *non liquet* (cecte? tecte?); fractae *Imhofius* ‖ 207 duci seruandaque *Barthius*: ducis mirandaque **C a** duci *Dom.* iurataque *Markl.* ‖ 213 Palaestini *Dom.* ‖ 214 Corycieque **A**: Corscieque **C** | at altis *Gronouius; malim* in altis ‖ 215 serum ς **a**: serium **C** ‖ 220 Sordis habent *Markl.* ‖ 230 Siccatum **A C**, *corr.* ς ‖ 231 Spirat **A C**: Sepit **a**

Effigies: hoc aere Ceres, hoc lucida Cnosis,
Illo Maia tholo, Uenus hoc non improba saxo.
Accipiunt uultus haut indignata decoros
Numina: circumstant famuli consuetaque turba
Obsequiis, tunc rite tori mensaeque parantur
Assiduae. domus ista, domus! quis triste sepulcrum
Dixerit? hac merito uisa pietate mariti
Protinus exclames: 'est hic, agnosco, minister
Illius, aeternae modo qui sacraria genti
Condidit inque alio posuit sua sidera caelo.'
Sic, ubi magna nouum Phario de litore puppis
Soluit iter iamque innumeros utrimque rudentes
Lataque ueliferi porrexit brachia mali
Inuasitque uias, in eodem angusta phaselos
Aequore et immensi partem sibi uindicat austri.
Quid nunc inmodicos, iuuenum lectissime, fletus
Corde foues longumque uetas exire dolorem?
Nempe times, ne Cerbereos Priscilla tremescat
Latratus? tacet ille piis! ne tardior adsit
Nauita proturbetque uadis? uehit ille merentes
Protinus et manes placidus locat hospite cymba.
Praeterea, si quando pio laudata marito
Umbra uenit, iubet ire faces Proserpina laetas
Egressasque sacris ueteres heroidas antris
Lumine purpureo tristes laxare tenebras
Sertaque et Elysios animae praesternere flores.
Sic manes Priscilla subit; ibi supplice dextra
Pro te fata rogat, reges tibi tristis Auerni
Placat, ut expletis humani finibus aeui
Pacantem terras dominum iuuenemque relinquas
Ipse senex! certae iurant in uota sorores.

---

232 Gnosis **C a**, *correxi* ‖ 233 tolo **A C**: loco **ς**; auro *Markl.; an* luto? ‖ 236 tunc **A C**: tum *edd.* ‖ 238 hec **C a** ‖ 243 utrinque **A**: utrunque **C** ‖ 245 in] it *Geuartius* ‖ 247 lectiss. **A**: letissime **C** | 252 cymba] ripa *Markl.* ‖ 253 plorata marito *Markl.* ‖ 261 Placantem **C a**

II.

LAUDES CRISPINI UECTII BOLANI FILII.

Rura meus Tyrrhena petit saltusque Tagetis
Crispinus; nec longa mora est aut auia tellus;
Set mea secreto uelluntur pectora morsu,
Udaque turgentes inpellunt lumina guttas,
Ceu super Aegeas hiemes abeuntis amici
Uela sequar spectemque ratem iam fessus ab altis
Rupibus atque oculos longo querar aere uinci.
Quid? si militiae iam te, puer inclite, primae
Clara rudimenta et castrorum dulce uocaret
Auspicium, quanto manarent gaudia fletu
Quosue darem amplexus! etiam haec optanda propinquis
Tristia? et octonos bis iam tibi circuit orbes
Uita, sed angustis animus robustior annis
Incumbitque oneri, et mentem sua non capit aetas.
Nec mirum: non te series inhonora parentum
Obscurum proauis et priscae lucis egentem
Plebeia de stirpe tulit; non sanguine cretus
Turmali trabeaque Remi, nec paupere clauo
Angustam sedem et Latii penetrale senatus
Aduena pulsasti, sed praecedente tuorum
Agmine. Romulei qualis per iugera circi,
Cum pulcher uisu *et* titulis generosus auitis
Expectatur equus, cuius de stemmate longo
Felix emeritos habet admissura parentes,

II. *Titulum ex* **A C** (Uectii **A**: Uecti **C**) *dedi* ‖ 1 tagetis **C**: tageni **ς a** ‖ 3 Set *Gronouius:* Et **C a** ‖ 4 guttae *Markl.* ‖ 7 oculos **A C**: oculis **ς** ‖ 8 Quid **A C**: quod **ς** ‖ 11 etiam haec *scripsi:* etiam ne **A C** | propinquis **ς**: propinqui **C a** ‖ 12 et **ς**: ut **C a** ‖ 14 Succumbitque **C a**, *correxi. totum uersum del. Barthius* ‖ 18 trabe ac remis et **A** trabeque ac remis et **C**, *corr. Lipsius* ‖ 21 munera circi *Markl.* ‖ 22 et *Heinsius: om.* **C a** ‖ 24 demeritos **A C**, *corr. Geuartius*

Illum omnes acuunt plausus, illum ipse uolantem
Puluis et incuruae gaudent agnoscere metae:
Sic te, clare puer, genitum sibi curia sensit,
Primaque patricia clausit uestigia luna.
Mox Tyrios ex more sinus tunicamque potentem
Agnouere humeri. sed enim tibi magna parabat
Ad titulos exempla pater. quippe ille iuuentam
Protinus ingrediens pharetratum inuasit Araxen
Belliger indocilemque fero seruire Neroni
Armeniam. rigidi summam Mauortis agebat
Corbulo; sed comitem belli sociumque laborum
Ille quoque egregiis multum miratus in armis
Bolanum; atque illi curarum asperrima suetus
Credere partirique metus, quod tempus amicum
Fraudibus, exerto quaenam bona tempora bello,
Quae suspecta fides aut quae fuga uera ferocis
Armenii. Bolanus iter praenosse timendum,
Bolanus tutis iuga quaerere commoda castris,
Metari Bolanus agros, aperire malignas
Torrentum nemorumque moras tantamque uerendi
Mentem implere ducis iussisque ingentibus unus
Sufficere. ipsa uirum norat iam barbara tellus,
Ille secundus apex bellorum et proxima cassis.
Sic Phryges attoniti, quamquam Nemeaea uiderent
Arma Cleonaeusque acies impelleret arcus
Pugnante Alcide, tamen et Telamona timebant.
Disce, puer; nec enim externo monitore petendus
Uirtutis tibi pulcher amor: cognata ministret
Laus animos. aliis Decii reducesque Camilli
Monstrentur: tu disce patrem, quantusque nigrantem

27 sibi **A C**: te ς ‖ 32 araxen **C**: araxem ς **a** ‖ 39 exerto *Liuineius:* exorto **A C** ‖ 40 suspecta *Politianus:* suscepta **A C** ‖ 43 Metari *Auantius:* Metiri **A C** ‖ 44 Torrentum *Heinsius:* Tot rerum **C a** Tot ueprum *Dom.* ‖ 48 nemea **A*** **C**, *corr.* ς; Lernaea *Markl.* | pauerent *Heinsius* ‖ 54 nigrantem *Auantius*: negantem **C a**

Lucibus occiduis fessoque Hyperione Thulen
Intrarit mandata gerens quantusque potentis
Mille urbes Asiae sortito rexerit anno,
Imperium mulcente toga. bibe talia pronis
Auribus, haec certent tibi conciliare propinqui,
Haec iterent comites praecepta senesque paterni.
Iamque illo moliris iter nec deside passu
Ire paras; nondum ualidae tibi signa iuuentae
Irrepsere genis, et adhuc tenor integer aeui.
Nec genitor iuxta; fatis namque haustus iniquis
Occidit heu! geminam prolem sine praeside linquens.
Nec saltem teneris ostrum puerile lacertis
Exuit albentique humeros induxit amictu.
Quem non corrupit pubes effrena nouaeque
Libertas properata togae? ceu nescia falcis
Silua comas tollit fructumque expirat in umbras.
At tibi Pieriae tenero sub pectore curae
Et pudor et docti legem sibi dicere mores;
Hinc hilaris grauitas et frons tranquilla nitorque
Luxuriae confine timens pietasque per omnes
Dispensata modos; aequaeuo cedere fratri
Mirarique patrem miseraeque ignoscere matri,
Admonuit fortuna domus. tibine illa nefanda
Pocula letalesque manu componere sucos
Eualuit, qui uoce potes praeuertere morsus
Serpentum atque omnis uultu placare nouercas?
Infestare libet manes meritoque precatu
Pacem auferre rogis; sed te, puer optime, cerno

55 Lucibus *scripsi:* Fluctibus **C a** | fessusque **C a**, *corr. Dom.* ‖ 56 potentes **C a**, *corr. Heinsius* ‖ 58 bibe *idem:* tibi **C a** ‖ 61 illo *Heinsius:* alio **C a**, adeo *Markl.* ‖ 63 tenor **C**: tenet **a** decor *Dom.* ‖ 65 heu *Dom.:* et **C a** ‖ 68 corrupit **A C**: corrumpit **a** ‖ 73 Hinc *scripsi:* Tunc **C a** | grauitas *scripsi:* probitas **C a** ‖ 74 timens *Barthius:* tenens **C a** ‖ 75 modos *Adr. Behotius:* domos **C a**

Flectentem iustis et talia dicta parantem:
'Parce, precor, cineri: fatum illud et ira nocentum
Parcarum crimenque dei, mortalia quisquis
Pectora sero uidet nec primo in limine sistit
Conatus scelerum atque animos infanda parantes.
Excidat illa dies aeuo, nec postera credant
Saecula! nos certe taceamus et obruta multa
Nocte tegi propriae patiamur crimina gentis.
Exegit poenas, hominum cui cura suorum,
Quo Pietas auctore redit terrasque reuisit,
Quem timet omne nefas. satis haec lacrimandaque nobis
Ultio. quin saeuas utinam exorare liceret
Eumenidas timidaeque auertere Cerberon umbrae
Immemoremque tuis citius dare manibus amnem.'
Macte animo, iuuenis! sic crescunt crimina matris.
Nec tantum pietas, sed protinus ardua uirtus
Affectata tibi. nuper cum forte sodalis
Inmeritae falso palleret crimine famae
Erigeretque forum succinctaque iudice multo
Surgeret et castum uibraret Julia fulmen:
Tu, quamquam non ante forum legesque seueras
Passus, sed tacita studiorum occultus in umbra,
Defensare metus aduersaque tela subisti
Pellere, inermis adhuc et tiro, pauentis amici.
Haut umquam tales aspexit Romulus annos
Dardaniusque senex medii bellare togata
Strage fori. stupuere patres tentamina tanta
Conatusque tuos, de te reus ipse timebat.

83 Flectenten a iustis *Heinsius* ‖ 84 ira **A**: ire **C** ‖ 88 Excitat illa die saeuo **C a**, *corr. Auantius* ‖ 97 sic *edd.:* sed **C a** ‖ 99 sodales **C a** ‖ 100 palleret **A**: pallerent **C** ‖ 101 forum] toros *Heinsius; puto* Colligeretque forum ‖ 108 Dardaniusue *Barthius* Dardaniiue senes *Markl.* | media bell. togati Pace fori *idem* ‖ 110 de *scripsi:* nec **C a** pro *Markl.*

Par uigor et membris, promptaeque ad fortia uires
Sufficiunt animo atque ingentia iussa secuntur.
Ipse ego te nuper Tiberino in litore uidi,
Qua Tyrrhena uadis Laurentibus aestuat unda,
Tentantem cursus uexantemque ilia nuda
Calce ferocis equi, uultu dextraque minacem;
Si qua fides dictis, stupui Martemque putaui.
Gaetulo sic pulcher equo Troianaque quassans
Tela nouercales ibat uenator in agros
Ascanius miseramque patri flammabat Elissam;
Troilus haut aliter gyro breuiore minantes
Eludebat equos aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio uersantem in puluere turmas
Spectabant Tyriae non toruo lumine matres.
Ergo age (nam magnum ducis indulgentia praestat
Certaque dat uotis hilaris uestigia frater),
Surge, animo et fortes castrorum concipe curas.
Monstrabunt acies Mauors Actaeaque uirgo,
Flectere Castor equos, humeris quatere arma Quirinus,
Qui tibi tam tenero permisit plaudere collo
Nubigenas clipeos intactaque caedibus aera.
Quasnam igitur terras, quem Caesaris ibis in orbem?
Arctoosne amnes et Rheni fracta natabis
Flumina an aestiferis Libyae sudabis in aruis?

114 Qua **A**: Qui **C** ‖ 115 Tentantem *scripsi:* Tendentem **A C** Pendentem ς Pendentem in *Parm.* ‖ 117 Martemque *Markl.:* armatumque **C a** ‖ 120 patris *uel* puer *Markl.* | flammabat *Heinsius:* flagrabat **C a** ‖ 121 breuiore *Gronouius:* leuiore **C a** ‖ 123 turmas *Markl.:* metas **C a** ‖ 125 magnum d. i. praestat *scripsi:* magno — pulsat **C a** magni *Dom.* poscit *Markl.* ‖ 126 uoti parilis *Heinsius* uotis laetis *Markl.; sed* hilaris *est datiuus pluralis* ‖ 128 acteaque **A**: acceaque **C** ‖ 129 equos ς **a**: eques **C** | humeris] gyris *Markl.; malim* muris ‖ 130 qui **a**: quis **A C** ‖ 131 Nubigenas *Dan. Heinsius:* Nubigeras **C a** ‖ 131 caedibus ς: cedimus **A C** | aera *Markl.:* arma **A C** ‖ 133 Arctoosne **A**: Arctoosue **C**

An iuga Pannoniae mutatoresque domorum
Sauromatas quaties? an te septenus habebit
Hister et undoso circumflua coniuge Peuce?
An Solymum cinerem palmetaque capta subibis
Non sibi felices siluas ponentis Idumes?
Quod si te magno tellus frenata parenti
Accipiet, quantum ferus exultabit Araxes!
Quanta Caledonios attollet gloria campos!
Cum tibi longaeuus referet trucis incola terrae:
'Hic suetus dare iura parens, hoc cespite turmas
Affari; uicis speculas castellaque longe
(Aspicis?) ille dedit cinxitque haec moenia fossa;
Belligeris haec dona deis, haec tela dicauit
(Cernis adhuc titulos); hunc ipse uocantibus armis
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.'
Qualiter in Teucros ultricia bella paranti
Ignotum Pyrrho Phoenix narrabat Achillem.
Felix, qui uiridi fidens, Optate, iuuenta
Durabis quascumque uias uallumque subibis,
Forsan et ipse latus (sic numina principis adsint)
Cinctus et unanimi comes indefessus amici;
Quo Pylades ex more pius, quo Dardana gessit
Bella Menoetiades. quippe haec concordia uobis,
Hic amor est; duretque precor! nos fortior aetas
Iam fugit; hinc uotis animum precibusque iuuabo.
Ei mihi! sed coetus solitos si forte ciebo
Et mea Romulei uenient ad carmina patres,

---

137 undoso *edd.:* umbroso C a | peuce ς a: pauce C ‖ 138 solimum A: solidum C ‖ 141 Accipiet A: Accipiat C ‖ 142 caledonios A: calidonios C ‖ 145 uicis *scripsi:* uit(a)e C a uiden has *Heinsius* uigiles *Markl.* ‖ 148 uacantibus C a, *corr. Heinsius* ‖ 149 thoraca A: tibraca *uel simile* C ‖ 150 ultricia *scripsi:* uictricia C a | parentis C a ‖ 152 optate A C; *nomen agnouit Barthius* ‖ 153 subibis A*: sub illis C ‖ 157 haec A: et C | uobis C: nobis A 160 Et mihi C a | coetus *Gronouius:* questus C a

Tu deris, Crispine, mihi, cuneosque per omnes
Te meus absentem circumspectabit Achilles.
Sed uenies melior (uatum non irrita currunt
Omina); quique aquilas tibi nunc et castra recludit,
Idem omnes perferre gradus cingique superbis
Fascibus et patrias dabit insedisse curules.
Sed quis ab excelsis Troianae collibus Albae,
Unde suae iuxta prospectat moenia Romae
Proximus ille deus, fama uelocior intrat
Nuntius atque tuos implet, Crispine, penates?
Dicebam certe: uatum non irrita currunt
Auguria. en! ingens reserat tibi limen honorum
Caesar et Ausonii committit munia ferri.
Uade, puer, tantisque enixus suffice donis,
Felix, qui magno iam nunc sub praeside iuras
Cuique sacer primum tradit Germanicus ensem!
Non minus hoc, forti quam si tibi panderet ipse
Bellipotens aquilas toruaque induceret ora
Casside. uade alacer maioraque disce mereri!

III.

EPICEDION IN PATREM SUUM.

Ipse malas uires et lamentabile carmen
Elysio de fonte mihi pulsumque sinistrae
Da, genitor perdocte, lyrae. neque enim antra mouere
Delia nec solitam fas est impellere Cyrrham
Te sine. Corycia quicquid modo Phoebus in umbra,
Quicquid ab Ismariis monstrabat collibus Euhan,

---

162 deeris A C ‖ 166 perque ire gradus *Heinsius; fort.* superare | cingique A: cingitque C ‖ 168 Si quis C a ‖ 170 deis *ed. Parm.* | 175 Uade A: Unde C ‖ 178 forti *scripsi:* fortis C a sortis *Heinsius* hoc fortis, quam *Markl.* ‖ 180 Casside ς a: Cassida C
III. 3 predocte C a, *corr.* ς . praeclare *Markl.* | moueri C a, *corr.* ς ‖ 5 Te sine C: Desine ς a

Dedidici. fugere meos Parnasia crines
Uellera, funestamque hederis irrepere taxum
Extimui tepidamque (nefas!) arescere laurum
Ecce ego, magnanimum qui facta attollere regum
Ibam altum spirans Martemque aequare canendo.
Quis sterili mea corda situ, quis Apolline maesto
Frigida damnatae praeduxit nubila menti?
Stant circum attonitae uatem et nil dulce sonantes
Nec digitis nec uoce deae. dux ipsa silenti
Fulta caput cithara, qualis post Orphea raptum
Adstitit, Hebre, tibi, cernens iam surda ferarum
Agmina et inmotos sublato carmine lucos.
At tu seu membris emissus in ardua tendens
Fulgentisque plagas rerumque elementa recenses,
Quis deus, unde ignes, quae ducat semita solem,
Quae minuat Phoeben quaeque integrare latentem
Causa queat, doctique modos extendis Arati,
Seu tu Lethaei secreto in gramine campi
Concilia heroum iuxta manesque beatos,
Maeonium Ascraeumque senem, non segnior umbra
Accolis alternumque sonas et carmina misces:
Da uocem magnam, pater, ingeniumque dolori.
Nam me ter relegens caelum terque ora retexens
Luna uidet residem nullaque Heliconide tristes
Solantem curas, tuus ut mihi uultibus ignis
Irrubuit cineremque oculis humentibus hausi.
Uilis honos studiis. uix haec in munera tollo

---

7 meos *uel* meus C: mei ς a ‖ 9 Sustinui *Markl.* | trepidamque C a, *correxi* ‖ 10 Ecce *scripsi*: Certe C a Ille *Markl.* ‖ 12 maesto *scripsi:* merso C a uerso *Heinsius* ‖ 13 praeduxit ς a: produxit C | menti A: mentis *uel* menis C ‖ 14 sonantem C a, *corr. Dom.* ‖ 17 tarda *Markl.* ‖ 19 tendis *Markl.* ‖ 23 doctique a: notique A C | expendis *Barthius* ‖ 28 magnam C a: magno *Auantius* | *puto* dolenti ‖ 29 caelum *Heinsius:* caelo C a ‖ 32 hausit C a, *corr. Dom.* ‖ 33 tollo *Schraderus:* soluo C a

Primum animum tacitisque situm depellere chordis
Nunc etiam labente manu nec lumine sicco
Ordior acclinis tumulo, quo molle quiescis
Iugera nostra tenens, ubi post Aeneia fata
Stellatam Latiis ingessit montibus Albam
Ascanius, Phrygio dum pingues sanguine campos
Odit et infaustae regnum dotale nouercae.
Hic ego te (nam Sicanii non mitius halat
Aura croci, ditis nec sic tibi cara Sabaei
Cinnama, odoratas nec Arabs decerpit aristas)
Inferni cum laude lacus et carmine plango
Pierio; sume *o* gemitus et munera nati
Et lacrimas, rari quas umquam habuere parentes.
Atque utinam fortuna mihi, dare manibus aras,
Par templis opus, aeriamque educere molem,
Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa
Pyramidum, et magno tumulum praetexere luco!
Illic et Siculi superassem dona sepulcri
Et Nemees lucum et Pelopis sollemnia trunci.
Illic Oebalio non finderet aera disco
Graiorum uis uda uirum, non arua rigaret
Sudor equum aut putri sonitum daret ungula campo;
Sed Phoebi simplex chorus, et frondentia uatum
Praemia laudato, genitor, te rite ligarem.

---

34 chordis *idem:* curis C a ‖ 35 labente ς: habente *uel* hebente *(ita* a) C | nec *Gronouius:* nunc C a ‖ 36 accliuis A C ‖ 38 Stellatam *scripsi:* Stellatus C a Solatus *uulgo* ‖ 40 infestae ς ‖ 42 sic *edd.:* si C a sicubi *Grouonius* | cara *Markl.:* rara C a ‖ 43 decerpsit C a, *correxi.* decerpat ς ‖ 44 Inferni C a: Inserui *Dom.* | lacus et *scripsi*: laci sed C a loci ς locis et *Bernartius (idemque sed u.* 41 His *Barthius)* ‖ 45 o *addidi: om.* C a et ς hos *Markl.* | munera *idem:* uulnera C a ‖ 46 cari *Geuartius* | quas C: quam A | unquam C: nunquam ς a ‖ 51 *puto* superarem ‖ 52 ludum *Markl.* ‖ 54 uda ς a: nuda *uel* unda C ‖ 55 campo *Markl.:* fossa C a gleba *Burmannus; possis* harena ‖ 56 et C a: hic *edd.* ‖ 57 te *scripsi:* tibi C a | ligarem C a: dicarem *Dom.*

An iuga Pannoniae mutatoresque domorum
Sauromatas quaties? an te septenus habebit
Hister et undoso circumflua coniuge Peuce?
An Solymum cinerem palmetaque capta subibis
Non sibi felices siluas ponentis Idumes?
Quod si te magno tellus frenata parenti
Accipiet, quantum ferus exultabit Araxes!
Quanta Caledonios attollet gloria campos!
Cum tibi longaeuus referet trucis incola terrae:
'Hic suetus dare iura parens, hoc cespite turmas
Affari; uicis speculas castellaque longe
(Aspicis?) ille dedit cinxitque haec moenia fossa;
Belligeris haec dona deis, haec tela dicauit
(Cernis adhuc titulos); hunc ipse uocantibus armis
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.'
Qualiter in Teucros ultricia bella paranti
Ignotum Pyrrho Phoenix narrabat Achillem.
Felix, qui uiridi fidens, Optate, iuuenta
Durabis quascumque uias uallumque subibis,
Forsan et ipse latus (sic numina principis adsint)
Cinctus et unanimi comes indefessus amici;
Quo Pylades ex more pius, quo Dardana gessit
Bella Menoetiades. quippe haec concordia uobis,
Hic amor est; duretque precor! nos fortior aetas
Iam fugit; hinc uotis animum precibusque iuuabo.
Ei mihi! sed coetus solitos si forte ciebo
Et mea Romulei uenient ad carmina patres,

137 undoso *edd.*: umbroso C a | peuce ς a: pauce C ‖ 138 solimum A: solidum C ‖ 141 Accipiet A: Accipiat C ‖ 142 caledonios A: calidonios C ‖ 145 uicis *scripsi*: uit(a)e C a uiden has *Heinsius* uigiles *Markl.* ‖ 148 uacantibus C a, *corr. Heinsius* ‖ 149 thoraca A: tibraca *uel simile* C ‖ 150 ultricia *scripsi*: uictricia C a | parentis C a ‖ 152 optate A C; *nomen agnouit Barthius* ‖ 153 subibis A*: sub illis C ‖ 157 haec A: et C | uobis C: nobis A ‖ 160 Et mihi C a | coetus *Gronouius*: questus C a

Tu deris, Crispine, mihi, cuneosque per omnes
Te meus absentem circumspectabit Achilles.
Sed uenies melior (uatum non irrita currunt
Omina); quique aquilas tibi nunc et castra recludit,
Idem omnes perferre gradus cingique superbis
Fascibus et patrias dabit insedisse curules.
Sed quis ab excelsis Troianae collibus Albae,
Unde suae iuxta prospectat moenia Romae
Proximus ille deus, fama uelocior intrat
Nuntius atque tuos implet, Crispine, penates?
Dicebam certe: uatum non irrita currunt
Auguria. en! ingens reserat tibi limen honorum
Caesar et Ausonii committit munia ferri.
Uade, puer, tantisque enixus suffice donis,
Felix, qui magno iam nunc sub praeside iuras
Cuique sacer primum tradit Germanicus ensem!
Non minus hoc, forti quam si tibi panderet ipse
Bellipotens aquilas toruaque induceret ora
Casside. uade alacer maioraque disce mereri!

III.

EPICEDION IN PATREM SUUM.

Ipse malas uires et lamentabile carmen
Elysio de fonte mihi pulsumque sinistrae
Da, genitor perdocte, lyrae. neque enim antra mouere
Delia nec solitam fas est impellere Cyrrham
Te sine. Corycia quicquid modo Phoebus in umbra,
Quicquid ab Ismariis monstrabat collibus Euhan,

162 deeris A C ‖ 166 perque ire gradus *Heinsius; fort.* superare | cingique A: cingitque C ‖ 168 Si quis C a ‖ 170 deis *ed. Parm.* | 175 Uade A: Unde C ‖ 178 forti *scripsi*: fortis C a sortis *Heinsius* hoc fortis, quam *Markl.* ‖ 180 Casside ς a: Cassida C

III. 3 predocte C a, *corr.* ς . praeclare *Markl.* | moueri C a, *corr.* ς ‖ 5 Te sine C: Desine ς a

Dedidici. fugere meos Parnasia crines
Uellera, funestamque hederis irrepere taxum
Extimui tepidamque (nefas!) arescere laurum
Ecce ego, magnanimum qui facta attollere regum
Ibam altum spirans Martemque aequare canendo.
Quis sterili mea corda situ, quis Apolline maesto
Frigida damnatae praeduxit nubila menti?
Stant circum attonitae uatem et nil dulce sonantes
Nec digitis nec uoce deae. dux ipsa silenti
Fulta caput cithara, qualis post Orphea raptum
Adstitit, Hebre, tibi, cernens iam surda ferarum
Agmina et inmotos sublato carmine lucos.
At tu seu membris emissus in ardua tendens
Fulgentisque plagas rerumque elementa recenses,
Quis deus, unde ignes, quae ducat semita solem,
Quae minuat Phoeben quaeque integrare latentem
Causa queat, doctique modos extendis Arati,
Seu tu Lethaei secreto in gramine campi
Concilia heroum iuxta manesque beatos,
Maeonium Ascraeumque senem, non segnior umbra
Accolis alternumque sonas et carmina misces:
Da uocem magnam, pater, ingeniumque dolori.
Nam me ter relegens caelum terque ora retexens
Luna uidet residem nullaque Heliconide tristes
Solantem curas, tuus ut mihi uultibus ignis
Irrubuit cineremque oculis humentibus hausi.
Uilis honos studiis. uix haec in munera tollo

---

7 meos *uel* meus **C**: mei ϛ **a** ‖ 9 Sustinui *Markl.* | trepidamque **C a**, *correxi* ‖ 10 Ecce *scripsi*: Certe **C a** Ille *Markl.* ‖ 12 maesto *scripsi:* merso **C a** uerso *Heinsius* ‖ 13 praeduxit ϛ **a**: produxit **C** | menti **A**: mentis *uel* menis **C** ‖ 14 sonantem **C a**, *corr. Dom.* ‖ 17 tarda *Markl.* ‖ 19 tendis *Markl.* ‖ 23 doctique **a**: notique **A C** | expendis *Barthius* ‖ 28 magnam **C a**: magno *Auantius* | *puto* dolenti ‖ 29 caelum *Heinsius:* caelo **C a** ‖ 32 hausit **C a**, *corr. Dom.* ‖ 33 tollo *Schraderus:* soluo **C a**

Primum animum tacitisque situm depellere chordis
Nunc etiam labente manu nec lumine sicco
Ordior acclinis tumulo, quo molle quiescis
Iugera nostra tenens, ubi post Aeneia fata
Stellatam Latiis ingessit montibus Albam
Ascanius, Phrygio dum pingues sanguine campos
Odit et infaustae regnum dotale nouercae.
Hic ego te (nam Sicanii non mitius halat
Aura croci, ditis nec sic tibi cara Sabaei
Cinnama, odoratas nec Arabs decerpit aristas)
Inferni cum laude lacus et carmine plango
Pierio; sume *o* gemitus et munera nati
Et lacrimas, rari quas umquam habuere parentes.
Atque utinam fortuna mihi, dare manibus aras,
Par templis opus, aeriamque educere molem,
Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa
Pyramidum, et magno tumulum praetexere luco!
Illic et Siculi superassem dona sepulcri
Et Nemees lucum et Pelopis sollemnia trunci.
Illic Oebalio non finderet aera disco
Graiorum uis uda uirum, non arua rigaret
Sudor equum aut putri sonitum daret ungula campo;
Sed Phoebi simplex chorus, et frondentia uatum
Praemia laudato, genitor, te rite ligarem.

---

34 chordis *idem:* curis **C a** ‖ 35 labente ϛ: habente *uel* hebente *(ita* **a**) **C** | nec *Gronouius:* nunc **C a** ‖ 36 accliuis **A C** ‖ 38 Stellatam *scripsi:* Stellatus **C a** Solatus *uulgo* ‖ 40 infestae ϛ ‖ 42 sic *edd.:* si **C a** sicubi *Grououius* | cara *Markl.:* rara **C a** ‖ 43 decerpsit **C a**, *correxi.* decerpat ϛ ‖ 44 Inferni **C a**: Inserui *Dom.* | lacus et *scripsi*: laci sed **C a** loci ϛ locis et *Bernartius (idemque sed u.* 41 His *Barthius)* ‖ 45 o *addidi: om.* **C a** et ϛ hos *Markl.* | munera *idem:* uulnera **C a** ‖ 46 cari *Geuartius* | quas **C**: quam **A** | unquam **C**: nunquam ϛ **a** ‖ 51 *puto* superarem ‖ 52 ludum *Markl.* ‖ 54 uda ϛ **a**: nuda *uel* unda **C** ‖ 55 campo *Markl.:* fossa **C a** gleba *Burmannus; possis* harena ‖ 56 et **C a**: hic *edd.* ‖ 57 te *scripsi:* tibi **C a** | ligarem **C a**: dicarem *Dom.*

Ipse madens oculis, umbrarum animaeque sacerdos,
Praeciperem reditum, cui te nec Cerberus omni
Ore nec Orpheae quirent auertere leges.
Atque ibi *me* moresque tuos et facta canentem
Fors et magniloquo non posthabuisset Homero,
Tenderet et docto pietas aequare Maroni.
Cur magis incessat superos et ahena sororum
Stamina, quae tepido genetrix super aggere nati
Orba sedet uel quae primaeui coniugis ignem
Aspicit obstantesque manus turbamque tenentem
Uincit in ardentem, liceat modo, itura maritum?
Maior at his forsan superos et Tartara pulsem
Inuidia: externis etiam miserabile uisu
Funus erat. sed nec mihi se Natura dolenti
Nec Pietas in iusta dedit; mihi limine primo
Fatorum et uiridi, genitor, ceu raptus ab aeuo
Tartara dura subis. nec enim Marathonia uirgo
Parcius extinctum saeuorum crimine agrestum
Fleuerit Icarium, Phrygia quam turre cadentem
Astyanacta parens. laqueo quin illa supremo
Inclusit gemitus: at te post funera magni
Hectoris Haemonio pudor est seruisse marito.
Non ego, quas fati certus sibi uoce canora
Inferias praemittit olor nec rupe quod atra
Tyrrhenae uolucres nautis praedulce minantur,
In patrios adhibebo rogos; non murmure trunco

58 oculos *Markl.* ‖ 59 Praeciperem reditum *idem:* Praecinerem gemitum **C a** ‖ 61 Atque ibi me *Heinsius*, *ego l. l. p. 262:* Atque tibi **C a** ‖ 63 docto *Markl.:* toruo **C a**; *fort.* terso ‖ 64 hahena **A**: **C** *num* aena *an* seua *habuerit incertum* ‖ 68 modo itura *Scriuerius:* moritura **C a** ruitura *Heinsius* ‖ 69 at his forsan *scripsi l. l.:* aliis forsan **A C** certe aliis *Dom.* ‖ 71 erat ς: eat **C a** | mihi *Politianus:* modo **C a** ‖ 72 iniusta **C a**, *corr. Boxhornius* ‖ 73 Annorum *Markl.* ‖ 76 dure *seu* dira *Heinsius* | 77 supremo **C a**: supremos *edd.* ‖ 78 at **A C**: et ς ‖ 80 uoce *edd.:* morte **C a**

Quod gemit et dirae queritur Philomela sorori:
Nota nimis uati. quis non in funere cunctos
Heliadum ramos lacrimosaque germina dixit
Et Phrygium silicem atque ausum contraria Phoebo
Carmina nec uicta gauisam Pallada buxo?
Te Pietas oblita uirum reuocataque caelo
Iustitia et gemina plangat Facundia lingua
Et Pallas doctique cohors Heliconia Phoebi,
Quis labor Aonios seno pede currere campos
Et quibus Arcadia carmen testudine mensis
Cura lyre nomenque fuit quosque orbe sub omni
Ardua septena numerat sapientia fama,
Qui furias regumque dolos auersaque caelo
Sidera terrifico super intonuere cothurno,
Et quis lasciua uires tenuare Thalia
Dulce uel heroos gressu truncare tenores.
Omnia namque animo complexus et omnibus auctor,
Qua fandi uia lata patet, siue orsa libebat
Aoniis uincire modis seu uoce soluta
Spargere et effreno nimbos aequare profatu.
Exere semirutos subito de puluere uultus,
Parthenope, crinemque elato monte sepultum
Pone super tumulos et magni funus alumni,

84 dirae *Gronouius*: durae **A C** | 85 Nata **C a**; *malim* Trita | cunctos **A**: cuncto **C**, *unde l. l.* iuncto *conieci* ‖ 88 uicta *scripsi:* fida **A C** fissa *Auantius* foeda *Heinsius* Lyda *Imhofius* ‖ 89 abitura iterum *Heinsius* ‖ 91 Et Phoebus *Markl.* ‖ 92 labor **A C**: honor **a**; *non coniecerim* amor | seuo **C a** | currere *Heinsius:* ducere **C a** duc. cantus *Barthius* ‖ 94 Cura *Politianus* lyre *Markl.:* Cyclalyben **a** Cydalibem *uel* Cydaliben **C** Cura lyrae *Gronouius* ‖ 96 dolos *Meursius:* domos **C a** ‖ 98 quis **A**: qui **C** | tenuere **A C**, *corr. Dom.* ‖ 99 heroos ς: oroos **C a** | tenores *Dom.:* leones **C a** ‖ 100 autor *Dom.:* utor **A C** ‖ 101 uia *Markl.:* uis **C a** ‖ 102 ceu **C a** ‖ 104 semirutos **C**: semiuiros **a** semiustos *Markl.* | Uesuino puluere *Heinsius* ‖ 105 elato *scripsi coll. u. 208:* afflato **C** aflato **a** afflatu montis adustum *Heinsius*

Quo non Munichiae quicquam praestantius arces
Doctaue Cyrene Sparteue animosa creauit.
Si tu stirpe uacans famaeque obscura iaceres
Nil gentile tenens, illo te ciue probabas
Graiam atque Euboico maiorum sanguine duci.
Ille tuis totiens pressit sua tempora sertis,
Cum stata laudato caneret quinquennia uersu
Ora supergressus Pylii senis oraque regis
Dulichii specieque comam subnexus utraque.
Non tibi deformes obscuri sanguinis ortus
Nec sine luce genus, quamquam fortuna parentum
Artior expensis; etenim te diuite ritu
Sumere purpureos infantia uidit amictus
Stirpis honore datos et nobile pectoris aurum.
Protinus exorto dextrum risere sorores
Aonides, pueroque chelyn summisit et ora
Imbuit amne sacro iam tum tibi blandus Apollo.
Nec simplex patriae decus, et natalis origo
Pendet ab ambiguo geminae certamine terrae.
Te de gente sua Latiis ascita colonis
Graia refert Uelie, Troius qua puppe magister
Excidit et mediis miser euigilauit in undis;
Maior at inde suum longo probat ordine uitae
. . . .

107 munichię A: monicie (-tie) C Monichiae *Heinsius* ‖ 108 Doctaque C a, *corr. Markl.* ‖ 109 uacans *scripsi:* uetas C a uetus ς | famaque ς ‖ 110 tumens *Markl.* ‖ 112 pressit sua *idem:* pr(a)estat sed C a praestrinxit *Dom.* | seris C a ‖ 113 *malim* Cum ad stata ‖ 114 pilii gregis oraque regis C a, *corr. Dom.* orsaque *Markl.* ‖ 115 specieque A: speciemque C | subnixus *Gronouius* | utroque C a ‖ 118 extensis C a, *corr. Auantius* | cultu *Heinsius* ‖ 119 Sumere *Markl.:* Ponere C a | uidit *scripsi:* legit C a adegit *Dom.* ‖ 122 puerique C a, *corr. Dom.* ‖ 123 tum mihi C a ‖ 125 ab *Barthius:* et C a ‖ 126 sua *Heinsius:* suum C a ‖ 127 Uelie ς: sele A C Selle *edd.* | Troius *scripsi l. l. 263:* graius (-uis) C a Phrygius *Auantius* ‖ *post* 129 *nulla in* C a *lacuna*

Maeoniden aliaeque aliis natalibus urbes
Diripiunt cunctaeque probant; non omnibus ille
Uerus, alit uictas et inanis gloria falsi.
Atque ibi dum profers annos uitamque salutas,
Protinus ad patrii raperis certamina lustri
Uix implenda uiris, laudum festinus et audax
Ingenii. stupuit primaeua ad carmina plebes
Euboea et natis te monstrauere parentes.
Inde frequens pugnae nulloque ingloria sacro
Uox tua: non totiens uictorem Castora gyro
Nec fratrem caestu uirides plausere Therapnae.
Sit pronum uicisse domi: quid Achaea mereri
Praemia nunc ramis Phoebi nunc gramine Lernae
Nunc Athamantea protectum tempora pinu?
Quin totiens lassata tamen nusquam auia frondes
Abstulit aut alium tetigit Uictoria crinem.
Hinc tibi uota patrum credi generosaque pubes
Te monitore regi moresque et facta priorum
Discere, quis casus Troiae, quam tardus Ulixes,
Quantus equos pugnasque uirum decurrere uersu
Maeonides quantumque pios ditarit agrestes
Ascraeus Siculusque senex, qua lege recurrat
Pindaricae uox flexa lyrae uolucrumque precator
Ibycus et tetricis Alcman cantatus Amyclis
Stesichorusque ferox saltusque ingressa uiriles
Non formidata temeraria Leucade Sappho,

130 *conicias* aliae aeque ‖ 132 Uersus C a, *corr. A. Schottus* | uictos C a, *corr. Bentleius* | et inanis a: immanis A C ‖ 133 ibi A: ubi C ‖ 135 festina sed ut dux C a, *corr. Lipsius* ‖ 138 pugna *Guietus* palmae *Markl.* ‖ 140 clausere A C, *corr. Dom.* ‖ 141 Sit *Dom.:* Sin C a ‖ 142 gramine C: gramina A ‖ 144 Quin *Heinsius:* Cum C a ‖ 147 moresque *Markl.:* mores C a ‖ 149 equus C a ‖ 153 Ibycus *Guil. Canterus:* Obsitus (-cus) C a ‖ 154 actusque egressa *Markl.* ‖ 155 Leucade *Italus quidam:* calchide A C Chalcide *Dom.*

Quosque alios dignata chelys. tu pandere doctus
Carmina Battiadae latebrasque Lycophronis arti
Sophronaque implicitum tenuisque arcana Corinnae.
Sed quid parua loquor? tu par assuetus Homero
Ferre iugum senosque pedes aequare solutis
Uerbis et numquam passu breuiore relinqui.
Quid mirum, patria si te petiere relicta,
Quos Lucanus ager, rigidi quos iugera Dauni,
Quos Ueneri plorata domus neglectaque tellus
Alcidae uel quos e uertice Surrentino
Mittit Tyrrheni speculatrix uirgo profundi,
Quos propriore sinu lituo remoque notatus
Collis et Ausonii pridem laris hospita Cyme
Quosque Dicarchei portus Baianaque mittunt
Litora, qua mediis alte permixtus anhelat
Ignis aquis et operta dolos incendia uersant?
Sic ad Auernales scopulos et opaca Sibyllae
Antra rogaturae ueniebant undique gentes;
Illa minas diuum Parcarumque acta canebat
Quamuis despecto uates non irrita Phoebo.
Mox et Romuleam stirpem proceresque futuros
Instruis inque patrum uestigia ducere perstas.
Sub te Dardanius facis explorator opertae,
Qui Diomedei celat penetralia furti,
Creuit et inde sacrum didicit puer; arma probatis
Monstrasti Saliis praesagumque aethera certis
Auguribus; cui Chalcidicum fas uoluere carmen,

---

156 docti *Markl.* ‖ 157 bacchiadę **C** **a** | arti *scripsi:* atri *(uel* ari) **C** **a** ‖ 161 Uerbis *scripsi:* Uersibus **C** **a** Uocibus *Markl.* ‖ 164 dilectaque *idem* ‖ 168 Cyme **A**: crine **C** ‖ 170 permissus **C** **a** ‖ 171 dolos *scripsi:* domos **C** **a** modos *Burmannus* | uersant *Heinsius:* seruant **C** ‖ 174 canebat **A**: canebant **C** ‖ 175 despecto *scripsi:* decepto **C** **a** ‖ 178 opertae **C**: oportet ς **a** ‖ 180 probatis *ego:* probatur **A*** **C** probare **a** ‖ 181 Monstrasti Saliis *Lipsius:* Monstrastis **A*** **C** halis **A** aliis **C**

Lanea cui Phrygii coma flaminis, et tua multum
Uerbera succincti formidauere Luperci.
Et nunc ex illo forsan grege gentibus alter
Iura dat Eois, alter compescit Hiberos,
Alter Achaemenium secludit Zeugmate Persen,
Hi dites Asiae populos, hi Pontica frenant,
Hi fora pacificis emendant fascibus, illi
Castra pia statione tenent: tu laudis origo.
Non tibi certassent iuuenilia fingere corda
Nestor et indomiti Phoenix moderator alumni
Quique tubas acres lituosque audire uolentem
Aeaciden alio frangebat carmine Chiron.
Talia dum celebras, subitam ciuilis Erinys
Tarpeio de monte facem Phlegraeaque mouit
Praelia. sacrilegis lucent Capitolia taedis,
Et Senonum furias Latiae sumpsere cohortes.
Uix requies flammae necdum rogus ille deorum
Siderat, excisis cum tu solatia templis
Impiger et multum facibus uelocior ipsis
Concinis ore pio captiuaque fulmina defles.
Mirantur Latii proceres ultorque deorum
Caesar, et e medio diuum pater annuit igni.
Iamque et flere pio Uesuina incendia cantu
Mens erat et gemitum patriis impendere damnis,
Cum pater exemptum terris ad sidera montem
Sustulit et late miseras deiecit in urbes.
Me quoque uocales lucos Boeotaque tempe
Pulsantem, cum stirpe tua descendere dixi,
Admisere deae; nec enim sibi sidera tantum

---

183 Cur frigii lateat coma **C** **a**, *corr. Auantius* ‖ 187 zeumate **C** **a** ‖ 197 tedis ς **a**: rhedis **C** ‖ 199 deorum **C**: duorum ς **a** ‖ 202 Concipis *Markl.* ‖ 205 uesuuina **C** **a** ‖ 207 montem **A**: monte **C** ‖ 209 Boeotaque *scripsi:* luotaque **A*** inotaque *uel* lutaque **C** lustrataque *Dom.* ‖ 211 sibi *scripsi:* mihi **C** **a** mihi s. tanti A. e. t., quam uos debere, p. *Markl.*

Aequoraque et terras quam nos debere parenti,
Si decus hoc quodcumque lyrae primusque dedisti
Non uulgare loqui et famam sperare sepulcro.
Qualis eras, Latios quotiens ego carmine patres
Mulcerem felixque tui spectator adesses
Muneris! heu quali confusus gaudia fletu
Uota piosque metus inter laetumque pudorem!
Quam tuus ille dies, quam non mihi gloria maior!
Talis Olympiaca iuuenem cum spectat harena
Qui genuit, plus ipse ferit, plus corde sub alto
Caeditur; attendunt cunei, spectatur Achaeis
Ille magis, crebro dum lumina pulueris haustu
Obruit et prensa uouet expirare corona.
Ei mihi quod tantum patrias ego uertice frondes
Solaque Chalcidicae Cerealia dona coronae
Te sub teste tuli! qualem te Dardanus Albae
Uix cepisset ager, si per me serta tulisses
Caesarea donata manu! quod subdere robur
Illa dies, quantum potuit dempsisse senectae!
Nam quod me mixta quercus non pressit oliua,
Et fugit speratus honos: quam dulce parentis
Intima Tarpei caperes! te nostra magistro
Thebais urgebat priscorum exordia uatum;
Tu cantus stimulare meos, tu pandere facta
Heroum bellique modos positusque locorum
Monstrabas. labat incerto mihi limite cursus

212 nos *ego:* uos C a || 213 Si (= siquidem) *scripsi:* Sed C a Sic *uulgo* || 215 eras A C: erat ϛ || 218 Uota ϛ a: Nota C | pauorem *Heinsius* || 219 Quam tuus A*: Quamuis C | quam C a: qua *edd.* || 222 accendunt *Heinsius* | Achaeis *Imhofius:* achates C acates a || 223 hausti C a, *corr. Dom.* || 228 Conspexisset *Schraderus* || 231 Heu quod *Markl.* || 232 quam *scripsi:* qua A C cum *Auantius* cum luce p. Irrita T. canerem *Gronouius* cum lustra p. Inuida T. canerem *Markl.* || 233 Intima *scripsi:* Inuida C a | caperes A C: raperes ϛ || 237 *an* incepto (in coepto) *?*

Te sine et orbatae caligant uela carinae.
Nec solum larga memet pietate fouebas:
Talis et in thalamos. una tibi cognita taeda
Conubia, unus amor. certe seiungere matrem
Iam gelidis nequeo bustis; te sentit habetque,
Te uidet et tumulos ortuque obituque salutat,
Ut Pharios aliae ficta pietate dolores
Mygdoniosque colunt et non sua funera plorant.
Quid referam expositos seruato pondere mores?
Quae pietas, quam uile lucrum, quae cura pudoris,
Quantus amor recti? rursusque, ubi dulce remitti,
Gratia quae dictis? animo quam nulla senectus?
His tibi pro meritis famam laudesque benignas
Iudex cura deum nulloque e uulnere tristes
Concessit. raperis, genitor, non indigus aeui,
Non nimius, trinisque decem quinquennia lustris
Iuncta ferens. sed me pietas numerare dolorque
Non sinit, o Pylias aeui transcendere metas
Et Teucros aequare senes, o digne uidere
Me similem! sed nec leti tibi ianua tristis
(Quippe leues causae), nec segnis tabe senili
Exitus instanti praemisit membra sepulcro,
Sed te torpor iners et mors imitata quietem
Explicuit falsoque tulit sub Tartara somno.
Quos ego tunc gemitus? comitum manus anxia uidit,
Uidit et exemplum genetrix gauisaque nouit,
Quae lamenta tuli. ueniam concedite, manes,
Fas dixisse, pater: non tu mihi plura dedisses.

241 seiungere *Dom.:* siiungere A* C || 242 te *edd.:* et C a || 251 Iudex A C: Index ϛ Uindex *edd.* | tristem C a, *corr. Markl.* || 253 nimius trinisq; A: minus crinisq; C || 258 *malim* (Quippe lues causa est) | segnis A: segnes C | tabe *Gronouius:* labe C a || 259 praemisit A C: permisit a promisit *Gronouius* || 263 nouit *Dom.:* uouit A* C

Felix *si* ille patrem uacuis circumdedit ulnis,
Uellet et Elysia quamuis in sede locatum
Abripere et Danaas iterum portare per umbras,
Temptantem et uiuos moliri in Tartara gressus
Detulit infernae uates longaeua Dianae;
Si chelyn Odrysiam pigro transmisit Auerno
Causa minor; si Thessalicas Admeton in oras,
Si lux una retro Phylaceida rettulit umbram:
Cur nihil exoret, genitor, chelys aut tua manes
Aut mea? fas mihi sit patrios contingere uultus,
Fas iunxisse manus, et lex quaecumque sequatur.
At uos, umbrarum reges Enneaque Iuno,
Si laudanda precor, taedas auferte comasque
Eumenidum; nullo sonet asper ianitor ore,
Centaurosque Hydraeque greges Scyllaeaque monstra
Auersae celent ualles, umbramque senilem
Inuitet ripis, discussa plebe, supremus
Uector et in media componat molliter alga.
Ite, pii manes Graiumque examina uatum,
Illustremque animam Lethaeis spargite sertis
Et monstrate nemus, quo nulla irrumpit Erinys,
In quo falsa dies caeloque simillimus aer.
Inde tamen uenias melior, qua porta malignum
Cornea uincit ebur, somnique *in* imagine monstra,
Quae solitus. sic sacra Numae ritusque colendos
Mitis Aricino dictabat Nympha sub antro,

---

266 si *addidi: om.* **C a** Phryx uelut ille *Barthius; fort.* Si Phryx ille ‖ 269 moliri *scripsi:* molitum **C a** ‖ 271 Sic **A C**, *corr. Dom.* ‖ 272, 73 sic — Sic **A C**, *corr. Dom.* | Thessalicis Admetus in oris Silua una retro **C a**, *corr. Heinsius* ‖ 275 sit ς: sic **A C** ‖ 277 Enneaque *Gronouius:* aetneaque **A C** aeternaque ς ‖ 280 Centaurosque **A**: Centaurusque **C** ‖ 282 supremus **C a**: supremis ς ‖ 283 *expectes* deponat ‖ 286 irrumpit ς: irrupit **C a** ‖ 288 porta *Dom.*: parte **C a** ‖ 289 in **a**: *om.* **C** | monstrat **C a**, *corr.* ς

Scipio sic plenos Latio Ioue ducere somnos
Creditus Ausoniis et non sine Apolline Sulla.

IV.

SOMNUS.

Crimine quo merui, iuuenis placidissime diuum,
Quoue errore miser, donis ut solus egerem,
Somne, tuis? tacet omne pecus uolucresque feraeque
Et simulant fessos curuata cacumina somnos,
Nec trucibus fluuiis idem sonus; occidit horror
Aequoris, et terris maria acclinata quiescunt.
Septima iam rediens Phoebe mihi respicit aegras
Stare genas; totidem Oetaeae Paphiaeque renident
Lampades et totiens nostros Tithonia questus
Praeterit et gelido parcit miserata flagello.
Unde ego sufficiam? non sunt mihi lumina mille,
Quae sacer alterna tantum statione tenebat
Argus et haud umquam uigilabat corpore toto.
At nunc fors aliquis longa sub nocte puellae
Brachia nexa tenens ultro te, Somne, repellit.
Inde ueni nec te totas infundere pennas
Luminibus compello meis (hoc turba precetur
Laetior): extremo me tange cacumine uirgae
(Sufficit) aut leuiter suspenso poplite transi.

---

293 creditur **C a**, *corr. Heinsius* | nec non **C a**
IV. Somnus **A C**: Ad Somnum **a** ‖ 8 renident *scripsi l. l. p. 263:* reuisent **A C** reuisunt *edd.* ‖ 10 parcit *Schraderus:* spargit **C a** tangit *Markl.* | *proposui l. l.* mihi sera *uel* mihi saeua ‖ 11 sunt *scripsi l. l.:* si **C a** ‖ 12 Quae uafer *Heinsius* ‖ 14 Et *Markl.* | fors *idem:* heus **C a** heu ς ‖ 17 precatur **C a**, *corr.* ς ‖ 19 leuiter **A C**: leuior ς

V.

EPICEDION IN PUERUM SUUM.

Me miserum! neque enim uerbis sollemnibus ulla
Incipiam nunc Castaliae uocalibus undis
Inuisus Phoeboque grauis. quae uestra, sorores,
Orgia, Pieriae, quas incestauimus aras?
Dicite, post poenam liceat commissa fateri.
Numquid inaccesso posui uestigia luco?
Num uetito de fonte bibi? quae culpa, quis error,
Quem luimus, tantus? morientibus ecce lacertis
Uiscera nostra tenens animamque auellitur infans,
Non de stirpe patrum nec qui mea nomina ferret
Oraque; non fueram genitor, sed cernite fletus
Liuentesque genas et credite planctibus: orbus,
Orbus ego. huc patres et aperto pectore matres
Conueniant; crinem capulis et cinnama ferto,
Si qua sub uberibus plenis ad funera natos
Ipsa gradu labente tulit madidumque cecidit
Pectus et ardentes restinxit lacte fauillas;
Quisquis adhuc tenerae signatum flore iuuentae
Immersit cineri iuuenem primaque iacentis
Serpere crudelis uidit lanugine flammas,
Adsit et alterno mecum clamore fatiscat:
Uincetur lacrimis, et te, Natura, pudebit.
Tanta mihi feritas, tanta est insania luctus.

V. 1 ulla] ultra *Barthius;* ullis *Peyrar.* ‖ 2 nunc *Scriuerius:* nec **C a** ‖ 8 tantus *Politianus:* tantis **C a** | lacertis **ς a**: lacescit **A*** lacestis *uel* latescis, *sim.* **C** ‖ 9 animaque **C a**, *corr. ed. Parm.* ‖ 10 patrum *scripsi:* quidem **C a** ‖ 12 orbus *scripsi:* orbi **C a** orbum *Heinsius* planctibus, orbi: *Markl.* ‖ 14 crinem capulis et cinnama *scripsi:* cineremque oculis et crimina **A C** crinemque rogis et gramina *Heinsius* crinesque rogis et munera *Markl.* | ferto *Politianus:* ferte **C a** ‖ 17 restrinxit l. papillas **C a**, *corr.* **ς** ‖ 20 flammas *Dom.:* malas **C a**

Hoc quoque dum ni*tor*, ter dena luce peracta,
Acclinis tumul*is planc*tus in carmina uerto
Discordesque m*odos et* singultantia uerba.
Molior orsa ly*ra* funesta, atque ira tacendi
Impatiens. sed nec solitae mihi uertice laurus
Nec fronti uittatur honos. en taxea marcet
Silua comis, hilaresque hederas plorata cupressus
Excludit ramis; nec eburno pollice chordas
Pulso, sed inmeritam digitis errantibus amens
Scindo chelyn. iuuat heu, iuuat inlaudabile carmen
Fundere et incompte miserum nudare dolorem.
Sic meriti sic me cantuque habituque nefastum
Aspiciant superi. pudeat Thebasque nouumque
Aeaciden: nil iam placidum manabit ab ore.
Ille ego qui (quotiens!) blande matrumque patrumque
Uulnera, qui uiduos potui mulcere dolores;
Ille ego lugentum mitis solator, acerbis
Auditus tumulis et descendentibus umbris,
Deficio medicasque manus fomentaque quaero
Uulneribus, sed summa, meis. nunc tempus, amici,
Quorum ego manantes oculos et saucia tersi

---

ad uu. 24—27 **A** *adnotat:* textus ht(=habet) intercisos hos uersus ‖ 24 dum nitor *Gronouius:* cum in ... **C a** ‖ 25 Accliuis **C a** | tumulis planctus *scripsi l. l. p. 251:* tumul ... uctus **A*** tumul ... uctus *uel* nctus **C** tumulo luctus **a**; *ceterum a sententia transpositio haec* in planctus carmina *flagitatur* ‖ 26 modos et sing. *edd.:* in ...... sing. **C a** ‖ 27 orsa lyra funesta atque *scripsi l. l.:* orsa ly ... ū est atque **A*** *ita ut littera unica ante* ū *nunc dispici nequeat;* orsa ly ... est atque **C** ‖ 29 uictatus **A C** ‖ 31 nec eburno **A* C**: ignauo **a** ‖ 32 inmeritam *scripsi:* incertam **C a** insertam *Barthius* incertum *Markl.* ‖ 34 nudare *Markl.:* laudare **C a** ‖ 35 meriti *scripsi:* merui **C a** ‖ 37 placitum *Markl.* | manabit **A**: manabat **C** ‖ 38 quotiens **A* C**: totiens **a** | blande *ego:* blando **C a** blandus *Dom.* ‖ 39 uiduos *Heinsius:* uiuos **C a** ‖ 42 Deficior *Heinsius* ‖ 43 sed summa **C a**: quae summa **ς**; *recte Marklando epitheton uocis* fomenta *latere uidetur*

Pectora: reddite opem, saeuas et soluite gratis.
Nimirum cum uestra domus ego funera maestus

* * *

Increpitans: 'qui damna doles aliena, repone
Infelix lacrimas et tristia carmina uersa.'
Uerum id; at absumptae uires et copia fandi
Nulla mihi, dignumque nihil mens fulmine tanto
Repperit: inferior uox omnis et omnia sordent
Uerba. ignosce, puer: tu me caligine inerti
Obruis a! durus. uiso si uulnere carae
Coniugis inuenit caneret quod Thracius Orpheus
Dulce sibi, si busta Lini complexus Apollo
Non tacuit: nimius fortasse auidusque doloris
Dicor et in lacrimis iustum excessisse pudorem.
Quisnam autem gemitus lamentaque nostra reprendis?
O nimium felix, nimium crudelis et expers
Imperii, Fortuna, tui, qui dicere legem
Fletibus aut fines audet censere dolendi!
Incitat heu! planctus; potius fugientia ripas
Flumina deuincas rapidis aut ignibus obstes,
Quam miseros lugere uetes. tamen ille seuerus,
Quisquis is est, nostrae cognoscat uulnera curae.
Non ego mercatus Pharia de pube loquaces
Delicias doctumque sui conuicia Nili

45 saeuas ex(s)oluite gratis **C a**, *correxi* . saeuasque *Heinsius* || *post* 46, *quem ex* **A C** *dedi, lacunam significaui; taedet iam uirorum dd. de uu.* 46—48 *coniecturas uiolentissimas referre* || 47 doles *Politianus:* dolens **C a** || 48 uersa *(scil.* in te) *scripsi:* serua **C a** || 49 id at *scripsi:* erat **C a** || 52 inerti *scripsi:* m(o)estum **A C** mersum *Heinsius* || 53 ah durus *Politianus:* a duro **C a** | si **A* C**: sic *Dom. idemque u. 55* || 56 *fort.* Non iacuit, *i. e., non infra dignitatem suam cecinit* || 57 Dicar ς || 58 rependis **A* C**, *corr. Politianus* || 62 citius *Heinsius* || 63 deuincas **A**: deuinces **C** | flumina **A**: fulmina **C** || 65 curae *Markl.:* causae **C a** || 66 pube *Heinsius:* puppe **C a** || 67 Delicias *Auantius:* Aedituas (Ed.) **A C**

Infantem, lingua uafrum salibusque proteruum,
Dilexi: meus ille, meus. tellure cadentem
Excepi atque unctum genitali stramine foui,
Poscentemque nouas tremulis ululatibus auras
Inserui uitae. quid plus tribuere parentes?
Quin alios ortus libertatemque sub ipsis
Uberibus tibi, parue, dedi; sed munera nostra
Ridebas ignarus adhuc. properauerit ille,
Sed merito properabat, amor, ne perderet *unum*
Libertas tam parua diem. nonne horridus *inde*
Inuidia superos iniustaque Tartara pulsem?
Nonne gemam te, care puer? quo sospite natos
Non cupii, primo genitum quem protinus ortu
Implicui fixique mihi, cui uerba sonosque
Monstraui questusque et murmura caeca resoluens,
Reptantemque solo demissus ad oscula dextra
Erexi, blandoque sinu iam iamque *cadentes*
Exceptare genas dulcesque accersere somnos.
Cui nomen uox prima meum ludusque tenello
Risus, et a nostro ueniebant gaudia uultu.

* * *

68 uafrum *scripsi:* simium **A***, *et ita uel* sum(m)um **C** nimium *Markl.* || 70 Excepi *Auantius:* Aspexi **C a** | stramine *scripsi:* carmine **C a** || 71 Pulsantemque *Heinsius*; *fort.* Noscentemque || 73 ortus **A C**: artus ς || 74 sed *scripsi*: heu **C a**, cum *Politianus* tu *Markl.* || 75 Rideres **C a** | ignarus *Auantius:* ingratus **C a** || 76 unum *addidi: om.* **A* C** ullum *Auantius* || 77 parca *Heinsius* | inde *addidi: om.* **A* C** ipsos *edd.* || 80 Concupii, *corr. Dom.* | gemitum **C a**, *corr. Politianus* | quem *Heinsius:* qui **C a** || 81 Implicuit fixitque **C a**, *corr. Polit.* || 82 murmura *Heinsius:* uulnera **C a** | resoluens *Markl.:* resoluam **C a** || 83 dextra ς: destra **A** uestra **C** || 84 cadentes *addidi: om.* **A* C** natantes *edd.* || 85 Exceptare *Rob. Ungerus:* Excepere **C a** || 86 tenello ς: tenebo **C a** || 87 a **A C**: e **a** || Finis *fere codd. subscribunt.*

Teubners Schulausgaben griechischer u. lateinischer Klassiker

mit deutschen erklärenden Anmerkungen.

	M. Pf.
Aeschylos' Agamem. v. *Enger*. 3. Aufl. v. *Plüfs*	2.25
— **Perser** von *Teuffel*. 3. Aufl. v. *Wecklein*	1.20
— **Prometheus** v. *Wecklein*. 3. Aufl.	1.80
— — v. *Schmidt*	1.20
Aristophanes, die Wolken v. *Teuffel*. 2. Aufl. von *Kaehler*	2.70
Aristoteles' Staat d. Athen. v. *Hude*	—.60
Arrians Anabasis v. *Abicht*. I. Heft	1.80
— — II. Heft	2.25
Buchholz, Anth. a. d. Lyr. I. 4. Aufl.	1.80
— — II. 3. Aufl.	1.80
Caesar d. b. Gall. v. *Doberenz-Dinter*. 9. Aufl. Heft 1 u. 3 je	—.90
Heft 2	—.75
— **de bello civili** von *Doberenz-Dinter*. 5. Aufl.	2.40
Chrestomath. Ciceron. von *Lüders*. 3. Aufl. v. *Weifsenfels* geb. . n.	2.80
Cicero de officiis von *Müller*	2.25
— **Cato maior** v. *Meifsner*. 3. Aufl.	—.60
— **de finibus bonorum** v. *Holstein*	2.70
— **Somn. Scip.** v. *Meifsner*. 3. Aufl.	—.45
— **Laelius** v. *Meifsner*	—.60
— **pro Plancio** v. *Köpke*. 3. Aufl. von *Landgraf*	1.20
— **Rede f. Sestius** v. *Koch*. 2. Afl.	1.—
— **für Roscius** v. *Richter*. 3. Aufl. v. *Fleckeisen*	—.90
— **für Milo** v. *Richter* u. *Eberhard* 4. Aufl. von *Nohl*	1.—
— **für Murena** von *Koch-Landgraf* 2. Aufl.	—.90
— **für Sulla** v. *Richter-Landgraf*. 2. Aufl.	—.75
— **Rede gegen Verres.** IV. Buch von *Richter*. 3. Aufl. v. *Eberhard*	1.50
— — V. Buch. 2. Afl. v. *Eberhard*	1.20
— **Catilinar. Reden** von *Richter*. 5. Aufl. v. *Eberhard*	1.—
— **Rede für Marcellus etc.**, v. *Richter*, 3. Aufl. von *Eberhard*	—.90
— **divinatio in Caecil.** v. *Richter*, 2. Aufl. v. *Eberhard*	—.45
— **I. u. II. Philippische Rede** v. *Koch* u. *Eberhard*. 2. Aufl.	—.90
— **1., 4. u. 14. Philippische Rede** von *Gast*	—.60
— **für Archias** v. *Richter* und *Eberhard*. 4. Aufl. v. *Nohl*	—.45
— **Rede über das Imperium** v. *Richter*, 4. Aufl. v. *Eberhard*	—.60
— **Briefe** von *Frey*. 5. Aufl.	2.25
— **Tusculanen** v. *Heine*	2.70
Heft I Buch I. II. 4. Aufl.	1.20
— II — III—V. 4. Aufl.	1.65
Cicero de oratore v. *Piderit*. 6. Aufl. von *Harnecker*.	
1. Heft. Buch I	1.30
2. u. 3. — Buch II u. III je	1.50
— **partitiones oratoriae** v. *Piderit*	1.—
— **Brutus** von *Piderit*. 3. Aufl.	2.25
— **Orator** von *Piderit*. 2. Aufl.	2.—
— **de legibus** von *Du Mesnil*	3.90
— **de natura deorum** v. *Goethe*.	2.40
Cornelius Nepos v. *Siebelis*. 11. Afl.	1.20
— von *Ortmann*. 5. Aufl.	1.—
Curtius Rufus v. *Vogel*.	
I. Band. 3. Aufl.	2.10
II. — 2. Aufl.	2.25
Demosthenes v. *Rehdantz* u. *Blafs*.	
I. Teil. I. Heft. 8. Aufl.	1.20
I. — II. — I. Abt. 5. Aufl.	1.50
I. — II. — II. — 4. Aufl.	1.80
II. —	2.10
Euripides von *Wecklein*.	
I. Medea. 3. Aufl.	1.80
II. Iphigenia in Tauris. 2. Aufl.	1.50
III. Bacchen	1.50
IV. Hippolytos	1.50
V. Phönissen	1.80
Herodot von *Abicht*.	
I. Bd. 1. Hft. Buch I. 4. Aufl.	1.80
I. — 2. — — II. 3. Aufl.	1.50
II. — 1. — — III. 3. Aufl.	1.50
II. — 2. — — IV. 3. Aufl.	1.50
III. — Buch V u. VI. 3. Aufl.	1.80
IV. — Buch VII. 4. Aufl.	1.80
V. — Buch VIII u. IX. 4. Aufl.	1.80
Homers Odyssee von *Ameis-Hentze*.	
I. Bd. 1. Hft. (I—VI.) 10. Aufl.	1.35
I. — 2. — (VII—XII.) 9. Aufl.	1.35
II. — 1. — (XIII—XVIII.) 8. Afl.	1.35
II. — 2. — (XIX—XXIV.) 8. Afl.	1.35
Anhang. 1. Heft. 4. Aufl.	1.50
— 2. — 3. Aufl.	1.20
— 3. — 3. Aufl.	1.20
— 4. — 2. Aufl.	1.20
— **Ilias** v. *Ameis-Hentze*.	
I. Bd. 1. Hft. (I—III.) 5. Afl.	—.90
I. — 2. — (IV—VI.) 4. Afl.	—.90
I. — 3. — (VII—IX.) 4. Afl.	1.50
I. — 4. — (X—XII.) 4. Afl.	1.20
II. — 1. — (XIII—XV.) 3. Afl.	1.20
II. — 2. — (XVI—XVIII.) 3. Afl.	1.20
II. — 3. — (XIX—XXI.) 3. Afl.	1.20
II. — 4. — (XXII—XXIV.) 2. Afl.	1.50
Anhang. 1. u. 2. Heft. 2. Aufl. je	1.50
— 3. — 2. Aufl.	1.80
— 4. — 2. Aufl.	1.20
— 5. —	1.20
— 6. u. 7. — je	1.50
— 8. —	1.80

	M. ₰
Homers Ilias von *La Roche*.	
Teil I. Ges. 1 — 4. 3. Aufl.	1.50
— II. — 5 — 8. 3. Aufl.	1.50
— III. — 9 —12. 3. Aufl.	1.50
— IV. — 13—16. 3. Aufl.	1.50
— V. — 17—20. 2. Aufl.	1.50
— VI. — 21—24. 2. Aufl.	1.50
Horaz' Oden von *Nauck*. 14. Aufl.	
v. *Weifsenfels*	2.25
—— **Satiren u. Episteln** v. *Krüger*.	
I. Satiren. 13. Aufl.	1.80
II. Episteln. 13. Aufl.	1.80
—— **Sermonen** von *Fritzsche*. I.	2.40
—— —— —— II.	2.—
Jacoby, Anthol. a. d. Eleg. d. Röm.	
2. Aufl. I. Catull.	—.90
—— —— —— II. Tibull	—.60
—— —— —— III. Properz	1.—
—— —— —— IV. Ovid	1.—
Isokrates v. *Schneider*. I. Bd. 3. Aufl.	1.20
—— —— II. Bändchen. 3. Aufl.	1.80
Livius ab urbe cond. libri.	
Buch 1 (2. Aufl.). 2 von *M. Müller* je	1.50
Buch 3—10 von *Luterbacher*. je	1.20
Buch 21 von *Wölfflin*. 4. Aufl. von	
Luterbacher	1.20
Buch 22 von *Wölfflin*. 3. Aufl.	1.20
Buch 23 v. *Wölfflin-Luterbacher*	1.20
Buch 24 von *H. J. Müller*	1.—
Buch 25 von *H. J. Müller*	1.20
Buch 26—28 von *Friedersdorff* je	1.20
Buch 29. 30 von *Luterbacher*. je	1.20
Lucian v. *Jacobitz*.	
I. Bändchen. 3. Aufl. v. *Bürger*.	
II. 2. Aufl. u. III. Bändchen. je	1.20
Lykurgs Rede g. Leokrat. v. *Rehdantz*	2.25
Lysias' Reden v. *Frohberger*.	
Heft 1. 3. Aufl. von *Thalheim*	1.80
— 2. 2. Aufl. von *Thalheim*	1.80
—— —— gr. Ausg. I. Bd. 2. Afl. v.	
Gebauer	4.50
Ovids Metamorph. v. *Siebelis-Polle*.	
I. Hft. 15. Afl. II. Hft. 13. Afl. je	1.50
—— **Fasten** von *Peter*. I. 3. Aufl.	2.70
—— —— —— II. 3. Aufl.	—.90
Phaedrus v. *Siebelis-Polle*. 6. Aufl.	—.75
Platons Schriften v. *Cron* u. *Deuschle*.	
I. Bdchn.: Die Verteidigungsrede d. Sokrates u. Kriton.	
10. Aufl. v. *Uhle*	1.—
II. Bdchn.: Gorgias. 4. Aufl.	2.10
III. — 1. Laches. 5. Aufl.	—.75
III. — 2. Euthyphron v.	
Wohlrab. 3. Aufl.	—.45
IV. — Protagoras. 5. Aufl.	1.20
V. — Symposion v. *Hug*.	
2. Aufl.	3.—
VI. — Phaedon v. *Wohlrab*.	
3. Aufl.	1.50
VII. — d. Staat v. *Wohlrab*	—.60

	M. ₰
Plautus' Komöd. von *E. J. Brix*.	
I. Bdchn. **Trinumm.** 4. Aufl.	1.20
II. — **Captivi.** 4. Aufl.	1.—
III. — **Menaechmi.** 4. Afl.	1.—
IV. — **Miles glor.** 2. Aufl.	1.50
Plinius ausgew. Briefe v. *Kreuser*	1.50
Plutarchs Biographien von *Siefert* und *Blafs*.	
I. Philopoem. u. Flaminin. 2. Afl.	—.90
II. Timoleon u. Pyrrhos. 2. Aufl.	1.50
III. Themistokles u. Perikles. 2. Afl.	1.50
IV. Aristides und Cato von *Blafs*	—.90
V. Agis und Kleomenes v. *Blafs*	—.90
VI. Ti. u. C. Gracchus v. *Blafs*	—.90
Quintilian. X. Buch. Von *G. T. A. Krüger*. 3. Aufl	1.—
Sallust v. *Opitz*. I. Catilina	—.60
—— —— II. *Jugurtha*	1.—
Sophokles v. *Wolff* u. *Bellermann*.	
I. Ajax. 4. Aufl.	1.50
II. Electra. 4. Aufl.	1.50
III. Antigone. 5. Aufl.	1.50
IV. König Oidipus. 4. Aufl.	1.50
V. Oidipus auf Kolonos	1.50
Tacitus Histor. v. *Heraeus*.	
I. Bd. 4. Aufl. II. Bd. 3. Aufl. je	1.80
—— **Annalen** v. *Draeger*. I. 6. Aufl.	
v. *Becher*. Heft 1 u. 2 je	1.50
—— —— —— II. 3. Aufl.	2.25
—— **Agricola** von *Draeger*. 5. Aufl.	—.60
—— **dialogus** von *Andresen*. 3. Aufl.	—.90
—— **Germania** von *Wolff*	1.35
Terentius Phorm. v. *Dziatzko*. 2. Afl.	1.50
—— **Adelphoe** von *Dziatzko*	1.50
Testamentum, novum, graece.	
I. Matthäus von *Zelle*	1.80
IV. Johannes von *Wohlfahrt*	1.50
V. Apostelgesch. v. *Wohlfahrt*	1.80
Theokrit v. *Fritzsche*. 3. Aufl.	2.70
Thukydides v. *Böhme* u. *Widmann*.	
Heft 1 u. 2. 6. Aufl. je	1.20
— 3 bis 9. 5. Aufl. je	1.20
Vergils Aeneis von *Kappes*.	
I. Hft. 5. Aufl. (1—3)	1.20
II. — 4. Aufl. (4—6) v. *Wörner* 3 Teile je	—.50
III. — 3. Aufl. (7—9)	1.20
IV. — 2. Aufl. (10—12)	1.20
—— **Bucolica u. Georgica** v. *Kappes*	1.50
Xenophons Anabasis v. *Vollbrecht*.	
9. Aufl. I. Buch 1/2	1.35
II. — 3/4	—.90
—— Text u. Kommentar getrennt	
Buch 1/4 Text	—.90
— 1/4 Kommentar	1.35
—— —— II. Band. 7. Aufl.	1.50
—— **Memorabil.** v. *Kühner*. 5. Aufl.	1.50
—— **Cyropädie** von *Breitenbach*.	
1. Hft 4. Aufl. 2. Hft 3. Aufl. je	1.50
—— **Griechische Geschichte** von *Büchsenschütz*. I. Bdchn. 6. Aufl.	
II. Bdchn. 4. Aufl. je	1.50
—— **Agesilaus** v. *Güthling*	1.50

	M. ₰
Herodianus ed. *Bekker*	1.20
Herodotus edd. *Dietsch-Kallenberg*.	
2 voll. (= 5 fascc.). Ed. II	2.70
Herondae mim. ed. *Crusius*. Ed. II	3.20
Hesiodus ed. *Flach*	—.45
Hesychius Milesius ed. *Flach*	—.75
Hieroclis Synecdemus ed. *Burckhardt*	1.20
Hieronymi de vir. ill. lib. ed. *Herding*	2.40
Hipparchus Bith. ed. *Manitius*	4.—
Histor. Apoll. reg. Tyr. ed. *Riese*. Ed. II	1.40
Historici Gr. min. ed. *Dindorf*. 2 vll.	8.25
Historicorum Rom. rell. ed. *Peter*	4.50
Historiae Augustae scriptores ed.	
Peter. 2 voll. Ed. II	7.50
Homeri carmm. ed. *Dindorf*. Ed. IV.	
Cum Sengebuschii dissert. Ilias	2.25
—— —— —— Odyssea	2.25
—— —— Ed. V cur. *Hentze*. Ilias.	
2 partes	1.50
—— —— —— Odyssea. 2 partes.	1.50
—— —— ed. *Ludwich*. Odyss. 2 voll.	
Ed. min. Utrumque vol.	—.75
[——] **Iliadis carmina** ed. *Koechly*.	3.—
Horatius ed. *Müller*. Ed. II maior	1.—
—— —— Ed. II minor	—.75
Hyginus Gromaticus ed. *Gemoll*	—.75
Hymni Homerici ed. *Baumeister*	—.75
Hyperides ed. *Blass*. Ed. III	2.10
Iamblichus, Protrepticus ed. *Pistelli*	1.80
—— de mathematica scient. ed. *Festa*	1.80
—— de Nicom. arithm. ed. *Pistelli*	2.40
Iosephus, Fl., ed. *Naber*. 6 voll.	21.20
Isaeus ed. *Scheibe*	1.20
Isocrates edd. *Benseler-Blass*. Ed. II	
2 voll.	2.70
Iuliani imp. opp. ed. *Hertlein*. 2 voll.	6.75
Iurisprudentiae anteiustinianae reliquiae ed. *Huschke*. Ed. V	6.75
—— —— —— Indices ed. *Fabricius*	1.80
—— —— Supplementum (Bruchst. a. Schrift. röm. Jurist. Von *Huschke*)	—.75
—— antehadrianae qu. supers. ed.	
Bremer. Pars I.	5.—
Iustiniani institut. ed. *Huschke*	1.—
—— novellae ed. *Zachariae*. 2 voll.	10.50
—— —— appendix I. M. —.60. II.	1.20
Iustinus ed. *Jeep*. Editio minor	—.90
—— ed. *Rühl*	1.50
Iuvenalis ed. *Hermann*	—.45
Iuvenci libb. evang. ed. *Marold*	1.80
Livius edd. *Weissenborn-Müller*. 6 voll.	6.—
Vol. I—IV = 8 fascc.; sing. fascc.	—.60
—— —— lib. I et II	—.45
Lucani de bello civ. libb. ed. *Hosius*	3.60
Lucianus ed. *Jacobitz*. 3 vll. (= 6 ptt.)	6.30
Lucretius ed. *Bernays*	1.50
—— ed. *Brieger*	1.80
Lycophron ed. *Kinkel*	1.80
Lycurgus ed. *Scheibe*	—.60
Lydus ed. *Wachsmuth*	2.70
Lyrica, Anthol. ed. *Hiller*. Ed. IV	3.—
Lysias ed. *Scheibe*. Ed. II	1.20
Macrobius ed. *Eyssenhardt*. Ed. II	6.—
Manethon ed. *Koechly*	1.50
Marcellus ed. *Helmreich*	3.60
Marci vita S. Porphyrii	2.40
Martialis ed. *Gilbert*	2.40
Martianus Capella ed. *Eyssenhardt*	4.50
Maximus et Ammon ed. *Ludwich*	1.80
Metrici scr. Gr. ed. *Westphal*. Vol. I	2.70
Metrologici scr. ed. *Hultsch*. 2 voll.	1.10
Minucius Felix ed. *Baehrens*	5.35

	M. ₰
Musici scriptores Graeci ed. *Jan*	9.—
Mythogr. Gr. I. Apollod. ed. *Wagner*	3.60
—— —— **II. Parthen.** ed. *Sakolowski*.	
Antonin. Lib. ed. *Martini*	2.40
Natur. rer. script. Graeci ed. *Keller*. I	2.70
Nicephori opusc. hist. ed. *de Boor*	3.30
Nicephorus Blemmyd. ed. *Heisenberg*	4.—
Nicomachus ed. *Hoche*	1.80
Nonnus ed. *Koechly*. 2 voll.	9.—
—— paraphrasis ed. *Scheindler*	4.50
Onosandros ed. *Koechly*	1.20
Orosius ed. *Zangemeister*	3.—
Ovidius edd. *Merkel-Ehwald*. 3 voll.	2.90
Tristia M. —.45. Fasti	—.60
—— metamorphos. del. ed. *Polle*	—.60
Panegyrici Latini XII ed. *Baehrens*	3.60
Pausanias ed. *Schubart*. 2 voll.	3.60
Pelagonii ars veterinaria ed. *Ihm*.	2.40
Persius ed. *Hermann*	—.30
Phaedrus ed. *Müller*	—.30
Philodemi de musica libri ed. *Kemke*	1.50
—— voll. rhet. ed. *Sudhaus*. 2 vll. Sppl.	11.—
Philostrati opera ed. *Kayser*. 2 voll.	8.25
—— imagg. edd. *Benndorf* et *Schenkl*	2.80
Physiogn. scrr. rec. *Foerster*. 2 voll.	14.—
Pindarus ed. *Christ*	1.—
Plato edd. *Hermann-Wohlrab*. 6 voll.	
(= 15 fascc.)	10.50
Plautus edd. *Goetz-Schoell*. Fasc. I.	
Amph. Asin. Aulul.	1.50
—— —— II. Bacch. Capt. Cas.	1.20
—— —— III. Cist. Curc. Epid.	1.—
—— —— IV. *Men. Merc. *Mil. gl.	1.50
—— —— V. *Most. Persa. *Poen.	1.50
—— —— VI. *Pseud. *Rud. Stich.	1.50
—— —— VII. *Trin. Truc. Fragm.	1 50
—— —— Suppl.: de Pl. test., consp.	
metr.	—.45
Sing. comoed. (*not. —.60; rel.)	—.45
—— ed. *Fleckeisen*. Vol. I. II.	2.70
Plini epistolae ed. *Keil*	1.20
—— libb. dub. serm. rell. ed. *Beck*.	1.40
—— nat. hist. edd. *Mayhoff*. II. III. IV	13.—
Plinius et Gargilius Mart. ed. *Rose*	2.70
Plotinus ed. *Volkmann*. 2 voll.	9.—
Plutarchi vitae ed. *Sintenis*. 5 voll.	
(= 14 fascc.)	8.40
—— moralia ed. *Bernardakis*. 7 voll.	28.—
Poetae Lat. min. ed. *Baehrens*. 6 voll.	20.10
Poetarum Rom. fragm. ed. *Baehrens*	4.20
—— **Latin.** eclogae ed. *Brandt*	1.—
—— **Graec.** eclogae ed. *Stadmüller*	2.70
Polemom ed. *Hinck*	1.—
Polyaenus edd. *Wölfflin-Melber*. Ed. II	7.50
Polybius edd. *Büttner-Dindorf*. 4 voll.	13.50
Pomponius Mela rec. *Frick*	1.20
Porphyrion ed. *Meyer*	4.20
Porphyrii opp. sel. ed. *Nauck*. Ed. II	3.—
Priscianus, Theodorus, ed. *Rose*	5.—
Proclus ed. *Friedlein*	6.75
Propertius ed. *Müller*	—.60
Quintiliani inst. ed. *Bonnell*. 2 voll.	2.40
—— —— lib. X ed. *Halm*	—.30
—— declamationes ed. *Ritter*	4.80
Quintus Smyrn. ed. *Zimmermann*	3.60
Rhetores Graeci ed. *Spengel*. 3 voll.	11.70
Rutilius Namatianus ed. *Müller*	—.75
Sallustius ed. *Eussner*	—.45
Scaen. Rom. poes. fr. ed. *Ribbeck*. I	4.—
Scribonii Largi conp. ed. *Helmreich*	1.80
Senecae opp. philos. ed. *Haase*. 3 vll.	7.80
—— tragg. edd. *Peiper* et *Richter*	4.50

ℳ ₰

Homers Ilias von *La Roche*.
Teil I. Ges. 1 — 4. 3. Aufl. 1.50
— II. — 5 — 8. 3. Aufl. 1.50
— III. — 9 —12. 3. Aufl. 1.50
— IV. — 13—16. 3. Aufl. 1.50
— V. — 17—20. 2. Aufl. 1.50
— VI. — 21—24. 2. Aufl. 1.50
Horaz' Oden von *Nauck*. 14. Aufl. v. *Weifsenfels*. 2.25
—— **Satiren u. Episteln** v. *Krüger*.
I. Satiren. 13. Aufl. 1.80
II. Episteln. 13. Aufl. 1.80
—— **Sermonen** von *Fritzsche*. I. . 2.40
—— —— —— II. . . . . 2.—
Jacoby, Anthol. a. d. Eleg. d. Röm. 2. Aufl. I. Catull.. . . . . —.90
—— —— —— II. Tibull . . . . . —.60
—— —— —— III. Properz . . . . 1.—
—— —— —— IV. Ovid . . . . . 1.—
Isokrates v. *Schneider*. 1. Bd. 3. Aufl. 1.20
—— —— II. Bändchen. 3. Aufl. . 1.80
Livius ab urbe cond. libri.
Buch 1 (2. Aufl.). 2 von *M. Müller* je 1.50
Buch 3—10 von *Luterbacher*. . je 1.20
Buch 21 von *Wölfflin*. 4. Aufl. von *Luterbacher* 1.20
Buch 22 von *Wölfflin*. 3. Aufl.. . 1.20
Buch 23 v. *Wölfflin-Luterbacher*. . 1.20
Buch 24 von *H. J. Müller*. . . . 1.—
Buch 25 von *H. J. Müller*. . . . 1.20
Buch 26—28 von *Friedersdorff* je 1.20
Buch 29. 30 von *Luterbacher* . je 1.20
Lucian v. *Jacobitz*.
I. Bändchen. 3. Aufl. v. *Bürger*.
II. 2. Aufl. u. III. Bändchen. je 1.20
Lykurgs Rede g. Leokrat. v. *Rehdantz* 2.25
Lysias' Reden v. *Frohberger*.
Heft 1. 3. Aufl. von *Thalheim* . 1.80
— 2. 2. Aufl. von *Thalheim* . 1.80
—— —— gr. Ausg. I. Bd. 2. Afl. v. *Gebauer* 4.50
Ovids Metamorph. v. *Siebelis-Polle*.
I. Hft. 15. Afl. II. Hft. 13. Afl. je 1.50
—— **Fasten** von *Peter*. I. 3. Aufl. 2.70
—— —— —— II. 3. Aufl. . . . —.90
Phaedrus v. *Siebelis-Polle*. 6. Aufl. —.75
Platons Schriften v. *Cron* u. *Deuschle*.
I. Bdchn.: Die Verteidigungsrede d. Sokrates u. Kriton. 10. Aufl. v. *Uhle* . . . . . 1.—
II. Bdchn.: Gorgias. 4. Aufl. . 2.10
III. — 1. Laches. 5. Aufl. —.75
III. — 2. Euthyphron v. *Wohlrab*. 3. Aufl. . —.45
IV. — Protagoras. 5. Aufl. 1.20
V. — Symposion v. *Hug*. 2. Aufl. . . . . . . 3.—
VI. — Phaedon v. *Wohlrab*. 3. Aufl. 1.50
VII. — d. Staat v. *Wohlrab* —.60

ℳ ₰

Plautus' Komöd. von *E. J. Brix*.
I. Bdchn. **Trinumm.** 4. Aufl. 1.20
II. — **Captivi.** 4. Aufl. . 1.—
III. — **Menaechmi.** 4. Afl. 1.—
IV. — **Miles glor.** 2. Aufl. 1.50
Plinius ausgew. Briefe v. *Kreuser* 1.50
Plutarchs Biographien von *Siefert* und *Blafs*.
I. Philopoem. u. Flaminin. 2. Afl. —.90
II. Timoleon u. Pyrrhos. 2. Aufl. 1.50
III. Themistokles u. Perikles. 2. Afl. 1.50
IV. Aristides und Cato von *Blafs* —.90
V. Agis und Kleomenes v. *Blafs* —.90
VI. Ti. u. C. Gracchus v. *Blafs* . —.90
Quintilian. X. Buch. Von *G. T. A. Krüger*. 3. Aufl . . . . 1.—
Sallust v. *Opitz*. I. Catilina . . . —.60
—— —— II. *Jugurtha* . . . . . . 1.—
Sophokles v. *Wolff* u. *Bellermann*.
I. Ajax. 4. Aufl. 1.50
II. Electra. 4. Aufl.. . . . . . 1.50
III. Antigone. 5. Aufl.. . . . . . 1.50
IV. König Oidipus. 4. Aufl.. . . 1.50
V. Oidipus auf Kolonos. 1.50
Tacitus Histor. v. *Heraeus*.
I. Bd. 4. Aufl. II. Bd. 3. Aufl. je 1.80
—— **Annalen** v. *Draeger*. I. 6. Aufl. v. *Becher*. Heft 1 u. 2 . . . je 1.50
—— —— —— II. 3. Aufl. 2.25
—— **Agricola** von *Draeger*. 5. Aufl. —.60
—— **dialogus** von *Andresen*. 3. Aufl. —.90
—— **Germania** von *Wolff*. 1.35
Terentius Phorm. v. *Dziatzko*. 2. Afl. 1.50
—— **Adelphoe** von *Dziatzko* . . . 1.50
Testamentum, novum, graece.
I. Matthäus von *Zelle* 1.80
IV. Johannes von *Wohlfahrt* . . 1.50
V. Apostelgesch. v. *Wohlfahrt* . 1.80
Theokrit v. *Fritzsche*. 3. Aufl. . . 2.70
Thukydides v. *Böhme* u. *Widmann*.
Heft 1 u. 2. 6. Aufl. . . . . je 1.20
— 3 bis 9. 5. Aufl. . . . . je 1.20
Vergils Aeneis von *Kappes*.
I. Hft. 5. Aufl. (1—3) 1.20
II. — 4. Aufl. (4—6) v. *Wörner* 3 Teile . . . . je —.50
III. — 3. Aufl. (7—9) 1.20
IV. — 2. Aufl. (10—12). . . . 1.20
—— **Bucolica u. Georgica** v. *Kappes* 1.50
Xenophons Anabasis v. *Vollbrecht*.
9. Aufl. I. Buch 1/2 . . . . . 1.35
II. — 3/4 . . . . . —.90
—— Text u. Kommentar getrennt Buch 1/4 Text . . . . —.90
— 1/4 Kommentar. 1.35
—— —— II. Band. 7. Aufl. . . . 1.50
—— **Memorabil.** v. *Kühner*. 5. Aufl. 1.50
—— **Cyropädie** von *Breitenbach*. 1. Hft 4. Aufl. 2. Hft 3. Aufl. je 1.50
—— **Griechische Geschichte** von *Büchsenschütz*. I. Bdchn. 6. Aufl. II. Bdchn. 4. Aufl. . . . . . je 1.50
—— **Agesilaus** v. *Güthling* 1.50

ℳ ₰

Herodianus ed. *Bekker* 1.20
Herodotus edd. *Dietsch-Kallenberg*. 2 voll. (= 5 fascc.). Ed. II . . 2.70
Herondae mim. ed. *Crusius*. Ed. II 3.20
Hesiodus ed. *Flach* . . . . —.45
Hesychius Milesius ed. *Flach*. . . —.75
Hieroclis Synecdemus ed. *Burckhardt* 1.20
Hieronymi de vir. ill. lib. ed. *Herding* 2.40
Hipparchus Bith. ed. *Manitius* . 4.—
Histor. Apoll. reg. Tyr. ed. *Riese*. Ed. II 1.40
Historici Gr. min. ed. *Dindorf*. 2 vll. 8.25
Historicorum Rom. rell. ed. *Peter* 4.50
Historiae Augustae scriptores ed. *Peter*. 2 voll. Ed. II 7.50
Homeri carmm. ed. *Dindorf*. Ed. IV. Cum Sengebuschii dissert. Ilias 2.25
—— —— —— Odyssea 2.25
—— —— Ed. V cur. *Hentze*. Ilias. 2 partes 1.50
—— —— —— Odyssea. 2 partes. 1.50
—— —— ed. *Ludwich*. Odyss. 2 voll. Ed. min. Utrumque vol. —.75
[——] **Iliadis** carmina ed. *Koechly*. 3.—
Horatius ed. *Müller*. Ed. II maior 1.—
—— —— Ed. II minor . . . . . . —.75
Hyginus Gromaticus ed. *Gemoll*. . —.75
Hymni Homerici ed. *Baumeister*. . —.75
Hyperides ed. *Blass*. Ed. III . . . 2.10
Iamblichus, Protrepticus ed. *Pistelli* 1.80
—— de mathematica scient. ed. *Festa* 1.80
—— de Nicom. arithm. ed. *Pistelli*. 2.40
Iosephus, Fl., ed. *Naber*. 6 voll. 21.20
Isaeus ed. *Scheibe* 1.20
Isocrates edd. *Benseler-Blass*. Ed. II 2 voll. 2.70
Iuliani imp. opp. ed. *Hertlein*. 2 voll. 6.75
Iurisprudentiae anteiustinianae reliquiae ed. *Huschke*. Ed. V . . 6.75
—— —— —— Indices ed. *Fabricius* 1.80
—— —— Supplementum (Bruchst. a. Schrift. röm. Jurist. Von *Huschke*) —.75
—— antehadrianae qu. supers. ed. *Bremer*. Pars I. . . . . 5.—
Iustiniani institut. ed. *Huschke* . . 1.—
—— novellae ed. *Zachariae*. 2 voll. 10.50
—— —— appendix I. ℳ —.60. II. 1.20
Iustinus ed. *Jeep*. Editio minor . —.90
—— ed. *Rühl* 1.50
Iuvenalis ed. *Hermann* . . . . . . —.45
Iuvenci libb. evang. ed. *Marold*. . 1.80
Livius edd. *Weissenborn-Müller*. 6 voll. 6.—
Vol. I—IV = 8 fascc.; sing. fascc. —.60
—— —— lib. I et II. . . . . —.45
Lucani de bello civ. libb. ed. *Hosius* 3.60
Lucianus ed. *Jacobitz*. 3 vll. (= 6 ptt.) 6.30
Lucretius ed. *Bernays* 1.50
—— ed. *Brieger*. 1.80
Lycophron ed. *Kinkel* 1.80
Lycurgus ed. *Scheibe* . . . . —.60
Lydus ed. *Wachsmuth* 2.70
Lyrica, Anthol. ed. *Hiller*. Ed. IV 3.—
Lysias ed. *Scheibe*. Ed. II . . . 1.20
Macrobius ed. *Eyssenhardt*. Ed. II 6.—
Manethon ed. *Koechly*. 1.50
Marcellus ed. *Helmreich*. 3.60
Marci vita S. Porphyrii 2.40
Martialis ed. *Gilbert* 2.40
Martianus Capella ed. *Eyssenhardt* 4.50
Maximus et Ammon ed. *Ludwich* . 1.80
Metrici scr. Gr. ed. *Westphal*. Vol. I 2.70
Metrologici scr. ed. *Hultsch*. 2 voll. 1.10
Minucius Felix ed. *Baehrens* . . . 5.35

ℳ ₰

Musici scriptores Graeci ed. *Jan* 9.—
Mythogr. Gr. I. Apollod. ed. *Wagner* 3.60
—— —— **II.** Parthen. ed. *Sakolowski*. Antonin. Lib. ed. *Martini* . . . 2.40
Natur. rer. script. Graeci ed. *Keller*. I 2.70
Nicephori opuscc. hist. ed. *de Boor* 3.30
Nicephorus Blemmyd. ed. *Heisenberg* 4.—
Nicomachus ed. *Hoche* 1.80
Nonnus ed. *Koechly*. 2 voll. . . . 9.—
—— paraphrasis ed. *Scheindler* . . 4.50
Onosandros ed. *Koechly*. 1.20
Orosius ed. *Zangemeister* . . . . . 3.—
Ovidius edd. *Merkel-Ehwald*. 3 voll. 2.90
Tristia ℳ —.45. Fasti . —.60
—— metamorphos. del. ed. *Polle* . —.60
Panegyrici Latini XII ed. *Baehrens* 3.60
Pausanias ed. *Schubart*. 2 voll. . . 3.60
Pelagonii ars veterinaria ed. *Ihm*. 2.40
Persius ed. *Hermann* . . . . —.30
Phaedrus ed. *Müller* . . . . —.30
Philodemi de musica libri ed. *Kemke* 1.50
—— voll. rhet. ed. *Sudhaus*. 2 vll. Sppl. 11.—
Philostrati opera ed. *Kayser*. 2 voll. 8.25
—— imagg. edd. *Benndorf* et *Schenkl* 2.80
Physiogn. scrr. rec. *Foerster*. 2 voll. 14.—
Pindarus ed. *Christ* . . . . 1.—
Plato edd. *Hermann-Wohlrab*. 6 voll. (= 15 fascc.) 10.50
Plautus edd. *Goetz-Schoell*. Fasc. I. Amph. Asin. Aulul. 1.50
—— —— II. Bacch. Capt. Cas. 1.20
—— —— III. Cist. Curc. Epid. . 1.—
—— —— IV. *Men. Merc. *Mil. gl. 1.50
—— —— V. *Most. Persa. *Poen. 1.50
—— —— VI. *Pseud. *Rud. Stich. 1.50
—— —— VII. *Trin. Truc. Fragm. 1 50
—— —— Suppl.: de Pl. test., consp. metr.. . . . . —.45
Sing. comoed. (*not. —.60; rel.) —.45
—— ed. *Fleckeisen*. Vol. I. II . . . 2.70
Plini epistolae ed. *Keil* 1.20
—— libb. dub. serm. rell. ed. *Beck*. 1.40
—— nat. hist. edd. *Mayhoff*. II. III. IV 13.—
Plinius et Gargilius Mart. ed. *Rose* 2.70
Plotinus ed. *Volkmann*. 2 voll. . . 9.—
Plutarchi vitae ed. *Sintenis*. 5 voll. (= 14 fascc.) 8.40
—— moralia ed. *Bernardakis*. 7 voll. 28.—
Poetae Lat. min. ed. *Baehrens*. 6 voll. 20.10
Poetarum Rom. fragm. ed. *Baehrens* 4.20
—— **Latin.** eclogae ed. *Brandt* . . 1.—
—— **Graec.** eclogae ed. *Stadmüller* 2.70
Polemom ed. *Hinck* . . . . 1.—
Polyaenus edd. *Wölfflin-Melber*. Ed. II 7.50
Polybius edd. *Büttner-Dindorf*. 4 voll. 13.50
Pomponius Mela rec. *Frick*. . . . 1.20
Porphyrion ed. *Meyer* 4.20
Porphyrii opp. sel. ed. *Nauck*. Ed. II 3.—
Priscianus, Theodorus, ed. *Rose* . 5.—
Proclus ed. *Friedlein* 6.75
Propertius ed. *Müller* . . . . —.60
Quintiliani inst. ed. *Bonnell*. 2 voll. 2.40
—— —— lib. X ed. *Halm* . . . . —.30
—— declamationes ed. *Ritter* . . . 4.80
Quintus Smyrn. ed. *Zimmermann*. 3.60
Rhetores Graeci ed. *Spengel*. 3 voll. 11.70
Rutilius Namatianus ed. *Müller* . —.75
Sallustius ed. *Eussner* . . . . —.45
Scaen. Rom. poes. fr. ed. *Ribbeck*. I 4.—
Scribonii Largi conp. ed. *Helmreich* 1.80
Senecae opp. philos. ed. *Haase*. 3 vll. 7.80
—— tragg. edd. *Peiper* et *Richter*. . 4.50

	M. ₰
Senecae scripta rhetor. ed. *Kiessling*	4.50
Serenus ed. *Heiberg*	5.—
Sidonius Apollinaris ed. *Mohr*	4.—
Sili Italici Punica ed. *Bauer*. 2 voll.	4.80
Sillographi Graeci v.: Corpusculum.	
Simeo Sethus ed. *Langkavel*	1.80
Sophocles edd. *Dindf.-Mekler*. Ed. min.	1.35
—— —— Ed. maior	1.65
Singulae tragoediae	—.30
[——] **Scholia** vetera ed. *Papageorgius*	4.80
Soranus ed. *Rose*	4.80
Statius edd. *Baehrens* et *Kohlmann*. 2 vll.	7.35
Stobaei floril. ed. *Meineke*. 4 voll.	9.60
—— eclogae ed. *Meineke*. 2 voll.	6.—
Strabo ed. *Meineke*. 3 voll.	6.—
Suetonius ed. *Roth*	1.50
Syrianus ed. *Rabe*. 2 voll.	3.20
Tacitus ed. *Halm*. 2 voll. Ed. IV.	2.40
Vol. I. Annales. Uterque fasc.	—.75
— II. Fasc. I. Historiae	—.75
— II. — II. Germ., Agric., dial.	—.45
Terentius ed. *Fleckeisen*	1.20
[——] **Scholia Terentiana** ed. *Schlee*	2.—
Testamentum, novum, Graece ed. *Buttmann*. Ed. V	2.25
Themistius ed. *Spengel*. 2 voll.	6.—
Theodorus Prodromus ed. *Hercher*	—.50
Theon Smyrnaeus ed. *Hiller*	3.—
Theophrastus ed. *Wimmer*. 3 voll.	6.60
Theophylacti historiae ed. *de Boor*	6.—
Thucydides ed. *Boehme*. 2 voll.	2.40
Tibullus ed. *Müller*	—.30
Tryphiodorus et **Colluthus** ed. *Weinberger*	1.40
Ulpianus ed. *Huschke*. Ed. V.	—.75
Valerius Flaccus ed. *Baehrens*	1.50
—— **Iulius** ed. *Kuebler*	2.70
—— **Maximus** ed. *Kempf*	4.50
Varronis rer. rustic. libb. ed. *Keil*.	1.50
Vegetius ed. *Lang*. Ed. II.	3.90
Velleius Paterculus ed. *Haase*.	—.60
—— —— ed. *Halm*	1.—
Vergilius Maro ed. *Ribbeck*. Ed. II.	1.50
—— —— Bucolica et Georgica	—.45
—— —— Aeneis	—.90
—— ed. *Güthling*. 2 voll. Vol. I. Bucolica et Georgica	—.45
—— —— Vol. II. Aeneis	—.90
Virgilius gramm. ed. *Huemer*	2.40
Xenophontis expeditio Cyro ed. *Hug*. Ed. min. M —.75. Ed. mai.	1.20
—— hist. Graeca ed. *Keller*. Ed. min.	—.90
—— institutio Cyri ed. *Hug*. Ed. min. M —.90. Ed. mai.	1.50
—— commentar. ed. *Gilbert*. Ed. min.	—.45
—— —— —— Ed. maior.	1.—
—— scripta min. ed. *Dindorf*	—.90
Zonaras ed. *Dindorf*. 6 voll.	19.50

Bibliotheca scriptorum medii aevi Teubneriana.

Albertus Troilus ed. *Merzdorf*	3.—
Amarcius, Sextus, ed. *Manitius*	2.25
Canabutzes, Ioannes, ed. *Lehnerdt*	1.80
Christus patiens ed. *Brambs*	2.25
Comoediae Horatianae III ed. *Jahnke*	1.20
Guilelmi Bles. Alda ed. *Lohmeyer*	—.80
Thiofridi vita Willibr. ed. *Rossberg*	1.80
Vitae sanct IX metr. ed. *Harster*	3.—

Bibliotheca scriptorum Latinorum recentioris aetatis Teubneriana.

Manutii epistt. sel. ed. *Fickelscherer*	1.50
Mureti, M. A., scripta selecta ed. *I. Frey*. Vol. I et II . . à	1.20
Ruhnkenii, D., elogium Tiberii Hemsterhusii ed. *I. Frey*	—.45
Virorum clar. epistt. sel. ed. *Weber*	2.40

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

Griechisches Schulwörterbuch. Von Benseler-Schenkl. 2 Bde.
I. Griechisch-Deutsch. 10. Aufl. Von A. Kaegi. geh. 6 M. 75 ₰, geb. 8 M.
II. Deutsch-Griechisch. Von K. Schenkl. 4. Aufl. geh. 9 M.

Lateinisches Schulwörterbuch. Von F. A. Heinichen. 2 Bände.
I. Lateinisch-Deutsch. 6. Aufl. Von C. Wagener. geh. 6 M. 30 ₰, geb. 7 M. 50 ₰.
II. Deutsch-Lateinisch. 5. Aufl. Von C. Wagener. geh. 5 M.

Sonder-Wörterbücher zu

Cäsar. Von H. Ebeling. 4. Aufl., von R. Schneider. 1892. geh. 1 M.
Cornelius Nepos. Von H. Haacke. 12. Aufl. 1893. geh. 1 M. — M. d. Texte d. Nepos 1 M. 20 ₰.
Homer. Von G. Autenrieth. 7. Aufl. 1893. geh. 3 M.
Ovids Metamorphosen. Von J. Siebelis. 5. Aufl., von Fr. Polle. 1893. geh. 2 M. 70 ₰.
Phädrus. Von A. Schaubach. 3. Aufl. 1888. geh. 60 ₰. — Mit dem Texte d. Phädrus 90 ₰.
Xenophons Anabasis. Von F. Vollbrecht. 8. Aufl. 1894. geh. 1 M. 80 ₰.
Xenophons Hellenika. Von K. Thiemann. 3. Aufl. 1893. geh. 1 M. 50 ₰.
Siebelis' tirocinium poeticum. Von A. Schaubach. 9. Aufl. 1891. geh. 45 ₰.

Schüler-Kommentare zu

Caesars b. Gall. v. Procksch [3 Bdchn].
Cornelius Nepos v. Stange [1 Bdchn].
Homers Odyssee v. Hentze [4 Bdchn].
Ovids Metamorphosen (del. Siebelis.) v. Polle [1 Bdchn].
Xen. Anab. B. 1—5 v. Schirmer [2 Bdchn].
Jedes Bändchen geb. 80 ₰. — Fortsetzung in Vorbereitung.

Nepos-Vokabular. Von E. Schaefer. 3 Teile. (2.—4. Aufl.) 1892/94. kart. je 40 ₰.
Livius-Kommentar. Von C. Haupt. B. 1—5, 6/7, 22 kart. je 80 ₰; B. 21 geh. 2 M.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

VOLUME 2

P. PAPINIUS STATIUS.

VOL. II.

ACHILLEIS ET THEBAIS.

RECENSUIT

PHILIPPUS KOHLMANN.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXIX.

P. PAPINII STATII

ACHILLEIS ET THEBAIS.

RECENSUIT

PHILIPPUS KOHLMANN.

FASC. I.

ACHILLEIS.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Editoris praefatio.

Priusquam novae huius editionis rationem explicem, paucis de propagatione Achilleidos per tempora medii aevi continuata, tum de editionibus usque ad nostram aetatem emissis praefari liceat. — Ac primum quidem constat, Achilleida saeculi quarti quinti sexti scriptoribus notam fuisse: Servius duos eius locos laudat (I 101 sq. 269 sq.); Iulius Capitolinus (Gordiani III c. 3 p. 29, 15 ed. Peter) Achilleida una cum Aeneide exemplum fuisse narrat carminis quod de Antoninorum rebus gestis perscripserit Gordianus; Ausonium nonnullis Mosellae locis Achilleidos versus ante oculos habuisse manifestum erit, si contuleris inter se Ach. I 409 sq. et Mos. 290 sqq., Ach. I 462 et Mos. 147, Ach. I 775 et Mos. 395. Longum est enumerare omnes qui ex Claudiani carminibus proferri possint versus, quibus Achilleida imitatus sit, cum sicut Vergilii vestigia Statius ita Statii persecutus sit poeta ille Alexandrinus. Apollinarem Sidonium iam Marklandus (ad Silv. I 1, 10) 'vocum Statianarum perpetuum fere captatorem' esse iudicavit; cf. eius carm. V 17 cum Ach. I 336, VII 169 cum Ach. I 674, IX 114 sqq. cum Ach. I 20 sqq., XXII 30 cum Ach. I 288. Septem exempla ex Achilleide petita attulit Priscianus, tria huius auditor Eutyches. Fueritne Achilleis, ut Otto Muellerus suspicatus est (quaestt. Statt. p. 6. 8) coniuncta cum

Thebaide in illo exemplo principe, quod secundum Alcuini testimonium septimo vel octavo saeculo in Britanniam delatum bibliotheca Eboracensis continebat, in medio relinquendum est; ab illo vero exemplari omnes codices, qui 'saeculo nono et insequente aetate per Galliam Germaniamque propagari et in usum scholasticum converti coepti sunt', provenisse persuadere mihi non possum. Diligentissime Achilleida in scholis medii aevi tractatam esse notissima res est. Velut Gerbertus, doctissimus ille episcopus Remensis, a Remigio monacho Treverico per literas petivit (Ep. CXXXIV): '*si te cura tantarum detinet rerum, volumen Achilleidos Statii diligenter compositum nobis dirige*'; apographo accepto haud ita contentus rescripsit (Ep. CXLVIII): '*Praegravat affectus tuus, amantissime frater, opus Achilleidos quod bene quidem incepisti, sed defecisti, dum exemplar defecit*'. (Cf. O. Muelleri quaestt. p. 8 *not.* Aem. Grossii progr. Coll. Frideric. Regim. 1866 p. 1.) Gerbertum, quo tempore scholae Remensi praeerat, cum scholaribus Statium legisse et tractasse testatur Richerus Hist. III 47 (Mon. SS. III p. 617). In Germaniae septentrionalis quoque scholis Achilleida lectitatam esse effici cogique potest ex eis quae et de schola Paderbornensi saec. undecimi in vita Meinwerci episcopi 160 (Mon. SS. XI p. 140), et de pueritia Vicelini traduntur in Helmoldi chronico Slavorum I 42 (Mon. SS. XXI p. 44 sq.).

Nec in Britannia postea Statius legi desitus est, cum Achilleis in praecipuis fontibus illius carminis numeranda sit, quod saec. duodecimo exeunte vel ineunte tertio decimo Iosephus Iscanus, monachus Britannicus, de bello Troiano composuit libris sex.[1])

1) Cum alii tum hi inter se comparandi sunt loci: Isc. II 171 cum Ach. I 141, Isc. VI 483 sqq. cum Ach. I 677 sqq., Isc. II 87 cum Ach. I 774, Isc. II 277 cum Ach. II 51, Isc. V 466 cum Ach. II 133.

Aliquanto post Conradus Wirciburgensis, poeta ille clarissimus, in carmine suo amplissimo de bello Troiano cum alia permulta hausit ex Achilleide, tum maxime figuras nonnullas ac comparationes ad verbum paene exscripsit. Accuratius in hanc rem inquisivit H. Dungerus in libello qui inscribitur 'die Sage vom troianischen Kriege' Lips. 1869 p. 47. 48. 52. 55.

Quae cum ita sint, non est mirandum quod in Britannia Gallia Germania tot quibus continetur Achilleis inveniuntur codices: plus enim quinquaginta, quod equidem sciam, adhuc in lucem prolati sunt. Post inventam artem typographicam Statii quoque carmina in officinis praecipue Italicis identidem formis descripta sunt. Editio Achilleidos princeps utrum ipso anno 1470 an paulo post lucem viderit, parum constat, quippe quae prodiisse dicatur nec anno nec loco indicato. Editionem Romanam anni 1475 (cum commentar. Placidi Lactantii in Theb., Franc. Maturantii in Achill., Dom. Calderini in Silvas), editiones Venetas a. 1483 et 1490, quarum lectiones a Menkio conlatas adhibui, secutae sunt Aldinae a. 1502 et 1519, quarum prior (quae mihi praesto fuit) 'nisi ab ipso Avantio, tamen eius emendationibus adhibitis confecta est'. (Cf. Handii praef. p. XXXVI.) Ex Aldina secunda contextum describebat Bernartius, qui Statium in officina Plantiniana Antverpiae 1595 edidit, ex quatuor codicibus emendatum. Id quod Scaliger sibi proposuerat, ut Statium correctum et illustratum ederet, quominus efficeret, virum summo ingenio praeditum impediisse dicitur editio Lindenbrogii, quae a. 1600 Parisiis prodiit. Is etiamsi Statium non modo ad codices (in quibus optimus ille Puteaneus erat) dum in Gallia versabatur recensuit, sed etiam Lactantii commentaria in Achilleida primum e codice Pithoeano edidit, plura tamen quam par erat intacta reliquit. Secuta est editio, ex qua fere omnes reliquae adhuc fluxerunt, Jo. Frid.

Gronovii, a. 1653 Amsterodami formis descripta, postquam ille edita iam 1637 in Silvas Diatribe prolusit. Quamquam nec omnem Statii contextum iudicio suo subiecit et multa vitiosa reliquit, summi tamen pretii adnotationes sunt, quas editioni adiunctas[2]) Daumius '*in pondere non magno satis ponderosas*' esse haud inmerito iudicavit. In fundamento a Gronovio exstructo, ut ita dicam, editiones ad unam fere omnes usque ad nostram aetatem sunt positae: Barthiana a. 1664, Bipontina a. 1785, Parisina a. 1825—30, Duebneriana a. 1835. 45, Queckiana a. 1854. Atque haec quidem hactenus.

In recensenda Achilleide igitur cum via mihi esset ineunda, nondum satis quasi patefacta atque aperta, id potissimum secutus sum, ut fundamentum opere solido iacerem ac munirem, ut ei penes quos iudicium harum rerum est habeant quo utantur ad studia Statiana provehenda. Neque solum igitur codicum lectiones, quoad eius fieri poterat, quam accuratissime dedi, sed etiam auctoritatem librorum MSS. ita servandam esse putavi, ut parcissime aliorum measve coniecturas receperim.

Ac primum quidem constare mihi videtur, duas etiam Achilleidos recensiones iam ante scholiastae tempora exstitisse inter se discrepantes: quod iam de Thebaide O. Muellerus in editione sua contendit (Cf. praef. p. VIII). Utriusque generis exempla haud ita pauca nobis sunt servata. Alterius eiusque melioris effigiem praebent tres codices, quorum consensum in hac editione significavi litera **A**: sunt autem codices quos ipse contuli Puteaneus (**P**) Parisinus 10317 (**Pc**) Gudianus 54 (**G**^{2}), quibus Achilleis una cum Thebaide continetur. Qui quidem ex uno eodemque

2) 'Gustus ad Achilleida' continetur pp. 415 sqq., multis vitiis typographicis deformatus.

archetypo fluxerunt, ita tamen ut **P**, qui haud scio an ex ipso exemplari principe descriptus sit, fonti communi similior propinquiorque iudicandus videatur, **Pc** autem et **G**^{2}, quippe qui ex apographo archetypi non plane integro derivati esse videantur, manu correctoris saec. XII nonnullis locis et suppleti et interpolati sint. Ceterum ne in **P** quidem indicia manus posterioris aetatis prorsus desunt.

Cod. Puteaneus, Parisinus 8051 (**P**) membran. foll. 65, saec. decimo exaratus, iam ut supra memoravimus a Lindenbrogio adhibitus est, qui eum bonitate et antiquitate reliquis praestare cum aliis ex rebus tum ex subscriptione rectissime coniecit, quae in fine libri quarti Thebaidos exstat: Codex Iuliani VC (i. e. viri clarissimi). Codicem omnium maximam vim atque auctoritatem habere cum manifestum sit, in lectionibus eius describendis ad minutias vel orthographicas descendere haud dubitavi, id quod ab ipsa editionis ratione paulum discedat. Quoniam **P** certissimum ducem se praebuit, non solum omnibus locis quibus cum duobus eiusdem generis codicibus consentit, exceptis perpaucis, lectiones eius vel recepi vel conservavi, sed etiam eis locis, ubi **P** solus meliorem lectionem exhibet, plerumque auctoritatem illius secutus sum.[3])

Cod. Parisinus 10317 (Suppl. 1670) (**Pc**), quem ante me quod sciam nemo unquam excussit, membran., saec. decimo, quantum mei iudicii est, vel undecimo exaratus, continet foll. 182 Thebaida et Achilleida. Eadem manus saec. duodecimi vel recentioris aetatis, quae versus libri primi 529—662 a prima manu omissos ascripsit, finem libri secundi inde a versu 150 supplevit. (Cf. Philol. XXXIII 130 sq.)

3) Cf. quae de hoc codice accuratius disserui in Philol. XXXIV p. 474 sqq.

Cod. Gudianus 54 (**G**²) membran., a pluribus librariis saec. undecimo (*an* decimo?) exaratus, continet foll. 162 (vel potius 163, cum numerus 20 bis scriptus sit) Thebaida, et ab initio mutilam nec in libris posterioribus integram, et inde a fol. 145 Achilleida, nonnullis locis manu saec. duodecimi suppletam. Desunt enim a manu prima versus I 106. 107. 529—660. 753. 772—786. 881. 882. 895. II 53. — Et Parisinus quidem atque Gudianus ut eadem propinquitate cum Puteaneo coniuncti, ita inter se simillimi esse mihi videntur, ut ex uno eodemque exemplo descriptos eos esse, id exemplum autem ut iam supra dixi manasse putaverim ex eodem archetypo, ex quo deductus sit **P**. Illud quidem exemplum non plane integrum fuisse, ex eo effici potest, quod in utroque codice et versus 529—660 (662) libri primi a manu altera adscripti sunt, nec ulla ad Achilleida inveniuntur scholia, quae ad Thebaida uberrima exstant.

Tribus illis optimi generis exemplis adiungi potest cod. Leidensis (Bibl. Publ. Lat. XVIII 136 K) membran. foll. 129, saec. duodecimo vel ineunte tertio decimo exaratus, in margine nonnullis locis a manu recentiore correctus, quem ipse contuli; continentur Achilleis (fol. 1a—14b) et Thebais. Propinquitate hunc cum **A** coniunctum esse, ea ex re maxime concludi potest, quod in illis quatuor codicibus liber Achilleidos secundus versu eo demum incipit, qui est in permultis MSS et omnibus fere editionibus libri secundi 287:

'Exuit implicitum tenebris umentibus orbem'.

Ac **P** quidem et Leid. aperte librum primum concludunt incipiuntque secundum[4]); in **Pc** et **G**² etsi

4) Vetustissima Statii editio, typis descripta Venetiis a. 1508, quae cum haec scribebam in manus pervenit, eandem librorum distributionem habet.

nulla exstat subscriptio, tamen spatio relicto libros distingui manifestum est, praesertim cum nulla antea inveniatur distributio.[5]) Nec dubitari potest, quin ista librorum descriptio sit rectissima, cum nec illa quam editiones Lindenbrogii et Crucei exhibeant quinquepertita ullis bonorum codicum adminiculis confirmetur, et ea quae vulgo in editionibus legatur bipartita codicibus tantum deterioribus nitatur: quam rem et Otto Muellerus breviter attigit (praef. p. XIII sq.), duos grammaticorum locos respiciens, et ipse latius demonstravi (Philol. XXXIV p. 475 sqq.). Priscianus enim (VII 65 p. 342 H.) et Eutyches (II 6 p. 475 K.) certissimi testes sunt, in codicibus saec. sexti, qui versus in omnibus fere editionibus feruntur libri II 120. 224. 225, eos adnumeratos fuisse libro primo.

Quo factum est, ut in hac nostra editione versuum numeros alios invenias atque antea notati sint; sed ut melius legentes libello uti possint, numeros usu receptos in laevo margine addendos curavi, literis tenuioribus et paulum inclinatis depictos.

Et haec quidem de optimo codicum genere. Alterius testes se praebent Trevirensis (**t**) Parisinus 8052 (**p**) Gudianus 52 (**G**) Helmstadiensis (**H**) Dommerichianus (**D**); qui codices ubi inter se consentiunt litera **M** usus sum.

Cod. Trevirensis (LXXXXIb bibl. urb.) miscellan. membran., saec. sicut F. X. Krausio visum est XII° vel XIII° exaratus, foll. 9 prioribus Achilleida complectitur. Num derivatus sit ex vetusto illo exemplari, quod ut supra memoravimus Gerbertus Remensis describendum curaverat, disceptari nequit. Desunt versus libri primi 221. 558. 636—721. 900. 930 —

5) Eandem descriptionis rationem inveni in cod. Paris. 11324; cf. ea quae de hoc codice et de ceteris in bibl. Paris. asservatis exposui in Philol. XXXIV p. 476.

II 167. Librarium sermonis latini satis ignarum fuisse nemo erit quin intellegat: quamvis scateat igitur codex vitiis omnis generis, tamen inveniuntur loci, quibus solus cum **P** conspiret. Plenius de hoc cod. disputavit Aem. Grossius, progr. Coll. Frider. Regim. 1866, qui cum et conlationem publici iuris fecerit, quam ab amico factam Krausius ei transmiserat, et lectiones ex **t** aliisque codd. allatas inter se comparaverit, valde dolendum est, quod in altera opusculi parte (p. 12 sqq.) plura quam par est vitia inveniuntur. Arctius **t** coniunctus esse videtur cum **p**, quem codicem una cum **P** Amarus et Lemairius editores Parisini contulerunt: quamqum dubium mihi videtur, annon accurate fecerint. Est cod. Parisinus 8052 membran. saec. duodecimi, foll. 58 Thebaida et Achilleida comprehendens, qui cum **t** et tribus libris MSS. in bibliotheca Guelferbytana asservatis expressam alterius generis effigiem praebet. Principem inter illos locum obtinet Gudianus 52, membran. saec. quarti decimi, Thebaida et Achilleida cum scholiis marginalibus complectens; conlatione usus sum a F. A. Menkio facta. Ut iam in **G** plurimis locis lectiones singulares exstant quae ex docti cuiusdam coniecturis fluxisse videntur, ita multo magis interpolatus et parvi habendus est cod. Helmstadiensis 319b chartac., exaratus in Germania die duodecimo Sept. a. 1454, quem et ipsum contulit Menkius. Continentur Thebais et Achilleis cum Collutii de Stagnano epitome Achilleidos. Minoris etiam aesti mandus est codex, qui olim Dommerichii fuit, hodie Gudianus 292. 2 membran. saec. quarti decimi, solam Achilleida cum scholiis nullius pretii continens. Is, cuius liber olim fuit, rector scholae Wolfenbuttelensis in peculiari libello 1758 de eo retulit. Desunt, cum tria exciderint folia, versus I 33—90. 537—557. II 49—69. In libris pessimis **D** esse habendum cum ex aliis tum maxime ea ex re concludas

necesse est, quod duo versus spurii, I 781 et is qui in fine carminis legitur in codicibus notae pessimae:

'Aura silet, puppis currens ad litora venit',

in eo exstant.

Simile aliquid occurrit in tribus bibliothecae Lugduno-Batavae codicibus saec. tertio decimo exeunte vel ineunte quarto decimo exaratis, quos ipse adhibui: cod. Gronovii 87 (olim Rottendorffiano)[6] foll. 13a—32b, cod. Lipsii 36 foll. 16—29, Vossiano Lat. Oct. 83, solam Achilleida cum glossis complectente. Et in *Gronoviano* quidem deest v. 781, exstat vero versus spurius in fine carminis. Codex *Lipsii* qui exhibet versum 781 dederitne alterum disceptari nequit, cum exciderint quatuor ultimi versus. In *Vossiano* quamvis desit a manu prima v. 781, quem manus recentissima in margine et inter lineas adscripsit, nec inveniatur alter, tamen parvi codex aestimandus est. Minimi pretii postremo sunt cod. Oldenburgensis chartac. saec. quinti decimi, foll. 1—18a Achilleida comprehendens, quem ipse adhibui, et cod. Caroliruhensis, cuius lectiones cum Menkio communicatae sunt a. 1817 a Moltero qui id temporis bibliothecae Caroliruhensi praeerat. Continet cod. membran. foll. 21 Achilleidos libros quinque; scriptus est teste Moltero versus finem saec. quarti decimi satis accurate; emendatus quoque est alia sed prope coaeva manu. Adspersae sunt per 6 priora folia (I 19—300) scholia, eadem manu scripta qua cod. emendatus est: ea vero manus videtur esse Ioannis de Ugolinis, cuius liber olim fuit. Atque, ut rem absolvam, accedunt codicum lectiones a Bernartio Lindenbrogio Queckio sparsim allatae; quatuor quos Bernartius adhibuit codices ubi inter se consentiunt, litera **m** usus sum.

---

6) Cf. Gronovii gustum ad Achill. I 11.

Frustra speraveram fore ut ex thesauris Musei Britannici nova subsidia mihi compararentur. Sed a *Thompsonio*, viro summae liberalitatis doctrinaeque, certior factus de omnibus quotquot asservantur in bibliotheca Mus. Brit. amplissima codicibus, magnum ex eis adiumentum exspectare destiti. Cum enim plerique versum spurium in fine carminis exhibeant ac deterrimam librorum distributionem quinquepertitam dare videantur, nullus vero ultra saec. tertium decimum ascendat, fructus ex illis vix percipi poterit. Addo (quod benignitati *Aem. Baehrensii* debeo), exstare codicem miscell. *Etonensem Bl. 6. 5* saec. undecimi, characteribus longobardicis foll. 18—37 Achilleida comprehendentem.

Quibus expositis venio nunc ad viros doctos, qui de Achilleide bene meruerint. Post *Maturantium* et *Avantium*, post *Bernartium*, *Lindenbrogium*, *Gronovium* magna sunt in Achilleida merita *Nicolai Heinsii* et *Richardi Bentlei*, qui quam saepe etiam sine codicum subsidiis suo ingenio rectissimas lectiones invenerint, permultis locis auctoritate optimorum librorum MSS. confirmatur. Heinsii emendationes et in 'Adversariis' typis expressas et in margine exemplaris editionis Lindenbrogianae Gottingensis exstantes Menkius diligentissime collectas et descriptas in schedis suis reliquit. Bentlei coniecturas, in exemplari editionis Gevartianae (Leid. 1616) hodie in Mus. Britannico conservato margini adscriptas in lucem protulit *Maur. Hauptius* (Berl. Monatsber. 1861 p. 1079. 1084). Post illos viros clarissimos dignissimi sunt qui commemorentur *Ioannes Schraperus* et *Fr. Aug. Menkius* (vel ut ipse audire malebat *Menca*). Plurimae illius coniecturae et in 'Observationibus Francof. 1761' palam factae et in libro MS. bibliothecae Berolinensis ex legato Santenii (MS. Diez. B. Sant. 47) exstantes ab *Hauptio* l. l. editae sunt. *Menkius*, cum olim con-

silium iniisset Statium novis curis recensere emendare illustrare (cf. eius Observatt. critic. in Statii Achill. Gotting. 1814 p. 4), postea gymnasii Bremensis director factus proposito destitisse videtur. Amplissimas viri doctissimi schedas Statianas, quae hodie in bibl. universitatis Argentoratensis asservantur, explorandas liberalissime mihi concessit *Barackius*.

Restat ut eis viris qui in hoc opusculo perficiendo me adiuverunt gratias agam quam maximas. Atque omnium maxime *Aem. Baehrensius* Groningensis optime de hac mea editione meritus est, quippe qui non solum in plagulis corrigendis libentissime mihi adfuerit, sed etiam coniecturas non paucas acutissimas mecum communicaverit. Tum codicibus liberalissime transmittendis me sibi devinxerunt *Pluygersius* atque *Nicolaus du Rieu* Leidenses, *Heinemannus* Wolfenbuttelensis, *Luebbenus* Oldenburgensis.

Scribebam Emdae mense Ianuario a. 1879.

Index notarum.

A = **P** (Puteaneus) **Pc** (Parisinus 10317) **G**[2] (Gudianus 54).
M = **t** (Trevirensis) **p** (Paris. 8052) **G** (Gudian. 52) **H** (Helmstadiensis) **D** (Dommerichianus).
Leid. = cod. Leidensis XVIII 136 K.
m = quatuor codd. a Bernartio adhibiti.
L = ed. Lindenbrogii a. 1600.
edd. vett. = editiones Venetae a. 1483. 1490. Aldina a. 1502. Bernartiana 1595.
edd. = editiones inde a Gronoviana omnes vel plurimae.

P. PAPINII STATII
ACHILLEIDOS
LIBRI II.

P. PAPINII STATII

ACHILLEIDOS

LIBER I.

Magnanimum Aeaciden formidatamque Tonanti
Progeniem et patrio vetitam succedere caelo,
Diva, refer: quamquam acta viri multum inclita cantu
Maeonio, sed plura vacant: nos ire per omnem
(Sic amor est) heroa velis Scyroque latentem
Dulichia proferre tuba nec in Hectore tracto
Sistere, sed tota iuvenem deducere Troia.
Tu modo, si veteres digno deplevimus haustu,
Da fontes mihi, Phoebe, novos ac fronde secunda
Necte comas: neque enim Aonium nemus advena pulso
Nec mea nunc primis albescunt tempora vittis.
Scit Dircaeus ager meque inter prisca parentum
Nomina cumque suo numerant Amphione Thebae.
At tu, quem longe primum stupet Itala virtus
Graiaque, cui geminae florent vatumque ducumque

S̄ta. Poetae Thebaidorum. Libri. XII. Expliciunt ·><· Incip̄. Achil̄l̄. Lib̄. prim̄. **P** EXPLICIT LIB. XII. THEBAIDOS INCIPIT P. PAPINI STATII ACHILLEIDOS LIB. I. **G^2** ‖ 3 viri sint inclita **G** ‖ 5 Hic amor est *Menkius* ‖ 6 Dulicia **P** ‖ 8 veterem **P** | deflevimus **P** complevimus **D** ‖ 10 nec enim **D** | pulso *om.* **P** *add. signo* ·⁚· ‖ 11 nec primum **D** | augescunt **A** anguescunt *Bernartius; sed cf. Theb. II 738 III 467 IV 218 VI 331* ‖ 13 memorant **t H** *edd. vett.* ‖ 14 primus **P** primum longe **t D** ‖ 15 ducemque **P**

Certatim laurus (olim dolet altera vinci)
Da veniam ac trepidum patere hoc sudare parumper
Pulvere. Te longo necdum fidente paratu
Molimur magnusque tibi praeludit Achilles.
Solverat Oebalio classem de litore pastor
Dardanus incautas blande populatus Amyclas,
Plenaque materni referens praesagia somni
Culpatum relegebat iter, qua condita ponto
Fluctibus invisis iam Nereis imperat Helle:
Cum Thetis Idaeos (heu numquam vana parentum
Auguria!) expavit vitreo sub gurgite remos.
Nec mora, et undosis turba comitante sororum
Prosiluit thalamis: fervent coeuntia Phrixi
Litora et angustum dominas non explicat aequor.
Illa ubi discusso primum subit aera ponto:
'Me petit haec, mihi classis' ait, 'funesta minatur,
Agnosco monitus et Protea vera locutum.
Ecce novam Priamo facibus de puppe levatis
Fert Bellona nurum: video iam mille carinis
Ionium Aegaeumque premi; nec sufficit, omnis
Quod plaga Graiugenum tumidis coniurat Atridis:
Iam pelago terrisque meus quaeretur Achilles
Et volet ipse sequi. Quid enim cunabula parvo
Pelion et torvi commisimus antra magistri?
Illic, ni fallor, Lapitharum proelia ludit
Improbus et patria iam se metitur in hasta.

---

17 suadere **PtHD** sudare **Gp** su///dere **G**[2] sordere *Baehrensius* ‖ 18 Te nondum longo fidente **D** nondum fidente **H** ‖ 19 praeludit **AH** praeludat **M** praeludet **t** ‖ 21 clam depopulatus *Menkius (Observatt. p. 5 sqq. coll. Sidon. Apollin. IX 114 sqq., qui Statium imitatur).* ‖ 24 inmersis **t** ‖ 25 idaeis **P** ‖ 27 Nec mora ab *edd. vett.* ‖ undisonis **M** ‖ 28 Prosilit a thalamis **H** ‖ 30 ubi *om.* **P** ‖ 31 Me petit, haec mihi classis *distinguunt* **HG** *edd. vett.* | paratur *Ald.* ‖ *vv. 33—90 desunt in* **D** *cf. progr. Dommerichii p. XV n. 20* ‖ 36 coniurat 'in armis **G** ‖ 38 parva **G** ‖ 39 comissimus **P** ‖ 40 nil fallor **P** ‖

O dolor, o seri materno in corde timores!
Non potui infelix, cum primum gurgite nostro
Rhoeteae cecidere trabes, attollere magnum
Aequor et incesti praedonis vela profunda
Tempestate sequi cunctasque inferre sorores?
Nunc quoque —, sed tardum, iam plena iniuria raptae.
Ibo tamen pelagique deos dextramque secundi,
Quod superest, complexa Iovis per Tethyos annos
Grandaevumque patrem supplex miseranda rogabo
Unam hiemem.' Dixit magnumque in tempore regem
Aspicit. Oceano veniebat ab hospite, mensis
Laetus et aequoreo diffusus nectare vultus,
Unde hiemes ventique silent cantuque quieto
Armigeri Tritones eunt scopulosaque cete
Tyrrhenique greges circumque infraque rotantur
Rege salutato; placidis ipse arduus undis
Eminet et triplici telo iubet ire iugales.
Illi spumiferos glomerant a pectore cursus,
Pone natant delentque pedum vestigia cauda.
Cum Thetis: 'O magni genitor rectorque profundi,
Aspicis in qualis miserum patefeceris usus
Aequor? Eunt tutis terrarum crimina velis,
Ex quo iura freti maiestatemque repostam
Rupit Iasonia puppis Pagasaea rapina.

---

42 *versus in* **t** *prima manu omissus, altera post v. 43 imo margine adscriptus* | dolores **tG** ‖ 43 Num *Venett. Ald.* | primum gurgite **A** primum in gurgite **M** ‖ 47 Iboque sed tarde iam **G** | tardum **A** tardum est **M** ‖ 48 *versum* **G** *in contextu omisit, sed in fine paginae exhibet* ‖ 49 amnes **GH** *edd. ante Gronovium* ‖ 53 aequoreos *coni. Baehrensius* vultum **G** *edd. vett.* ‖ 55 scruposaque *Heinsius* ‖ 58 iuuet **P** ‖ 59 cursus **P** *(cf. Verg. Georg. III 117)* fluctus *ceteri* ‖ 60 caudae *Weytinghius coll. Verg. Aen. II 207 et post eum Hauptius; at recte Menkius: 'Anteriorem corporis partem pedibus instructam cogita, cf. Theb. II 46 sq., quorum vestigia cauda deleri poeta dicit.' Cf. Verg. Georg. IV 389* ‖ 61 Cum **A** Cui **GpD** sum **t** Tunc **H** | genitor rectorque **AM** rector genitorque *edd.*

En aliud furto scelus et spolia hospita portans
Navigat iniustae temerarius arbiter Idae,
Eheu quos gemitus terris caeloque daturus!
Quos mihi! sic Phrygiae pensamus gaudia palmae,
Hi Veneris mores, hoc gratae munus alumnae!
Has saltem (non semideos nostrumque reportant
Thesea), si quis adhuc undis honor, obrue puppes
Haut permitte fretum! nulla inclementia: fas sit
Pro nato timuisse mihi. Da pellere luctus,
Nec tibi de tantis placeat me * fluctibus unam
Litus et Iliaci scopulos habitare sepulcri.'
    Orabat laniata genas et pectore nudo
Caeruleis obstabat equis. Sed rector aquarum
Invitat curru dictisque ita mulcet amicis:
'Ne pete Dardaniam frustra, Theti, mergere classem:
Fata vetant, ratus ordo deis miscere cruentas
Europamque Asiamque manus, consultaque bella
Iuppiter et tristes edixit caedibus annos.
Quem tu illic natum Sigeo in pulvere, quanta
Aspicies victrix Phrygiarum funera matrum!
Cum tuus Aeacides tepido modo sanguine Teucros

68 Eheu **A** Heuheu **M** Euheu *Leid.* heheu *edd. vett.* | caeloque **P G** pelagoque **G² Pc M** *edd. ante* **L** ‖ 69 gaudia **P p** praemia **Pc G² M** *cf. Philol. XXXIV p. 569 sq.* ‖ 71 num **P Pc** n̄ **G²** non **M** | nostrumve *Queckius* vestrumque *Schraderus* ‖ 72 honos undis **Pc** | adhuc nobis *Bernartius* ‖ 73 Haut permitte **P** Aut permitte *ceteri* Et permitte *Wakefieldus* | 74 timuisse meo **G** | Da pellere luctus **P** Da tollere fluctus *ceteri (cf. v. 92)* mihi ac tollere **t** ‖ 75 fluctibus unam **P** fluctibus unum *ceteri* fletibus udam *Otto Muellerus* tractibus unum *Schraderus* neptibus unam *Baehrensius.* ‖ 76 Iliacis opulos **P** | habitare profundi **p** ‖ 77 genas **P G² G t H L** comas **Pc** *edd.* ‖ 78 Sed **P** Tunc *ceteri* | rector **P p** *schol.* **L** *Ald.* ductor **Pc G² M** | 81 ordo deum **G** *edd. vett.* ‖ 82 Europamque Asiamque **P** Europaeque Asiaeque *ceteri* Europen Asiamque *Menkius* | belli **P** ‖ 83 edixit et tristes **G** edixit tristes **G²** ‖ 85 vulnera matrum *Wakefieldus* ‖ 86 tepidos **t** trepidos **G G² L** | Teucro **G G² L** Teucrum *Dorvilius*

Undabit campos, modo crassa exire vetabit
Flumina et Hectoreo tardabit funere currus
Impelletque manu nostros, opera inrita, muros.
Pelea iam desiste queri thalamosque minores:
Crederis peperisse Iovi; nec inulta dolebis,
Cognatis utere fretis: dabo tollere fluctus,
Cum reduces Danai nocturnaque signa Caphereus
Exeret et dirum pariter quaeremus Ulixem.'
    Dixerat. Illa gravi vultum demissa repulsa,
Quae iam excire fretum et ratibus bellare parabat
Iliacis, alios animo commenta paratus,
Tristis ad Haemonias detorquet brachia terras.
Ter conata manu, liquidum ter gressibus aequor
Reppulit et niveas feriunt vada Thessala plantas.
Laetantur montes et conubialia pandunt
Antra sinus lateque deae Spercheos abundat
Obvius et dulci vestigia circuit unda.
Illa nihil gavisa locis, sed coepta fatigat
Pectore consilia et sollers pietate magistra
Longaevum Chirona petit. Domus ardua montem

v. 93 sq. Lactant. ad Theb. IX 307 p. 316 Lind.: 'ut ipse in Achilleide: nocturnaque Caphareus exeret signa et dirum pariter quaeremus Ulixem.' — v. 101 sq. Servius ad Verg. Aen. I 73: 'Statius quoque corripuit: conubialia pandunt Antra sinus.'

87 Undavit **P** Implebit **p** ‖ 88 tardavit **P** *schol. Monacensis* | pondere currus *schol.* ‖ 89 manus **P** ‖ 91 Crederis **P** *(cf. schol.)* Cre//deris **G²** Credideris *ceteri.* — *Menkius, qui antea coniecerat (Observatt. p. 19 sq.):* crederis, *postea lect. vulg. defendi posse putabat e locis, qualis Valer. Flacc. III 542* ‖ 93 Caphereus **G²** *schol. Monacensis* Caphareus **P Pc M** ‖ 94 durum **t** | Ulixen **P** ‖ 97 alios animo **P** alios iterum **p G²** *edd.* iterum alios **G** iterumque alios **t** | conata **G** cēmenta **t** ‖ 99 *sq.* ter reppulit aequor Gressibus **t** ‖ 101 plaudunt **t** ‖ 102 deo **t** | Sperchios *codd. et edd. Scripsi cum Menkio* Sperchos, *sicut infra v. 239 628 II 145; cf. Silv. III 4, 85 Theb. IV 838* ‖ 104 ioci **G** *pr. m., altera* s *addidit.*

Perforat et longo suspendit Pelion arcu;
Pars exhausta manu, partem sua ruperat aetas.
Signa tamen divumque tori et quem quisque sacrarit
Accubitu genioque locum monstrantur: at intra
Centauri stabula alta patent, non aequa nefandis
Fratribus. Hic hominum nullos experta cruores
Spicula nec truncae bellis genialibus orni
Aut consanguineos fracti crateres in hostes,
Sed pharetrae insontes et inania terga ferarum.
Haec quoque dum viridis; nam tunc labor unus inermi
Nosse salutiferas dubiis animantibus herbas,
Aut monstrare lyra veteres heroas alumno.
Et tunc venatu rediturum in limine primo
Opperiens properatque dapes largoque serenat
Igne domum: cum visa procul de litore surgens
Nereis; erumpit silvis (dant gaudia vires)
Notaque desueto crepuit senis ungula campo.
Tunc blandus dextra atque imos demissos in armos
Pauperibus tectis inducit et admonet antri.
Iamdudum tacito lustrat Thetis omnia visu
Nec perpessa moras: 'Ubinam mea pignora, Chiron?
Dic' ait, 'aut cur ulla puer iam tempora ducit

---

v. 107 Lactant. ad Theb. X 83 p. 342 Lind.: 'ut ipse alibi: suspendit Pelion arcu.' — v. 109 Priscianus IX 37 p. 473 H.: 'Statius in I Achilleidos: quem quisque sacrasset Accubitu genioque locum.'

---

109 Signat **P** | sacravit **P** sacrarat *ceteri* sacrasset *Priscianus* sacrarit *scripsi cum Menkio* ‖ 110 monstratur **M** loci monstrantur *Menkius* ‖ 113 gentilibus *coni. Baehrensius* ‖ 116 tum iuvenis **G²** | nam tunc **A M** nam nunc **G** *Gronovius* ‖ 121 surgens **P** mater *ceteri cf. Philol. l. l. 570* ‖ 122 *Interpunctionem correxit Baehrensius* Nereis erumpit silvis; *dant edd.* | erupit **G D** ‖ 123 Notaque **P t D** *edd. vett.* Motaque **G² Pc G H p** ‖ 124 demissus **P** submissus *ceteri* ‖ 125 admonet **P t** admovet *ceteri* | antri **P** antris *ceteri* ‖ 127 Chiro **P** ‖ 128 Sunt ait **H** Sic ait **G**

Te sine? Non merito trepidus sopor atraque matri
Signa deum et magnos utinam mentita timores!
Namque modo infensos utero mihi contuor enses,
Nunc planctu livere manus, modo in ubera saevas
Ire feras; saepe ipsa (nefas!) sub inania natum
Tartara et ad Stygios iterum fero mergere fontes.
Hos abolere metus magici iubet ordine sacri
Carpathius vates puerumque sub axe peracto
Secretis lustrare fretis, ubi litora summa
Oceani et genitor tepet inlabentibus astris
Pontus, ubi ignotis horrenda piacula divis
Donaque: sed longum cuncta enumerare vetorque;
Trade magis!' Sic ficta parens: neque enim ille dedisset,
Si molles habitus et tegmina foeda fateri
Ausa seni. Tunc ipse refert: 'Duc, optima, quaeso,
Duc genetrix humilique deos infringe precatu.
Nam superant tua vota modum placandaque multum
Invidia est. Non addo metum, sed vera fatebor:
Nescio quid magnum (nec me patria omina fallunt)

---

v. 131 Priscianus VIII 95 p. 444 H.: 'Statius in I Achilleidos: Namque modo infensos utero mihi contuor enses.' Eutych. art. I 1 p. 465, 2 K.: 'Idem etiam aliud ab eo compositum in VIII (VII *cod. Paris.*) libro Thebaidos extulit, contuor, ut: namque modo infensos utero mihi contuor enses.'

---

129 Non merito **P Pc** num merito **p** nam merito **G** nunc merito **t** nû îmerito **G²** non inmerito **H** ‖ 130 et magnos **A M** Magnos *edd.* et magno **t** | dolores **p** ‖ 131 Namque modo **A M** *Priscianus Eutych.* Namque mihi *edd.* | infensos **G² Pc p** *Priscianus Eutych.* **G** infessos **P** infestos *edd.* | utero mihi **A M** *Priscian. Eutych.* utero modo *edd.* ‖ 132 libere **P** ‖ 134 et Stygios **P** *Venett.* ‖ fere iungere **t** ‖ 135 magni **P** magei **t** | iuuet **P** ‖ 136 Carphthius **P** | peracto **P** probato *ceteri* ‖ 137 lustrare vadis **G** | litora seva **t** ‖ 139 ibi **P** ‖ 141 Grande magis **t** Cede magis **G** | ficta **P** fata *ceteri* ‖ 142 crimina foeda **G** tegmina vera **t** ‖ 143 Ausa foret **p** *Ald.* | ipse **P** ille *ceteri* ‖ 145 placandaque divum **L**

Vis festina parat tenerosque supervenit annos.
Olim et ferre minas avideque audire solebat
Imperia et nostris procul haut discedere ab antris:
Nunc illum non Ossa capit, non Pelion ingens
Pharsalive nives. Ipsi mihi saepe queruntur
Centauri raptasque domos abstractaque coram
Armenta et semet campis fluviisque fugari:
Insidiasque et bella parant tumideque minantur.
Olim equidem Argoos pinus cum Thessala reges
Hac veheret, iuvenem Alciden et Thesea vidi —
Sed taceo.' Figit gelidus Nereida pallor.
  Ille aderat multo sudore et pulvere maior,
Et tamen arma inter festinatosque labores
Dulcis adhuc visu: niveo natat ignis in ore
Purpureus fulvoque nitet coma gratior auro.
Necdum prima nova lanugine vertitur aetas,
Tranquillaeque faces oculis et plurima vultu
Mater inest: qualis Lycia venator Apollo
Cum redit et saevis permutat plectra pharetris.
Forte et laetus adest (o quantum gaudia formae
Adiciunt!): fetam Pholoes sub rupe leaenam
Perculerat ferro vacuisque reliquerat antris
Ipsam, sed catulos apportat et incitat ungues.
Quos tamen, ut fido genetrix in limine visa est,

---

148 tenuesque **ApG** tenuosque **t**; *sed cf. infra v. 478 II 96 (382). 'tenues anni' senium significant Theb. IV 512* ‖ 149 Olim et ferre **G**^{2}**L** Olim effere **P** Olim ferre **M** | avideque audire **P** et obire audita *ceteri* ‖ 150 decedere *Baehrensius* ‖ 152 Pharsaliaeve **P** Thessaliaeve *ceteri* Thessalicaeve *edd. vett.* Pharsalive *corr. Baehrensius* ‖ 154 semet campis **AM** campis semet *edd.* ‖ 155 Insidiasque **A** Insidias **M** | tumideque **P** tumidique *ceteri* timidique *Venett. Gronov.* ‖ 156 argeos **t** Argolicos *Nic. Heinsius* Argivos *Baehrensius* ‖ 157 *versus in* **P** *contextu omissus, sed eadem manu ima pagina additus* | iuvenes **tD** ‖ 158 gelidus figit praecordia pallor **t** ‖ 160 Et tamen **AM** Attamen **t** ‖ 161 vacat **m** ‖ 162 Porpureus **P** ‖ 166 Dum **D** | plecta **P** ‖ 168 leonem **t** ‖ 169 reliquerat ipsam **G** ‖ 170 Antris, sed **G** | asportat *edd. vett.* a//optat **G**^{2}

Abicit exceptamque avidis circumligat ulnis,
Iam gravis amplexu iamque aequus vertice matri.
Insequitur magno iam tunc conexus amore
Patroclus tantisque extenditur aemulus actis,
Par studiis aevique modis, sed robore longe,
Et tamen aequali visurus Pergama fato.
  Protinus ille subit rapido quae proxima saltu
Flumina fumantesque genas crinemque novatur
Fontibus: Eurotae qualis vada Castor anhelo
Intrat equo fessumque sui iubar excitat astri.
Miratur comitque senex, nunc pectora mulcens
Nunc fortes umeros: angunt sua gaudia matrem.
Tunc libare dapes Baccheaque munera Chiron
Orat et attonitae varia oblectamina nectens
Elicit extremo chelyn et solantia curas
Fila movet leviterque expertas pollice chordas
Dat puero. Canit ille libens immania laudum
Semina: quot tumidae superarit iussa novercae
Amphitryoniades, crudum quo Bebryca caestu
Obruerit Pollux, quanto circumdata nexu
Ruperit Aegides Minoia brachia tauri,
Maternos in fine toros superisque gravatum

---

174 iam tum **G**^{2} iam nunc *Queckius* ‖ 175 accenditur *Bernartius* ‖ 176 aevique animis *Baehrensius* | nec robore longe *Sandstroemius (studia critica in Pap. Stat. Upsaliae 1878 p. 39)* | robora *Schraderus* | robore dispar **m** *edd. vett. sed cf. Theb. X 638 XI 432* ‖ 177 Et tandem *Sandstroemius* ‖ 178 rabido quae maxima saltu **G**^{2} ‖ 179 novatur **A** *Leid.* novavit **M** rotatur **t** ‖ 180 vaga **P** ‖ 181 fessusque **P** | incitat **p** ‖ 182 mulcet **H** ‖ 185 attonitae varia obiectamina nectens **P** attonitae varia oblectamina nectens *Gronovius* attonitam vario oblectamine nectens **pG**^{2} (*sec. m. superscr.* fallens) attonitam vario oblectamine **PcM** | mulcet **M** mulcens **Pc** ‖ 189 Carmina **D** | quod **P** quo **PcHD** *Venett.* q^{u}ę **G**^{2} qui **G** *Leid.* quot *scripsi cf. v. 490* ‖ 190 crudo **Gm** *edd. vett.* | qui **Gtp** ‖ 192 Minoia **PG** *Leid. marg. schol. Venett.* Minonia **t** Minora **p** Minoi **G**^{2}**Pc** *(cum ras.)*

Palion: hic ficto risit Thetis anxia vultu.
Nox trahit in somnos, saxo conlabitur ingens
Centaurus blandusque umeris se innectit Achilles,
Quamquam ibi fida parens, assuetaque pectora mavult.
At Thetis undisonis per noctem in rupibus astans,
Quae nato secreta velit, quibus abdere terris
Destinet, huc illuc divisa mente volutat.
Proxima nec studiis multum Mavortia Thrace
Nec Macetum gens dura placet laudumve daturi
Cecropidae stimulos, nimium opportuna carinis
Sestos Abydenique sinus: placet ire per altas
Cycladas. Hic spretae Myconosque humilisque Seriphos
Et Lemnos non aequa viris atque hospita Delos
Gentibus. Imbelli nuper Lycomedis ab aula
Virgineos coetus et litora persona ludo
Audierat, duros laxantem Aegaeona nexus
Missa sequi centumque dei numerare catenas.
Haec placet, haec timidae tellus tutissima matri.
Qualis vicino volucris iam sedula partu
Iamque timens, qua fronde domum suspendat inanem,
Providet hic ventos, hic anxia cogitat angues,
Hic homines: tandem dubiae placet umbra, novisque
Vix stetit in ramis et protinus arbor amatur.

---

194 hichuicto **P** hic victo **Pc**G^2 hic ficto **M** *cf. Silv. V 1 159 Theb. VI 292 XI 233. 755* ‖ 197 *hoc versu libri manuscripti peiores librum primum Achilleidos finiunt* ‖ 198 undosis **G** umbrosis *coni. Gronovius* | hastans **P** ‖ 199 addere **PHt** ‖ 200 divisa **AmG** *(ut emendaverat Nic. Heinsius)* diversa **M** ‖ 201 sed G^2 sed *ceteri* nec *corr. Baehrensius* nec *sec. m.* ‖ 202 Macetum G^2**L** *Gronov.* Macedum **PPcM** *cf. Ach. II 132 (418) Silv. IV 6, 106 Theb. VII 269* | laudumque **AM** laudumve *corr. Baehrensius* ‖ 204 artas **P** *(sed cf. v. 530)* ‖ 205 Hic **P**G^2 His **Pc** Hinc **M** | Myconosque G^2 *Venett. probante Nic. Heinsio* Myconos **PPcM** ‖ 207 ab aula **AM** in aula *edd.* ‖ 210 Iussa **GtL** | mutare **H** ‖ 212 volucres **P** ‖ 213 timet **t** | suspendit **P** ‖ 214 hic **PPc**G^2 *pr. m.* Hinc G^2 *sec. man.* **M** | hic **PPc**G^2 *pr. m.* hinc G^2 *sec. man.* **M** ‖ 215 Hic **P** Hinc **Pc**G^2 Hinc **M** ‖ *Post v. 216 cod. Oldenbur-*

Altera consilio superest tristemque fatigat
Cura deam, natum ipsa sinu complexa per undas
An magno Tritone ferat, ventosne volucres
Advocet an pelago solitam Thaumantida pasci.
Elicit inde fretis et murice frenat acuto
Delphinas biiugos, quos illi maxima Tethys
Gurgite Atlanteo pelagi sub valle sonora
Nutrierat: nullis vada per Neptunia glaucae
Tantus honos formae nandique potentia nec plus
Pectoris humani; iubet hos subsistere pleno
Litore, ne nudae noceant contagia terrae.
Ipsa dehinc toto resolutum pectore Achillem
(Qui pueris sopor) Haemonii de rupibus antri
Ad placidas deportat aquas et iussa tacere
Litora: monstrat iter totoque effulgurat orbe
Cynthia. Prosequitur divam celeresque recursus
Securus pelagi Chiron rogat udaque celat
Lumina et abreptos subito iam iamque latentes
Erecto prospectat equo, qua cana parumper
Spumant signa fugae et liquido perit orbita ponto.
Illum non alias rediturum ad Thessala Tempe
Iam tristis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys
Et senior Spercheos aquis speluncaque docti
Muta senis; quaerunt puerilia carmina Fauni
Et sperata diu plorant conubia Nymphae.

---

gensis haec verba exhibet: 'Componitque nidos, quibus ansia *(sic)* natos effovet.' ‖ 218 conplexa **P** ‖ 219 ventosne **AM** ventosque *edd.* ‖ *Post v. 220 in* **t** *v. 234 sequitur nec tamen suo loco omittitur; versus 221 deest* ‖ 222 biiugos **PptH** biiuges **Pc**G^2**G** *edd.* ‖ 224 Nutrigerat **P** ‖ 226 Corporis **H** | iuuet **P** ‖ 228 Ipsum *Menkius* | corpore *Wakefieldus* Achillen **P** ‖ 229 Quis **M** *edd.* | *vett.* | pueri G^2**GDt** ‖ 230 At **P** ‖ 231 effulgurat **P** effulgerat G^2**Pc** *(prim. man., altera* s *superscr.)* effulserat **M** fulserat *Queckius* ‖ 233 rotat **P** ‖ 239 Et senior **P** Et tenuis *ceteri. Cf. infra II 143 sqq. (429 sqq.) Theb. IV 838* ‖ 240 Mesta **H** | Muta senis queritur: puerilia *Heinsius ex codd. probante Menkio coll. Theb. V 334 VIII 196.*

Iam premit astra dies humilique ex aequore Titan
Rorantes evolvit equos et ab aethere magno
Sublatum curru pelagus cadit, ac vada mater
Scyria iamdudum fluctus emensa tenebat,
Exierantque iugo fessi delphines herili:
Cum pueri tremefacta quies oculique iacentis
Infusum sensere diem. Stupet aere primo,
Quae loca, qui fluctus, ubi Pelion? Omnia versa
Atque ignota videt dubitatque agnoscere matrem.
Occupat illa manu blandeque adfata paventem:
'Si mihi, care puer, thalamos sors aequa tulisset,
Quos dabat, aetheriis ego te complexa tenerem
Sidus grande plagis, magnique puerpera caeli
Nil humiles Parcas terrenaque fata vererer.
Nunc impar tibi, nate, genus, praeclusaque leti
Tantum a matre via est; quin et metuenda propinquant
Tempora et extremis admota pericula metis.
Cedamus, paulumque animos submitte viriles
Atque habitus dignare meos. Si Lydia dura
Pensa manu mollesque tulit Tirynthius hastas,
Si decet aurata Bacchum vestigia palla
Verrere, virgineos si Iuppiter induit artus,
Nec magnum ambigui fregerunt Caenea sexus:
Has sine, quaeso, minas nubemque exire malignam.
Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
Lustra tibi: per ego hoc decus et ventura iuventae
Gaudia, si terras humilemque experta maritum
Te propter, si progenitum Stygos amne severo

v. 269. Serv. ad Verg. Aen. VI 57: 'unde Statius: si te

242 humilique **P** humilesque **H** humidusque **Gt** humilisque **PcG²p** ‖ 244 ac *(in ras.)* **G²** ad **P** at **PcM** ‖ 245 emissa **P** emersa **H** ‖ 247 patentes **P** iacentes **G²Ht** paventes *Baehrensius* ‖ 249 versat **G² M** ‖ 252 tulisset **P** dedisset *ceteri* ‖ 255 Nihil **P** ‖ 257 a matre **P** matre *ceteri* ame (*pro* a mr̄e = a matre) **t** ‖ 259 depone viriles **t** ‖ 260 auitus **P** ‖ 265 nubemque **P** numenque *ceteri* numerumque **t** animumque *Venett.* | malignam **P** malignum *ceteri* *(Cf. Theb. I 124 II 321 IV 512 Silv. I 3, 109)* ‖ 267 iubente **P**

Armavi (totumque utinam!) cape tuta parumper
Tegmina nil nocitura animo. Cur ora reducis?
Quidve parant oculi? Pudet hoc mitescere cultu?
Per te, care puer, cognata per aequora iuro,
Nesciet hoc Chiron.' Sic horrida pectora tractat
Nequiquam mulcens; obstat genitorque roganti
Nutritorque ingens et cruda exordia magnae
Indolis. Effrenae tumidum velut igne iuventae
Si quis equum primis submittere temptet habenis:
Ille diu campis fluviisque et honore superbo
Gavisus non colla iugo, non aspera praebet
Ora lupis dominique fremit captivus inire
Imperia atque alios miratur discere cursus.
Quis deus attonitae fraudes astumque parenti
Contulit? Indocilem quae mens detraxit Achillem?
  Palladi litoreae celebrabat Scyros honorum
Forte diem, placidoque satae Lycomede sorores
Luce sacra patriis (quae rara licentia) muris
Exierant dare veris opes divaeque severas
Fronde ligare comas et spargere floribus hastam.
Omnibus eximium formae decus, omnibus idem
Cultus et expleto teneri iam fine pudoris
Virginitas matura toris annique tumentes.
Sed quantum virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit, aut umeris quantum Diana relinquit
Naidas: effulget tantum regina decori

Stygis amne severo Armavi, totumque utinam.' — v. 285. Priscianus VII 49 p. 327 H.: 'Statius in I Achilleidos: Palladi litoreae celebrabat Scyros honorem.'

271 nihil **P** | reduces **P** retorques **HD** ‖ 276 exordia manent **P** ‖ 281 fremit **P** gemit **PcG²M** negat **m** ‖ 284 Indocilemque nimis correxit Achillem *coni. Kochius* quaeres distraxit *Baehrensius* ‖ 285 Scyrus **P** Scyros **PcG²** *Prisc. Ita omnibus locis codd. exhibent, cf. I 658 692 696 II 22 45 93* | honorem *Prisc.* **t** ‖ 289 comas ligare **P** | hastas **Gt** ‖ 295 Naidas **Apt** *Leid. (ut correxerat Bentleius)* Nayadas **H** Naiades **D** Naides **G** *edd.*

Deidamia chori pulchrisque sororibus obstat.
Illius et roseo flammatur purpura vultu
Et gemmis lux maior inest et blandius aurum:
Atque ipsi par forma deaest, si pectoris angues
Ponat et exempta pacetur casside vultus.
Hanc ubi ducentem longe socia agmina vidit
Trux puer et nullo temeratus pectora motu,
Deriguit totisque novum bibit ossibus ignem.
Nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis
In vultus atque ora redit lucemque genarum
Tingit et impulsam tenui sudore pererrat.
Lactea Massagetae veluti cum pocula fucant
Sanguine puniceo vel ebur corrumpitur ostro:
Sic variis manifesta notis palletque rubetque
Flamma repens. Eat atque ultro ferus hospita sacra
Dissiciat turbae securus et immemor aevi,
Ni pudor et iunctae teneat reverentia matris.
Ut pater armenti quondam ductorque futurus,
Cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
Cum sociam pastus niveo candore iuvencam
Aspicit, ardescunt animi primusque per ora
Spumat amor, spectant hilares obstantque magistri.
Occupat arrepto iam conscia tempore mater:
'Hasne inter simulare choros et brachia ludo
Nectere, nate, grave est? gelida quid tale sub Ossa

299 deest **P** deae *ceteri* deaest *scripsi* ‖ 300 pacetur **P** mo *(ut corr. Dan. Heinsius)* placetur *ceteri* | capside **P** ‖ 302 vultu **P** ‖ 303 Diriguit *codd.* Deriguit *scripsi coll. Theb. V 396 VII 74 IX 36* ‖ 306 Tinguit **Ap** ‖ 307 fucant **P***(?) coni. Dan. Heinsius* miscent **G** fuscant *reliqui* ‖ 308 ut ebur **H** veluti ebur **P** ‖ 310 repens **AG** recens *reliqui* ‖ 311 Dissiciat **PG**^{2} Dissiceat **Pc** *cf. Ribbeckii prolegg. ad Verg. p. 414 Theb. I 590 X 69* Dissotiet **G** Deiiciat **D** Discutiat **ptH** ‖ 313 ductorque **P** rectorque *ceteri cf. v. 88* | 315 pastu **Pc** ‖ 315 obstantque **Pt** optantque *ceteri* cupiuntque *Leid.* ‖ 318 ¦conscia tempore **AM** tempore conscia *edd.* 319 Hasne **AtD** *(ut emendaverant Gronovius Bentleius Schraderus)* Hosne **pGH** *edd.*

Peliacisque iugis? o si mihi iungere curas
Atque alium portare sinu contingat Achillem!'
Mulcetur laetumque rubet visusque protervos
Obliquat vestesque manu leviore repellit.
Aspicit ambiguum genetrix cogique volentem
Iniecitque sinus; tum colla rigentia mollit
Submittitque graves umeros et fortia laxat
Brachia et inpexos certo domat ordine crines,
Ac sua dilecta cervice monilia transfert;
Et picturato cohibens vestigia limbo
Incessum motumque docet fandique pudorem.
Qualiter artifici victurae pollice cerae
Accipiunt formas ignemque manumque sequuntur:
Talis erat divae natum mutantis imago.
Nec luctata diu; superest nam plurimus illi
Invita virtute decor, fallitque tuentes
Ambiguus tenuique latens discrimine sexus.
Procedunt, iterumque monens rursumque fatigans
Blanda Thetis: 'Sic ergo gradum, sic ora manusque,

v. 332 sq. Priscianus VII 63 p. 340 H.: 'Statius in I Achilleidos: Qualiter artifici victurae pollice cerae Accipiunt formas.'

322 Achillen **P** ‖ 323 laetu///que **P** laetumque **G**^{2} **Pc** laetusque **M** | visosque **P** vultusque **H** | protervos **ApH** *schol. Monacensis* superbos **t** *edd.* paternos **G** | 325 cogique volentem *corr. Heinsius* cogitque volentem *codd.* volantē **G**^{2} ‖ 326 tum **G**^{2} *(ut corr. Bentleius)* tunc *ceteri* | recentia **P** ‖ 328 inpexos **PPcM** implexos (l *eras.*) **G**^{2} inplexos **t** | donat **P** ‖ 329 detecta cervice *Schraderus* ‖ 330 cohibens **P** cohibet *ceteri. Interpunctionem correxi* ‖ 332 artifici **A** *Priscian.* **p** *et sic emendandum censebant Heinsius Bentleius Marklandus Mitscherlichius* artificis **M** ‖ 336 Invita **P** *(cf. Theb. VI 574 IX 704) ita scribendum putaverant Bentleius et Marklandus (coll. Sidon. Apoll. V 17)* Invicta *ceteri* ‖ 338 iterumque monens rursumque fatigans **P** iterumque monet rursumque fatigat *edd.* iterumque monet iterumque fatigat **Pc G**^{2}**M**

Nate, feres comitesque modis imitabere fictis,
Ne te suspectum molli non misceat aulae
Rector et incepti pereant mendacia furti.'
Dicit et admoto non cessat comere tactu.
Sic ubi virgineis Hecate lassata Therapnis
Ad patrem fratremque redit, comes haeret eunti
Mater et ipsa umeros exertaque brachia velat;
Ipsa arcum pharetrasque locat vestemque latentem
Deducit sparsosque tumet componere crines.
Protinus aggreditur regem atque ibi testibus aris
'Hanc tibi' ait, 'nostri germanam, rector, Achillis
(Nonne vides, ut torva genas aequandaque fratri?)
Tradimus: arma umeris arcumque animosa petebat
Ferre et Amazonio conubia pellere ritu.
Sed mihi curarum satis est pro stirpe virili:
Haec calathos et sacra ferat, tu frange regendo
Indocilem sexuque tene, dum nubilis aetas
Solvendusque pudor; neve exercere protervas
Gymnadas aut lustris nemorum concede vagari.
Intus ale et similes inter seclude puellas;
Litore praecipue portuque arcere memento.
Vidisti modo vela Phrygum: iam mutua iura
Fallere transmissae pelago didicere carinae.'
Accedit dictis pater ingenioque parentis

---

v. 344. Lactant. ad Theb. III 422 p. 102 Lind.: 'ut ipse alibi: Hecate (*om. L.* ecate *cod. Paris. 8063* echate *cod. Paris. 8064)* lassata Therapnis (Theramnis *L.*)'

---

340 *versus in* **G** *pr. m. omissus, sed ima pagina adscriptus* || 343 Dicit **A L** Dixit **M** | distat comere **P** || 344 therapinis **P** pharetris *ceteri, corr. Mitscherlichius (Hom. hymn. in Cererem p. 147 sqq.) secutus schol. ad Theb. III 422, qui nostrum locum respexit. Cf. Philol. XXXIV p. 484 n. 26* || 347 Ipsa arcu pharetraque levat *Schraderus* | vestemqne latentem **P** vestesque latentes *ceteri* | fluentes *Kochius* || 348 tumet *emendaverunt Gronovius Heinsius Menkius* timet **P** *Leid.* studet *ceteri* | Diducit sparsumque tumet componere crinem *Heinsius* || 351 cenas **P** || 356 sexuque **PPcp** sexumque **G²M** | 357 exercere catervas **P**

Occultum Aeaciden (quis divum fraudibus obstet?)
Accipit; ultro etiam veneratur supplice dextra
Et grates electus agit: nec turba piarum
Scyriadum cessat nimio defigere visu
Virginis ora novae, quantum cervice comisque
Emineat quantumque umeros ac pectora fundat.
Dein sociare choros castisque accedere sacris
Hortantur, ceduntque loco et contingere gaudent.
Qualiter Idaliae volucres, ubi mollia frangunt
Nubila, iam longum caeloque domoque gregatae,
Si iunxit pinnas diversoque hospita tractu
Venit avis, cunctae primum mirantur et horrent:
Mox propius propiusque volant, atque aere in ipso
Paulatim fecere suam plausuque secundo
Circueunt hilares et ad alta cubilia ducunt.
Digreditur multum cunctata in limine mater,
Dum repetit monitus arcanaque murmura figit
Auribus et tacito dat verba novissima nato.
Tunc excepta freto longe cervice reflexa
Abnatat et blandis adfatur litora votis:
'Cara mihi tellus, magnae cui pignora curae
Depositumque ingens timido commisimus astu,
Sis felix taceasque, precor, quo more tacebat
Creta Rheae: te longus honos aeternaque cingent

---

v. 372 sq. Priscianus VI 93 p. 278 H.: 'Statius in I Achilleidos: Qualiter Idaliae volucres, ubi mollia frangunt Nubila, iam longum caeloque domoque gregatae.'

---

367 niveo **P** || 370 Dein **G²t** *(quod rectum esse Otto Muellerus demonstravit quaest. Statian. p. 13, cum ubicumque apud Statium 'dehinc' appareat iambus sit, nusquam monosyllabum, sicut supra v. 228)* Dehinc **PPcM** | choris **M** || 374 diverso quae *Menkius* divisoque **G** || 376 propius *omm.* **PG²GH.** || 378 Circueunt **t** *ita corr. Weberus (cf. v. 103 408)* Circumeunt **AM** || 381 tacite **G** | nato *scripsi cum* **GD** vultu **P** voto **PcG² tH** || 383 votis **AM** verbis *edd.* || 385 Comissimus **P** | 387 rehae **PPc** reé **G²**

Templa nec instabili fama superabere Delo;
Et ventis et sacra fretis interque vadosas
Cycladas, Aegaeae frangunt ubi saxa procellae,
Nereidum tranquilla domus iurandaque nautis
Insula, ne solum Danaas admitte carinas,
Ne, precor! Hic thiasi tantum et nihil utile bellis,
Hoc famam narrare doce; dumque arma parantur
Dorica et alternum Mavors interfurit orbem,
(Cedo equidem) sit virgo pii Lycomedis Achilles.'
Interea meritos ultrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis et supplice regum
Conquestu flammata movet; quippe ambit Atrides
Ille magis, cui nupta domi, facinusque relatu
Asperat Iliacum: captam sine Marte, sine armis
Progeniem caeli Spartaeque potentis alumnam,
Iura fidem superos una calcata rapina.
Hoc foedus Phrygium, haec geminae commercia terrae?
Quid maneat populos, ubi tanta iniuria primos
Degrassata duces? — Coeunt gens omnis et aetas:
Nec tantum exciti, bimari quos Isthmia vallo
Claustra nec undisonae quos circuit umbo Maleae,
Sed procul amoti, Phrixi qua semita iungi
Europamque Asiamque vetat; quasque ordine gentes
Litore Abydeno maris alligat unda superni.

---

390 Clicladas **P** | plangunt *Nic. Heinsius probante Menkio, at cf. II 104 (390)* ‖ 391 iurandaque noctis **P** ‖ 393 Ne, precor **PG**^{2} *(ut coniecerat Nic. Heinsius)* Deprecor **PcM** Te precor *edd.* Hic precor **t** | thiasi **A** *schol. Monac.* tiasi *Leid. pr. m.* thiasos **M** tiasos *Leid. alt. m.* thiasis **G** | tantum et nihil **A** *Leid.* **D** tantum, nihil **M** | bello **tG** ‖ 394 Hoc famam narrare **A** *Leid.* **L** Hic famam narrare **M** Hoc famam servare *cod. Dorvilii* Hic lanam tractare *Withofius* ‖ 396 Achillis **PPc** | *Hoc versu codices peiores librum Achilleidos secundum finiunt* ‖ 397 victrix **P** ‖ 403 ruina **Gt** ‖ 404 geminae haec **H** ‖ 409 amoti **tp** admotis **P** amotas **G** admotas **PcG**^{2} admoti **DL** Et procul amotae *scribendum esse censebat Gronovius* ‖ 410 EuropenAsiamque *Menkius cf. v. 82*

Fervet amor belli concussasque erigit urbes.
Aera domat Temese, quatitur navalibus ora
Eubois, innumera resonant incude Mycenae,
Pisa novat currus, Nemee dat terga ferarum,
Cirrha sagittiferas certat stipare pharetras,
Lerna graves clipeos caesis vestire iuvencis.
Dat bello pedites Aetolus et asper Acarnan,
Argos agit turmas, vacuantur pascua ditis
Arcadiae, frenat celeres Epiros alumnos,
Phocis et Aoniae iaculis rarescitis umbrae,
Murorum tormenta Pylos Messenaque tendunt.
Nulla immunis humus; velluntur postibus altis
Arma olim dimissa patrum, flammisque liquescunt
Dona deum: ereptum superis Mars efferat aurum.
Nusquam umbrae veteres: minor Othrys et ardua sidunt
Taygeta, exuti viderunt aera montes.
Iam natat omne nemus, caeduntur robora classi,
Silva minor remis. Ferrum lassatur in usus
Innumeros, quod rostra liget, quod muniat arma,
Belligeros quod frenet equos, quod mille catenis
Squalentes nectat tunicas, quod sanguine fumet
Vulneraque alta bibat, quod conspirante veneno
Impellat mortes; tenuant umentia saxa
Attritu et pigris addunt mucronibus iras.
Nec modus aut arcus lentare aut fundere glandes
Aut torrere sudes galeasque attollere conis.

---

412 conclusasque **P** | 413 Aera domat Temese **Ap** *(ut corr. Menkius)* Aere sonant (sonat) Temesae (Temese) **M** *cf. Silv. I 1, 42* ‖ 417 sq. *desunt in* **G** ‖ 418 Acanan **P** Acarnas **Pc** aspera carnas **G**^{2}**t** aspera carras **H** 422 Messenaque **P** Mesenaque **G** Messanaque **PcG**^{2} Messana **H** tradunt **pD** ‖ 425 deum et **M** | ereptum **P** raptum *ceteri* | asserit aurum *Baehrensius* ‖ 428 omnem **P** ‖ 429 lassatur **PPcGD** laxatur **G**^{2}**ptH** | in usus **P** ad usus *ceteri* ‖ 432 Squamantes *vel* Squamatas *Menkius* ‖ 434 tenuat umentia **P** tenuant humentia *Leid.* tenuantque humentia **G**^{2}**G** tenuantur humentia **D** tenuantur mitia **Pc** tenuantque tumentia **tH** tenuant acuentia *Nic. Heinsius* ‖ 435 pigris **P** *(ut coniec. Heinsius)* nigris *ceteri* | iram *Heinsius*

Hos inter motus pigram gemit una quietem
Thessalia et geminis incusat fata querellis,
Quod senior Peleus nec adhuc maturus Achilles.
Iam Pelopis terras Graiumque exhauserat orbem
Praecipitans in transtra viros insanus equosque
Bellipotens. Fervent portus et operta carinis
Stagna suasque hiemes classis promota suosque
Attollit fluctus; ipsum iam puppibus aequor
Deficit et totos consumunt carbasa ventos.
Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis,
Rupibus expositis longique crepidine dorsi
Euboicum scindens Aulis mare, litora multum
Montivagae dilecta deae, iuxtaque Caphereus
Latratum pelago tollens caput. Ille Pelasgas
Ut vidit tranare rates, ter monte ter undis
Intonuit saevaeque dedit praesagia noctis.
Coetus ibi armorum Troiae fatalis, ibi ingens
Iuratur bellum, donec sol annuus omnes
Conficeret metas. Tunc primum Graecia vires
Contemplata suas; tunc sparsa ac dissona moles
In corpus vultumque coit et rege sub uno
Disposita est. Sic curva feras indago latentes
Claudit et admotis paulatim cassibus artat.
Illae ignem sonitumque pavent diffusaque linquunt
Avia miranturque suum decrescere montem,
Donec in angustam ciderunt undique vallem,
Inque vicem stupuere greges socioque timore
Mansuescunt: simul hirtus aper simul ursa lupusque
Cogitur et captos contempsit cerva leones.

438 una **P** ore **Pc** ora **G**^{2}**G** hora **tH** ‖ 439 Thessalia **P** Thessalis *ceteri* ‖ 440 Pelleus **P** ‖ 444 suasuasque **P** ‖ 449 scindens *corr. Menkius* scandens *codd.* ‖ 450 Caphereus **A** chaphereus **t** Caphareus **M** *edd. cf. v. 93* ‖ 451 Pelasgans **P** ‖ 452 tranarã **P** transire **GHD** ‖ 455 amnes **P** ‖ 459 Deposita **P** ‖ 460 inclusas paulatim **G** | classibus **PPct** ‖ 461 Ille **P** ‖ 462 Avita **P** ‖ 463 coierunt *Baehrensius* ‖ 464 timuere ‖ 466 contempsit **PG**^{2}**M** contempnit **Pc** contemnit **p** *edd.*

Sed quamquam et gemini pariter sua bella capessant
Atridae famamque avida virtute paternam
Tydides Sthenelusque premant, nec cogitet annos
Antilochus septemque Aiax umbone coruscet
Armenti reges atque aequum moenibus orbem,
Consiliisque armisque vigil contendat Ulixes:
Omnis in absentem belli manus ardet Achillem,
Nomen Achillis amant, et in Hectora solus Achilles
Poscitur, illum unum Teucris Priamoque loquuntur
Fatalem. Quis enim Haemoniis sub vallibus alter
Creverit effossa reptans nive? Cuius adortus
Cruda rudimenta et teneros formaverit annos
Centaurus? Patrii propior cui linea caeli,
Quemve alium Stygios tulerit secreta per amnes
Nereis et pulchros ferro praestruxerit artus?
Haec Graiae castris iterant traduntque cohortes.
Cedit turba ducum vincique haut maesta fatetur.
Sic cum palantes Phlegraea in castra coirent
Caelicolae iamque Odrysiam Gradivus in hastam
Surgeret et Libycos Tritonia tolleret angues
Ingentemque manu curvaret Delius arcum,
Stabat anhela metu solum Natura Tonantem
Respiciens: quando ille hiemes tonitrusque vocaret
Nubibus, igniferam quot fulmina posceret Aetnen.
Atque ibi dum mixta vallati plebe suorum
Et maris et belli consultant tempora reges,

467 quamquam et gemini **A** quamquam gemini **M** | lacessant *Menkius* ‖ 468 avida **P** avidi *ceteri* | paterna **G**^{2}**D** ‖ 469 premat **P** ‖ 471 *Interpunctionem correxi* Armenti reges, atque aequum moenibus orbem consiliis *dant edd.* ‖ 472 Consiliisque **AG** Consiliis **M** *edd.* ‖ 476 valibus **P** ‖ 477 ad ortus **P** adortus **G**^{2} ab ortu **PcM** *edd.* ‖ 481 Nerei **P** | praestruxerit **A** *Leid.* perstrinxerit **M** praestrinxerit *Queckius. Cf. Mus. Rhen. XXX p. 475* ‖ 484 pallentes **A** *Leid.* **D** bellantes **pGH** pallantes **t** palantes *Ald. Bernart. Barthius* ‖ 486 lybricos **P** ‖ 488 sola **P** solum iam turba *Baehrensius* ‖ 490 *et* 491 *in* **P** *inter se transpositi sunt* ‖ 490 quod fulmina **PG**^{2} quot fulmina *Leid. pr. m.* quo fulmina **Pc** quae fulmina **M** | Aetnen **P** et^{h}nen **G**^{2} Aetnam **PcM** ‖ 491 plebo **P**

Increpitans magno vatem Calchanta tumultu
Protesilaus ait (namque huic bellare cupido
Praecipua et primae iam tunc data gloria mortis):
'O nimium Phoebi tripodumque oblite tuorum,
Thestoride, quando ora deo possessa movebis
Iustius, aut quaenam Parcarum occulta recludes?
Cernis ut ignotum cuncti stupeantque premantque
Aeaciden? Sordent vulgo Calydonius heros
Et magno genitus Telamone Aiaxque secundus,
Nos quoque: sed Mavors et Troia abrepta probabunt.
Illum neglectis (pudet heu!) ductoribus omnes
Belligerum ceu numen amant. Dic ocius (aut cur
Serta comis et multus honos?), quibus abditus oris
Quave iubes tellure peti; nam fama nec antris
Chironis patria nec degere Peleos aula.
Heia, inrumpe deos et fata latentia vexa,
Laurigerosque ignes, si quando, avidissimus hauri:
Arma horrenda tibi saevosque remisimus enses.
Numquam has imbelles galea violabere vittas,
Sed felix numeroque ducum praestantior omni,
Si magnum Danais *per te portendis* Achillem.'
    Iamdudum trepido circumfert lumina motu
Intrantemque deum primo pallore fatetur

494 agit **P** erat *Scriverus* ‖ 495 gloria **P** copia *ceteri* | et primi i. t. d. c., Martis *Bentleius* ‖ 498 quia nam **P** quaenam **G²PcpG** *Leid.* q nam **t** quando **HD** ‖ 499 cunctis **PPc** | premantque **AM** petantque *edd.* fremantque *Baehrensius* ‖ 500 Sordent **P** Sordet *ceteri* ‖ 502 et Troia abrepta **PpG** sed Troia abrepta **Pc** sed troia arrepta **G²** et Troia arrepta *Leid.* **Dt** arreptaque Troia **H** *edd. vett.* ‖ 504 quur **P** ‖ 505 multus **PPcpG** mutus **G²HL** mitis **t** *Gronov.* ‖ 506 iuues **P** ‖ 508 Heia inrumpe deos **A** Eya age rumpe deos **G** Eia, rumpe moras **M** Eia age rumpe moras *Burmannus Sec.* | vexa *(al. m.* r *superscr.)* **P** vexa **PcG²** *Leid.* nexa **t** laxa **M** ‖ 509 Laurigerique *Baehrensius* ‖ 511 galeare violare vittas **P** ‖ 512 Sed **At** Sis felix **M** ‖ 513 pro te **A** prōte (= promte) *Baehrensius* | dependis **P** (*an* deprendis?) protendis **H** *Leid. Voss. 83* pretendis *Lips. 36*

Thestorides; mox igne genas et sanguine torquens
Nec socios nec castra videt, sed caecus et absens
Nunc superum magnos deprendit in aethere coetus,
Nunc sagas adfatur aves, nunc dura sororum
Licia, turiferas modo consulit anxius aras
Flammarumque apices rapit et caligine sacra
Pascitur. Exsiliunt crines rigidisque laborat
Vitta comis, nec colla loco nec in ordine gressus.
Tandem fessa tremens longis mugitibus ora
Solvit, et oppositum vox eluctata furorem est:
'Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum
Femineis, Nerei, dolis? Huc mitte: quid aufers?
Non patiar: meus iste, meus. Tu diva profundi,
Et me Phoebus agit. Latebris quibus abdere temptas
Eversorem Asiae? Video per Cycladas altas
Attonitam et turpi quaerentem litora furto.
Occidimus: placuit Lycomedis conscia tellus.
O scelus! en fluxae veniunt in pectora vestes.
Scinde, puer, scinde et timidae ne cede parenti.
Ei mihi raptus abit! quaenam haec procul improba virgo?'
    Hic nutante gradu stetit amissisque furoris
Viribus ante ipsas tremefactus corruit aras.
Tunc haerentem Ithacum Calydonius occupat heros:
'Nos vocat iste labor; neque enim comes ire recusem,
Si tua cura trahat. Licet ille sonantibus antris
Tethyos aversae gremioque prematur aquosi
Nereos: invenies. Tu tantum providus astu

517 absens **Ap** amens **M** ‖ 518 in aethera coetos **P** ‖ 519 sagax **PpH** sacras **G** | dira *edd.* ‖ 520 turicremas *Menkius* ‖ 524 apicem **PH** ‖ 527 quid audes aufers **P** ‖ 529—662 *versus in* **Pc** *pr. m. om., al. m. add.*; 529—660 *in* **G²** *pr. m. om., margini al. m. adscripti sunt* ‖ 529 At me *Sandstroemius l. l.* | addere **P** *cf. v.* 199 ‖ 534 ne cede **PPct** *Leid.* ne crede **G²M** ‖ 537—557 *versus desunt in* **D** ‖ 537 defectus corruit *Cortius* ‖ 539 recusem **P** recuso *ceteri* ‖ 541 aversae **PPcpG** *Leid. pr. m. Heinsius Barthius coll. Claudian. de R. Pr. III 319 sq.* aūse **t** adversae **G²H** *Leid. m. alt.* | aquosi **PPcp** aquoso **G²GH** acose **t**

Tende animum vigilem fecundumque erige pectus.
Nam mihi quis vatum dubiis in casibus adsit
Fata videre prior?' Subicit gavisus Ulixes:
'Sic deus omnipotens firmet, sic adnuat illa
Virgo paterna tibi! Sed me spes lubrica tardat:
Grande equidem armatum castris inducere Achillem;
Sed si fata negent, quam foedum ac triste reverti!
Vota tamen Danaum non intemptata relinquam.
Iamque adeo aut aderit mecum Peleius heros,
Aut verum penitus latet et sine Apolline Calchas.'
  Conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes:
Laxantur coetus resolutaque murmure laeto
Agmina discedunt. Quales iam nocte propinqua
E pastu referuntur aves, vel in antra reverti
Melle novo gravidas mitis videt Hybla catervas.
Nec mora, iam dextras Ithacesia carbasus auras
Poscit, et in remis hilaris sedere iuventus.
  At procul occultum falsi sub imagine sexus
Aeaciden furto iam noverat una latenti
Deidamia virum; sed opertae conscia culpae
Cuncta pavet tacitasque putat sentire sorores.
Namque ut virgineo stetit in grege durus Achilles
Exsolvitque rudem genetrix digressa pudorem,
Protinus elegit comitem, quamquam omnis in illum

v. 553. Priscianus VI 29 p. 221 H.: 'Statius in I Achilleidos: Conclamant Danai stimulatque Agamemno volentes.'

543 facundumque **G** securumque **t** | pecto **P** *pr. m., sec. corr.* || 544 Non mihi **P** | ausit **A** adsit *corr. Schraderus* addit **p** audet **G** || 548 Grande equidem **G**²**p** Grande mequidem **P** Grande quidem **tHG** || 551 aut *om.* **P** || 553 Danii **P** | stimulant Agamemnona velle **G** || 555 Qualis **P** || 556 aves **PG**²**p tL** *Leid. pr. m. sic Schraderus Menkius Weberus* apes **PcGH** *Leid. alt. m.* oves *Baehrensius* || 557 gravitas **P** || 558 *versus deest in* **t** || 559 in remos *Heinsius* | hilares **PPc** || 560 Ad **P** Haud **G** || 561 noverant **P** | latenti **PPc** *Leid.* latente *Wakefieldus* latentem **G**²**M** latranti (?) **t** || 564 in grege **AMm** agmine *edd.* durus **PPcpG** *marg.* clarus **G**²**tH** *Leid.* **D**

Turba coit, blandeque novas nil tale timenti
Admovet insidias: illam sequiturque premitque
Improbus, illam oculis iterumque iterumque resumit.
Nunc nimius lateri non evitantis inhaeret,
Nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canistris
Nunc thyrso parcente ferit; modo dulcia notae
Fila lyrae tenuesque modos et carmina monstrat
Chironis ducitque manum digitosque sonanti
Infringit citharae, nunc occupat ora canentis
Et ligat amplexus et mille per oscula laudat.
Illa libens discit, quo vertice Pelion, et quis
Aeacides, puerique auditum nomen et actus
Adsidue stupet et praesentem cantat Achillem.
Ipsa quoque et validos proferre modestius artus
Et tenuare rudes attrito pollice lanas
Demonstrat reficitque colus et perdita dura
Pensa manu; vocisque sonum pondusque tenentis,
Quodque fugit comites, nimio quod lumine sese
Figat et in verbis intempestivus anhelet,
Miratur: iam iamque dolos aperire parantem
Virginea levitate fugit prohibetque fateri.
Sic sub matre Rhea iuvenis regnator Olympi
Oscula securae dabat insidiosa sorori
Frater adhuc, medii donec reverentia cessit
Sanguinis et veros germana expavit amores.
Tandem detecti timidae Nereidos astus.
  Lucus Agenorei sublimis ad orgia Bacchi
Stabat et admissum caelo nemus: huius in umbra
Alternam renovare piae trieterida matres

567 nihil **P** || 570 *v. in* **p** *post v. 575 invenitur* | inhaeret **AMm** adhaeret *edd.* || 572 motae *Heinsius* || 574 sonantis **P** || 576 amplexu *Fr. Modius* amplexu nec nulla *Withofius* || 578 *v. in* **t** *al. manu inter v. 577 et 580 insertus* || 579 *v. in* **t** *marg. adscriptus* || 582 colos *codd.* colus *scripsi cum* **D** *coll. v. 635 Theb. III 242 X 649* | perfida durat **P** || 583 *Interpunctionem correxi cum Menkio et Duebnero* || 585 Figit **M** | anhelat **tD** || 594 hujus in ume **P** || 595 Alternam **P** *Gronovius* Alternum *ceteri* | reno-

Consuerant scissumque pecus terraque revulsas
Ferre trabes gratosque deo praestare furores.
Lex procul ire mares: iterat praecepta verendus
Ductor, inaccessumque viris edicitur antrum.
Nec satis est: stat fine dato metuenda sacerdos
Exploratque aditus, ne quis temerator oberret
Agmine femineo. Tacitus sibi risit Achilles.
Illum, virgineae ducentem signa catervae
Magnaque difficili solventem brachia motu
(Et sexus pariter decet et mendacia matris)
Mirantur comites. Nec iam pulcherrima turbae
Deidamia suae tantumque admota superbo
Vincitur Aeacide, quantum premit ipsa sorores.
Ut vero e tereti demisit nebrida collo
Errantesque sinus hedera collegit et alte
Cinxit purpureis flaventia tempora vittis
Vibravitque gravi redimitum missile dextra:
Attonito stat turba metu, sacrisque relictis
Illum ambire libet pronosque attollere vultus.
Talis, ubi ad Thebas vultumque animumque remisit
Euhius et patrio satiavit pectora luxu,
Serta comis mitramque levat thyrsumque virentem
Armat et hostiles invisit fortior Indos.
  Scandebat roseo medii fastigia caeli
Luna iugo, totis ubi somnus inertior alis
Defluit in terras mutumque amplectitur orbem:
Consedere chori paulumque exercita pulsu
Aera tacent, tenero cum solus ab agmine Achilles

---

vare **PH** revocare *ceteri* | triethyrida **P** trieterica *ceteri* trieterida *corr. Gronovius, cf. Theb. IV 722 VII 93 IX 480 Silv. II 6, 72* 596 spissumque **P** ‖ 598 Rex **P** ‖ 599 educitur **Pt** ‖ 600 Nec satis stat est **P** | vite data *Schraderus* ‖ 601 habitus *Schraderus* ‖ 602 sibi risit **P** subrisit *ceteri* ‖ 609 e tereti **PH** ex tereti **t** et tereti **Gp** tereti **Pc D** *Leid.* a tereti *edd.* | dimisit **M** ‖ 618 invisit **PPc** *Leid. Gronov.* invasit *vel* invadit **M** *edd. vett.* ‖ 619 niveo *Menkius*

Haec secum: 'Quonam timidae commenta parentis
Usque feres? primumque imbelli carcere perdes
Florem animi? non tela licet Mavortia dextra,
Non trepidas agitare feras? ubi campus et amnes
Haemonii? quaerisne meos, Sperchee, natatus
Promissasque comas? an desertoris alumni
Nullus honos? Stygiasque procul iam raptus ad umbras
Dicor, et orbatus plangit mea funera Chiron?
Tu nunc tela manu, nostros tu dirigis arcus
Nutritosque mihi scandis, Patrocle, iugales:
Ast ego pampineis diffundere brachia thyrsis
Et tenuare colus (pudet heu taedetque fateri!)
Iam scio. Quin etiam dilectae virginis ignem
Aequaevamque facem captus noctesque diesque
Dissimulas? Quonam usque premes urentia pectus
Vulnera? teque marem (pudet heu!) nec amore probabis?'
  Sic ait; et densa noctis gavisus in umbra
Tempestiva suis torpere silentia furtis
Vi potitur votis et toto pectore veros
Admovet amplexus: vidit chorus omnis ab alto
Astrorum et tenerae rubuerunt cornua Lunae.
Illa quidem clamore nemus montemque replevit:
Sed Bacchi comites, discussa nube soporis,
Signa choris indicta putant; fragor undique notus
Tollitur, et thyrsos iterum vibrabat Achilles,
Ante tamen dubiam verbis solatus amicis:

---

627 sagittare feras **P** ‖ 628 queresne **P** | Sperchie *codd.* ut *sec. manu* Sperchee *scripsi, cf. v. 102* ‖ 632 tela gradumanu **P** ‖ 635 colus **A** colos **Mm** *cf. v. 582* | pudet haec (heu *al. m. superscr.*) **P** piget heu **p** ‖ 636—721 (II 47) *versus in* **t** *desunt, cum inter fol. 7 et 8 folium exciderit* ‖ 637 Aequaevaeque *Schraderus* ‖ 638 Quonam ipse **P** | presumerentia **P** premis urgencia **PcD** premes urgentia **G** *Leid.* ‖ 639 meque **Pc p** | probaris **PDG** *sec. m.* ‖ 642 corpore *Baehrensius* ‖ 643 vidit **P** risu G^2 ludit **G** risit **PcM** rubuit *Scriverus* ‖ 648 vibrat **P** vibravit **GH** ‖ 649 solatus **P** solatur *ceteri*

'Ille ego (quid trepidas?), genitum quem caerula mater
Peneis silvis nivibusque immisit alendum
Thessalicis. Nec ego hos cultus aut foeda subissem
Tegmina, ni primo te visa in litore: cessi
Te propter, tibi pensa manu, tibi mollia gesto
Tympana. Quid defles magno nurus addita ponto?
Quid gemis ingentes caelo paritura nepotes?
Sed pater —: ante igni ferroque excisa iacebit
Scyros et in tumidas ibunt haec versa procellas
Moenia, quam saevo mea tu conubia pendas
Funere: non adeo parebimus omnia matri.'
[*Vade, sed ereptum celes taceasque pudorem.*]
Obstipuit tantis regina exterrita monstris,
Quamquam olim suspecta fides et comminus ipsum
Horruit et facies multum mutata fatentis.
Quid faciat? casusne suos ferat ipsa parenti?
Seque simul iuvenemque premat, fortassis acerbas
Hausurum poenas? Et adhuc in corde manebat
Ille diu deceptus amor: silet aegra premitque
Iam commune nefas; unam placet addere furtis
Altricem sociam, precibus quae victa duorum
Adnuit. Illa astu tacito raptumque pudorem
Surgentemque uterum atque aegros in pondere menses
Occuluit, plenis donec stata tempora metis
Attulit et partus index Lucina resolvit.

---

650 genitum **ApD** *Schraderus* genuit **GHt** ‖ 651 Peneis **PcG**^{2} Paeneiouis **P** Peneios *Leid. pr. m.* Peneos **p** Pelleis **H** Peliacis *edd. Nescio an scribendum sit* Haemoniis *coll. vv. 98. 229. 476. 627 sq. id quod cod. Lindenbrogii exhibet* ‖ 653 ni e primo te vias **P** ‖ 656 gemes **P** ‖ 657 Sed pater — Ante igni *distinxit cum Barthio Menkius* Sed pater ante igni, ferroque *edd.* Sed patria **G** *Leid. ut scribendum censebat Heinsius* ‖ 659 pendas *Sandstroemius cum cod. Lindenbrogii* perdas **AM** ‖ 661 *versum omittunt* **PG**^{2}**pH** *Leid. pr. m., uncis inclusi* ‖ 673 plenisque **P** ‖ 674 *Plurimi codices atque editiones praeter Lindenbrogianam et Cruceanam fere omnes hoc versu librum primum finiunt, codices novicii atque editiones Lind. et Cruc. librum tertium*

Iamque per Aegaeos ibat Laertia flexus
Puppis, et innumeras mutabant Cycladas aurae:
Iam Paros Olearosque latent; iam raditur alta
Lemnos et a tergo decrescit Bacchica Naxos,
Ante oculos crescente Samo; iam Delos opacat
Aequor: ibi e celsa libant carchesia puppe
Responsique fidem et verum Calchanta precantur.
Audiit Arquitenens Zephyrumque e vertice Cynthi
Impulit et dubiis pleno dedit omina velo.
It pelagi secura ratis: quippe alta Tonantis
Iussa Thetin certas fatorum vertere leges
Arcebant aegram lacrimis ac multa gementem,
Quod non erueret pontum ventisque fretisque
Omnibus invisum iam tunc sequeretur Ulixem.
Frangebat radios humili iam pronus Olympo
Phoebus et Oceani penetrabile litus anhelis
Promittebat equis: cum se scopulosa levavit
Scyros; in hanc totos emisit puppe rudentes
Dux Laertiades, sociisque resumere pontum
Imperat et remis Zephyros supplere cadentes.
Accedunt iussa, et magis indubitata magisque
Scyros erat placidique super Tritonia custos
Litoris. Egressi numen venerantur amicae

Achilleidos: at in **A** *Leid. Paris. 11324 nulla adnotatio invenitur, cum versus 286 libri secundi qui vulgo dicitur libro primo adnumerentur. Cf. Philol. XXXIV p. 475 sqq.* ‖ 675 flexus **A** *Leid. pr. m.* fluctus **M** ‖ 676 Cyclades auras **AM** Cycladas aurae *edd.* | innumeras mutabant Cycladas aurae *corr. Koestlinus* ‖ 677 claresque (oleros *sec. m.*) *pr. m.* **P** ‖ 678 'canaxos· bacchi' **P** ‖ 680 puppi **P** ‖ 682 Arquitenens **P** Arcitenens *ceteri* ‖ 684 pelagi **G**^{2} *Nic. Heinsius et Burmannus* | pelago **PPcM** | sonantis **P** ‖ 686 multa timentem **P** ‖ 691 Permittebat *Heinsius* | cum e **P** ‖ 693 sociisque **P** sociosque *ceteri* | portum **P** contum *Wernsdorfius* ‖ 695 iuxta **P** iussa *corr. Baehrensius* iussis **Pc G**^{2} *Leid.* **G D** iussi **p** | et magis **P** [et] magis **Pcp** et iam magis **G**^{2} et *om.* **M**

Aetolusque Ithacusque deae. Tunc providus heros,
Hospita ne subito terrerent moenia coetu,
Puppe iubet remanere suos; ipse ardua fido
Cum Diomede petit. Sed iam praevenerat arcis
Litoreae servator Abas ignotaque regi
Ediderat (sed Graia tamen) succedere terris
Carbasa. Procedunt, gemini ceu foedere iuncto
Hiberna sub nocte lupi: licet et sua pulset
Natorumque fames, penitus rabiemque minasque
Dissimulant humilesque meant, ne nuntiet hostes
Cura canum et trepidos moneat vigilare magistros.
Sic segnes heroes eunt campumque patentem,
Qui medius portus celsamque interiacet urbem,
Alterno sermone terunt; prior occupat acer
Tydides: 'Qua nunc verum ratione paramus
Scrutari? namque ambiguo sub pectore pridem
Verso, quid imbelles thyrsos mercatus et aera
Urbibus in mediis Baccheaque terga mitrasque
Huc tuleris varioque aspersas nebridas auro?
Hisne gravem Priamo Phrygibusque armabis Achillem?'
Illi subridens Ithacus paulum ore remisso:
'Haec tibi, virginea modo si Lycomedis in aula est
Fraude latens, ultro confessum in proelia ducent
Peliden; tu cuncta citus de puppe memento
Ferre, ubi tempus erit, clipeumque his iungere donis,
Qui pulcher signis auroque asperrimus astat.
Hoc sat erit: tecum lituo bonus adsit Agyrtes
Occultamque tubam tacitos apportet in usus.'

---

700 iuuet **P** ‖ 706 penitus labemque **P** ‖ 708 moneant G^2 ‖ 710 medios **P** | portus **ADH** portum **pGt** ‖ 711 terunt **PPc** ferunt **G** serunt **p** *edd. vett.* serunt *vel* ferunt G^2 (s *vel* f *in ras.*) ‖ 713 pridem **PG** quidem **Pc** quiddam G^2 *Leid. edd. vett.* quondam *Gronovius* ‖ 716 variosque **P** ‖ 717 Priamo phrigib. **P** Priamo frigibusque **G** Phrygibus Priamoque **Pc**G^2**M** | armabis **P** armatus **Pc** armamus G^2**M** ‖ 721 tu nunc tacitus **P** ‖ 723 hasta **P** ardet *ceteri* hac stat *Scriverus* astat *scripsi coll. v. 198* ‖ 724 Haec sat erit **A** Haec sat erunt **p** Hoc sat erit **tm** | Acyrtes **P**

Dixerat, atque ipso portarum in limine regem
Cernit et ostensa pacem praefatus oliva:
'Magna, reor, pridemque tuas pervenit ad aures
Fama trucis belli, regum placidissime, quod nunc
Europamque Asiamque quatit. Si nomina forte
Huc perlata ducum, fidit quibus ultor Atrides:
Hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creavit
Magnanimus Tydeus, Ithacis ego ductor Ulixes.
Causa viae (metuam quid enim tibi cuncta fateri,
Cum Graius notaque fide celeberrimus unus?)
Explorare aditus invisaque litora Troiae,
Quidve parent.' Medio sermone intercipit ille:
'Adnuerit fortuna, precor, dextrique secundent
Ista dei! Nunc hospitio mea tecta piumque
Inlustrate larem.' Simul intra limina ducit.
Nec mora, iam mensas famularis turba torosque
Instruit. Interea visu perlustrat Ulixes
Scrutaturque domum, si qua vestigia magnae
Virginis aut dubia facies suspecta figura;
Porticibusque vagis errat totosque penates,
Ceu miretur, adit: velut ille cubilia praedae
Indubitata tenens muto legit arva Molosso
Venator, videat donec sub frondibus hostem
Porrectum somno positosque in cespite dentes.
Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula,
Virginibus qua fida domus, venisse Pelasgum
Ductores Graiamque ratem sociosque receptos.

---

727 *versus in Leid. contextu om., al. m. marg. additus* | obtenta *Nic. Heinsius* | praefatus **A** *Leid. marg.* praefatur **M** ‖ 728 pridemque tuas **ApD** pridem vestras **GHt** *Cf. Mus. Rhen. XXX p. 475 sq.* ‖ 730 si nomina forte **AM** si nomina nosti **H** *pr. m.* si nomina quaeras *edd.* ‖ 733 Ithacus **P** *schol.* itacus **G** Ythacus **H** ‖ 734 cuncta tibi fateri **P** ‖ 735 graiuus **P** ‖ 738 dextrisque **P** ‖ 744 figurae **P** ‖ 746 obit *Heinsius* ‖ 747 muto **PcpG** multo G^2**t** *edd.* | arva (m *sec. m.*) **P**

Iure pavent aliae; sed vix sua gaudia celat
Pelides avidusque novos heroas et arma
Vel talis vidisse cupit. Iamque atria fervent
Regali strepitu et picto discumbitur ostro,
Cum pater ire iubet natas comitesque pudicas
Natarum. Subeunt, quales Maeotide ripa,
Cum Scythicas rapuere domos et capta Getarum
Moenia, sepositis epulantur Amazones armis.
Tum vero intentus vultus ac pectora Ulixes
Perlibrat visu: sed nox inlataque fallunt
Lumina et extemplo latuit mensura iacentum.
At tamen erectumque genas oculisque vagantem
Nullaque virginei servantem signa pudoris
Defigit comitique obliquo lumine monstrat.
Quid? nisi praecipitem blando complexa moneret
Deidamia sinu nudataque pectora semper
Exsertasque manus umerosque in veste teneret,
Et prodire toris et poscere vina vetaret
Saepius, et fronti crinale reponeret aurum?
[Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles.]
Ut placata fames epulis bis terque repostis,
Rex prior adloquitur paterisque hortatur Achivos:
'Invideo vestris, fateor, decora inclita gentis
Argolicae, coeptis: utinam et mihi fortior aetas,

---

753 *versus in* **G**² *contextu om., marg. al. m. additus* | Iure *codd.* Ire *Schraderus* Inde *Baehrensius* | vix sua **G G**² *(ut emendabat Schraderus)* vix nova **P Pc M** | differt *Schraderus* ‖ 754 avidosque **P** ‖ 756 discumbitur aulro **P** | 760 suppositis *codd. praeter Leid. qui praebet* s/// = positis; sepositis *emendavit Schraderus* ‖ 761 intentos **P Pc** | 762 Perlibrat **P** Perlibat **Pc** Perliba///**G**² Praelibat **M** ‖ 763 iacentum **P** iacentis *ceteri* ‖ 765 pudoreis **P** ‖ 767 *versus hoc loco in* **t** *omissus inter v. 770 et 771 insertus est* | Quid **P** Quod **M** Quem **t** Quūc *(in ras.) Leid.* ‖ 768 tempora **P** ‖ 772 *versum qui deest in* **P**, *in* **Pc G**² *prima m., marg. sec. m. additus, in ceteris invenitur, uncis inclusi mutata interpunctione* ‖ 776 utinam et mihi **P Pc G** utinam///mihi **G**² utinam mihi **M**

Quaeque fuit, Dolopas cum Scyria litora adortos
Perdomui fregique vadis! quae signa triumphi,
Vidistis celsa murorum in fronte carinas.
Saltem si suboles, aptum quam mittere bello —
Nunc ipsi viresque meas et cara videtis
Pignora: quando novos dabit haec mihi turba nepotes?'
Dixerat, et sollers arrepto tempore Ulixes:
'Haut spernenda cupis; quis enim non visere gentes
Innumeras variosque duces atque agmina regum
Ardeat? Omne simul roburque decusque potentis
Europae meritos ultro iuravit in enses.
Rura urbesque vacant, montes spoliavimus altos,
Omne fretum longa velorum obtexitur umbra;
Tradunt arma patres, rapit inrevocata iuventus.
Non alias umquam tantae data copia famae
Fortibus aut campo maiore exercita virtus.'
Aspicit intentum vigilique haec aure trahentem,
Cum paveant aliae demissaque lumina flectant,
Atque iterat: 'Quisquis proavis et gente superba,
Quisquis equo iaculoque potens, qui praevalet arcu,
Omnis honos illic, illic ingentia certant
Nomina: vix timidae matres aut agmina cessant

---

107 Possem, plena forent mihi gaudia; namque iuvarem. 781

---

v. 794. Priscianus VII 65 p. 342 H.: 'Statius in I (II *Krehlius*) Achilleidos: Aspicit intentum vigilique haec aure trahentem.'

---

779 celsa **P** celsas *ceteri* ‖ 780 aptum **P** aptam **Pc G**² **M** aptem *Menkius* optem *Wernsdorfius* | Aptam si sobolem saltem quam immittere bello **G** ‖ 781 *Statius, ut solet, sermonem abrupit, cf. v. 47. 657; id non videbat interpolator, cuius verba:* 'Possem, plena forent mihi gaudia; namque iuvarem' *exstant in* **D** *Leid. marg. Lips. 36 Voss. 83 marg. edd. ante Gronovium* ‖ 784 abrepto **P** ‖ 788 Europes **G**² *Leid.* | Europae iunctos **m** | ultro meritos *Leid.* ‖ 789 spoliavimus alnis *Heinsius Gronovius Burmannus* ‖ 791 rapit **A p** ruit **M** ‖ 794 bibentem *Gronovius* ‖ 796 superba **P** superbus **M** superbit **G** ‖ 799 aut agmina **A M** vix agmina *edd.*

Virginea; a! multum steriles damnatus in annos
Invisusque deis, si quem haec nova gloria segnem
Praeterit.' Exisset stratis, ni provida signo
Deidamia dato cunctas hortata sorores
Liquisset mensas ipsum complexa. Sed haeret
Respiciens Ithacum coetuque novissimus exit.
Ille quoque incepto paulum ex sermone remittit
Pauca tamen iungens: 'At tu tranquillus in alta
Pace mane carisque para conubia natis,
Quas tibi sidereis divarum vultibus aequas
Fors dedit, ut me olim tacitum reverentia tangit!
Is decor et formae species permixta virili.'
Occurrit genitor: 'Quid si aut Bacchea ferentes
Orgia, Palladias aut circum videris aras?
Et dabimus, si forte novus cunctabitur auster.'
Excipiunt cupidi et tacitis spes addita votis.
Cetera depositis Lycomedis regia curis
Tranquilla sub pace silet, sed longa sagaci
Nox Ithaco, lucemque cupit somnumque gravatur.
  Vixdum exorta dies et iam comitatus Agyrta
Tydides aderat praedictaque dona ferebat.
Nec minus egressae thalamo Scyreides ibant
Ostentare choros promissaque sacra verendis
Hospitibus. Nitet ante alias regina comesque
Pelides: qualis Siculae sub rupibus Aetnae

---

800 Virginea multum **Ap** Virginea; a! multum *corr. Baehrensius* Virginea et multum **GHD** Virginea hic multum **t** || 803 cuncta **P** || 806 Ille quoque **P** Ille quidem *ceteri* | incerto **P** | remittit **AM** remisit *edd.* || 810 Fors **A M** Sors **t** *edd.* || 811 Is decor **PG²pD** *Gronovius* His decor **PcHt** *Leid.* Hic decor **G** | et formae **A M** est formae *edd. vett.* | Is decor est formae et species *Menkius* Hic decor haec formae species *Livineius* || 812 Quid si aut **P** Quid si *ceteri* || 817 sub nocte **D** | agaci **P** || 818 somnumque gravatur **A** somnoque gravatur **M m** somnosque gravatur *Heinsius. Cf. Mus. Rhen. XXX p. 476* || 821 talamo **P** *Leid.* thalamo **Pc M** thalamis *edd.*

Naidas Ennaeas inter Diana feroxque
Pallas et Elysii lucebat sponsa tyranni.
Iamque movent gressus thiasisque Ismenia buxus
Signad edit, quater aera Rheae, quater enthea pulsant
Terga manu variosque quater legere recursus.
Tunc thyrsos pariterque levant pariterque reponunt
Multiplicantque gradum, modo quo Curetes in actu,
Quoque pii Samothraces eunt; nunc obvia versae
Pectine Amazonio, modo quo citat orbe Lacaenas
Delia plaudentesque suis intorquet Amyclis.
Tunc vero, tunc praecipue manifestus Achilles
Nec servare vices nec brachia iungere curat;
Tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus
Plus solito rumpitque choros et plurima turbat.
Sic indignantem thyrsos acceptaque matris
Tympana iam tristes spectabant Penthea Thebae.
  Solvuntur laudata cohors repetuntque paterna
Limina, ubi in mediae iamdudum sedibus aulae
Munera virgineos visus tractura locarat
Tydides, signum hospitii pretiumque laboris:
Hortaturque legant, nec rex placidissimus arcet.
Heu simplex nimiumque rudis, qui callida dona
Graiorumque dolos variumque ignoret Ulixem!
Hic aliae, quas sexus iners naturaque ducit,
Aut teretes thyrsos aut respondentia temptant
Tympana, gemmatis aut nectunt tempora limbis:
Arma vident magnoque putant donata parenti.
At ferus Aeacides, radiantem ut comminus orbem,

---

825 Naidas **PPc** *(ut coniecerat Bentleius cf. v. 295)* Nayadas **H** Naides **G²pt** Naiades **DG** *Leid.* | aetneas **P G²** aethneas **Pc** ethneas **M** Ennaeas *correxit Gronovius* Hennaeas *Heinsius Cf. Theb. IV* 124 *Silv. V 3, 277* || 826 eloysii **P** || 827 thiasisque inmoenia **P** || 828 entea **P** enthea *scripsi cum Baehrensio coll. Silv.I 5, 1* euhia **PcG²** enchia *vel* enthia **t** euchia **M** Evia *edd.* || 832 piideis amothraces **P** || 836 brachia iungere **AM** iungere brachia **p** || 838 Insolitos *Burmannus* || 847 ignoret **PPcp** ignorat **G² M** | va- frumque ignoret *Heinsius*

Caelatum pugnas (saevis et forte rubebat
Bellorum maculis) acclinem conspicit hastae:
Infremuit torsitque genas, et fronte relicta
Surrexere comae; nusquam mandata parentis,
Nusquam occultus amor, totoque in pectore Troia est.
Ut leo, materno cum raptus ab ubere mores
Accepit pectique iubas hominemque vereri
Edidicit nullasque rapi nisi iussus in iras,
Si semel adverso radiavit lumine ferrum,
Eiurata fides domitorque inimicus: in illum
Prima fames, timidoque iuvat saevire magistro.
Ut vero accessit propius luxque aemula vultum
Reddidit et simili talem se vidit in auro,
Horruit erubuitque simul. Tunc acer Ulixes
Admotus lateri submissa voce: 'Quid haeres?
Scimus' ait, 'tu semiferi Chironis alumnus,
Tu caeli pelagique nepos: te Dorica classis,
Te tua suspensis exspectat Graecia signis,
Ipsaque iam dubiis nutant tibi Pergama muris.
Heia, abrumpe moras: sine perfida palleat Ide,
Et iuvet haec audire patrem, pudeatque dolosam
Sic pro te timuisse Thetin.' Iam pectus amictu
Laxabat, cum grande tuba sic iussus Agyrtes
Insonuit: fugiunt disiectis undique donis
Implorantque patrem commotaque proelia credunt.
Illius intactae cecidere a pectore vestes,

853 et forte rubebat **PPcpt** *Leid.* et forte rubebant **G**² qui forte rubebat **DGH** et forte rubentem *edd. Interpunctionem correxi* ‖ 854 acclinem conspicit **Ap** *Leid.* acclivem conspicit **M** acclinem et conspicit *edd.* | hastae **Ap** *Leid.* hastam **M** | 860 rapi **AGL** ruit **M** *cf. v. 791* ‖ 863 iuuet **P** | servire **PM** servisse **G**²**Pc** fuisse **H** iuvat saevire *corr. Baehrensius* ‖ 865 talem se **AG** *Leid.* se talem **D** *(ut e cod. Voss. emendabat Heinsius)* similem tandem se *edd.* ‖ 872 Eia abrumpe **P** Heia abrumpe **PcG**² Eia rumpe **M** Eia, age, rumpe *edd.* | idem **P** Ide **Pc** *cf. v. 927* Ida **G**²**M** idi **t** ‖ 875 achyrtes **P**

Iam clipeus breviorque manu consumitur hasta
(Mira fides!), Ithacumque umeris excedere visus
Aetolumque ducem: tantum subita arma calorque
Martius horrenda confundit luce penates.
Immanisque gradu, ceu protinus Hectora poscens,
Stat medius trepidante domo: Peleiaque virgo
Quaeritur. Ast alia plangebat parte retectos
Deidamia dolos, cuius cum grandia primum
Lamenta et notas accepit pectore voces,
Haesit et occulto virtus infracta calore est.
Demittit clipeum regisque ad lumina versus
Attonitum factis inopinaque monstra paventem,
Sicut erat, mediis Lycomedem adfatur in armis:
'Me tibi, care pater, (dubium dimitte pavorem!)
Me dedit alma Thetis: te pridem tanta manebat
Gloria; quaesitum Danais tu mittis Achillem,
Gratior et magno, si fas dixisse, parente
Et dulci Chirone mihi. Sed corda parumper
Huc adverte libens atque has bonus accipe voces.
Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt,
Adlegantque suos utroque a sanguine divos.
Unam virgineo natarum ex agmine poscunt:

v. 898 sq. Eutyches art. II 6 p. 475, 13 K.: 'Statius Achilleidos I (*ita codd.*, II *mutavit Keilius*) libro: Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt.'

879 brevior clipeus **P** | leviorque *Menkius* ‖ *vv. 881. 882 in* **G**² *contextu omm., sec. m. marg. additi sunt* ‖ 884 Peleaque **P** pelegia **G**² peleicaque **D** Peleia **PcM** *Leid.* Peleiaque *scripsi. Cf. de coalescentium vocalium apud Statium usu O. Muelleri quaestt. Statt. p. 13* ‖ 885 Hast **P** ‖ 889 Demittit **PG**² dimittit *Leid.* dimittit **PcM** Dimisit **H** | limina **PPcGH** ‖ 890 factis **P** fatis *ceteri* ‖ 891 Sicut erat nudis **P** ‖ 892 pavorem **P** timorem *ceteri* ‖ 893 Me dedit alma Thetis **PcG**²**M** Me dedit Thetis alma **P** Me Thetis alma dedit *Leid.* ‖ 895 *versus in* **G**² *contextu om., marg. sec. manu additus* | parentem **P** ‖ 898 Peleus te **AM** *Eutych.* Te Peleus **p**

II Dasne? an gens humilis tibi degeneresque videmur?
Non renuis. Iunge ergo manus et concipe foedus
Atque ignosce tuis. Tacito iam cognita furto
Deidamia mihi; quid enim his obstare lacertis,
Qua potuit nostras possessa repellere vires?
Me luere ista iube; pono arma et reddo Pelasgis
Et maneo. Quid triste fremis? quid lumina mutas?
Iam socer es' (natum ante pedes prostravit et addit:)
'Iamque avus; immitis quotiens iterabitur ensis,
Turba sumus.' Tunc et Danai per sacra fidemque
Hospitii blandusque precum compellat Ulixes
Ille, etsi carae comperta iniuria natae,
Et Thetidis mandata movent, prodique videtur
Depositum tam grande deae, tamen obvius ire
Tot metuit fatis Argivaque bella morari.
Fac velit: ipsam illic matrem sprevisset Achilles;
Nec tamen abnueret genero se iungere tali, —
Vincitur. Arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniae nec protinus amens
Credit et opposito genitorem placat Achille.
  Mittitur Haemoniam, magnis qui Pelea factis
Impleat et classem comitesque in proelia poscat.
Nec non et geminas regnator Scyrius alnos
Deducit genero viresque excusat Achivis.
Tunc epulis consumpta dies, tandemque retectum
Foedus, et intrepidos nox conscia iungit amantes.
  Illius ante oculos nova bella et Xanthus et Ide

901 Dasne? an gens humiles **P** Dasne age? an humilis **G²** Dasne? age an humiles **M** Dasne: ˉannō? humiles *Leid.* Dasne? an gens humilis *scripsi* ‖ 905 Qua **P** Quid **Pc** Qui **pG²** (*corr. ex* Quid) Que *Leid. in ras.* | repellereuir///**P** evadere flammas *ceteri* repellere vires *scripsi* ‖ 908 prostravit **P** proiecit *ceteri* ‖ 911 compellit **PD** ‖ 913 At Thetidis *Menkius* | videtur **PG²M** veretur **Pc** *edd.* veretur (al' videtur) *L eid* ‖ 914 ire *om.* **P** ‖ 916 Fac velut **P** ‖ 917 *Barthius versum spurium esse putabat* ‖ 919 ne protinus **P** ‖ 922 Inpleant **P** | poscant **P** ‖ 925 retectum **P** receptum *ceteri* ‖ 926 nox coniungit **P**

II Argolicaeque rates atque ipsas cogitat undas
Auroramque timet: cara cervice mariti
Fusa novi lacrimas iam solvit et occupat artus.
'Aspiciamne iterum meque hoc in pectore ponam,
Aeacide? rursusque tuos dignabere partus?
An tumidus Teucrosque lares et capta reportans
Pergama virgineae noles meminisse latebrae?
Quid precer, heu! timeamve prius? quidve anxia mandem,
Cui vix flere vacat? Modo te nox una deditque
Inviditque mihi! Thalamis haec tempora nostris?
Hicne est liber hymen? O dulcia furta dolique,
O timor! abripitur miserae permissus Achilles.
I (neque enim tantos ausim revocare paratus),
I cautus, nec vana Thetin timuisse memento,
I felix nosterque redi: nimis improba posco!
Iam te sperabunt lacrimis planctuque decorae
Troades optabuntque tuis dare colla catenis
Et patriam pensare toris; aut ipsa placebit
Tyndaris, incesta nimium laudata rapina.
Ast egomet primae puerilis fabula culpae
Narrabor famulis, aut dissimulata latebo.
Quin age, duc comitem; cur non ego Martia tecum
Signa feram? tu pensa manu Baccheaque mecum
Sacra, quod infelix non credet Troia, tulisti.
Attamen hunc, quem maesta mihi solatia linquis,
Hunc saltem sub corde tene et concede precanti
Hoc solum, pariat ne quid tibi barbara coniunx,

928 atque ipsas cogitat **P** atque haec iam cogitat **p** rates /////// iā cogitat **G²** atque iam cogitat **Pct** et iamiam cogitat **G** ast haec iam cogitat **D** ‖ 929 **t** *hoc loco desinit verbis:* Explicit expliceat | *Baehrensius ante v. 929 lacunam esse statuendam putat* ‖ 939 abripitur **ApL** arripitur **M** ‖ 942 nisi si improba *Barthius* ‖ 943 sperabunt **A** spectabunt **M** *cf. Mus. Rhen. XXX p. 634 sq.* ‖ 944 catenis **A** *Leid.* lacertis **M** ‖ 947 egomet **P** ego et **PcG²** *(litera m superscr. esse videtur)* ego quae **H** ego q̄. **G** ego ceu *Heinsius* ‖ 948 Narrabor, thalamis aut *Schraderus* ‖ 950 tu thyrsa manu **P**

II Ne qua det indignos Thetidi captiva nepotes.'
Talia dicentem non ipse inmotus Achilles
Solatur iuratque fidem iurataque fletu
Spondet, et ingentes famulas captumque reversus
Ilion et Phrygiae promittit munera gazae.
Inrita ventosae rapiebant verba procellae.

---

959 munera pugnae (*marg. add.* ◡ care) **P** ‖ *Post v. 960 in* **P** *haec leguntur*: Stati Achill. Lib. Primus Explicit Incipit Liber ‖ Legenti Vita Feliciter. *In cod. Leid. 136* K *verba exstant:* Statii ach. L. I. exp. incip. ‖ *(rec. m. corr. V). Eodem modo libri duo distinguuntur, nulla adiecta subscriptione, in* **PcG**^{2} *cod. Paris 11324 (Suppl. 499 saec. XII—XIII). Cf. Philol. XXXIV p. 475 sqq. Nonnulli codd. novicii versu 960 librum quartum finiunt.*

P. PAPINII STATII

ACHILLEIDOS

LIBER II.

II Exuit implicitum tenebris umentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorque coruscae
Lucis adhuc hebetem vicina nocte levabat
Et nondum excusso rorantem lampada ponto.
Et iam punicea nudatum pectora palla
Insignemque ipsis, quae prima invaserat, armis
Aeaciden (quippe aura vocat cognataque suadent
Aequora) prospectant cuncti iuvenemque ducemque
Nil ausi meminisse pavent; sic omnia visu
Mutatus rediit, ceu numquam Scyria passus
Litora Peliacoque rates escendat ab antro.
Tunc ex more deis (ita namque monebat Ulixes)
Aequoribusque Austrisque litat fluctuque sub ipso
Caeruleum regem tauro veneratur avumque
Nerea: vittata genetrix placata iuvenca est.
Hic spumante salo iaciens tumida exta profatur:
'Paruimus, genetrix, quamquam haut toleranda iubebas,
Paruimus nimium, bella ad Troiana ratesque

---

4 lampata **P** ‖ 5 nudatum **PG**^{2}**Ald.** nodatum **PcM** nudantem **G** ‖ 7 Aeacidem **PG**^{2} ‖ 9 meminisse palam **H** *cod. Gronovii* mutisse palam *Schraderus* meminisse parem *Baehrensius* ‖ 11 peliacoque rates excendat **P** peliaco raptusque ascendit **Pc** Peliaco raptus descendat ab antro **G**^{2}**M** discedat **G** descendit **H** Peliacoque rates escendat *scripsi cf. Philol. XXXIV p. 571* ‖ 13 Aequoribusque **A** Aequoreis **M** ‖ 15 est *om.* **P** ‖ 17 toleranda p////**P** iubebar (*corr. ex* iubebas) **G**^{2}

Argolicas quaesitus eo.' Sic orsus et alno
Insiluit penitusque noto stridente propinquis
Abripitur terris: et iam ardua ducere nubes
Incipit et longo Scyros discedere ponto.
Turre procul summa lacrimis comitata sororum
Commissumque tenens et habentem nomina Pyrrhum
Pendebat coniunx oculisque in carbasa fixis
Ibat et ipsa freto, et puppem iam sola videbat.
Ille quoque obliquos dilecta ad moenia vultus
Declinat viduamque domum gemitusque relictae
Cogitat: occultus sub corde renascitur ardor
Datque locum virtus. Sentit Laertius heros
Maerentem et placidis adgressus flectere dictis:
'Tene' inquit, 'magnae vastator debite Troiae,
Quem Danaae classes, quem divum oracula poscunt,
Erectumque manet reserato in limine bellum,
Callida femineo genetrix violavit amictu
Commisitque illis tam grandia furta latebris
Speravitque fidem? Nimis o suspensa nimisque
Mater! an haec tacita virtus torperet in umbra,
Quae vix audito litui clangore refugit
Et Thetin et comites et quos suppresserat ignes?
Nec nostrum est, quod in arma venis sequerisque precantes:

21 Arripitur **PGH** | ducere nubes **P** *ita scripsi coll. Verg. Ecl. 9, 49* cernere nubes **G²** (crescere) cernere nubes **Pc** crescere nubes *Leid.* **M** ‖ 22 et longo Scyros **PPc** et Scyros longo **GG²** *Leid.* et Scyros longe **M** | discedere **AG** decrescere *Leid.* **M** ‖ 24 Comissumque **P** Confessumque *ceteri* ‖ 25 Tendebat **G²** ‖ 26 freto **P** fretum **PcG²M** fretum et nubem iam sola videbat *Menkius*, sola *accusativum generis neutrius esse putans* | Ibat et ipsa freto, et puppem iam sola videbat *scripsi* ‖ 30 sentit **PH** sensit *ceteri* | 31 Haerentem **GHD** *Schraderus* ‖ 34 reserato in limite **P** reserato in limine **PcG²M** reserato limine *edd.* ‖ 35 violavit **P** *cf. I 511 Theb. I 149 sq.* velavit *ceteri* ‖ 36 ullis **G²** ‖ 37 nimis suspensa **P** nimio suspensa **G²** ‖ 38 tacita virtus **PPcGD** tanta virtus **G²** virtus tacita *edd.*

Venisses —' Dixit, quem talibus occupat heros
Aeacides: 'Longum resides exponere causas
Maternumque nefas; hoc excusabitur ense
Scyros et indecores, fatorum crimina, cultus.
Tu potius, dum lene fretum zephyroque fruuntur
Carbasa, quae Danais tanti primordia belli,
Ede: libet iustas hinc sumere protinus iras.'
Hic Ithacus paulum repetito longius orsu:
'Fertur in Hectorea (si talia credimus) Ida
Electus formae certamina solvere pastor
Sollicitas tenuisse deas, nec torva Minervae
Ora, nec aetherii sociam rectoris amico
Lumine, sed solam nimium vidisse Dionen.
Atque adeo lis illa tuis exorta sub antris
Concilio superum, dum Pelea dulce maritat
Pelion, et nostris iam tunc promitteris armis.
Ira quatit victas; petit exitialia iudex
Praemia: raptori faciles monstrantur Amyclae.
Ille Phrygas lucos, matris penetralia caedit
Turrigerae vetitasque solo procumbere pinus
Praecipitat, terrasque freto delatus Achaeas
Hospitis Atridae (pudet heu miseretque potentis
Europae!) spoliat thalamos, Helenaque superbus
Navigat et captos ad Pergama devehit Argos.
Inde dato passim varias rumore per urbes,
Undique inexciti sibi quisque et sponte coimus

v. 56 sq. Eutych. art. II 15 p. 483, 28 K.: 'Statius libro II Achilleidos: dum Pelea dulce maritat Pelion.'

42 Venisses dixit **P** Venisses ultro *ceteri* Venisses —' Dixit, *scripsi* Ipse venis'. Dixit *Baehrensius* ‖ 43 longum **P** longum est *ceteri* ‖ 44 *versus in* **GH** *post v. 45 invenitur* | entese **P** ‖ 46 zephyroque **P** zephyrisque *ceteri* | fruuntur **A** *Leid. sec. m.* **GHL** feruntur *Leid. pr. m. edd.* ‖ *versus 49—69 desunt in* **D** ‖ 49 repetitos **P** | ortu **P** | 50 Ida **P** *cf. Silv. I 2, 43 (ut emendaverat Schraderus)* ora *ceteri* ‖ 53 *versus* in **G²** *contextu om., sec. m. marg. adscriptus est* ‖ 58 Ira coquit *vel* Ira acuit *Heinsius*

Ultores: quis enim inlicitis genialia rumpi
Pacta dolis facilique trahi conubia raptu
Ceu pecus armentumve aut viles messis acervos
Perferat? haec etiam fortes iactura moveret.
Non tulit insidias divum imperiosus Agenor,
Mugitusque sacros et magno numine vectam
Quaesiit Europen aspernatusque Tonantem est
Ut generum. Raptam et Scythico de litore prolem
Non tulit Aeetes, ferroque et classe secutus
Semideos reges et ituram in sidera puppim.
Nos Phryga semivirum portus et litora circum
Argolica incesta volitantem puppe feremus?
Usque adeo nusquam arma et equi, fretaque invia Grais?
Quid si nunc aliquis patriis rapturus ab oris
Deidamian eat viduaque e sede revellat
Attonitam et magni clamantem nomen Achillis?'
Illius ad capulum rediit manus ac simul ingens
Impulit ora rubor: tacuit contentus Ulixes.
Excipit Oenides: 'Quin, o dignissima caeli
Progenies, ritusque tuos elementaque primae
Indolis et, valida mox accedente iuventa,
Quae solitus laudum tibi semina pandere Chiron,
Virtutisque aditus, quas membra augere per artes,
Quas animum, sociis multumque faventibus ede:
Sit pretium longas penitus quaesisse per undas
Scyron et his primum parmam ostendisse lacertis.'

70 vilis **P** | farris acervos *Schraderus* ‖ 71 haec etiam **AM** haec et non *Leid.* ‖ 75 Vi generum *Gronovius Barthius* | Rapta Scythico **P** | 77 itura **PG²** ‖ 79 Argolicae **P** ‖ 81 ab aris *coniecerunt Heinsius et Burmannus* ‖ 86 Excepit **P** ‖ 88 Idolis **P** | accendente **P** ‖ 91 edis **P** ‖ 93 his primum arma ostendisse lacertis **P** his primū arm////tendisse lacertis **G²** his primum arm//ostendisse lacertis **Pc** his primum armis tendisse lacertos *Leid.* his arma primum ostendisse lacertos **G** hiis armis primum tendisse lacertos **D** his armis primum intendisse lacertos **M** his primum parmam ostendisse lacertis *corr. Baehrensius* hos armis primum vestisse lacertos *coniecit Gronovius*

Quem pigeat sua facta loqui? tamen ille modeste
Incohat, ambiguus paulum propiorque coacto:
'Dicor et in teneris et adhuc reptantibus annis,
Thessalus ut rigido senior me monte recepit,
Non ullos ex more cibos hausisse, nec almis
Uberibus satiasse famem, sed spissa leonum
Viscera semianimesque lupae traxisse medullas.
Haec mihi prima Ceres, haec laeti munera Bacchi,
Sic dabat ille pater. Mox ire per invia secum
Lustra gradu maiore trahens visisque docebat
Adridere feris, nec fracta ruentibus undis
Saxa nec ad vastae trepidare silentia silvae.
Iam tunc arma manu, iam tunc cervice pharetrae,
Et ferri properatus amor durataque multo
Sole geluque cutis; tenero nec fluxa cubili
Membra, sed ingenti saxum commune magistro.
Vix mihi bissenos annorum torserat orbes
Vita rudis, volucres cum iam praevertere cervos
Et Lapithas cogebat equos praemissaque cursu
Tela sequi saepe ipse gradu me praepete Chiron.
Dum velox aetas, campis admissus agebat
Omnibus, exhaustumque vago per gramina passu
Laudabat gaudens atque in sua terga levabat.
Saepe etiam primo fluvii torpore iubebat
Ire super glaciemque levi non frangere planta.
Hoc puerile decus. Quid nunc tibi proelia dicam
Silvarum et saevo vacuos iam murmure saltus?
Numquam ille imbelles Ossaea per avia dammas

96 reptantibus **PPcG** *Gruterus* restantibus **G²** crescentibus **M** ‖ 98 Non ullos ex morecibos **PPcM** Nullos ex more cibos **G²** Non ullos habuisse cibos *Leid.* Non ullas ex more dapes *edd.* | hausisse **P** habuisse *ceteri* ‖ 100 semianimisque **P** | libens traxisse **G²PcG** *edd. vett.* ‖ 102 invia **P** avia *ceteri* via **G²** ‖ 106 arma **P** hasta *ceteri* ‖ 108 fluxa **A** *Leid. (in ras.)* **H** *edd. vett.* flexa **pD** laxa **G** ‖ 112 equos **P** *(ut corr. Barthius)* equo *ceteri* ‖ 116 terga **P** colla *ceteri* ‖ 118 supra **P** ‖ 120 saevo vacuos **AGH** vacuos saevo *edd.* ‖ 121 damas **P** lynces *ceteri*

Sectari, aut timidas passus me cuspide lyncas
Sternere, sed tristes turbare cubilibus ursos
Fulmineosque sues, et sicubi maxima tigris
Aut seducta iugis fetae spelunca leaenae.
Ipse sedens vasto facta exspectabat in antro,
Si sparsus magno remearem sanguine; nec me
Ante nisi inspectis admisit ad oscula telis.
Iamque et ad ensiferos vicina pube tumultus
Aptabar, nec me ulla feri Mavortis imago
Praeteriit. Didici, quo Paeones arma rotatu,
Quo Macetae sua gesa citent, quo turbine contum
Sauromates falcemque Getes arcumque Gelonus
Tenderet, et flexae Balearicus actor habenae
Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu
Inclusumque suo distingueret aera gyro.
Vix memorem cunctos, etsi bene gessimus, actus.
Nunc docet ingentes saltu me iungere fossas,
Nunc caput aerii scandentem prendere montis,
Quo fugitur per plana gradu, simulacraque pugnae
Excipere immissos curvato umbone molares,
Ardentesque intrare casas peditemque volantes
Sistere quadriiugos. Memini, rapidissimus ibat
Imbribus adsiduis pastus nivibusque solutis
Spercheos vivasque trabes et saxa ferebat:

---

122 lincas **P** dammas **PcG²** damas **M** ‖ 123 ursos **P** ursas *ceteri* ‖ 129 Iamque et ensiferos **P** Iamque ad ensiferos **PcG²M** ‖ 132 contum **AGL** *(ut scribendum censuerant Maturantius Britannicus Bentleius)* caestum **D** *edd. ante Queckium* contum *vel* restim *Lipsius* cestrum *Scaliger* ‖ 133 arcumque Getes falcemque Gelonus *Barthius* ‖ 134 textae *Menkius* ‖ 135 vulnera tractu **M** ‖ 136 Inclusumque suo distingueret **P** *Paris. 11324* Inclusum quotiens discingeret **PcG²** Inclusum quotiens distingueret **GH** Inclusum quoties distringeret *edd.* ‖ 137 bene **P** modo *ceteri* ‖ 138 ingentes **P** ingenti *ceteri* | me vincere *Schraderus* ‖ 139 pendentem scandere *Heinsius* ‖ 141 scutato umbone **P** ‖ 142 Ardentesque errare **P** ‖ 145 vivasque trabes **P** vulsasque trabes **PcG²M** avulsasque **H**

Cum me ille immissum, qua saevior impetus undae,
Stare iubet contra tumidosque repellere fluctus,
Quos vix ipse gradu totiens obstante tulisset.
Stabam equidem, sed me referebat concitus amnis
Et latae caligo fugae: ferus ille minari
Desuper incumbens verbisque urgere pudorem.
Nec nisi iussus abi: sic me sublimis agebat
Gloria, nec duri tanto sub teste labores.
Nam procul Oebalios in nubila condere discos
Et liquidam nodare Palen et spargere caestus,
Ludus erat requiesque mihi; nec maior in istis
Sudor, Apollineo quam fila sonantia plectro
Cum quaterem priscosque virum mirarer honores.
Quin etiam sucos atque auxiliantia morbis
Gramina, quo nimius staret medicamine sanguis,
Quid faciat somnos, quid hiantia vulnera claudat,
Quae ferro cohibenda lues, quae cederet herbis,
Edocuit, monitusque sacrae sub pectore fixit
Iustitiae, qua Peliacis dare iura verenda
Gentibus atque suos solitus placare biformes.
Hactenus annorum, comites, elementa meorum
Et memini et meminisse iuvat: scit cetera mater.'

---

149 sed me **P** nec me *ceteri* ‖ *versus 150 sqq. in* **Pc** *al. m. adiecti sunt.* | 150 fugae **P** viae *ceteri* | nec me referebat c. a., Set l. c. viae *Baehrensius* ‖ 152 abi **G²G** abii **PPcpD** | alebat *Baehrensius* ‖ 153 tantos **P** ‖ 155 nodare **P** *Gronov.* nudare **PcG²** *Leid.* **Mm** *olim scripseram Mus. Rhen. XXX p. 635 sq. coll. Verg. Aen. III 281 Ge. II 531* | 158 modularer honores *Baehrensius* ‖ 161 vulnera ducat *Heinsius* ‖ 165 placare **PM** pacare **G² Pc** | biformes **PG²GH** bimembres **Pcp** *edd.* verendos **D** ‖ 167 EXPLICIT **G²** *In* **P** *nulla exstat subscriptio* ЄXPLĪC LĪB STaCĪI *Leid. Post hunc versum permulti libri novicii (plurimi Mus. Britannici, cod. Gronovii 87 (olim Rottendorfianus), Erford. Ratisb. Dresd. apud Queckium) verba spuria praebent:* 'Aura silet, puppis currens ad litora venit', *quae in* **D** *versui 167 anteponuntur; iam pridem a viris doctis expuncta sunt.*

Addenda et Corrigenda.

pag. 6 vs. 72 *scribe:* puppes, *pro* puppes
„ 7 „ 102 *adn.* „ Spercheos *pro* Sperchos
„ 29 „ 649 *adn.* „ solatur *pro* soIatur
„ 39 „ 900 *adn. adde: vers. 900 in* t *deest*
„ 42 „ 960 *adn. scribe: Eodem modo libri duo distinguuntur in edit. Veneta a. 1508, atque nulla adiecta etc.*

P. PAPINIUS STATIUS.

VOL. II.

ACHILLEIS ET THEBAIS.

RECENSUIT

PHILIPPUS KOHLMANN.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXIV.

P. PAPINII STATII
ACHILLEIS ET THEBAIS.

RECENSUIT

PHILIPPUS KOHLMANN.

FASC. II.

THEBAIS.

CUM INDICE NOMINUM.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXXXIV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

MEMORIAE

OTTONIS JAHNII

SACRUM.

Editoris praefatio.

De universa novae huius Statii editionis ratione, quid mihi in ea conficienda proposuerim atque ut a viris doctis probaretur effecisse voluerim, cum iam satis verba fecisse mihi videar in praefatione Achilleidi praemissa, quam ante quinque annos promulgavi, nunc satis habui breviter exponere, quibus auxiliis adiutus me ad hanc novam Thebaidos recensionem perficiendam accinxerim. Quod quidem eo libentius feci, cum fasciculo huius voluminis priore, qui Achilleida comprehendit, emisso permulti viri doctissimi, quorum iudicium in his rebus plurimi aestimandum est, amicissime me adhortati sint, ut opus eadem qua incepissem ratione continuarem. Quo etiam factum est, ut desinerem dubitare toti volumini nomen viri illius inlustrissimi ac mihi semper gratissimo animo colendi praeponere, quo adhortatore equidem cum anno MDCCCLXVI Parisios me conferrem impulsus sum, ut pro viribus meis ad perscrutandos bibliothecae tunc imperialis codices ad Statium eiusque scholiasten pertinentes aggrederer.

Quod de Achilleide (praef. p. VIII) pronunciare debui, me viam ingressum nondum patefactam atque apertam nova conatum esse fundamenta iacere ac munire, id in Thebaide recensenda de sex posterioribus tantum libris dicere possum, cum sex priores iam

anno MDCCCLXX ab Ottone Muellero, viro de studiis Statianis provehendis bene merito, in lucem prolati sint apparatu critico instructi uberrimo. Ut in illis recensendis et emendandis mea instituta tenere et pergere iter coeptum studui, sic in his edendis non dubitandum esse putavi, partem aliquam apparatus critici in meam editionem transumere, ita tamen ut semper me mei iudicii fuisse sperem. In ea potissimum re cum Muellero plane consentio, quod item de Achilleide demonstrasse mihi videor, quotquot adhuc innotuerint codices Thebaidos, omnes fluxisse ex duplici origine. Quod iam ante Muellerum videram; nam Parisiis moratus et Puteaneum (**P**), principem optimi generis codicem, contuli et duos codices alterius recensionis exempla optima praebentes inveni, quibus nemo umquam ad id tempus usus erat. Quorum alterum, Parisinum 10317 ($\mathbf{P}^c$), quo certiorem ducem ad Achilleida recensendam cognoui, eo magis doleo tempus mihi non suffecisse, ut ad Thebaida quoque conferrem, nisi quod permultis locis inspicere potui.[1]) Alter codex est Paris. 13046, a me littera **S** insignitus, de quo infra dicendum erit.

Duas Thebaidos recensiones iam ante scholiastae tempora extitisse constat: ex ipsis scholiis sescentis locis apparet. Alterius eiusque optimae effigiem expressam praebet codex Puteaneus (**P**) omnium quotquot adhuc excussi sunt excellentissimus; quod in Thebaide magis etiam cerni potest quam in Achilleide. Nam sicut in illa $\mathbf{G}^2$ et $\mathbf{P}^c$ arte cum **P** coniunctos optimo generi codicum attribuendos esse demonstravi, ita in hac nullus est codex qui Puteanei consimilis

1) Recte me hunc codicem saeculo X° attribuisse certissimus auctor mihi extitit Leopoldus Delisle, qui id quoque liberalissime per litteras mecum communicavit, se in collectione illa Libri Londiniis adservata codicem Thebaidos invenisse saeculi X^1 vel XI^1 nondum excussum.

appellari possit, quod qui partem aliquam apparatus critici perlustraverit facile intelleget. Alterius recensionis testes optimi putandi sunt: San Germanensis (**S**) Gudianus 54 ($\mathbf{G}^2$) Bambergensis (**B**). Sequitur deinde copia codicum, qui mixti quod dicunt generis sunt. De codicibus post saec. duodecimum exaratis vix aliquid dicendum est.

Ac de Puteaneo (Paris. 8051 **P**) quidem in praef. ad Achilleida p. IX dixi. Optimum hunc librum olim diu in monasterio Corbeiensi fuisse, non novo illo ad Visurgim sito, sed vetere ad Samaram condito a°. DCLVII, nuperrime demonstravit Otto Muellerus in libello qui inscribitur 'Electa Statiana' Berol. 1882 p. 12. Quae res apparet e subscriptione libri: 'Lib. s[ancti Petri]'. Litteras uncis inclusas, quae quamvis exstinctae sint dilucide possint cerni, a Claudio Puteano ipso erasas esse non immerito coniecit Muellerus, cum constet, Statii exemplar cum aliis codicibus e bibliotheca Corbeiensi tum expilata eum sibi assumpsisse. Puteaneum, quippe quem multo optimum omnium ceterorum codicum et certissimum auctorem esse nemo erit qui neget, maxima cum diligentia ita secutus sum, ut eis tantum locis ab eo discederem, quibus aut indicia manus interpolatricis aut errores librarii manifesti apparerent.

Alterius recensionis exempla mihi praesto fuerunt optima tria: **S** $\mathbf{G}^2$ **B**.

Cod. Parisinus 13046 (San Germanensis 1170) **S** membranaceus saec. X° exaratus, forma quam vocant quartanaria, continet foll. 117 solam Thebaida cum glossis spisse adscriptis. Librum ab una manu scriptum, ab altera correctum, in initio et in fine non plane integrum, ipse una cum Puteaneo contuli.

Codex Gudianus **54** $\mathbf{G}^2$ membran. forma maxima, saec. X^1 vel XI^1 ineuntis (cf. praef. ad Achill. p. X), continet Thebaida et Achilleida. Desunt et toti nonnulli

quaterniones et singula folia, ut interierint hae Thebaidos partes: I 1—388, IV 833—843, VIII 127 — IX 230, IX 454—903. Scholia quae in margine (ut in B et P^c) inveniuntur permulta pulcherrime scripta, ad emendanda Lactantii verba multum adlatura esse spero. In fol. 145^a leguntur haec: EXPLICIT LIB. XII. THEBAIDOS INCIPIT P. PAPINI STATII ACHILLEIDOS LIB. I. Codicem in bibliotheca publica Bremensi, quo Bulthauptius liberalissime eum transmittendum curaverat, ipse contuli.

Codex Bambergensis N IV 11 B membran. saec. XI^1 primum a Muellero quantum scio adhibitus et certus integerque alterius recensionis testis non immerito iudicatus est. Continet foll. 93 solam Thebaida cum scholiis permultis in margine scriptis, quae quidem magnam partem paene exstincta difficillima ad legendum sunt. Folia 1^a 22^b 23^a 91 liquore quodam ita perfusa sunt, ut verba poetae paene omnino delerentur. Desunt in hoc libro versus IV 270. 386, VII 296—383, IX 53. 187. 378, XI 459. Codicem ad libros sex posteriores ipse contuli, in sex prioribus lectionibus a Muellero prolatis usus sum. Initio libri legitur inscriptio: INEP. LIB. I. STATII. PAPINII. SVRSVLI. THEBAIDOS; in fine totius carminis leguntur haec: P. PAPINI. STATI THEBAIDOS LIBER XII. EXPLICIT.

Optimis his codicibus adiungendi sunt ceteri alterius generis libri manuscripti, quorum lectiones ubicumque inter se congruunt littera M significavi. Sunt autem hi:

Cod. Roffensis (Mus. Brit. 15 CX) r saec. X° exaratus continet Thebaida. Eum iam Bentleius cum quattuor aliis codicibus ad Thebaida contulerat et littera ϑ insignierat, ut docemur eis quae vir ille clarissimus exemplari editionis Gevartianae nunc in Museo Britannico conservato scripta reliquit. (Cf. infra p. XIV. M. Hauptius Acta academ. Berol. anni 1861 p. 1079). Conlationem ad sex libros priores Thebaidos a se anno 1864 factam Godofredus Kinkelius Tigurinus summa cum liberalitate mihi permisit. De nonnullis locis librorum posteriorum difficilioribus E. M. Thompsonius Londiniensis, vir summae eruditionis atque humanitatis, libentissime me edocuit.

Cod. Bernensis 156 b membranaceus saec. XI^1 4° obl., qui fuit olim Petri Danielis Aurelianensis 1564 (cf. H. Hageni catal. codd. Bernens. p. 230), continet foll. 95 Thebaida et Achilleida. Cuius libri varias lectiones cum Hermannus Hagenus iam Ottoni Muellero transmisisset, quarum ille eam partem, quae ad sex libros priores pertinet, in Addendis editionis suae p. 284 sqq. exscripsit, satis habui a viro doctissimo et liberalissimo petere, ut me de lectionibus librorum posteriorum dubium certiorem faceret; quod quidem humanissime mihi praebuit.

Cod. Gronovii 70 (Nr. 374 apud Geelium) olim Berneggeri g membran. saec. XI^1 214 foll. 4°, pulcherrime scriptus nec tamen una eademque manu, continet Thebaida cum scholiis in margine adscriptis. Inscripsit aliquis, fortasse Berneggerus, ligamento: 'Nobiliss. Ioan. Ludovicus Peyerus Scaphusianus hoc bibliothecae Herbipolitanae spolium dono misit Matthiae Berneggero. 1635.' Codex non parvi momenti habendus est et cuius scholia videntur digna, quae accuratius perlustrentur. Desunt libri II versus 367—458. Citat Gronovius 'codicem optimum, quem a v. cl. Berneggero utendum acceperit' ad Theb. X 166 (171) XI 429. 567 II 551 VIII 226. Librum ipse contuli.

Cod. Cassellanus (olim Hasungensis) c, cuius lectiones una cum commentario publici iuris fecit C. F. Weberus progr. univers. Marburg. 1853. Liber exaratus initio saec. XI^1 (anno MX auctore Webero)

et coenobio Hasungensi donatus ab Aribone Norico, archiepiscopo Moguntino († 1031), constat foliis membraneis formae maioris 162 et diligentissime ita scriptus est, ut in quavis pagina lineis distributa versus triceni legantur. Manus correctrix eius qui codicem transscripsit raro apparet, saepius alterius et hic illic tertii qui errores emendaverunt. Continet autem contextum Thebaidos integrum et in margine ab eadem manu scriptam particulam commentarii Lactantiani in Thebaida I 696 — II 93.

De cod. Parisino 8052 **p**, Leidensi (Bibl. Publ. Lat. XVIII 136 K), Gudiano 52 **G**, Helmstadiensi 319 b **H** cum iam accuratius exposuerim in praef. ad Achill. p. X. XII, nunc satis habeo confirmare, mihi horum quos nominavi codicum lectiones ad Thebaida quoque praesto fuisse.. Accessit cod. Taurinensis **T**, incertae aetatis, cuius varias lectiones diligenter descripsit F. A. Menkius ex Burmanni Secundi exemplo editionis Lindenbrogianae (quod nunc in bibliotheca academ. Gotting. adservatur), qui eas ex editione Gronoviana, ad cuius marginem notatae fuerant a Dorvillio, transtulerat cum Cassellani codicis varietate ad exemplar illud Tiliobrogianum.

Enumeratis codicibus, quorum lectionibus ut vel integris vel maximam partem uterer mihi contigit, venio nunc ad eos quos sive ad singulos tantum libros Thebaidos sive ad loca aliquot difficiliora adhibere potui. Sunt autem hi:

Cod. Monacensis 6396 (olim Frisingensis 196) **f** saec. X[1], qui Thebaida cum scholiis Lactantii continet. Usus sum hic illic conlatione a Muellero editioni suae inserta.

Codices Behottiani (Beh. 1. 2) incertae aetatis, quorum varias lectiones in XII Thebaidos libros V. Cl. Georgio Turgotio Harcuriani Sodalitii provisori Adrianus Behottius misit et editioni Tiliobrogianae adtexendos curavit (Cf. Append. ed. Lindenbr. p. 513 —536). Utriusque codicis lectiones cum plerumque a Behottio inter se non distinguantur, his locis signum Beh. posui, ubicumque vero lectio unius alteriusve expresse notatur, litteris Beh. 1 vel 2, ubi consentiunt Behh. usus sum. In altero libro eodemque vetustissimo totus liber primus librique secundi initium desiderabatur.

Cod. Pragensis 2 (Bibl. univers. VIII. H. 31) saec. XI—XII[1], a compluribus manibus exaratus, continet Thebaida inde a libri primi v. 513 usque ad v. 635 libri duodecimi. Hunc codicem duosque alios primum ad lucem protulit Ioannes Kellius in libello qui inscribitur: 'die Klassischen Handschriften in Prager Bibliotheken, Prag 1872' p. 22 sqq. Duo illi sunt cod. Prag. 1 (bibl. univers. VIII. H. 11) saec. XII[1] et cod. Prag. 3 (bibl. capit. cathedr. M. 124) saec. XIII[1], quos ad libri tertii quadringentos versus Kellius cum editione Muelleri contulit et varietatem lectionum publici iuris fecit. Hi tres codd. artissime inter se coniuncti, ut ex eodem fonte derivatos esse verisimile sit, maxime congruunt e codicibus ceteris cum **f**. Quorum cum Prag. 2 multo optimus videretur, per litteras Kellium adii, ut me de eius lectionibus accuratius certiorem faceret; quod mihi petenti vir summae doctrinae atque humanitatis liberalissime praebuit, adiunctis etiam excerptis nonnullis ex duobus reliquis codicibus.

Cod. Parisinus 8055 olim Colbertinus (Colb.) membran. continet cum alia tum pag. 1—140 Thebaida manu saec. XIII[1] exaratam cum scholiis et glossis adscriptis. Ipse, cum Parisiis morarer, adhibui.

Cod. Rehdigeranus (bibl. urb. Vratisl. 125) **R** saec. XIV[1], quem qui ante Thomam Rehdigerum possidebat in Italia a Petro Florentino bibliopola Ur-

binati emerat. Lacunam quae fuerat in libro VIII inde a v. 157 usque ad v. 682 manus Itala saec. XV[i] explevit et folia octo inseruit. Desunt in codice libri sexti vv. 575—706. Lectiones eius benignissime mecum communicavit Markgrafius, praefectus bibliothecae urbanae Vratislaviensis.

Quattuor codicum Cantabrigiensium, quos praeter Roffensem, de quo supra dixi, contulerat Bentleius, lectionibus usus sum, quoad ex eis quae Hauptius et Muellerus adnotaverunt fieri poterat. Vir summi ingenii de libris illis manuscriptis ipse in folio editioni Gevartianae a se adhibitae praefixo (quod exemplar in Museo Britannico extat) haec scripsit: 'Variae lectiones ad Thebaida sine litera ex vetere codice in Pergameno qui est Collegii S[ti] Petri Cantabrigiae [π]. Litera φ notat varias lectiones ad partem 8[vi] et 9[ni] libri et 10 ex fragmento MS. ibidem. Litera γ notat codicem ex bibliotheca publica Cantabrigiae in folio. Litera δ codicem ex bibliotheca Coll. Emanuelis Cantabrigiae. Litera ϑ notat codicem ex Bibliotheca Regia annorum DCC [r].'

Codices octo olim Palatinos, qui postea cum praeda cetera belli triginta annorum Romam sunt delati, adhibuit Ianus Gruterus, cum inde ab a. 1602 usque ad a. 1622 praefectus bibliothecae Palatinae esset. Quod sibi ipse proposuerat, carmina Statii edere, non est exsecutus; scripsit vero codicibus illis adhibitis 'Suspiciones ad Statii Thebaida' nec tamen absolvit. Testis est F. Handius, qui constituerat commentationes Gruteri per aliquot libellos cum eis communicare, qui his studiis operam darent. At suspiciones in librum primum tantum edidit in progr. academ. Ienens. 1851; plura promulgare morte prohibitus est.

Neque neglexi lectiones codicum a Lindenbrogio praeter Puteaneum in editione Parisiis 1600 emissa

commemoratorum, qui ei suppeditati erant a Paulo Petavio (Pet.) Petro Daniele (Dan.) amicis Aurelianensibus; attamen dolendum est virum doctissimum, sicut erat mos eius aetatis, non satis accurate sigla quibus utebatur codicum singulorum distinxisse. Hisce insuper accesserat Nic. Fabri liber, quem ipsemet ad exemplar vetustum emendaverat. Exemplari manu Lindenbrogii ipsius correcto, quod nunc servatur in bibliotheca Hamburgensi, cum liberalissime huc a M. Islero mihi transmissum esset, ut ipse uti possem factum est.

Quattuor, quibus usus est Bernartius in editione Antverpiae 1595 promulgata, codicum Buslidiani Langiani Laurentiani Lipsiani lectiones ubicumque vel inter se vel cum aliis peioris notae congruunt, signo **m** usus sum (cf. praef. ad Achill. p. XIII).

Accedunt reliquiae quaedam codicum deperditorum, quae paulatim a viris doctis in lucem prolatae sunt. Et fragmentum codicis membran., prout ipse coniecit, saec. X[i] continens Theb. V 114—193. 674—753 VI 274—351 Ludovicus Trossius publici iuris fecit in Bibl. critic. Hildes. 1820 T. I fasc. 5 p. 389 sqq. Littera **t** insignivi. Quattuor folia cod. Dusseldorfensis (fortasse olim Werdensis) membran. saec. X—XI[i] (**d**) inventa et edita a Schmitzio et Crecelio (Mus. Rhen. XXI p. 438 sqq. XXXII p. 632 sqq.) continent Theb. IX 235—304. 726—791. 865—907. Sex folia codicis membran. saec. XII[i] incertae originis, quae nunc latent, olim habuit eorumque lectiones palam fecit F. Deycks in progr. Monasteriensi 1865 (**D**). Continebant Theb. III 334—473. 693—719 IV 1—18. 26—55. 63—90. 379—407. 415—442. 451—477. 486—512. 725—843.

Haec fere habui, quae dicerem de codicibus sive a me ipso sive aliorum opera conlatis. Quibus ex-

positis nunc memoranda esse mihi videntur ea adiumenta, quae huic editioni e schedis virorum doctissimorum et nostrae aetatis et priorum saeculorum exorta sunt. Minorem quam speraveram fructum percepi ex Bernartianae editionis exemplo, quod nunc in bibl. Gottingensi servatur (8. cod. philol. 146), in cuius margine pauca adnotavit emendavit explicavit ad Thebaida I. I. Scaliger.[2]) Plura decerpsi ex Hugonis Grotii exemplari editionis Tiliobrogianae in bibl. Leidensi servato (Nr. 759 D 8). Grotium, vel ut populares appellare solent τὸν μεγάλα, Statium plurimi aestimasse constat; ipse enim in epistula ad I. F. Gronovium (Lutetiae 10 decemb. 1637) 'Papinium' inquit, 'vir doctissime, magni feci semper, ut qui Virgilio omnigena eruditione haud multum cedat, spiritu autem poetico certe quibusdam in partibus, si per criticos dicere liceat, dubiam ei faciat palmam'. Eiusdem viri inlustrissimi emendationes inveniuntur in exemplari editionis Tiliobrogianae Heidelbergensi, quod ne neglegerem cum a Godofredo Kinkelio amicissime admonitus essem, liberalitate Zangemeisteri factum est, ut liber huc mihi transmitteretur. Fuit ille quondam Casperii Gevartii, qui et ipse multas emendationes in margine inscripsit suam editionem parans; scripseritne ille Grotii quoque coniecturas, quibus nomen auctoris additum est, an Grotius ipse, disceptare nequeo. Postea liber I. G. Graevii factus est. Excerptis Nic. Heinsii et Ioannis Peyraredi, quae in bibl. Berolinensi servantur (Ms. Diez. B. Sant. 81 et 117) ut hic uti possem, liberalitate Lepsii viri clarissimi mihi concessum est. De codice Anglicano quem Heinsius saepissime citat certi aliquid dici non potest, cum vir doctissimus nihil de eo adnotaverit.

2) Ad Silvas cod. Senensem contulit, de quo vid. quae adnotavit Handius in praef. ad Silvas p. XXII.

Maiorem fructum praebuerunt emendationes luculentissimae et Richardi Bentlei, quae leguntur in illo Musei Britannici exemplo, de quo supra (p. XIV) dixi, et Ioannis Schraderi ex legato Santeni (MS. Diez. B. Sant. 47) a M. Hauptio l. l. p. 1081 sqq. primum ad lucem prolatae, quas omnes in apparatum criticum, in textum non paucas recipere non dubitavi.

Nec mihi defuit exemplar illud editionis Bipontinae, in cuius margine manus Caroli Lachmanni viri summi ingenii et doctrinae inde ab a. 1811 emendationum et coniecturarum copiam inscripsit.[3]) Muellerus primus hunc eruditionis thesaurum ut ita dicam invenit et ad sex libros priores publici iuris fecit. Quae in illo exemplari adnotata leguntur ut omnia domi depingere possem, concessit mihi humanitas Ernesti Curtii; servatur enim liber in apparatu archaeologico universitatis litterarum Berolinensis.

Denique ad totam Thebaida recensendam mihi adfuerunt schedae F. A. Menkii (cf. praef. ad Achill. p. XIV sq.), ex quibus cum conlationes codicum Gudiani 52 Helmstadiensis Taurinensis, quas vir doctissimus ipse summa cum diligentia confecit, et emendationes Scriverii Heinsii Burmanni, quas ex exemplaribus Gottingensibus descripsit, tum non paucas easque acutissimas ipsius coniecturas repetii. Quod ut commode perficere potuerim, debeo liberalitati Barackii, summi bibl. Argentoratensis praefecti.

Restat nunc ut eis viris doctissimis eruditissimisque, qui mihi in hac editione perficienda adfuerunt suaque opera me adiuverunt, gratias agam quam maximas. Quos cum in eis quae supra dixi plerosque iam memoraverim, hoc loco imprimis mihi nominandus est

3) Scripsit etiam in libello academ. Gottingensi 1815 p. 11 sqq. de aliquot locis Thebaidos emendandis (= scripta minora II 1876 p. 47 sqq.).

Aemilius Baehrensius Groningensis, quippe qui cum pridem viro de studiis poetarum Latinorum provehendis meritissimo progressus huius meae editionis curae fuerit non solum onus molestissimum susceperit plagularum mecum corrigendarum sed etiam inter corrigendum pro suo ingenio permultas emendationes vel coniecturas acutissimas mecum communicaverit, quarum non paucas in textum recipere non dubitavi. Nec exiguum fructum percepi ex emendationibus et explicationibus ad Statium scriptis ab Henrico Koestlino Hamburgensi, quos et in voll. Philologi XXXV XXXVI XXXVII publici iuris fecit et per litteras amicissime mihi transmisit. Codicibus autem procurandis et transmittendis me sibi devinxerunt prae ceteris du Rieu Leidensis, vir decus omnium bibliothecariorum appellandus, et praefectus bibliothecae Bambergensis.

Quod indicem nominum accuratissimum ad universa Statii carmina pertinentem adiciendum curavi, spero fore ut a viris doctis comprobetur, eoque magis doleo conlegam dilectissimum, qui hoc opusculum summo studio ac diligentia perfecit, nomen suum indicari vetuisse.

Haec de universa huius editionis ratione dicenda habui.

Scribebam Emdae mense Aprili a. 1884.

Philippus Kohlmann.

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER I.

Fraternas acies alternaque regna profanis
Decertata odiis sontesque evolvere Thebas,
Pierius menti calor incidit. Unde iubetis
Ire, deae? Gentisne canam primordia dirae,
Sidonios raptus et inexorabile pactum
Legis Agenoreae scrutantemque aequora Cadmum?
Longa retro series, trepidum si Martis operti
Agricolam infandis condentem proelia sulcis
Expediam penitusque sequar, quo carmine muris
Iusserit Amphion Tyrios accedere montes,
Unde graves irae cognata in moenia Baccho,
Quod saevae Iunonis opus, cui sumpserit arcus
Infelix Athamas, cur non expaverit ingens
Ionium socio casura Palaemone mater;

---

v. 1. 'Fraternas — regna' Serv. ad Aen. I in. — 9 sq. 'quo — montes' Acron ad Horat. carm. III 11, 1.

STATII POETAE LIBER THEBAID. PRIMVS INCIPIT ·:· P ‖ 1—388 *desunt in* G², 1—512 *desunt in Prag.*²; *totus liber primus librique secundi initium in altero cod. vetustissimo Adriani Behottii desiderabatur* ‖ 5 raptos (u *supra* o) P ‖ 10 Tyriis *Gronovius, sed cf. IX 406 XII 693*

Atque adeo iam nunc gemitus et prospera Cadmi
Praeteriisse sinam: limen mihi carminis esto
Oedipodae confusa domus! Quando Itala nondum
Signa nec Arctoos ausim spirare triumphos
Bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Histrum
Et coniurato deiectos vertice Dacos
Aut defensa prius vix pubescentibus annis
Bella Iovis. Tuque, o Latiae decus addite famae,
Quem nova mature subeuntem exorsa parentis
Aeternum sibi Roma cupit (licet artior omnes
Limes agat stellas et te plaga lucida caeli,
Pleiadum Boreaeque et hiulci fulminis expers,
Sollicitet, licet ignipedum frenator equorum
Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter aequa
Parte poli), maneas hominum contentus habenis,
Undarum terraeque potens, et sidera dones.
Tempus erit, cum Pierio tua fortior oestro
Facta canam: nunc tendo chelyn satis arma referre
Aonia et geminis sceptrum exitiale tyrannis
Nec furiis post fata modum flammasque rebelles
Seditione rogi tumulisque carentia regum
Funera et egestas alternis mortibus urbes,
Caerula cum rubuit Lernaeo sanguine Dirce

28 sq. 'Ipse — imprimat' Mythogr. Vatic. III 8, 10 p. 205 B. — 36 sq. 'tumulisque — funera' schol. Theb. IV 641 p. 151 L. — 38. 'caerula — Dirce' Acron ad Horat. carm. IV 2, 25.

16 limes *codd.*, *corr. Baehrensius* ‖ 18 spirare *N. Heinsius* sperare **PBM** ‖ 21 vi// **P** ‖ 22 Templa *Grotius* | Iovi *Lachmannus* | t[u]eque **P** [te] ~~tu~~que **S** tuque **BM**; tuque ut *Lachmannus* ‖ 23 maturi *codd.*, *corr. Lachmannus* ‖ 24 [omnes] illas **P** ‖ 28 late *Schraderus* ‖ 29 ac magni *Baehrensius* ‖ 32 pierio (*suprascr.* l. laurigero) **P** *Colb. Pal.*[1] *schol.* laurigero **BM** ‖ 33 tento *Gronovius* | caelin **P** | *interpunctionem corr. Bentleius*

Et Thetis arentes adsuetum stringere ripas
Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.
Quem prius heroum, Clio, dabis? inmodicum irae
Tydea? laurigeri subitos an vatis hiatus?
Urget et hostilem propellens caedibus amnem
Turbidus Hippomedon, plorandaque bella protervi
Arcados atque alio Capaneus horrore canendus.
Impia iam merita scrutatus lumina dextra
Merserat aeterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes longaque animam sub morte tenebat.
Illum indulgentem tenebris imaeque recessu
Sedis inaspectos caelo radiisque penates
Servantem tamen adsiduis circumvolat alis
Saeva dies animi, scelerumque in pectore Dirae.
Tunc vacuos orbes, crudum ac miserabile vitae
Supplicium, ostentat caelo manibusque cruentis
Pulsat inane solum saevaque ita voce precatur:
'Di, sontes animas angustaque Tartara poenis
Qui regitis, tuque umbrifero Styx livida fundo,
Quam video, multumque mihi consueta vocari
Adnue, Tisiphone, perversaque vota secunda:
Si bene quid merui, si me de matre cadentem
Fovisti gremio et traiectum vulnere plantas
Firmasti, si stagna peti Cirrhaea bicorni
Interfusa iugo, possem cum degere falso

45. 'atque — canendus' schol. Theb. VIII 374 p. 290 L. — 48. 'longaque — nocte trahebat' schol. Theb. XI 582 p. 394 L. — 60. 'si — merui' schol. Theb. I 56 p. 5 L. — 62. 'si — bicorni' schol. Theb. VII 347 p. 255 L.

39 Tethys et *Lachmannus* ‖ 45 alto *Friesemannus* (*Collectan. critic. p. 204 sq.*) ‖ 48 Oedippodes **P** | sub morte **P** sub nocte **BM** | trahebat **p** *schol.* ‖ 52 lues animi sc. i. p. curae *Friesemannus* | saliuntque i. p. dirae *O. Muellerus* (*El. Stat. p. 15*) pelluntque *Baehrensius* ‖ 55 Palpat *ead. m. corr. in* Pulsat **P**

Contentus Polybo, trifidaeque in Phocidos arto
Longaevum implicui regem secuique trementis
Ora senis, dum quaero patrem, si Sphingos iniquae
Callidus ambages te praemonstrante resolvi,
Si dulces furias et lamentabile matris
Conubium gavisus ini noctemque nefandam
Saepe tuli natosque tibi, scis ipsa, paravi,
Mox avidus poenae digitis caedentibus ultro
Incubui miseraque oculos in matre reliqui:
Exaudi, si digna precor quaeque ipsa furenti
Subiceres. Orbum visu regnisque carentem
Non regere aut dictis maerentem flectere adorti,
Quos genui quocumque toro; quin ecce superbi
(Pro dolor!) et nostro iamdudum funere reges
Insultant tenebris gemitusque odere paternos.
Hisne etiam funestus ego? et videt ista deorum
Ignavus genitor? Tu saltem debita vindex
Huc ades et totos in poenam ordire nepotes.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Unguibus abripui, votisque instincta paternis
I media in fratres, generis consortia ferro
Dissiliant. Da, Tartarei regina barathri,
Quod cupiam vidisse nefas, nec tarda sequetur
Mens iuvenum; modo, Dira, veni: mea pignora nosces.'

64 sq. 'trifidaeque — regem' schol. Theb. VII 344 p. 255 L. — 74. 'orbum — carentem (parentem *cod. Paris. 8063*)' schol. Theb. I 56 p. 5 L. — 81. 'et — nepotes' Serv. ad Aen. I 185.

64 art(ce)o **P** arce **GHTp** arvo **c***marg.* ‖ 69 inii **PSp** *edd.* ‖ 71 au(i)de(u)ns **P** | cedentibus **PS** ‖ 72 in mente π *prob. Bentleio* in morte *Peyraredus* ‖ 74 carentem **PTc²** *schol.* parentem **BGHc¹** *Beh. 1* (al. carentem) ‖ 76 *et* 77 *inter se transpositi leguntur in* **T** ‖ 77 *versum spurium esse putabat Barthius* ‖ in funere **P** in funere **R** ‖ 81 poenam in totos *Baehrensius* | penates *Koestlinus* ‖ 83 abripui **P** abrupi **BM** arripui **H** abrupt/ **c** ‖ 85 '*multi* dissiciant (dissentiant *Lind.*) *legunt' schol.* Dissideant *Gevartius* ‖ 87 modo, dira, veni *Lachmannus* digna **PBM** mea digna veni, modo **G** modo, diva, veni *O. Muellerus* mea digna (veni modo) p. n. *Baehrensius* ‖ 98 athlas **PGTrc** *cf. V 430 VII 4* ‖ 101 sq. vel crebrior u. I. r. v. cognatave T. malunt *Baehrensius* ‖ 102 cognatave **BM** ‖ 104 minor *codd.*, minax *corr. Lachmannus* ‖ 106 arte decor *Lachmannus* albor *Baehrensius* ‖ 112 ira minas † manus **B** ira minas **Gb** *codd. Gronovii* **r** (*suprascr.*

Talia dicenti crudelis diva severos
Advertit vultus. Inamoenum forte sedebat
Cocyton iuxta, resolutaque vertice crines
Lambere sulphureas permiserat anguibus undas.
Ilicet igne Iovis lapsisque citatior astris
Tristibus exsiluit ripis: discedit inane
Vulgus et occursus dominae pavet; illa per umbras
Et caligantes animarum examine campos
Taenariae limen petit inremeabile portae.
Sensit adesse Dies, piceo nox obvia nimbo
Lucentes turbavit equos; procul arduus Atlas
Horruit et dubia caelum cervice remisit.
Arripit extemplo Maleae de valle resurgens
Notum iter ad Thebas; neque enim velocior ullas
Itque reditque vias cognataque Tartara mavult.
Centum illi stantes umbrabant ora cerastae,
Turba minax diri capitis; sedet intus abactis
Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phoebes
Atracia rubet arte labor; suffusa veneno
Tenditur ac sanie gliscit cutis; igneus atro
Ore vapor, quo longa sitis morbique famesque
Et populis mors una venit; riget horrida tergo
Palla, et caerulei redeunt in pectora nodi:
Atropos hos atque ipsa novat Proserpina cultus.
Tunc geminas quatit ira manus: haec igne rogali
Fulgurat, haec vivo manus aera verberat hydro.

91. 'sulphureas — undas' schol. Theb. I 566 p. 33 L. — 104 sq. 'sedet — oculis' schol. Theb. XI 584 p. 394 L. — 109 sq. 'riget — palla' schol. Theb. III 264 p. 95 L. *tamquam Vergilii.*

Ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron
Occurrit caelo, fera sibila crine virenti
Congeminat, signum terris, unde omnis Achaei
Ora maris late Pelopeaque regna resultant.
Audiit et medius caeli Parnasus et asper
Eurotas, dubiamque iugo fragor impulit Oeten
In latus, et geminis vix fluctibus obstitit Isthmos.
Ipsa suum genetrix curvo delphine vagantem
Abripuit frenis gremioque Palaemona pressit.
Atque ea Cadmeo praeceps ubi culmine primum
Constitit adsuetaque infecit nube penates,
Protinus attoniti fratrum sub pectore motus,
Gentilisque animos subiit furor aegraque laetis
Invidia atque parens odii metus, inde regendi
Saevus amor, ruptaeque vices iurisque secundi
Ambitus impatiens, et summo dulcius unum
Stare loco, sociisque comes discordia regnis.
Sic ubi delectos per torva armenta iuvencos
Agricola imposito sociare adfectat aratro,
Illi indignantes, quis nondum vomere multo
Ardua nodosos cervix descendit in armos,
In diversa trahunt atque aequis vincula laxant
Viribus et vario confundunt limite sulcos:
Haud secus indomitos praeceps discordia fratres
Asperat. Alterni placuit sub legibus anni

118. 'audiit — Parnassus' schol. Lucan. V 71 p. 156, 22 U. — 122. 'pressitque Palaemona mater' citat Serv. ad Aen. VII 518. — 129 sq. 'summo — regnis' schol. Lucan. I 92 p. 21 W.

al. m. † illa minans) illa manus **H** ira minax *Heinsius* ira minans *vel* minax *Gronovius* ‖ 122 Abripuit **PSBc** Arripuit **M** | 124 tabe *Barthius* ‖ 125 attonitae f. s. p. mentes *Lachmannus* attonito *Baehrensius* ‖ 126 Gentilisque **P**π Gentilesque **BM** ‖ 129 dulcius uni *N. Heinsius e cod. Anglic. qui praebebat* imo ‖ 130 regni **GL** *Scaliger* ‖ 131 Sicuti *Baehrensius* ‖ 135 et iniquis vincula *Wakefieldus*

Exilio mutare ducem. Sic iure maligno
Fortunam transire iubent, ut sceptra tenentem
Foedere praecipiti semper novus angeret heres.
Haec inter fratres pietas erat, haec mora pugnae
Sola nec in regem perduratura secundum.
Et nondum crasso laquearia fulva metallo,
Montibus aut alte Grais effulta nitebant
Atria, congestos satis explicitura clientes;
Non impacatis regum advigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes
Excubiae, nec cura mero committere gemmas
Atque aurum violare cibis: sed nuda potestas
Armavit fratres, pugna est de paupere regno.
Dumque uter angustae squalentia iugera Dirces
Verteret aut Tyrii solio non altus ovaret
Exulis ambigitur, periit ius fasque bonumque
Et vitae mortisque pudor. Quo tenditis iras,
A miseri? Quid si peteretur crimine tanto
Limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo
Cardine, quem portu vergens prospectat Hibero,
Quasque procul terras obliquo sidere tangit
Avius aut Borea gelidas madidive tepentes
Igne Noti? Quid si Phrygiae Tyriaeque sub unum
Convectentur opes? Loca dira arcesque nefandae
Suffecere odio, furiisque immanibus emptum

149 sqq. 'necdum cura — regno' schol. Lucan. I 96 p. 22 W. — 152 sq. 'dumque — verteret' schol. Theb. II 433 p. 67 L.

144 fulva **PBbpc**[1] *Dan.* π *Lips.* fulta **Tc**[2] *Beh.* **m** culta *Gebhardus* ‖ 145 Gentibus *Baehrensius* | effossa *Koestlinus* ‖ 153 non actus *Baehrensius* ‖ 154 perit **Pr** ‖ 155 irae *Lachmannus* ‖ 157 sol emersus *N. Heinsius* ‖ 158 porta v. p. Ibera π *Gruterus* ‖ 160 Aut notus aut boree **P** ‖ 161 non (quid *sec. m. suprascr.*) si phrygiae tyriaeq. **P** phrigie tyrieque **G** phrygiae tyriaeve **BS** *Beh.* **T** phrigiae tyriaeve **c** frigiae tiriaeve **rH** tyriae phrygiaeve π *Dan. Petav. edd. vett.* tyriae prygiaeve **p** ‖ 162 Converrentur *F. Modius* Conferrentur *Baehrensius*

Oedipodae sedisse loco. Iam sorte cadebat
Dilatus Polynicis honos. Quis tunc tibi, saeve,
Quis fuit ille dies, vacua cum solus in aula
Respiceres ius omne tuum cunctosque minores,
Et nusquam par stare caput? Iam murmura serpunt
Plebis Echioniae, tacitumque a principe vulgus
Dissidet, et, qui mos populis, venturus amatur.
Atque aliquis, cui mens humili laesisse veneno
Summa nec impositos umquam cervice volenti
Ferre duces, 'Hancne Ogygiis' ait, 'aspera rebus
Fata tulere vicem, totiens mutare timendos
Alternoque iugo dubitantia subdere colla?
Partiti versant populorum fata manuque
Fortunam fecere levem. Semperne vicissim
Exulibus servire dabor? tibi, summe deorum
Terrarumque sator, sociis hanc addere mentem
Sedit? An inde vetus Thebis extenditur omen,
Ex quo Sidonii nequiquam blanda iuvenci
Pondera Carpathio iussus sale quaerere Cadmus
Exul Hyanteos invenit regna per agros,
Fraternasque acies fetae telluris hiatu
Augurium seros dimisit ad usque nepotes?
Cernis, ut erecta torvum sub fronte minetur
Saevior adsurgens dempto consorte potestas.
Quas gerit ore minas, quanto premit omnia fastu!
Hicne umquam privatus erit? Tamen ille precanti
Mitis et adfatu bonus et patientior aequi.
Quid mirum? Non solus erat. Nos, vilis in omnes

---

164 sq. 'iam — honos' schol. Theb. I 312 p. 20 L. — 173 sq. 'Ogygiis — vicem' schol. Theb. II 85 p. 48 L.

---

164 toro *Schraderus* | carebat *codd.*, *corr. Bernartius* ‖ 174 Pacta *et* 177 brevem *Baehrensius* ‖ 179 caecis *Gruterus* ‖ 181 Sidonius *Lachmannus* ‖ 184 hiatus *Lachmannus* ‖ 186 erecta torvum *Baehrensius* erectum torua *codd.* ut e rictu *O. Muellerus* ‖ 190 effatu **Br**

Prompta manus casus, domino cuicumque parati.
Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eurus
Vela trahunt, nutat mediae fortuna carinae,
(Heu dubio suspensa metu tolerandaque nullis
Aspera sors populis!) hic imperat, ille minatur.'
At Iovis imperio rapidi super atria caeli
Lectus concilio divum convenerat ordo
Interiore polo. Spatiis hinc omnia iuxta,
Primaeque occiduaeque domus et fusa sub omni
Terra atque unda die; mediis sese arduus infert
Ipse deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
Stellantique locat solio; nec protinus ausi
Caelicolae, veniam donec pater ipse sedendi
Tranquilla iubet esse manu. Mox turba vagorum
Semideum et summis cognati nubibus amnes
Et compressa metu servantes murmura venti
Aurea tecta replent. Mixta convexa deorum
Maiestate tremunt, radiant maiore sereno
Culmina et arcano florentes lumine postes.
Postquam iussa quies siluitque exterritus orbis,
Incipit ex alto (grave et inmutabile sanctis
Pondus adest verbis, et vocem Fata sequuntur):
'Terrarum delicta nec exsaturabile Diris

---

205 sq. 'Mox — semideum' schol. Theb. I 720 p. 41 L. — 206. 'et — amnes' schol. Theb. I 365 p. 23 L. — 213. 'et — sequuntur' Serv. ad Aen. II 54 et X 628.

---

193 nubifer Auster *van Kooten ad Hom. Lat. 737 coll. V 704 sq. VIII 425, sed cf. Lucan. II 459 Sil. X 322* ‖ 196 m̊ors (s supra m) **P** ‖ 197 imperio **PRHL** *edd. vett.* imperiis **BM** ‖ 199 huic omnia *Marklandus* | iusta **TH** *Beh.* iustis *Peyraredus* ‖ 200 effusa *codd.* et fusa *corr. Marklandus et Lachmannus* | 202 nutu *Heinsius*, *sed cf. VIII 82* ‖ 205 iuuet ecce **P** ‖ 209 tremunt (f supra t) **P** ‖ 210 et aeterno *vel* aetherio fulgentes *Friesemannus* ‖ 213 secuntur **PBc** | facta sequuntur *Burmannus* ‖ 214 exsaturabile **Pp** *Colb.* **m** exsatiabile *Anglic.* exsuperabile **BM** *edd.*

Ingenium mortale queror. Quonam usque nocentum
Exigar in poenas? taedet saevire corusco
Fulmine, iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt
Bracchia et Aeoliis desunt incudibus ignes.
Atque adeo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, caelumque rotis errantibus uri,
Et Phaethontea mundum squalere favilla.
Nil actum, neque tu valida quod cuspide late
Ire per inlicitum pelago, germane, dedisti.
Nunc geminas punire domos, quis sanguinis auctor
Ipse ego, descendo. Perseos alter in Argos
Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
Mens cunctis* imposta* manet: quis funera Cadmi
Nesciat et totiens excitam a sedibus imis
Eumenidum bellasse aciem, mala gaudia matrum
Erroresque feros nemorum et reticenda deorum
Crimina? Vix lucis spatio, vix noctis abactae
Enumerare queam mores gentemque profanam.
Scandere quin etiam thalamos hic impius heres
Patris et inmeritae gremium incestare parentis
Appetiit, proprios (monstrum!) revolutus in ortus.
Ille tamen superis aeterna piacula solvit
Proiecitque diem, nec iam amplius aethere nostro
Vescitur; at nati (facinus sine more!) cadentes

---

225. 'Perseos — scinditur' schol. Theb. III 441 p. 103 L. — 235. 'proprios — ortus' schol. Theb. X 796 p. 368 L.

---

219 adeo **r** ideo **PBM** ‖ Anne ideo *Baehrensius* ‖ 227 imposita **PH** inposta **Bcg** īposta (i. n̄) posita *al. m. suprascr. Leid.* imposta **M** impasta *Barthius* inmota *Peyraredus* infesta *Barclaius* infausta *Cruceus* in prava *Baehrensius* 'imposta mens est infixa, firma, non mutabilis' *Handius* | movet **Bcrb** *Dan. Anglic.* | munera *Koestlinus* ‖ 228 ab **Brb** ‖ 230 feros hominum *Marklandus* feros, memorum *O. Muellerus* ‖ 235 (monstrum!) *Scaliger* monstrum **Gγπm** monstrum proprios **T** monstro **PBM** | in hortus **P**

Calcavere oculos. Iam iam rata vota tulisti,
Dire senex! meruere tuae, meruere tenebrae
Ultorem sperare Iovem. Nova sontibus arma
Iniciam regnis, totumque a stirpe revellam
Exitiale genus. Belli mihi semina sunto
Adrastus socer et superis adiuncta sinistris
Conubia. Hanc etiam poenis incessere gentem
Decretum; neque enim arcano de pectore fallax
Tantalus et saevae periit iniuria mensae.'
Sic pater omnipotens. Ast illi saucia dictis
Flammato versans inopinum corde dolorem
Talia Iuno refert: 'Mene, o iustissime divum,
Me bello certare iubes? scis, semper ut arces
Cyclopum magnique Phoroneos inclita fama
Sceptra viris opibusque iuvem, licet improbus illic
Custodem Phariae somno letoque iuvencae
Extinguas, saeptis et turribus aureus intres.
Mentitis ignosco toris: illam odimus urbem,
Quam vultu confessus adis, ubi conscia magni
Signa tori tonitrus agis et mea fulmina torques.
Facta luant Thebae: cur hostes eligis Argos?
Quin age, si tanta est thalami discordia sancti,
Et Samon et veteres armis excinde Mycenas,
Verte solo Sparten. Cur usquam sanguine festo
Coniugis ara tuae, cumulo cur turis Eoi
Laeta calet? Melius votis Mareotica fumat
Coptos et aerisoni lugentia flumina Nili.

---

245 sq. 'hanc — decretum est' Eutyches *lib. II p. 482, 29* K. — 258. 'tonitrus — torques' Serv. *ad Aen. V 694 poetae nomine omisso.* — 264. 'Mareotica fumat' Acron. ad Horat. carm. I 37, 14.

---

244 ah iuncta *Lachmannus prob. Muellero* sat iuncta *Baehrensius* ‖ 246 Decretum est **TH** *Eutyches* | arcani *Baehrensius* ‖ 255 Extinguas **P** *edd. vett.* Restinguas **Bcr** *Beh.* **b** *schol.* ‖ 257 vultum *Baehrensius* ‖ 260 tanti *Gronovius* ‖ 264 fumant **P**

Quod si prisca luunt auctorum crimina gentes
Subvenitque tuis sera haec sententia curis,
Percensere aevi senium: quo tempore tandem
Terrarum furias abolere et saecula retro
Emendare sat est? Iamdudum ab sedibus illis
Incipe, fluctivaga qua praeterlabitur unda
Sicanios longe relegens Alpheos amores.
Arcades hic tua (nec pudor est) delubra nefastis
Imposuere locis, illic Mavortius axis
Oenomai Geticoque pecus stabulare sub Haemo
Dignius, abruptis etiamnum inhumata procorum
Reliquiis trunca ora rigent. Tamen hic tibi templi
Gratus honos, placet Ida nocens mentitaque manes
Creta tuos. Me Tantaleis consistere tectis,
Quae tandem invidia est? Belli deflecte tumultus
Et generis miseresce tui. Sunt impia late
Regna tibi, melius generos passura nocentes.'
  Finierat precibus miscens convicia Iuno.
At non ille gravis dictis, quamquam aspera motu,
Reddidit haec: 'Equidem haud rebar te mente secunda
Laturam, quodcumque tuos, licet aequus, in Argos
Consulerem, neque me, detur si copia, fallit
Multa super Thebis Bacchum ausuramque Dionen
Dicere, sed nostri reverentia ponderis obstat.
Horrendos etenim latices, Stygia aequora fratris
Obtestor (mansurum atque inrevocabile verbum),

268 sqq. 'quo tempore — emendare facta' Eutyches *lib. II p. 473, 12 sqq.* K.

267 Haec sera subvenitque tuis **Br** ‖ 268 a quo *Madvigius* atque hoc tempore *Sandstroemius* ‖ 270 Emendare facta *Eutych.* sat est: iamdudum *distinxit Sandstroemius* ‖ 279 regnis *Anglic.* terris *Beh.* considere regnis *vel* terris *N. Heinsius* ‖ 283 precibus miscens **P** *Beh.* **T** miscens precibus **BM** ‖ 284 at non ille gravi dictis (quamquam aspera) motu *Barthius prob. Duebnero* quamquam aspera motus reddidit *Gruterus* ‖ 287 si detur **GHTm** *edd. vett.* ‖ 288 thebas **P** | dionem **PB** ‖ 291 et inrevocabile **PBM** et non revocabile **R** atque inrevocabile *Burmannus* ita et revocabile *Baehrensius* | verbum *Scriverius* verum *codd.* ‖ 292 quo **RH** *Pal. 1 Pal. 5 m. sec. edd.* qui *Pal. 4* | alis *Gruterus ex Pal. 4* ales **PBM** ‖ 295 se attollat **PSTr** *Beh. Leid. 4 codd. Gruteri* se tollat **Bpg** (*cum ras.*) | *malim* in auras; *cf. Ov. Met. IV 721 Verg. Aen. IV 176* ‖ 298 ferat hic **P** ‖ 301 regnum (i) **P** ‖ 302 Hae caussae *Lachmannus, cui versus spurius esse videbatur* | dicam **Bp¹rbL** ‖ 304 alas **P** ‖ 305 et tempora vasta galero *Scriverius* ‖ 310 sublimis **P** sublimes **BM** ‖ 314 animi *O. Muellerus* animis *codd.* animus *Baehrensius*

Nil fore, quod dictis flectar! Quare impiger alis
Portantes praecede notos, Cyllenia proles,
Aera per liquidum regnisque inlapsus opacis
Dic patruo: superas senior se attollat ad auras
Laius, extinctum nati quem vulnere nondum
Ulterior Lethes accepit ripa profundi
Lege Erebi; ferat haec diro mea iussa nepoti:
Germanum exilio fretum Argolicisque tumentem
Hospitiis, quod sponte cupit, procul impius aula
Arceat, alternum regni infitiatus honorem.
Hinc causae irarum, certo reliqua ordine ducam.'
  Paret Atlantiades dictis genitoris et inde
Summa pedum propere plantaribus inligat alis,
Obnubitque comas et temperat astra galero.
Tum dextrae virgam inseruit, qua pellere dulces
Aut suadere iterum somnos, qua nigra subire
Tartara et exangues animare adsueverat umbras.
Desiluit, tenuique exceptus inhorruit aura.
Nec mora, sublimis raptim per inane volatus
Carpit et ingenti designat nubila gyro.
  Interea patriis olim vagus exul ab oris
Oedipodionides furto deserta pererrat
Aoniae. Iam iamque animi male debita regna
Concipit, et longum signis cunctantibus annum
Stare gemit. Tenet una dies noctesque recursans

Cura virum, si quando humilem decedere regno
Germanum et semet Thebis opibusque potitum
Cerneret; hac aevum cupiat pro luce pacisci.
Nunc queritur ceu tarda fugae dispendia, sed mox
Attollit flatus ducis et sedisse superbus
Deiecto iam fratre putat: spes anxia mentem
Extrahit et longo consumit gaudia voto.
Tunc sedet, Inachias urbes Danaeiaque arva
Et caligantes abrupto sole Mycenas
Ferre iter impavidum, seu praevia ducit Erinys,
Seu fors illa viae, sive hac inmota vocabat
Atropos. Ogygiis ululata furoribus antra
Deserit et pingues Baccheo sanguine colles.
Inde plagam, qua molle sedens in plana Cithaeron
Porrigitur lassumque inclinat ad aequora montem,
Praeterit. Hinc arte scopuloso in limite pendens
Infames Scirone petras Scyllaeaque rura
Purpureo regnata seni mitemque Corinthon
Linquit et in mediis audit duo litora campis.
  Iamque per emeriti surgens confinia Phoebi
Titanis late, mundo subvecta silenti,
Rorifera gelidum tenuaverat aera biga;
Iam pecudes volucresque tacent, iam somnus amaris

325. 'et — Mycenas' Priscian. XI 9, 39 p. 574 H. schol. Lucan. VII 451 p. 554 W. Acron ad Horat. carm. I 16, 17. — 338. 'rorifera — biga' Serv. ad Aen. II 272 cf. ad V 721 et Pompei comm. art. Donati V p. 167, 22 K.

317 dece,re (de suprascr.) **t** descendere **r** descendere **δ** ‖ 319 laevam *Baehrensius* | pro laude **G** *Beh. Peerlkampius* ‖ 320 heu! *Barthius* ‖ 322 deiecto iam **P** deiecto se **BM** ‖ 323 praesumit *Baehrensius* ‖ 326 eriny/ **P** ‖ 329 Pentheo sanguine *Barthius N. Heinsius* ‖ 330 chiteron **P** ‖ 331 lapsumque **b** *Colb.* **L** *sex Gruteri* lapsuque **Rp** *edd. vett.* ‖ 332 Hinc Actes scopuloso limite *Marklandus* ‖ 333 schirone **PH** ‖ 334 ditemque *Schraderus* mollemque *Lachmannus* ‖ 337 et late **P** | subvecta **PGHc**[1] subiecta **BM** *schol.* ‖ 339 amaris **f** *Lindenbrogius* auaris *codd.*

Inrepsit curis pronusque ex aethere nutat,
Grata laboratae referens oblivia vitae.
Sed nec puniceo rediturum nubila caelo
Promisere iubar, nec rarescentibus umbris
Longa repercusso nituere crepuscula Phoebo:
Densior a terris et nulli pervia flammae
Subtexit nox atra polos. Iam claustra rigentis
Aeoliae percussa sonant, venturaque rauco
Ore minatur hiems, venti transversa frementes
Confligunt axemque emoto cardine vellunt,
Dum caelum sibi quisque rapit; sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquens,
Defunditque imbres, sicco quos asper hiatu
Praesolidat Boreas; nec non abrupta tremescunt
Fulgura, et attritus subita face rumpitur aether.
Iam Nemea, iam Taenariis contermina lucis
Arcadiae capita alta madent; ruit agmine facto
Inachus et gelidas surgens Erasinus in undas.
Pulverulenta prius calcataque flumina nullae
Aggeribus tenuere morae, stagnoque refusa est
Funditus et veteri spumavit Lerna veneno.

344. 'longa — Phoebo' Serv. ad Aen. II 268. — 352 sq. 'sicco — Boreas' Serv. ad Aen. VIII 429. — 360. 'funditus —

340 Inrepsit **P** irrepsit *cod. Burmanni* irrepit *Petav.* inrepit **G** irrepit *vel* surrepit *Heinsius* Inserpit **BM** | ex aethere **P** | *Palat. 1* per aera *ceteri* ‖ 345 Densior Atraciis *Sandstroemius* ‖ 346 regentis **P** ‖ 349 emotum *Muellerus* | verrunt *Baehrensius* ‖ 351 Inglomeras **T**, *unde Burmannus coni.* Inglomerans | noctem tenebrosa v. torquens **PG** noctem et tenebrosa v. torquet **BM** ‖ 355 Nemeae **PG** *plurimi Gruteri* Nemea **BGr** Nemee **Hp** *Formam* Nemea *omnibus locis dedi, cf. infra II 378 IV 159. 825. V 44. 749 VI 516 et Priscian. VII in. et Lactant. ad h. l.* ‖ 356 magno (*suprascr.* ł facto) **P** ‖ 357 surgens **BM** urgens **G** vergens **PH** | in ûndas (*in marg. m. al.* ^ ad arctos) **P** in undas **G** *Petav.* ad arctos **Bg** *Leid.* arthos **T** ad auras *Duebnerus* gelida s. E. in unda *Muellerus* ‖ 358 calcataque **PG** calcandaque **BM**

Frangitur omne nemus, rapiunt antiqua procellae
Bracchia silvarum, nullisque aspecta per aevum
Solibus umbrosi patuere aestiva Lycaei.
Ille tamen, modo saxa iugis fugientia ruptis
Miratus, modo nubigenas e montibus amnes
Aure pavens passimque insano turbine raptas
Pastorum pecorumque domos, non segnius amens
Incertusque viae per nigra silentia vastum
Haurit iter: pulsat metus undique et undique frater.
Ac velut hiberno deprensus navita ponto,
Cui neque Temo piger neque amico sidere monstrat
Luna vias, medio caeli pelagique tumultu
Stat rationis inops, iam iamque aut saxa malignis
Expectat submersa vadis aut vertice acuto
Spumantes scopulos erectae incurrere prorae:
Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros
Accelerat, vasto metuenda umbone ferarum
Excutiens stabula, et prono virgulta refringit
Pectore; dat stimulos animo vis maesta timoris,
Donec ab Inachiis victa caligine tectis
Emicuit lucem devexa in moenia fundens
Larisaeus apex. Illo spe concitus omni
Evolat, hinc celsae Iunonia templa Prosymnae
Laevus habens, hinc Herculeo signata vapore
Lernaei stagna atra vadi, tandemque reclusis
Infertur portis. Actutum regia cernit
Vestibula; hic artus imbri ventoque rigentes

---

veneno' Priscian. VII 12, 62 p. 339 H. — 363. 'et umbrosi — Lycaei' Serv. ad Georg. III 472 Isidor. Origg. XIV 8, 37.

---

363 et umbrosi *Serv.* ‖ 365 Miratus **Bc**[1] *Leid. Schraderus* Miratur **Pc**[2]**g** ‖ 366 Ire *Lachmannus* ‖ 367 *interpunctionem corr. Menkius* ‖ 371 nec amico **G** *Muellerus* ‖ 379 animo *om.* **P** | vis mixta timore *Peyraredus* ‖ 384 habens **PR** *edd. vett.* habet **M** abet **B** | labore *Peyraredus*

Proicit ignotaeque acclinis postibus aulae
Invitat tenues ad dura cubilia somnos.
Rex ibi tranquille, medio de limite vitae
In senium vergens, populos Adrastus habebat,
Dives avis et utroque Iovem de sanguine ducens.
Hic sexus melioris inops, sed prole virebat
Feminea, gemino natarum pignore fultus.
Cui Phoebus generos (monstrum exitiabile dictu!
Mox adaperta fides) fato ducente canebat
Saetigerumque suem et fulvum adventare leonem.
Id volvens non ipse pater, non docte futuri
Amphiarae vides (etenim vetat auctor Apollo);
Tantum in corde sedens aegrescit cura parenti.
Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Olenius Tydeus (fraterni sanguinis illum
Conscius horror agit) eadem sub nocte sopora
Lustra terit, similesque notos dequestus et imbres,
Infusam tergo glaciem et liquentia nimbis
Ora comasque gerens subit uno tegmine, cuius
Fusus humo gelida partem prior hospes habebat.
Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit: haut passi sociis defendere noctem
Culminibus paulum, alterni nil verba minasque
Cunctantur; mox ut iactis sermonibus irae
Intumuere satis, tum vero erectus uterque
Exertare umeros nudamque lacessere pugnam.

---

390 sq. 'medio — habebat' schol. Lucan. I 129 p. 27 W.

---

389 tenuis **P** teneros *Gronovius* ‖ 390 tranquillae *codd. corr. Muellerus* ‖ 393 vigebat *Wakefieldus* ‖ 396 fato **P** aeuo **BM** *edd.* euo **G**[2]**r** *Leid.* ‖ 398 Id **P** Haec **BG**[2]**M** *edd.* ‖ 399 *versum om.* **G**[2]**B** (*in contextu, sed in marg. pr. m. exhibet*) | etenim — sedens *verba om.* **S** ‖ 400 *versum om.* **G**[2] *in contextu, sed in summo margine pr. m. exhibet* | parentis **GHp** paventi *N. Heinsius 'ex optimo cod.'* ‖ 402 Oenius *Anglic., unde Heinsius* Oeneus *coniecit coll. V 661* ‖ 406 rigens *Heinsius* ‖ 410 alterni **P** alternis *ceteri* | nil *Baehrensius* in *codd. cf. III 719*

Celsior ille gradu procera in membra simulque
Integer annorum, sed non et viribus infra
Tydea fert animus, totosque infusa per artus
Maior in exiguo regnabat corpore virtus.
Iam crebros ictus ora et cava tempora circum
Obnixi ingeminant, telorum aut grandinis instar
Rhiphaeae, flexoque genu vacua ilia tundunt.
Non aliter quam Pisaeo sua lustra Tonanti
Cum redeunt crudisque virum sudoribus ardet
Pulvis; at hinc teneros caveae dissensus ephebos
Concitat, exclusaeque expectant praemia matres:
Sic alacres odio nullaque cupidine laudis
Accensi incurrunt, scrutatur et intima vultus
Unca manus penitusque oculis cedentibus intrat.
Forsan et accinctos lateri (sic ira ferebat)
Nudassent enses, meliusque hostilibus armis
Lugendus fratri, iuvenis Thebane, iaceres,
Ni rex, insolitum clamorem et pectore ab alto
Stridentes gemitus noctis miratus in umbris,
Movisset gressus, magnis cui saucia curis
Pendebat somno iam deteriore senectus.
Isque ubi progrediens numerosa luce per alta
Atria dimotis adverso limine claustris
Terribilem dictu faciem, lacera ora putresque
Sanguineo videt imbre genas: 'Quae causa furoris,
Externi iuvenes (neque enim meus audeat istas

---

415 sq. 'nec non et — animus' **Priscian.** VII 5, 16 p. 299 H. — 417. 'maior — virtus' **Serv.** ad Georg. IV 83. — 434. 'pendebat — senectus' **Acron** ad Horat. carm. II 11, 8.

---

415 nec non et *Prisc.* ‖ 416 totos **BG^{2}rbcp** *Beh. Petav.* ‖ 422 reddunt **BG^{2}rbc** ‖ 427 intrat **P** instat **BM** *edd.* ‖ 428 furebat *Baehrensius* ‖ 433 saucia *Lachmannus* sobria *codd.* ‖ 435 nemorosa *Friesemannus* ‖ 436 demotis **BG^{2}cr** ‖ 439 sq. audeat ista civis et Inachius *Menkius* audeat ire *Burmannus* audeat istic *vel* istac *Handius. Ad locutionem* audere in manus *cf. Verg. Aen. II 347*

Civis in usque manus), quisnam implacabilis ardor
Exturbare odiis tranquilla silentia noctis?
Usque adeone angusta dies et triste, parumper
Pacem animo somnumque pati? Sed prodite tandem,
Unde orti, quo fertis iter, quae iurgia? Nam vos
Haut humiles tanta ira docet, generisque superbi
Magna per effusum clarescunt signa cruorem.'
Vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt una: 'Rex o mitissime Achivum,
Quid verbis opus? ipse undantes sanguine vultus
Aspicis.' Haec passim turbatis vocis amarae
Confudere sonis; inde orsus in ordine Tydeus
Continuat: 'Maesti cupiens solacia casus
Monstriferae Calydonis opes Acheloiaque arva
Deserui; vestris haec me ecce in finibus ingens
Nox operit. Tecto caelum prohibere quid iste
Arcuit? an quoniam prior haec ad limina forte
Molitus gressus? pariter stabulare bimembres
Centauros unaque ferunt Cyclopas in Aetna
Compositos. Sunt et rabidis iura insita monstris
Fasque suum: norunt sociare cubilia terrae.
Sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,
Quisquis es, his, aut me, si non effetus oborto
Sanguis hebet luctu, magni de stirpe creatum
Oeneos et Marti non degenerare paterno
Accipies.' 'Nec nos animi nec stirpis egentes —'
Ille refert contra, sed mens sibi conscia fati

---

464 sq. 'Marti — paterno' **schol.** Theb. II 726 p. 80 L. 'Marti — aspicies' **schol.** Theb. IV 111 p. 125 L.

---

444 horti **P** *cf. v. 235* ‖ 455 quis *codd. corr. Baehrensius* ‖ 456 Arcuit (*corr. ex* Arguit) **G^{2}c^1** Arguit **PBM** ‖ 457 Molitus **PG^{2}rc^1** Molitur **BM** | partem **P** ‖ 460 suum : norunt *Baehrensius* suum nobis *codd.* suum : et non vis *Lachmannus* ‖ 462 oborto **P** ab orto **B** aborto **G^{2}M** ‖ 465 egentes **P** egemus **BG^{2}M** | *Statius, ut solet, sermonem abrupit, cf. III 87. 280. 291 IV 518 VIII 60. 506. 514 X 730 XI 167 XII 301. 385 Ach. I 47. 657. 780*

Cunctatur proferre patrem. Tunc mitis Adrastus:
'Immo agite, et positis, quas nox inopinaque suasit
Aut virtus aut ira, minis succedite tecto.
Iam pariter coeant animorum in pignora dextrae.
Non haec incassum divisque absentibus acta;
Forsan et has venturus amor praemiserit iras,
Ut meminisse iuvet.' Nec vana voce locutus
Fata senex, siquidem hanc perhibent post vulnera iunctis
Esse fidem, quanta partitum extrema protervo
Thesea Pirithoo, vel inanem mentis Oresten
Opposito rabidam Pylade vitasse Megaeram.
Tunc quoque mulcentem dictis corda aspera regem
Iam faciles (ventis ut decertata residunt
Aequora, laxatisque diu tandem aura superstes
Immoritur velis) passi subiere penates.
  Hic primum lustrare oculis cultusque virorum
Telaque magna vacat: tergo videt huius inanem
Inpexis utrimque iubis horrere leonem,
Illius in speciem, quem per Teumesia tempe
Amphitryoniades fractum iuvenalibus annis
Ante Cleonaei vestitus proelia monstri.
Terribiles contra saetis ac dente recurvo
Tydea per latos umeros ambire laborant
Exuviae, Calydonis honos. Stupet omine tanto
Defixus senior, divina oracula Phoebi

---

483 sq. 'tergo — leonem' schol. Theb. VI 722 p. 227 L.

---

468 quae **PB**[1]**cr** ‖ 470 in] en *vel* ut *Baehrensius*, *delet Lachmannus* ‖ 472 Forsitan **P** | praemiserat **BG**[2]**M** ‖ 474 per vulnera **P** | iunctam *Baehrensius* ‖ 475 Isse *Gruterus* | quanta// (*suprascr.* t quantũ) **P** ‖ 478 mulcente **PS** | rege **PS** ‖ 479 facili *Burmannus* ‖ 480 tandem *Peyraredus* tamen *codd.* ‖ 481 passu *Bernartius* pacti *Grotius* ‖ 486 iuuenalibus **PB**[1]**G**[2] *pr. m.* iuuenilibus **B** *al. m.* **G**[2] *sec. m.* **M** iuuenibus **r** ‖ 487 $\overset{\text{tus}}{\text{vestitur}}$ **P** vestitur **BG**[2]**M** ‖ 488 Terribilis **P** ‖ 490 Exubię **P** ‖ 491 divinaque **GT** divinaque carmina *Burmannus*

Agnoscens monitusque datos vocalibus antris.
Obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
Horror iit; sensit manifesto numine ductos
Adfore, quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos, vultu fallente ferarum,
Ediderat. Tunc sic tendens ad sidera palmas:
'Nox, quae terrarum caelique amplexa labores
Ignea multivago transmittis sidera lapsu,
Indulgens reparare animum, dum proximus aegris
Infundat Titan agiles animantibus ortus,
Tu mihi perplexis quaesitam erroribus ultro
Advehis alma fidem veterisque exordia fati
Detegis: adsistas operi tuaque omina firmes.
Semper honoratam dimensis orbibus anni
Te domus ista colet; nigri tibi, diva, litabunt
Electa cervice greges, lustraliaque exta
Lacte novo perfusus edet Vulcanius ignis.
Salve prisca fides tripodum obscurique recessus!
Deprendi, Fortuna! deos.' Sic fatus, et ambos
Innectens manibus tecta interioris ad aulae
Progreditur. Canis etiamnum altaribus ignes
Sopitum cinerem et tepidi libamina sacri
Servabant; adolere focos epulasque recentes
Instaurare iubet. Dictis parere ministri
Certatim accelerant; vario strepit icta tumultu
Regia: pars ostro* tenues* auroque sonantes
Emunire toros alteque inferre tapetas,

---

493 sq. 'laetusque — iit' Serv. ad Aen. II 559 poetae nomine omisso.

---

495 Ac fore *Gruterus* | flexis *Baehrensius* ‖ 505 demensis *Lachmannus* ‖ 510 Deprendit *Palat. 1 prob. Grutero* | Sic fatus, et] *similiter loquitur poeta II 188 III 496 V 689 VII 390 X 271 XII 773* ‖ 511 interioris *Schraderus* ulterioris *codd.* ‖ 512 castis *Baehrensius* ‖ 517 tenues *corruptum* tinctos *Muellerus* ‖ 518 toris *Barthius* | alteque **P** $\overset{\text{o}}{\text{altęsque}}$ (o *al. m.*) **B** altosque **G**[2]**M** *edd.*

Pars teretes levare manu ac disponere mensas.
Ast alii tenebras et opacam vincere noctem
Adgressi tendunt auratis vincula lychnis.
His labor inserto torrere exanguia ferro
Viscera caesarum pecudum, his cumulare canistris
Perdomitam saxo Cererem. Laetatur Adrastus
Obsequio fervere domum, iamque ipse superbis
Fulgebat stratis solioque effultus eburno.
Parte alia iuvenes siccati vulnera lymphis
Discumbunt, simul ora notis foedata tuentur
Inque vicem ignoscunt. Tunc rex longaevus Acasten
(Natarum haec altrix eadem et fidissima custos
Lecta sacrum iustae Veneri occultare pudorem)
Imperat acciri tacitaque immurmurat aure.
  Nec mora praeceptis, cum protinus utraque virgo
Arcano egressae thalamo: mirabile visu,
Pallados armisonae pharetrataeque ora Dianae
Aequa ferunt, terrore minus. Nova deinde pudori
Visa virum facies: pariter pallorque ruborque
Purpureas hausere genas, oculique verentes
Ad sanctum rediere patrem. Postquam ordine mensae
Victa fames, signis perfectam auroque nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,
Qua Danaus libare deis seniorque Phoroneus
Adsueti. Tenet haec operum caelata figuras:
Aureus anguicomam praesecto Gorgona collo
Ales habet, iam iamque vagas (ita visus) in auras

525. 'Obsequio — domum' Sergii explan. in art. Donati I p. 505, 35 K.

529 acasten **P** acesten **BG²M** acestam **H** ‖ 532 tacitoque i. ore *Koestlinus* ‖ 536 Aequiperant *Baehrensius* | minis *Lachmannus. Non placet, recte interpretatur scholiasta* ‖ 537 Causa *Baehrensius* | virum ut facies *Heinsius* ‖ 544 Aureus *codd. i. e.* 'quem pluvio Danae conceperat auro' *Ov. Met. IV 611* Perseus *coni. Bentleius*

Exsilit; illa graves oculos languentiaque ora
Paene movet vivoque etiam pallescit in auro.
Hinc Phrygius fulvis venator tollitur alis,
Gargara desidunt surgenti et Troia recedit,
Stant maesti comites, frustraque sonantia lassant
Ora canes umbramque petunt et nubila latrant.
Hanc undante mero fundens vocat ordine cunctos
Caelicolas, Phoebum ante alios, Phoebum omnis ad aram
Laude ciet comitum famulumque evincta pudica
Fronde manus, cui festa dies largoque refecti
Ture vaporatis lucent altaribus ignes.
  'Forsitan, o iuvenes, quae sint ea sacra quibusque
Praecipuum causis Phoebi obtestemur honorem'
Rex ait, 'exquirant animi. Non inscia suasit
Religio, magnis exercita cladibus olim
Plebs Argiva litant; animos advertite, pandam.
Postquam caerulei sinuosa volumina monstri,
Terrigenam Pythona, deus septem orbibus atris
Amplexam Delphos squamisque annosa terentem
Robora, Castaliis dum fontibus ore trisulco
Fusus hiat nigro sitiens alimenta veneno,
Perculit, absumptis numerosa in vulnera telis,
Cirrhaeique dedit centum per iugera campi
Vix tandem explicitum, nova deinde piacula caedi
Perquirens nostri tecta haut opulenta Crotopi
Attigit. Huic primis et pubem ineuntibus annis
Mira decore pios servabat nata penates
Intemerata toris. Felix, si Delia numquam
Furta nec occultum Phoebo sociasset amorem!

546 sq. 'illa g. o. l. o. petentem paene — auro' schol. Theb. VI 539 p. 220 L.

553 aram **P** aras *ceteri* ‖ 561 litant **P** litat **r** ‖ 563 artis *et* 566 nigro inficiens *Baehrensius* ‖ 569 caedi *Beh.* cędi **B** caedis **PG²M** ‖ 571 pubescentibus **GHTL** ‖ 572 pios *Bentleius* pio *codd.* ‖ 573 dulcia *Muellerus* devia *Baehrensius*

Namque ut passa deum Nemeaei ad fluminis undam,
Bis quinos plena cum fronte resumeret orbes
Cynthia, sidereum Latonae feta nepotem
Edidit; ac poenae metuens (neque enim ille coactis
Donasset thalamis veniam pater) avia rura
Eligit ac natum saepta inter ovilia furtim
Montivago pecoris custodi mandat alendum.
Non tibi digna, puer, generis cunabula tanti
Gramineos dedit herba toros et vimine querno
Texta domus; clausa arbutei sub cortice libri
Membra tepent, suadetque leves cava fistula somnos,
Et pecori commune solum. Sed fata nec illum
Concessere larem; viridi nam caespite terrae
Proiectum temere et patulo caelum ore trahentem
Dira canum rabies, morsu depasta cruento,
Dissicit. Hic vero attonitas ut nuntius aures
Matris adit, pulsi ex animo genitorque pudorque
Et metus: ipsa ultro maestis plangoribus amens
Tecta replet, vacuumque ferens velamine pectus
Occurrit confessa patri; nec motus et atro
Imperat (infandum!) cupientem occumbere leto.
Sero memor thalami maestae solacia morti,
Phoebe, paras monstrum infandis Acheronte sub imo
Conceptum Eumenidum thalamis, cui virginis ora
Pectoraque; aeternum stridens a vertice surgit

---

596. 'sero — morti' [*Maximus Victorinus*] de finalibus metrorum p. 237, 17 K. — 596 sq. 'sero — paras' Priscian. XV 3, 11 p. 69 H.

---

575 nemei **PG²SM** nemaei **B** | ad om. **r** ‖ 576 cum luce *Gronovius* ‖ 577 latona **P** ‖ 578 Ediderat, poena metuens *Friesemannus* | poena **P**, *unde* poenam *Baehrensius* ‖ 582 puer (*suprascr.* ↑ line) **P** ‖ 583 sed **P** ‖ 587 viridi **P** *Dan. codd. Gruteri* viridis **BG²M** ‖ 590 Dissicit **BG²M** Disicit **H** *Anglic.* Dissicet **P** Discicit **S** Discidit *Palat. 1* Afficit *Petav.* ‖ 592 Et metus 'ultro' ipsa **P** | męstis **PGHπ** saeuis **BG²M** | clangoribus **G** *Prag. 1* ‖ 596 mortis *Prisc.* ‖ 599 aeternumque rigens *Koestlinus*

Et ferrugineam frontem discriminat anguis.
Haec tum dira lues nocturno squalida passu
Inlabi thalamis, animasque a stirpe recentes
Abripere altricum gremiis morsuque cruento
Devesci et multum patrio pinguescere luctu.
Haut tulit armorum praestans animique Coroebus
Seque ultro lectis iuvenum, qui robore primi
Famam posthabita faciles extendere vita,
Obtulit. Illa novos ibat populata penates
Portarum in bivio (lateri duo corpora parvum
Dependent, et iam unca manus vitalibus haeret
Ferratique ungues tenero sub corde tepescunt):
Obvius huic, latus omne virum stipante corona,
Fit iuvenis, ferrumque ingens sub pectore duro
Condidit, atque imas animae mucrone corusco
Scrutatus latebras tandem sua monstra profundo
Reddit habere Iovi. Iuvat ire et visere iuxta
Liventes in morte oculos uterique nefandam
Proluviem et crasso squalentia pectora tabo,
Qua nostrae cecidere animae. Stupet Inacha pubes,
Magnaque post lacrimas etiamnunc gaudia pallent.
Hi trabibus duris (solacia vana dolori)
Proterere exanimos artus asprosque molares
Deculcare genis, nequit iram explere potestas.
Illam et nocturno circum stridore volantes
Inpastae fugistis aves, rabidamque canum vim

---

608 sqq. 'illa — dependent' Priscian. VII 6, 26 p. 308 H. — 625. 'impastae f. aves' schol. Theb. II 520 p. 71 L.

---

601 tum **PBSM** ium (*in ras.*) **G²** tam *Leid. edd.* ‖ 604 Devesci **PpT** *Leid.* Divesci **BG²M** Depasci **G** ‖ 608 stabat *Kochius* ‖ 609 in *delet Baehrensius*, *qui* 611 sub rore *conicit* ‖ ‖ 613 Fit **P** It **G²M** *edd.* Id **B¹** Es **c** ‖ 618 liquentia viscera *Heinsius* ‖ 619 pubes **PGH** *Anglic.* (*vel* virtus) plebes **BG²M** ‖ 620 per *Baehrensius* ‖ 622 exanimes **Bp** exaĩes *Leid.* | scabrosque molares *Heinsius* ‖ 623 voluptas *Burmannus*

Oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse luporum.
Saevior in miseros fatis ultricis ademptae
Delius insurgit, summaque biverticis umbra
Parnasi residens arcu crudelis iniquo
Pestifera arma iacit, camposque et celsa Cyclopum
Tecta superiecto nebularum incendit amictu.
Labuntur dulces animae, Mors fila Sororum
Ense metit captamque tenens fert manibus urbem.
Quaerenti, quae causa, duci, quid ab aethere laevus
Ignis et in totum regnaret Sirius annum,
Idem auctor Paean rursus iubet ire cruento
Inferias monstro iuvenes, qui caede potiti.
Fortunate animi longumque in saecula digne
Promeriture diem! non tu pia degener arma
Occulis aut certae trepidas occurrere morti.
Comminus ora ferens Cirrhaei in limine templi
Constitit et sacras ita vocibus asperat iras:
'Non missus, Thymbraee, tuos supplexve penates
Advenio: mea me pietas et conscia virtus
Has egere vias. Ego sum, qui caede subegi,
Phoebe, tuum mortale nefas, quem nubibus atris
Et squalente die, nigra quem tabe sinistri
Quaeris, inique, poli. Quodsi monstra effera magnis
Cara adeo superis, iacturaque vilior orbi
Mors hominum et saevo tanta inclementia caelo est,
Quid meruere Argi? me, me, divum optime, solum
Obiecisse caput fatis praestabat. An illud,

635. 'et — annum' Serv. ad Aen. III 141. — 638 sq. 'longumque — diem' Priscian. V 5, 26 p. 159 H.

631 suptecto (i) **P** | intendit *Madvigius* ‖ 634 quid *Baehrensius* quis *codd.* ‖ 639 Promeruisse *Friesemannus* ‖ 648 Quodni *Baehrensius* ‖ 649 orbi **PBG²M** orbis **GHpg** *Leid.* 'ollis *aut in v. 650* morsque' *Schraderus* ‖ 650 Totque *Kochius* | caelo est **P** cęlo ē **G²** caelo **BM** | *versum spurium iudicat Sandstroemius* ‖ 652 pręstabat **PG²R** *Colb.* **cHr** *Beh.* praestabat (i)

Saeve, magis cordi, quod desolata domorum
Tecta vides, ignique datis cultoribus omnis
Lucet aer? Sed quid fando tua tela manusque
Demoror? expectant matres, supremaque fiunt
Vota mihi. Satis est: merui, ne parcere velles.
Proinde move pharetras arcusque intende sonoros
Insignemque animam leto demitte; sed illum,
Pallidus Inachiis qui desuper imminet Argis,
Dum morior, dispelle globum.' Sors aequa merentes
Respicit. Ardentem tenuit reverentia caedis
Letoiden, tristemque viro submissus honorem
Largitur vitae; nostro mala nubila caelo
Diffugiunt, at tu stupefacti a limine Phoebi
Exoratus abis. — Inde haec stata sacra quotannis
Sollemnes recolunt epulae, Phoebeaque placat
Templa novatus honos. Has forte invisitis aras
Vos quae progenies? quamquam Calydonius Oeneus,
Et Parthaoniae, si dudum certus ad aures
Clamor iit, tibi iura domus. Tu pande, quis Argos
Advenias, quando hae variis sermonibus horae.'
  Deiecit maestos extemplo Ismenius heros
In terram vultus, taciteque ad Tydea laesum
Obliquare oculos; tum longa silentia movit:
'Non super hos divum tibi sum quaerendus honores,

S praestabit **Bpg** (*in ras.*) *Leid.* praestaret **G** ‖ 653 Saeve *corr. Bentleius* Lene **PBM** Leve γ Laeve *Gronovius* ‖ 655 Luget *Heinsius* | aer *schol. Menkius* ager *codd. et edd.* ‖ 656 figunt **P** fundunt δ *Lang. Gronovius* ‖ 658 Proinde] *cf. Verg. Aen. XI 383. 400 Sil. II 353 Lucret. III 1048* ‖ 659 dimitte **PBG²SM** ‖ 661 dispelle **P** depelle *ceteri* | sors **Pp** fors **BG²M** ‖ 663 Letoiden **PB** Latoiden **G²rcH** Latoyden **G** Latoidem **S** Lathoidem **T** | iam mitis honorem *Burmannus* ‖ 667 aepulas (te) **P** ‖ 668 ivistis ad aras *Lindenbrogius* ‖ 670 porthaoniae **BSr** *schol.* portaoniē **G²** porta oniae **c** ‖ 672 hae **P** haec **BG²SM** | horae **P** hora est **BG²SM** ora est **g** hora **H** ora *mal. Burmannus Sec.* ‖ 673 isthmenius **P** ‖ 674 laevum *Koestlinus haud scio an recte* laesos *Baehrensius*

Unde genus, quae terra mihi, quis defluat ordo
Sanguinis antiqui: piget inter sacra fateri.
Sed si praecipitant miserum cognoscere curae,
Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe,
Est genetrix Iocasta mihi.' Tum motus Adrastus
Hospitiis (agnovit enim): 'Quid nota recondis?
Scimus' ait, 'nec sic aversum fama Mycenis
Volvit iter. Regnum et furias oculosque pudentes
Novit et Arctois si quis de solibus horret
Quique bibit Gangen aut nigrum occasibus intrat
Oceanum, et si quos incerto litore Syrtes
Destituunt. Ne perge queri casusque priorum
Adnumerare tibi: nostro quoque sanguine multum
Erravit pietas, nec culpa nepotibus obstat.
Tu modo dissimilis rebus mereare secundis
Excusare tuos. Et iam temone supino
Languet Hyperboreae glacialis portitor Ursae.
Fundite vina focis, servatoremque parentum
Letoiden votis iterumque iterumque canamus.
Phoebe parens, seu te Lyciae Patarea nivosis
Exercent dumeta iugis, seu rore pudico
Castaliae flavos amor est tibi mergere crines,
Seu Troiam Thymbraeus habes, ubi fama volentem
Ingratis Phrygios umeris subiisse molares,
Seu iuvat Aegaeum feriens Latonius umbra
Cynthus et adsiduam pelago nunc quaerere Delon:

---

696 sq. 'seu — iugis' Acron ad Horat. carm. III 4, 64.

---

679 miserantem noscere *Lachmannus* ‖ 680 thebae **PSc** thebę **BG²** ‖ 682 Hospitis **P** Ospitiis **S** Hospici · sagnovit **B** Auspiciis *γ* ‖ 684 parentis *vel* pudendos *Lachmannus* ‖ 688 Distituunt **P** | c gasusq. **P** ‖ 692 etiam **PSrb** et iam **BG²M** sed iam *edd.* ‖ 699 tymbreus **P** ‖ 700 frygios **P** | subiisse **G²** subisse **PB** subi isse **b** ‖ 702 'adsiduam i. e. considentem et stabilem' *Menkius* adfixam *Baehrensius* | nunc *scripsi* non *codd.* | querere **BG²cg**

Tela tibi longeque feros lentandus in hostes
Arcus, et aetherii dono cessere parentes
Aeternum florere genas. Tu doctus iniquas
Parcarum praenosse manus fatumque quod ultra est
Et summo placitura Iovi, quis letifer annus,
Bella quibus populis, quae mutent sceptra cometae.
Tu Phryga submittis citharae, tu matris honori
Terrigenam Tityon Stygiis extendis harenis.
Te viridis Python Thebanaque mater ovantem
Horruit in pharetris. Ultrix tibi torva Megaera
Ieiunum Phlegyan subter cava saxa iacentem
Aeterno premit accubitu dapibusque profanis
Instimulat, sed mixta famem fastidia vincunt.
Adsis, o memor hospitii, Iunoniaque arva
Dexter ames, seu te roseum Titana vocari
Gentis Achaemeniae ritu, seu praestat Osirim
Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.'

---

713 sq. 'Phlegiam — accubitu' Serv. ad Aen. VI 618.

---

704 Ar c gus **P** | parentes **PBG²M** parentis *Barthius* ‖ 705 parentis, Aeternum florere genae *Weberus* Aeternae florere genae *Lachmannus* ‖ 706 ultra ł est sim **P** ‖ 709 fryga **P** | sūmittis **Pc** *Beh.* ‖ 713 phlegyan **P** flegyan **B** flegian **r** fleian **G²c** flegiam **S** phlegiam **GH** *Serv.* ‖ 718 achemenię **PG²** | Gentis ut Inachiae ritus *Sandstroemius* | osirim **PSTH** osyrim **r** (*ubi totus versus in marg. adscriptus invenitur*) *cf. Hor. Epp. I 17, 60 Tib. I 7, 27* osirin **Bc** *edd.* ‖ 719 persaei **P** ‖ *Post v. 720 in* **P** *leguntur haec*: Opus primi libri mirabili delectatione peractum est. Nunc ad secundi libri volumen non dissimili animo quam primum accepimus convertamur. | STATII POETAE LIB̄. I · THEBAID̄ · EXPLIĆ · INCIPIT EIVSDEM LIBER · II · **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER II.

Interea gelidis Maia satus aliger umbris
Iussa gerens magni remeat Iovis; undique pigrae
Ire vetant nubes et torpidus implicat aer,
Nec zephyri rapuere gradum, sed foeda silentis
Aura poli. Styx inde novem circumflua campis,
Hinc obiecta vias torrentum incendia cludunt.
Pone senex trepida succedit Laius umbra
Vulnere tardus adhuc; capulo nam largius illi
Transabiit costas cognatis ictibus ensis
Impius, et primas Furiarum pertulit iras;
It tamen et medica firmat vestigia virga.
Tum steriles luci possessaque manibus arva
Et ferrugineum nemus adstupet, ipsaque tellus
Miratur patuisse retro, nec livida tabes
Invidiae functis quamquam et iam lumine cassis
Defuit. Unus ibi ante alios, cui laeva voluntas
Semper et ad superos (hinc et gravis exitus aevi)

---

2 sq. 'undique — aer' Serv. ad Aen. VI 554.

---

3 torpidus *Baehrensius* turpidus r turbidus **PBM** *Serv.* || 5 circumflua ripis *Bentleius* || 9 Transabiit animam **P** | actibus *Ruhnkenius* || 10 et privas *Baehrensius* || 17 *et* 18 *transposuit Muellerus*

Insultare malis rebusque aegrescere laetsi,
'Vade' ait, 'o felix, quoscumque vocaris in usus,
Seu Iovis imperio, seu maior adegit Erinys
Ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano iubet emigrare sepulcro,
Heu dulces visure polos solemque relictum
Et virides terras et puros fontibus amnes,
Tristior has iterum tamen intrature tenebras.'
Illos ut caeco recubans in limine sensit
Cerberus, aeque omnes capitum subrexit hiatus,
Saevus et intranti populo: iam nigra tumebat
Colla minax, iam sparsa solo turbaverat ossa,
Ni deus horrentem Lethaeo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuisset lumina somno.
Est locus (Inachiae dixerunt Taenara gentes),
Qua formidatum Maleae spumantis in auras
It caput et nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex ventosque imbresque serenus
Despicit et tantum fessis insiditur astris. 36
Ast ubi prona dies, longos super aequora fines 41
Exigit atque ingens medio natat umbra profundo.
Interiore sinu frangentia litora curvat
Taenaros, expositus non audax scindere fluctus.
Illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos

Illic exhausti posuere cubilia venti, 37
Fulminibusque iter est; medium cava nubila montis
Insumpsere latus, summos nec praepetis alae
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.

---

36. 'summisque insiditur astris' Priscian. X 4, 23. 5, 29 (p. 515. 522 H.)

---

27 atque *codd.* aeque *corr. R. Ungerus* alte *Lachmannus* ecce *Baehrensius* || 33 $\overset{\text{in}}{\text{ad}}$ **P** || 35 serenos **P** || 37—40 *desunt in* **PBSG²M** *exstant in marg.* **PBr** *alia manu additi, in contextu habent* **THR** *Prag. 1. 3 Petav. γ δ π* || 44 expositos *codd., corr. Baehrensius* | scindere *scripsi cf. Achill. I 449* scandere *codd.*

In portum deducit equos, prior haurit harenas
Ungula, postremi solvuntur in aequora pisces.
Hoc, ut fama, loco pallentes devius umbras
Trames agit nigrique Iovis vacua atria ditat
Mortibus. Arcadii perhibent si vera coloni,
Stridor ibi et gemitus poenarum, atroque tumultu
Fervet ager; saepe Eumenidum vocesque manusque
In medium sonuere diem, Letique triformis
Ianitor agricolas campis auditus abegit.
Hac et tunc fusca volucer deus obsitus umbra
Exsilit ad superos, infernaque nubila vultu
Discutit et vivis adflatibus ora serenat.
Inde per Arcturum mediaeque silentia Lunae
Arva super populosque meat. Sopor obvius illi
Noctis agebat equos, trepidusque adsurgit honori
Numinis et recto decedit limite caeli.
Inferior volat umbra deo, praereptaque noscit
Sidera principiumque sui; iamque ardua Cirrhae
Pollutamque suo despectat Phocida busto.
Ventum erat ad Thebas; gemuit prope limina nati
Laius et notos cunctatur inire penates.
Ut vero et celsis suamet iuga nixa columnis
Vidit et infectos etiamnum sanguine currus,
Paene retro turbatus abit: nec summa Tonantis
Iussa nec Arcadiae retinent spiramina virgae.
  Et tunc forte dies noto signata Tonantis
Fulmine, praerupti cum te, tener Euhie, partus
Transmisere patri. Tyriis ea causa colonis
Insomnem ludo certatim educere noctem

49 ditant **P** ‖ 50 arcanus, perhibent *Muellerus* ‖ 53 Lethesque triformis *Friesemannus coll. Silv. III 2, 112 prob. Menkio cf. Theb. VI 477* ‖ 55 Hoc *Schraderus cf. v. 48* | furva *Lachmannus*58 mutaeque *Valckenarius* ‖ 62 volat **BM** meat **PG^2GHcp** *ex v. 58* ‖ 67 et celsis **PBrb** excelsis **G^2SM** *edd.* ‖ 69 Pone *Muellerus* | sed *Duebnerus* (*ut et v. 70*) ‖ 71 It *Baehrensius* | torto *Lachmannus* moto *Baehrensius* ‖ 72 praerepti *Heinsius*

Suaserat; effusi passim per tecta, per agros,
Serta inter vacuosque mero crateras anhelum
Proflabant sub luce deum; tunc plurima buxus
Aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus.
Ipse etiam gaudens nemorosa per avia sanas
Impulerat matres Baccho meliore Cithaeron.
Qualia per Rhodopen rabido convivia coetu
Bistones aut mediae ponunt convallibus Ossae.
Illis semianimum pecus excussaeque leonum
Ore dapes, et lacte novo domuisse cruorem
Luxus: at Ogygii si quando adflavit Iacchi
Saevus odor, tunc saxa manu, tunc pocula pulchrum
Spargere et inmerito sociorum sanguine fuso
Instaurare diem festasque reponere mensas.
  Nox ea, cum tacita volucer Cyllenius aura
Regis Echionii stratis adlapsus, ubi ingens
Fuderat Assyriis exstructa tapetibus alto
Membra toro. Pro gnara nihil mortalia fati
Corda sui! capit ille dapes, habet ille soporem.
Tunc senior quae iussus agit, neu falsa videri
Noctis imago queat, longaevi vatis opacos
Tiresiae vultus vocemque et vellera nota
Induitur. Mansere comae propexaque mento
Canities pallorque suus, sed falsa cucurrit
Infula per crines, glaucaeque innexus olivae
Vittarum provenit honos: dein tangere ramo
Pectora et hac visus fatorum expromere voces:
'Non somni tibi tempus, iners qui nocte sub alta,
Germani secure, iaces, ingentia dudum
Acta vocant rerumque graves, ignave, paratus.

77 tunc **PGH** tum **BG^2M** ‖ 78 Tyrrhenos sonitus vincentia pulsu *Lachmannus* taurinas s. v. pelles *Baehrensius* ‖ 83 † illic **P** *m. sec.* ‖ 100 dein **BG^2cr** dehinc **PSM** *cf. Muelleri quaestt. p. 13 et notam meam ad Achill. I 370* ‖ 102 *Interpunctionem corr. Muellerus El. Stat. p. 17* | Nunc s. t. tempus, iners? quid *Barthius*

Tu veluti, magnum si iam tollentibus austris
Ionium nigra iaceat sub nube, magister
Immemor armorum versantisque aequora clavi
Cunctaris. Iamque ille novis (scit fama) superbit
Conubiis viresque parat, quis regna capessat,
Quis neget; inque tua senium sibi destinat aula.
Dant animos socer augurio fatalis Adrastus
Dotalesque Argi, nec non in foedera vitae
Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.
Hinc tumor, et longus fratri promitteris exul.
Ipse deum genitor tibi me miseratus ab alto
Mittit: habe Thebas, caecumque cupidine regni
Ausurumque eadem germanum expelle, nec ultra
Fraternos inhiantem obitus sine fidere coeptis
Fraudibus aut Cadmo dominas inferre Mycenas.'
Dixit, et abscedens (etenim iam pallida turbant
Sidera lucis equi) ramos ac vellera fronti
Deripuit, confessus avum, dirique nepotis
Incubuit stratis, iugulum mox caede patentem
Nudat et undanti perfundit vulnere somnum.
Illi rupta quies, attollit membra toroque
Eripitur plenus monstris, vanumque cruorem
Excutiens simul horret avum fratremque requirit.
Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas somnosque excussit inertes,
Bella cupit laxatque genas et temperat ungues,
Mox ruit in turmas natisque alimenta cruentis

---

105 sq. 'Tu — Ionium' schol. Theb. II 193 p. 53 L. — 111 sq. 'Dant — Argi' schol. Theb. II 210 p. 54 L.

---

105 se **P** ‖ 106 taceat **H** ‖ 108 sic fama **GHTp** sic *vel* it *Lachmannus* ‖ 118 fidere (†foedere) ceptis **P** fide receptis **BG²bc¹r** († federe *suprascr. al. m.*) sidere coeptis **c³** *Gronov.* diffidere coeptis *Wakefieldus* fidere pactis, Fraudibus *Baehrensius* ‖ 119 Fraudibus († fratribus *m. sec.*) **P** ‖ 122 Deripiuit **P** ‖ 126 Eripitur **P** Erigitur *ceteri* ‖ 129 in stabulis *et* 130 et iam parat *Baehrensius*

Spirantem fert ore virum: sic excitus ira
Ductor in absentem consumit proelia fratrem.
Et iam Mygdoniis elata cubilibus alto
Impulerat caelo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas multumque sequenti
Sole rubens; illi roseus per nubila seras
Advertit flammas alienumque aethera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat atque ipsi radios vetet esse sorori,
Cum senior Talaionides nec longa morati
Dircaeusque gradum pariterque Acheloius heros
Corripuere toris. Illos post verbera fessos
Exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus; at Inachio tenuis sub pectore regi
Tracta quies, dum mente deos inceptaque versat
Hospitia, et quae sint generis adscita repertis
Fata movet. Postquam mediis in sedibus aulae
Congressi inque vicem dextras iunxere locumque,
Quo serere arcanas aptum atque evolvere curas,
Insidunt, prior his dubios compellat Adrastus:
'Egregii iuvenum, quos non sine numine regnis
Invexit nox dextra meis, quibus ipse per imbres
Fulminibus mixtos intempestumque Tonantem
Has meus usque domus vestigia fecit Apollo,
Non equidem obscurum vobis plebique Pelasgae
Esse rear, quantis conubia nostra procorum
Turba petant studiis; geminae mihi namque, nepotum
Laeta fides, aequo pubescunt sidere natae.

---

144. 'cornu — omni' schol. Theb. VI 27 p. 198 L.

---

135 Dispulerat *vel* Depulerat *Lachmannus* ‖ 136 vultumque *Gifanius* ‖ 141 talaionides **PG²c** talaionides (m suprascr.) **r** talaonides **BM** telaonides **G** *cf.* Ταλαϊονίδης *Hom. Il. II 566 XXIII 678* ‖ 142 Dircheusque **P** ‖ 153 nox atra **BG²M** *edd. vett.* ‖ 155 domus **P** domos *ceteri*; *cf. III 578 V 97 VIII 49 IX 798 XII 519* ‖ 157 reor **G²cm** rear (o *pr. m.*) **r**

Quantus honos quantusque pudor, ne credite patri,
Et super hesternas licuit cognoscere mensas.
Has tumidi solio et late dominantibus armis
Optavere viri (longum enumerare Pheraeos
Oebaliosque duces) et Achaea per oppida matres
Spem generis, nec plura tuus despexerat Oeneus
Foedera Pisaeisque socer metuendus habenis.
Sed mihi nec Sparta genitos nec ab Elide missos
Iungere fas generos: vobis hic sanguis et aulae
Cura meae longo promittitur ordine fati.
Di bene, quod tales stirpemque animosque venitis,
Ut responsa iuvent: hic durae tempore noctis
Partus honos, haec illa venit post verbera merces.'
  Audierant, fixosque oculos per mutua paulum
Ora tenent, visique inter sese ordine fandi
Cedere. Sed cunctis Tydeus audentior actis
Incipit: 'O quam te parcum in praeconia famae
Mens agitat matura tuae, quantumque ferentem
Fortunam virtute domas! Cui cedat Adrastus
Imperiis? quis te solio Sicyonis avitae
Excitum infrenos componere legibus Argos
Nesciat? atque utinam his manibus permittere gentes,
Iuppiter aeque, velis, quas Doricus alligat intus
Isthmos et alterno quas margine submovet infra!
Non fugeret diras lux intercisa Mycenas,
Saeva nec Eleae gemerent certamina valles,

* * * *

Eumenidesque aliis aliae sub regibus, et quae

179 sq. 'quis — Argos' schol. Theb. IV 50 p. 121 L.

160 mi credite *Baehrensius* || 162 armis **PG²B²cbδγ¹** aruis **P** *marg.* **B¹γ²S** († armis) *Beh.* **Tpg** *Leid.* (*al. m.* † armis) **r** († armis) || 166 Pisaeisve *Lachmannus* || 170 stirpeque animoque (*in marg.* stirpê) **PG²** || 171 tempora **P** || 172 post vulnera *Barthius* || 182 intus **P** undis *ceteri* || 185 *Post hunc versum ne quid excidisset recte Duebnerus suspicatus est* || 185 *sq.* vallis Eumenidesque aliis alias *Sandstroemius* aliis aliae essent r. (*sine

Tu potior, Thebane, queri: nos vero volentes
Expositique animis.' Hic interfatus et alter
Subicit: 'Anne aliquis soceros accedere tales
Abnuat? exulibus quamquam patriaque fugatis
Nondum laeta Venus, tamen omnis corde resedit
Tristitia, adfixique animo cessere dolores.
Nec minus haec laeti trahimus solacia, quam si
Praecipiti convulsa noto prospectet amicam
Puppis humum. Iuvat ingressos felicia regni
Omina, quod superest fati vitaeque laborum
Fortuna transire tua.' Nec plura morati
Consurgunt, dictis impensius aggerat omne
Promissum Inachius pater, auxilioque futurum
Et patriis spondet reduces inducere regnis.
  Ergo alacres Argi, fuso rumore per urbem
Advenisse duci generos primisque hymenaeis
Egregiam Argian nec formae laude secundam
Deïpylen tumida iam virginitate iugari,
Gaudia mente parant; socias it Fama per urbes,
Finitimisque agitatur agris procul usque Lycaeos
Partheniosque super saltus Ephyraeaque rura.
Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
Insilit haec totis perfundit moenia pinnis:
Labdaciumque ducem praemissae consona nocti
Territat; hospitia et thalamos et foedera regni
Permixtumque genus (quae tanta licentia monstro,
Quis furor est?), iam bella canit. — Diffuderat Argos
Expectata dies: laeto regalia coetu
Atria complentur, species est cernere avorum
Comminus et vivis certantia vultibus aera.

203 sq. 'egregiam — Deipylen' Priscian. II 8, 46 p. 72 H.

lacuna*) *Baehrensius* || 188 hic *Lachmannus* sic *codd.* || 203 argian **BG²** *Prisc.* **rc** argiam **PHT** || 208 vadens dea *Baehrensius* || 209 haec **PBG²S** (*suprascr.* et) **M** ac **H** et *Lips. edd.* || 213 furor ?) et iam *Lachmannus*

Tantum ausae perferre manus! Pater ipse bicornis
In laevum prona nixus sedet Inachus urna;
Hunc tegit Iasiusque senex placidusque Phoroneus,
Et bellator Abas indignatusque Tonantem
Acrisius nudoque ferens caput ense Coroebus,
Torvaque iam Danai facinus meditantis imago;
Exin mille duces. Foribus cum immissa superbis
Unda fremit vulgi, procerum manus omnis et alto
Quis propior de rege gradus, stant ordine primi.
Interior sacris calet et sonat aula tumultu
Femineo; casta matrem cinxere corona
Argolides, pars virginibus circum undique fusae
Foedera conciliant nova solanturque timorem.
Ibant insignes vultuque habituque verendo
Candida purpureum fusae super ora pudorem
Deiectaeque genas; tacite subit ille supremus
Virginitatis amor, primaeque modestia culpae
Confundit vultus; tunc ora rigantur honestis
Imbribus, et generos lacrimae iuvere paventes.
Non secus ac supero pariter si cardine lapsae
Pallas et asperior Phoebi soror, utraque telis,
Utraque torva genis flavoque in vertice nodo,
Illa suas Cyntho comites agat, haec Aracyntho;
Tunc, si fas oculis, non umquam longa tuendo
Expedias, cui maior honos, cui gratior, aut plus
De Iove, mutatosque velint transumere cultus,
Et Pallas deceat pharetras et Delia cristas.
Certant laetitia superosque in vota fatigant
Inachidae, quae cuique domus sacrique facultas.

242 sq. 'mutatosque—cristas' Priscian. XVIII 10, 89 p. 247 H.

217 proferre **H** *m. pr. Bernartius* | bicorni **P** ‖ 223 foribus cum inmissa **PB**G^2**M** foribusque inmissa **G** *Beh. Ald. Heinsius* foribus comissa **pTH** tum immissa *Baehrensius* ‖ 224 volgi **P** ‖ 227 matrem G^2**G**c^1 matrē **P** matr^{u}ẹm **R** matrum **BM** matres *edd.* ‖ 232 supremae **P** ‖ 235 teneros l. i. parentes *codd.* generos l. i. paventes *corr. Sandstroemius* generos l. et

Hi fibris animaque litant, hi caespite nudo,
Nec minus auditi, si mens accepta, merentur
Ture deos, fractisque obtendunt limina silvis.
Ecce metu subito (Lachesis sic dura iubebat)
Impulsae mentes, excussaque gaudia patri,
Et turbata dies. Innuptam limite adibant
Pallada, Munychiis cui non Argiva per urbes
Posthabita est Larisa iugis; huic more parentum
Iasides, thalamis ubi casta adolesceret aetas,
Virgineas libare comas primosque solebant
Excusare toros. Celsam subeuntibus arcem
In gradibus summi delapsus culmine templi,
Arcados Euhippi spolium, cadit aereus orbis,
Praemissasque faces, festum nubentibus ignem,
Obruit, eque adytis simul exaudita remotis
Nondum ausos firmare gradum tuba terruit ingens.
In regem conversi omnes formidine prima,
Mox audisse negant; cunctos tamen omina rerum
Dira movent, variisque metum sermonibus augent.
Nec mirum: nam tu infaustos donante marito
Ornatus, Argia, geris dirumque monile
Harmoniae. Longa est series et nota malorum:
Persequar, unde novis tam saeva potentia donis.

265 sq. 'nec — geris' Priscian. II 8, 46 p. 72 H.

i. p. *Lachmannus* iuvere pavores *Barthius* ‖ 247 merentur **P** meretur **BM** mere//t' G^2 ^{m}veretur **Sg** ‖ 250 patri **P** patris **B**G^2**M** patrum *Beh. 2* vulgi **GHp** ‖ 251 limine **PB**G^2**S**; *corr. Baehrensius* lumine **p** *Lang. edd.* ‖ 252 monychiis **P** monichiis **B**G^2**M** | per orbes *vel potius* per orbem *Madvigius* audita per orbem *Koestlinus* ‖ 253 hic *codd.* huic *corr. anon.* ‖ 257 delapsus **PGL**δ *Bentleius* delapsum **B**G^2**M** ‖ 265 nam tum **Prcb** *Beh.* ‖ 267 Harmonię **P** Armonié G^2 Harm^{i}on/ae **B** Hermionae **Sr** *Beh. 1* **H** Hermione **cp** Hermiones *Beh. 2* **T**π**L** Ermiones **G** Aerm^{y}onae **b** Harmonies *edd. Eadem lectionis varietas invenitur his locis: II 272. 290 III 271 IV 206 VII 603 VIII 236 IX 824 X 893* | et *Baehrensius* sed *codd.* ‖ 268 *otiosum*

Lemnius haec, ut prisca fides, Mavortia longum
Furta dolens, capto postquam nil obstat amori
Poena nec ultrices castigavere catenae,
Harmoniae dotale decus sub luce iugali
Struxerat. Hoc, docti quamquam maiora, laborant
Cyclopes, notique operum Telchines amica
Certatim iuvere manu; sed plurimus ipsi
Sudor. Ibi arcano florentes igne zmaragdos
Cingit et infaustas percussum adamanta figuras
Gorgoneosque orbes Siculaque incude relictos
Fulminis extremi cineres viridumque draconum
Lucentes a fronte iubas; hic flebile germen
Hesperidum et dirum Phrixei velleris aurum;
Tum varias pestes raptumque interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, et quae pessima ceston
Vis probat; haec circum spumis lunaribus ungit
Callidus atque hilari perfundit cuncta veneno.
Non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
Non Decor Idaliusque puer, sed Luctus et Irae
Et Dolor et tota pressit Discordia dextra.
Prima fides operi, Cadmum comitata iacentem
Harmonia versis in sibila dira querellis
Illyricos longo sulcavit pectore campos.
Improba mox Semele vix dona nocentia collo
Induit, et fallax intravit limina Iuno.
Teque etiam, infelix, perhibent, Iocasta, decorum
Possedisse nefas; vultus hac laude colebas,
Heu quibus, heu placitura toris! post longior ordo.

---

275 sq. 'sed — sudor ibi' Serv. ad Aen. XII 90.

---

putat Lachmannus ‖ 269 hoc *Schraderus* est ut *Baehrensius* ‖ 270 coepto *Heinsius* ‖ 277 Iungit *Heinsius* Cogit *Burmannus* | infaustae p. a. figurae *Heinsius* percusso adamante *Baehrensius* ‖ 278 relectos *Heinsius* ‖ 279 hesterni cineres *idem* | crines *Wesselingius* ‖ 280 his *Koestlinus* hinc *Baehrensius* ‖ 282 Tunc **PGHπ** ‖ 283 cęstom **PS** ‖ 287 Idaliusve *Lachmannus* ‖ 292 semel **P** ‖ 295 ac **PS** | luce *Baehrensius*

Tunc donis Argia nitet vilesque sororis
Ornatus sacro praeculta supervenit auro.
Viderat hoc coniunx perituri vatis et aras
Ante omnes epulasque trucem secreta coquebat
Invidiam, saevis detur si quando potiri
Cultibus, heu nihil auguriis adiuta propinquis.
Quos optat gemitus, quantas cupit impia clades!
Digna quidem, sed quid miseri decepta mariti
Arma, quid insontes nati meruere furores?
Postquam regales epulas et gaudia vulgi
Bisseni clusere dies, Ismenius heros
Respicere ad Thebas iamque et sua quaerere regna.
Quippe animum subit illa dies, qua, sorte benigna
Fratris, Echionia steterat privatus in aula,
Respiciens descisse deos trepidoque tumultu
Dilapsos comites, nudum latus omne fugamque
Fortunae. Namque una soror producere tristes
Exulis ausa vias; etiam hanc in limine primo
Liquerat et magna lacrimas incluserat ira.
Tunc quos excedens hilares, quis cultus iniqui
Praecipuus ducis, et profugo quos ipse notarat
Ingemuisse sibi, per noctem ac luce sub omni
Digerit; exedere animum dolor iraque demens
Et, qua non gravior mortalibus addita curis,
Spes, ubi longa venit. Talem sub pectore nubem
Consilii volvens Dircen Cadmique negatas
Apparat ire domos. Veluti dux taurus amata
Valle carens, pulsum solito quem gramine victor

---

297 sq. 'tunc — auro' Priscian. I 9, 54 p. 41 H. — 313 sq. 'namque — vias' schol. Theb. XII 405 p. 414 L.

---

297 Tum **BG²SM** ‖ 300 coquebant **P** ‖ 311 discisse **P** discesse **p** *Tollius* descisse (*sec. m. suprascr.* abiisse) **G²** abiisse **o** desisse **T** ‖ 320 curis **P** *Heinsius* cura **BG²M** ‖ 322 Consilii **p** *Burmannus* Consilio **PBG²M**

Iussit ab erepta longe mugire iuvenca,
Cum profugo placuere tori cervixque recepto
Sanguine magna redit fractaeque in pectore quercus,
Bella cupit pastusque et capta armenta reposcit
Iam pede, iam cornu melior (pavet ipse reversum
Victor, et attoniti vix agnovere magistri):
Non alias tacita iuvenis Teumesius iras
Mente acuit. Sed fida vias arcanaque coniunx
Senserat; utque toris primo complexa iacebat
Aurorae pallore virum, 'quos, callide, motus
Quamve fugam moliris?' ait 'nil transit amantes.
Sentio, pervigiles acuunt suspiria questus,
Numquam in pace sopor. Quotiens haec ora natare
Fletibus et magnas latrantia pectora curas
Admota deprendo manu? Nil foedere rupto
Conubiisve super moveor viduaque iuventa,
Etsi crudus amor necdum post flammea toti
Intepuere tori: tua me, properabo fateri,
Angit, amate, salus. Tune incomitatus, inermis
Regna petes? poterisque tuis decedere Thebis,
Si neget? atque illum sollers deprendere semper
Fama duces tumidum narrat raptoque superbum
Difficilemque tibi: necdum consumpserat annum.
Me quoque nunc vates, nunc exta minantia divos
Aut avium lapsus aut turbida noctis imago
Terret, et a, memini, numquam mihi falsa per umbras

325 mugire (*sec. m. suprascr.* † migrare) **P** ‖ 327 in pectore **PBG^2SM** in pectora **op**π | quercus († vires *m. sec. suprascr.*) **PBg** quercus b *Dan.* r^1 vires **G^2SM** ‖ 328 pastusque **PG** saltusque **BG^2SM** | rapta **H** pacta *Baehrensius* ‖ 331 tacita **G^2** tacita^{us} **c** tacitas **Brb** tacite **P** ‖ 332 coquit *Heinsius* ‖ 335 nihil **P** ‖ 338 iactantia **G^2B** *m. sec.* **M** ‖ 339 nihil **P** ‖ 343 amate **G^2c** amata **PBM**; *interpunctionem corr. Schraderus* | Tangit, amate, salus *Bentleius* ‖ 344 petes **G^2** petis **Pp** petens **B** petens **S** ‖ 345 deprehendere **PG** reprendere *Lachmannus* ‖ 347 consumpserit δ *Lips. prob. Heinsio* ‖ 350 Terret et **P** Territ$\overset{a}{e}$t **BSr** Territat **G^2M**

Iuno venit. Quo tendis iter? ni conscius ardor
Ducit et ad Thebas melior socer.' Hic breve tandem
Risit Echionius iuvenis tenerumque dolorem
Coniugis amplexu solatus et oscula maestis
Tempestiva genis posuit lacrimasque repressit:
'Solve metus animo, dabitur, mihi crede, medentum
Consiliis tranquilla dies; te fortior annis
Nondum cura decet. Sciat haec Saturnius olim
Fata parens, oculosque polo demittere si qua
Iustitia et rectum terris defendere curat:
Fors aderit lux illa tibi, qua moenia cernes
Coniugis et geminas ibis regina per urbes.'
Sic ait, et caro raptim se limine profert.
Tydea iam socium coeptis, iam pectore fido
Aequantem curas (tantus post iurgia mentes
Vinxit amor) socerumque adfatur tristis Adrastum.
Fit mora consilio, cum multa moventibus una
Iam potior cunctis sedit sententia, fratris
Pertemptare fidem tutosque in regna precando
Explorare aditus. Audax ea munera Tydeus
Sponte subit; nec non et te, fortissime gentis
Aetolum, multum lacrimis conata morari
Deipyle, sed iussa patris tutique regressus
Legato iustaeque preces vicere sororis.
Iamque emensus iter silvis ac litore durum,
Qua Lernaea palus ambustaque sontibus alte
Intepet hydra vadis, et qua vix carmine raro

356 sq. 'dabitur — dies' Priscian. VII 16, 75 p. 351 H.

354 solatus **PSB** *pr. m.* **rH** solatur **G^2** (*cum. ras.*) **M** ‖ 356 mi **P** | merentum **PM** *Prisc.* merentium **B** medentum *corr. Schraderus* parentum *Baehrensius* ‖ 357 dies **PBM** *Prisc.* quies **H** *Schraderus* ‖ 359 dimittere *codd.* demittere *corr. Menkius* | si quos *codd.* si qua *corr. Bernartius* si mittere, si quid Iustitiam *Baehreusius* ‖ 366 adfatur tritus **P** ‖ 367—458 *desunt in* **g** *cum duo folia exciderint* ‖ 368 Nam **BG^2M** ‖ 369 Praetentare *D. Heinsius*

Longa sonat Nemea nondum pastoribus ausis,
Qua latus Eoos Ephyres quod vergit ad Euros
Sisyphiique sedent portus irataque terrae
Curva Palaemonio secluditur unda Lechaeo.
Hinc praetervectus Nisum et te, mitis Eleusin,
Laevus abit, iamque arva gradu Teumesia et arces
Intrat Agenoreas; ibi durum Eteoclea cernit
Sublimem solio saeptumque horrentibus armis.
Iura ferus populo trans legem ac tempora regni
Iam fratris de parte dabat; sedet omne paratus
In facinus queriturque fidem tam sero reposci.
Constitit in mediis (ramus manifestat olivae
Legatum) causasque viae nomenque rogatus
Edidit; utque rudis fandi pronusque calori
Semper erat, iustis miscens tamen aspera coepit:
'Si tibi plana fides et dicti cura maneret
Foederis, ad fratrem completo iustius anno
Legatos hinc ire fuit teque ordine certo
Fortunam exuere et laetum descendere regno,
Ut vagus ille diu passusque haut digna per urbes
Ignotas pactae tandem succederet aulae.
Sed quia dulcis amor regni blandumque potestas,
Posceris: astriferum iam velox circulus orbem
Torsit et amissae redierunt montibus umbrae,
Ex quo frater inops ignota per oppida tristes
Exul agit casus; et te iam tempus aperto
Sub Iove ferre dies terrenaque frigora membris
Ducere et externos submissum ambire penates.

388. 'queriturque — reposci' Priscian. XV 3, 11 p. 69 H. — 389 sq. 'ramus — legatum' Eutych. lib. II p. 483, 21 K.

378 nemeę **P** ‖ 379 convergit *Baehrensius* ‖ 380 intrataque *Heinsius* ‖ 383 abit **PBG** habet **G²SM** | gradu *om.* **P** ‖ 389 ramo **BG²bcT** ramo confessus *Barthius* ‖ 393 atque icti cura *Gudius* ‖ 396 discedere **GpTHL** ‖ 403 aperto **P** *Lips.* apertos **BG²M**

Pone modum laetis; satis ostro dives et auro
Conspicuus tenuem germani pauperis annum
Risisti; moneo, regnorum gaudia temet
Dedoceas patiensque fugae mereare reverti.'
Dixerat. Ast illi tacito sub pectore dudum
Ignea corda fremunt, iacto velut aspera saxo
Comminus erigitur serpens, cui subter inanes
Longa sitis latebras totumque agitata per artus
Convocat in fauces et squamea colla venenum:
'Cognita si dubiis fratris mihi iurgia signis
Ante forent nec clara odiorum arcana paterent,
Sufficeret vel sola fides, quam servo: sed illum
Mente gerens, ceu saepta novus iam moenia laxet
Fossor et hostiles inimicent classica turmas,
Praefuris. In medios si comminus orsa tulisses
Bistonas aut refugo pallentes sole Gelonos,
Parcior eloquio et medii reverentior aequi
Inciperes. Neque te furibundae crimine mentis
Arguerim: mandata refers. Nunc omnia quando
Plena minis, nec sceptra fide nec pace sequestra
Poscitis, et propior capulo manus, haec mea regi
Argolico, nondum aequa tuis, vice dicta reporta:
Quae sors iusta mihi, quae non indebitus annis
Sceptra dicavit honos, teneo longumque tenebo.
Te penes Inachiae dotalis regia dono
Coniugis, et Danaae (quid enim maioribus actis
Invideam?) cumulentur opes, felicibus Argos
Auspiciis Lernamque regas; nos horrida Dirces
Pascua et Euboicis artatas fluctibus oras,

406. 'satis — auro' Serv. ad Aen. II 22.

413 totumque **P** totosque *ceteri* ‖ 417 quam **PBG²SM** qua **p** *schol.* | servo sed **P** torvus et *ceteri* ‖ 422 eloquio **PpL** alloquio **BG²SM** ‖ 424 nunc (*suprascr. m. sec.* † sunt) **P** ‖ 427 aequata vice *Barthius prob. Duebnero* ‖ 428 anni **PG** *m. pr.* ‖ 431 maioribus aulis *Madvigius*

Non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden: tibi larga (Pelops et Tantalus auctor)
Nobilitas, propiorque fluat de sanguine iuncto
Iuppiter. Anne feret luxu consueta paterno
Hunc regina larem? nostrae cui iure sorores
Anxia pensa trahant, longo quam sordida luctu
Mater et ex imis auditus forte tenebris
Offendat sacer ille senex! Iam pectora vulgi
Adsuevere iugo: pudet heu! plebisque patrumque,
Ne totiens incerta ferant mutentque gementes
Imperia et dubio pigeat parere tyranno.
Non parcit populis regnum breve; respice, quantus
Horror, et attoniti nostro in discrimine cives!
Hosne ego, quis certa est sub te duce poena, relinquam?
Iratus, germane, venis. Fac velle: nec ipsi,
Si modo notus amor meritique est gratia, patres
Reddere regna sinent.' Non ultra passus, et orsa
Iniecit mediis sermonibus obvia: 'Reddes,'
Ingeminat, 'reddes; non si te ferreus agger
Ambiat aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat, nil tela nec ignes
Obstiterint, quin ausa luas nostrisque sub armis
Captivo moribundus humum diademate pulses.
Tu merito; ast horum miseret, quos sanguine viles
Coniugibus natisque infanda ad proelia raptos
Proicis excidio, bone rex. O quanta Cithaeron
Funera sanguineusque vadis, Ismene, rotabis!
Haec pietas, haec magna fides! nec crimina gentis

---

454 sq. 'aut — Amphion' schol. Theb. I 10 p. 4 L.

---

437 fluit *D. Heinsius* ‖ 439 Huc **P** ‖ 442 sacer **P** *Leid.* socer **BG²SM** | volgi **P** ‖ 443 (pudet heu! plebisque patrumque) *Koestlinus* ‖ 447 ut attoniti *Koestlinus* ‖ 450 Sic mihi *Lachmannus* ‖ 453 Ingeminans *Beh. Marklandus* ‖ 454 alius *Schraderus* ‖ 458 orum **P** ‖ 461 sanguineisque **G²** (*cum ras*). **M** | notabis *coni. Muellerus* ‖ 462 crimina mentis *idem*

Mira equidem duco: sic primus sanguinis auctor
Incestique patrum thalami; sed fallit origo:
Oedipodes tu solus eras, haec praemia morum
Ac sceleris, violente, feres! nos poscimus annum;
Sed moror.' Haec audax etiamnum in limine regis
Vociferans iam tunc impulsa per agmina praeceps
Evolat. Oeneae vindex sic ille Dianae
Erectus saetis et aduncae fulmine malae,
Cum premeret Pelopea phalanx, saxa obvia volvens
Fractaque perfossis arbusta Acheloia ripis,
Iam Telamona solo, iam stratum Ixiona linquens
Te, Meleagre, subit: tibi demum cuspide lata
Haesit et obnixo ferrum laxavit in armo.
Talis adhuc trepidum linquit Calydonius heros
Concilium infrendens, ipsi ceu regna negentur,
Festinatque vias ramumque precantis olivae
Abicit. Attonitae tectorum e culmine summo
Aspectant matres, saevoque infanda precantur
Oenidae tacitoque simul sub pectore regi.
  Nec piger ingenio scelerum fraudisque nefandae
Rector eget. Iuvenum fidos, lectissima bello
Corpora, nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis, nocturnaque proelia saevus
Instruit, et sanctum populis per saecula nomen
Legatum insidiis tacitoque invadere ferro
(Quid regnis non vile?) cupit. Quas quaereret artes,
Si fratrem, Fortuna, dares! O caeca nocentum
Consilia! o semper timidum scelus! Exit in unum
Plebs ferro iurata caput; ceu castra subire

---

463 Mirequidem **PB¹b¹G²** *pr. m.* Mire (a *al. m.*) quidem **S** Mira quidem **B²G²** *sec. m.* **M** ‖ 465 Oedipodis (*sc. filius*) *Iortinus prob. Muellero* | tu solus eris **p** ‖ 467 regis **PG** *Ald.* retro **BG²M** ‖ 474 tibi **PHδ** ibi **BG²M** ‖ 475 lassavit *Madvigius* ‖ 476 linquit **Pp** liquit **BM** ‖ 479 e culmine **M** et culmine **B** in culmine **H** e limine **P** e limite **G** ‖ 480 Aspectant **PG** Prospectant *ceteri* ‖ 488 queret **P**

Apparet aut celsum crebris arietibus urbis
Inclinare latus: densi sic agmine facto
Quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
Macte animi, tantis dignus qui crederis armis!
Fert via per dumos propior, qua calle latenti
Praecelerant densaeque legunt compendia silvae.
Lecta dolis sedes: gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles, quos umbra superni
Montis et incurvis claudunt iuga frondea silvis
(Insidias natura loco caecamque latendi
Struxit opem); mediasque arte secat aspera rupes
Semita, quam subter campi devexaque latis
Arva iacent spatiis. Contra importuna crepido,
Oedipodioniae domus alitis; hic fera quondam
Pallentes erecta genas suffusaque tabo
Lumina, concretis infando sanguine plumis
Reliquias amplexa virum semesaque nudis
Pectoribus stetit ossa premens visuque frementi
Conlustrat campos, si quis concurrere dictis
Hospes inexplicitis aut comminus ire viator
Audeat et dirae commercia iungere linguae;
Nec mora, quin acuens exertos protinus ungues
Liventesque manus fractosque in vulnere dentes
Terribili adplausu circum hospita surgeret ora;
Et latuere doli, donec de rupe cruenta
Heu! simili deprensa viro, cessantibus alis,
Tristis inexpletam scopulis adfligeret alvum.

495. 'Macte—armis' Pompeius comm. art. Don. p. 188, 14 K.

492 crebri arietis ictibus *Ungerus* ‖ 494 artis *Muellerus* | 495 dignus tantis *Pompeius* ‖ 499 quas umbra superne *Muellerus* ‖ 502 mediasque **PGH** *m. sec. Ald.* medias **BG²M** ‖ 509 frementi **PRL** trementi **BG²GHp** trementes **SδT** tremens **c** trementis *Lachmannus* tremendo *Muellerus* ‖ 514 factosque in vulnera *Koestlinus* | in vulnera **PGH** ‖ 518 adfigeret *Oudendorpius*

Monstrat silva nefas, horrent vicina iuvenci
Gramina, damnatis avidum pecus abstinet herbis.
Non Dryadum placet umbra choris, non commoda sacris
Faunorum, diraeque etiam fugere volucres
Prodigiale nemus. Tacitis huc gressibus acti
Deveniunt peritura cohors, hostemque superbum
Adnixi iaculis et humi posita arma tenentes
Expectant densaque nemus statione coronant.
Coeperat umenti Phoebum subtexere palla
Nox et caeruleam terris infuderat umbram.
Ille propinquabat silvis et ab aggere celso
Scuta virum cristasque videt rutilare comantes,
Qua laxant rami nemus adversaque sub umbra
Flammeus aeratis lunae tremor errat in armis.
Obstipuit visis, ibat tamen, horrida tantum
Spicula et inclusum capulo tenus admovet ensem,
Ac prior 'unde, viri, quidve occultatis in armis?'
Non humili terrore rogat. Nec reddita contra
Vox, fidamque negant suspecta silentia pacem.
Ecce autem vasto Chthonii contorta lacerto,
Quo duce freta cohors, fuscas intervolat auras
Hasta; sed audenti deus et fortuna recessit.
Per tamen Olenii tegimen suis hirtaque saetis
Terga super laevos umeros vicina cruori
Effugit et viduo iugulum ferit inrita ligno.
Tunc horrere comae sanguisque in corde gelari.
Huc ferus atque illuc animum pallentiaque ira
Ora ferens (nec tanta putat sibi bella parari):

523 huic **P** ‖ 530 cristasque **PGHδ** galeasque **BG²SM** | 536 nec credita **P** ‖ 538 chromi **P** *edd. vett.* chronii **BG²SM** chromii **G** cromii **Tδ** chronis **H** Chthonii *corr. Gronovius coll. III 170 IV 597 Pausan. IX 5, 3. Apud Homerum (Il. IV 394 sq.) haec cohors duces habet Maeonem Haemonidem et Polyphontem Autophoni filium* ‖ 541 atraque *codd.* hirtaque *corr. Heinsius* artaque *Menkius* aspraque *Bitschofskius* ‖ 544 corda **PB** ‖ 545 animi it *Baehrensius* ‖ 546 putans *Madvigius*

'Ferte gradum contra campoque erumpite aperto!
Quis timor audendi, quae tanta ignavia? Solus,
Solus in arma voco.' Neque in his mora; quos ubi plures,
Quam ratus, innumeris videt excursare latebris,
Hos deire iugis, illos e vallibus imis
Crescere, nec paucos campo, totumque sub armis
Conlucere iter (ut clausas indagine profert
In medium vox prima feras), quae sola medendi
Turbata ratione via est, petit ardua dirae
Sphingos et abscisis infringens cautibus uncas
Exsuperat iuga dira manus, scopuloque potitus,
Unde procul tergo metus et via prona nocendi,
Saxum ingens, quod vix plena cervice gementes
Vertere humo valeant murisque inferre iuvenci,
Rupibus avellit; dein toto sanguine nixus
Sustinet, immanem quaerens librare ruinam,
Qualis in adversos Lapithas erexit inanem
Magnanimus cratera Pholus. Stupet obvia leto
Turba superstantem atque emissi turbine montis
Obruitur; simul arma virum, simul ora manusque
Fractaque commixto sederunt pectora ferro.
Quattuor hic adeo disiecti mole sub una
Congemuere, fuga tremefactum protinus agmen
Excutitur coeptis. Neque enim temnenda iacebant
Funera: fulmineus Dorylas, quem regibus ardens
Aequabat virtus, Martisque e semine Theron

572 sq. 'Martisque — avos' Priscian. XVIII 25, 223 p. 318 H.

549 nec in his *Muellerus* ‖ 551 deire **P** *schol.* **G** *m. sec. prob. Gronovio* prodire **BG^{2}SM** ‖ 556 abscisis **PG^{2}Srb** abcisis **B** abscissis **M** ‖ 559 bina cervice **c** sex plena *Barthius* vix dena *Madvigius* ‖ 560 humum durisque **P** | murisque valent *codd. edd.* valeant murisque *corr. Kootenius* murisque queant *Baehrensius* ‖ 561 evellit **PGH** ‖ 566 simul arma virum simul ora manusque *Beh.* simul ora v. s. ora m. **P** simul ora v. s. arma m. **BM** ‖ 568 *versus suo loco om. in* **P** *post v. 580 in infima pagina add.* | disiecti **p** *Lachmannus* disiecta **P** deiecti **BG^{2}M** *edd.*

Terrigenas confisus avos, nec vertere cuiquam
Frena secundus Halys, sed tunc pedes occubat arvis,
Pentheumque trahens nondum te Phaedimus aequo,
Bacche, genus. Quorum ut subitis exterrita fatis
Agmina turbatam vidit laxare catervam,
Quae duo sola manu gestans acclinia monti
Fixerat, intorquet iacula et fugientibus addit.
Mox in plana libens, nudo ne pectore tela
Inciderent, saltu praeceps defertur et orbem,
Quem procul oppresso vidit Therone volutum,
Corripuit, tergoque et vertice tegmina nota
Saeptus et hostili propugnans pectora parma
Constitit. Inde iterum densi glomerantur in unum
Ogygidae firmantque gradum; trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mavortia munera magni
Oeneos, et partes pariter divisus in omnes
Hos obit atque illos ferroque micantia tela
Decutit; impeditant numero seque ipsa vicissim
Arma premunt, nec vis conatibus ulla, sed ipsae
In socios errare manus et corpora turba
Involvi prolapsa sua; manet ille ruentes
Angustus telis et inexpugnabilis obstat.
Non aliter Getica (si fas est credere) Phlegra
Armatum immensus Briareus stetit aethera contra,

573. 'Terrigenas — avos' id. ib. 244 p. 329 H. — 575 sq. 'Pentheumque — genus' id. VII 5, 17 p. 300 H. — 584. 'hostili — parma' id. XVIII 21, 175 p. 289 H.

574 occupat **P** ‖ 577 turbatam v. l. catervam **BG^{2}M** turbata v. l. caterva **PSTHδ** turbata v. l. ruina *Beh.* ‖ 580 ne in pectore **PGH** *m. pr.* ‖ 583 tegmina nota **Pg** tegmine noto **B SM** tegmine nota **G^{2}c** ‖ 590 impediat **P** impediant **p** inpediant (t inpeditant) **r** ‖ 593 Involvit **PBG^{2}SM** Involvunt **pT** Involvi *corr. Heinsius et Gronovius* | ruentes **P** ruentis **rb^{1}G^2** (*sec. m.* c *suprascr.*) ruentum **BGH** *Colb.* cruentis **cpb^{2}R** ‖ 594 Angustis **P** ‖ 595 Geticae si fas est credere Phlegrae *codd., corr. Schraderus*

Hinc Phoebi pharetras, hinc torvae Pallados angues,
Inde Pelethroniam praefixa cuspide pinum
Martis, at hinc lasso motata Pyracmone temnens
Fulmina, cum toto nequiquam obsessus Olympo
Tot queritur cessare manus: non segnior ardet
Huc illuc clipeum obiectans, seque ipse recedens
Circuit, interdum trepidis occurrit et instat
Spicula devellens, clipeo quae plurima toto
Fixa tremunt armantque virum, saepe aspera passum
Vulnera, sed nullum vitae in secreta receptum
Nec mortem sperare valet. Rotat ipse furentem
Deilochum, comitemque illi iubet ire sub umbras
Phegea sublata minitantem bella securi
Dircaeumque Gyan et Echionium Lycophontem.
Iam trepidi sese quaerunt numerantque, nec idem
Caedis amor, tantamque dolent rarescere turbam.
  Ecce Chromis Tyrii demissus origine Cadmi
(Hunc utero quondam Dryope Phoenissa gravato
Rapta repente choris onerisque oblita ferebat,
Dumque trahit prensis taurum tibi cornibus, Euhan,
Procidit impulsus nimiis conatibus infans)
Tunc audax iaculis et capti pelle leonis
Pinea nodosae quassabat robora clavae
Increpitans: 'unusne, viri, tot caedibus unus
Ibit ovans Argos? vix credet fama reverso!
Heus socii, nullaene manus, nulla arma valebunt?
Haec regi promissa, Cydon, haec, Lampe, dabamus?'

623. 'haec — dabamus' Serv. ad Aen. X 325.

597 Pallados anguis **P** Palladis angues **BM** ‖ 599 motata *Lachmannus* mutata *codd. edd.* | Pyragmoni *Muellerus, sed cf. Imhofii emendatt. Statian. p. 4* ‖ 604 devellens **P** divellens **BG²SM** ‖ 605 passum **P** passus **BG²M** ‖ 607 properare *Baehrensius* | valens *Madvigius* ‖ 608 per umbras **PG** *m. pr.* ‖ 612 plenam (*om.* que) *m. sec. suprascr.* † tantam **P** ‖ 614 Nunc **P** ‖ 619 nodosam q. r. clavam **PGTδπ** nodosa q. r. clava **BG²SM** nodosae q. r. clavae *corr. anonymus prob. Duebnero* ‖ 622 Heu *codd.* Heus *corr. Muellerus*

Dum clamat, subit ore cavo Teumesia cornus,
Nec prohibent fauces; atque illi voce repleta
Intercepta natat prorupto in sanguine lingua.
Stabat adhuc, donec transmissa morte per artus
Labitur immorsaque cadens obmutuit hasta.
Vos quoque, Thespiadae, cur infitiatus honora
Arcuerim fama? Fratris moribunda levabat
Membra solo Periphas (nil indole clarius illa
Nec pietate fuit), laeva marcentia colla
Sustentans dextraque latus; singultibus artum
Exhaurit thoraca dolor, nec vincla coercent
Undantem fletu galeam, cum multa gementi
Pone gravis curvas perfringit lancea costas.
Exit et in fratrem, cognataque pectora telo
Conserit; ille oculos *etiamnum* in luce natantes
Sistit et aspecta germani morte resolvit.
At cui vita recens et adhuc in vulnere vires
'Hos tibi complexus, haec dent' ait 'oscula nati.'
Procubuere pares fatis (miserabile votum
Mortis) et alterna clauserunt lumina dextra.
  Protinus idem ultro iaculo parmaque Menoeten
Proterrebat agens trepidis vestigia retro
Passibus urgentem, donec defecit iniqua
Lapsus humo, pariterque manus distractus in ambas
Orat et a iugulo nitentem sustinet hastam:
'Parce per has stellis interlabentibus umbras,
Per superos noctemque tuam; sine, tristia Thebis
Nuntius acta feram vulgique per ora paventis
Contempto te rege canam: sic inrita nobis
Tela cadant, nullique tuum penetrabile ferro
Pectus, et optanti victor reveharis amico.'

637 sq. 'Fixit — traicit' schol. Theb. III 152 p. 89 L.

630 Arcuerim (c *ex* g *corr.*) **G²** *Bernartius* Arguerim **PBSM** ‖ 633 arti **P** ‖ 634 Vexavit *Muellerus* ‖ 637 ferro *schol. Theb. III 152, quod probat Baehrensius* leto *Naukius* ‖ 638 et adhuc in **P** etiamnum in *ceteri* casura in *Baehrensius* extrema luce *Marklandus*

Dixerat. Ille nihil vultum mutatus 'inanes
Perdis' ait 'lacrimas, et tu, ni fallor, iniquo
Pollicitus mea colla duci: nunc arma diemque
Proice; quid timidae sequeris compendia vitae?
Bella manent.' Simul haec, et crassum sanguine telum
Iam redit; ille super dictis infensus amaris
Prosequitur victos: 'Non haec trieterica vobis
Nox patrio de more venit, non orgia Cadmi
Cernitis aut avidas Bacchum scelerare parentes.
Nebridas et fragiles thyrsos portare putastis
Imbellem ad sonitum maribusque incognita veris
Foeda Celaenaea committere proelia buxo?
Hic aliae caedes, alius furor: ite sub umbras,
O timidi paucique!' Haec intonat; ast tamen illi
Membra negant, lassusque ferit praecordia sanguis.
Iam sublata manus cassos defertur in ictus,
Tardatique gradus, clipeum nec sustinet umbo
Mutatum spoliis, gelidus cadit imber anhelo
Pectore, tunc crines ardentiaque ora cruentis
Roribus et taetra morientum aspargine manant:
Ut leo, qui campis longe custode fugato
Massylas depastus oves, ubi sanguine multo
Luxuriata fames cervixque et tabe gravatae
Consedere iubae, mediis in caedibus astat
Aeger, hians victusque cibis; nec iam amplius irae
Crudescunt: tantum vacuis ferit aera malis
Molliaque eiecta delambit vellera lingua.
  Ille etiam Thebas spoliis et sanguine plenus
Isset et attonitis sese populoque ducique
Ostentasset ovans, ni tu, Tritonia virgo,

655 vultu **Pr** *Beh.* ‖ 665 manibusque **P** ‖ 671 sq. clipeum non sustinet. Umbo mutatur *Barthius* clipeum nec sustinet umbra (= silva telorum!) Mutatum toties *Sandstroemius* ‖ 672 Nutantem *Lachmannus* Mulctatum *Madvigius* (umbo Nutat cui sp.) cui *ad* clipeum *referens Baehrensius* ‖ 674 et atra **BSr** atque atra *Anglic.* et crebra *Beh.* | manent **P**

Flagrantem multaque operis caligine plenum
Consilio dignata virum: 'Sate gente superbi
Oeneos, absentes cui dudum vincere Thebas
Adnuimus, iam pone modum nimiumque secundis
Parce deis: huic una fides optanda labori.
Fortuna satis usus abi.' Restabat acerbis
Funeribus socioque gregi non sponte superstes
Haemonides (ille haec praeviderat, omina doctus
Aeris et nulla deceptus ab alite) Maeon,
Nec veritus prohibere ducem, sed fata monentem
Privavere fide. Vita miserandus inerti
Damnatur; trepido Tydeus inmitia mandat:
'Quisquis es Aonidum, quem crastina munere nostro
Manibus exemptum mediis aurora videbit,
Haec iubeo perferre duci: cinge aggere portas,
Tela nova, fragiles aevo circum inspice muros,
Praecipue stipare viros densasque memento
Multiplicare acies! fumantem hunc aspice late
Ense meo campum: tales in bella venimus.'
  Haec ait, et meritae pulchrum tibi, Pallas, honorem
Sanguinea de strage parat, praedamque iacentem
Comportat gaudens ingentiaque acta recenset.
Quercus erat tenerae iam longum oblita iuventae
Aggere camporum medio, quam plurimus ambit
Frondibus incurvis et crudo robore cortex.
Huic leves galeas perfossaque vulnere crebro
Inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses
Subligat et tractas membris spirantibus hastas.
Corpora tunc atque arma simul cumulata superstans
Incipit (oranti nox et iuga longa resultant):
'Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis,
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro

716 sq. 'Bellipotens—Gorgon' Priscian. VI 5, 27 p. 218 H.

693 Aeris **PpTL** Aeros **BG**² *Dan.* **S** Heros **GH** *Beh.* **cr** ‖ 695 vitae *Barthius* ‖ 697 Aonide *Barthius* ‖ 700 circum inspice **P** (?) *Baehrensius* circumspice *ceteri codd. edd.* ‖ 712 tractas **PpδG** (al.

Cassis et asperso crudescit sanguine Gorgon,
Nec magis ardentes Mavors hastataque pugnae
Impulerit Bellona tubas, huic adnue sacro,
Seu Pandionio nostras invisere caedes
Monte venis, sive Aonia devertis Itone
Laeta choris, seu tu Libyco Tritone repexas
Lota comas, qua te biiugo temone frementem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum:
Nunc tibi fracta virum spolia informesque dicamus
Exuvias. At si patriis Parthaonis arvis
Inferar et reduci pateat mihi Martia Pleuron,
Aurea tunc mediis urbis tibi templa dicabo
Collibus, Ionias qua despectare procellas
Dulce sit, et flavo tollens ubi vertice pontum
Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.
Hic ego maiorum pugnas vultusque tremendos
Magnanimum effingam regum, figamque superbis
Arma tholis, quaeque ipse meo quaesita revexi
Sanguine, quaeque dabis captis, Tritonia, Thebis.
Centum ibi virgineis votae Calydonides aris
Actaeas tibi rite faces et ab arbore casta
Nectent purpureas niveo discrimine vittas,
Pervigilemque focis ignem longaeva sacerdos
Nutriet, arcanum numquam spretura pudorem.
Tu bellis, tu pace feres de more frequentes
Primitias operum, non indignante Diana.'
Dixerat, et dulces iter instaurabat ad Argos.

---

721. 'Aonia divertis Ithone' schol. Theb. VII 330 p. 254 L.

---

fractas) fractas **BG²M** ‖ 720 vȯces **P** : caedes *marg.* **P** ‖ 721 velis **BG²M** | divertis **GHrb** *schol. Th. VII 330* ‖ 723 regentem *Baehrensius* ‖ 724 Intemeratorum **BG²SM** | aquarum **P** equarum p²m equorum *vel* aequorum **BSG²M** ‖ 725 Nunc (c *in ras.*) tibi **P** ‖ 734 revexo *Barthius* ‖ 740 spretura **P** spectura **H** inspectura **BG²SM** *schol.* infectura *Peyraredus* ‖ STATII POETE THEBAID. LIB. II · EXPLICIT · INCIPIT EIVSDEM · LIBER · III · **P**

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER III.

At non Aoniae moderator perfidus orae
Nocte sub ancipiti, quamvis umentibus astris
Longus ad auroram superet labor, otia somni
Accipit; invigilant animo scelerisque parati
Supplicium exercent curae; tum plurima versat
Pessimus in dubiis augur timor. 'Ei mihi' clamat,
'Unde morae?' (nam prona ratus facilemque tot armis
Tydea, nec numero virtutem animumque rependit)
'Num regio diversa viae? num missus ab Argis
Subsidio globus? an sceleris data fama per urbes
Finitimas? paucosne, pater Gradive, manuve
Legimus indecores? At enim fortissimus illic
Et Chromis et Dorylas et nostris turribus aequi
Thespiadae totos raperent mihi funditus Argos.
Nec tamen ille meis, reor, impenetrabilis armis
Aere gerens solidoque satos adamante lacertos
Venerat; heu segnes, quorum labor haeret in uno,

---

1 ORAE **P** aulae *ceteri* ‖ 3 ab (d *supra*) aurorā **P** *pr. m.* ‖ 4 patrati **B** *al. m.* *Lachmannus* ‖ 5 dirae *coni.* *Muellerus coll. I 52* | tum **P** tunc *ceteri* curae, cum *Baehrensius* ‖ 6 & (ei *supra*) mihi **P** ‖ 13 viribus *Baehrensius* ‖ 16 datos *codd. et edd.* satos *corr.* *Heinsius* artos *Ungerus*

Si conserta manus.' Vario sic turbidus aestu
Angitur ac sese culpat super omnia, qui non
Orantem in mediis legatum coetibus ense
Perculerit foedasque palam satiaverit iras.
Iam pudet incepti, iam paenitet. Ac velut ille
Fluctibus Ioniis Calabrae datus arbiter alno
Nec rudis undarum (portus sed linquere amicos
Purior Olenii frustra gradus impulit astri),
Cum fragor hiberni subitus Iovis, omnia mundi
Claustra tonant multusque polos inclinat Orion,
Ipse quidem malit terras pugnatque reverti,
Fert ingens a puppe Notus, tunc arte relicta
Ingemit et caecas sequitur iam nescius undas:
Talis Agenoreus ductor caeloque morantem
Luciferum et seros maerentibus increpat ortus.
Ecce sub occiduas versae iam noctis habenas
Astrorumque obitus, ubi primum maxima Tethys
Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto,
Ima flagellatis, signum lugubre malorum,
Ponderibus trepidavit humus, motusque Cithaeron
Antiquas dedit ire nives; tunc visa levari
Culmina septenaeque iugo concurrere portae.
Et prope sunt causae: gelido remeabat Eoo
Iratus fatis et tristis morte negata
Haemonides; necdum ora patent, dubiusque notari
Signa dabat magnae longe manifesta ruinae
Planctuque et gemitu; lacrimas nam protinus omnes
Fuderat. Haut aliter saltu devertitur orbus
Pastor ab agrestum nocturna strage luporum,
Cuius erile pecus silvis inopinus abegit
Imber et hibernae ventosa cacumina lunae:
Luce patent caedes; domino perferre recentes
Ipse timet casus, haustaque informis harena

24 sed] quem *Baehrensius* ‖ 34 thetys **P** ‖ 35 Yperiona **P** ‖ 39 consurgere *Schraderus* ‖ 41 *versum om. Prag. 2* ‖ 48 luae **P**

Questibus implet agros, stabulique silentia magni
Odit et amissos longo ciet ordine tauros.
Illum congestae portarum ad limina matres
Ut solum videre (nefas!), nulla agmina circum
Magnanimosque duces, nil ausae quaerere tollunt
Clamorem, qualis bello supremus apertis
Urbibus, aut pelago iam descendente carina.
Ut primum invisi cupido data copia regis:
'Hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
Infelicem animam, sive haec sententia divum,
Seu fortuna fuit, seu, quod pudet ora fateri,
Vis invicta viri. Vix credo et nuntius: omnes
Procubuere, omnes. Noctis vaga lumina testor
Et socium manes et te, mala protinus ales,
Qua redeo, non hanc lacrimis meruisse nec astu
Crudelem veniam atque inhonorae munera lucis.
Sed mihi iussa deum placitoque ignara moveri
Atropos atque olim non haec data ianua leti
Eripuere necem. Iamque ut mihi prodiga vitae
Pectora et extremam nihil horrescentia mortem
Aspicias: bellum infandum ominibusque negatam
Movisti, funeste, aciem; dum pellere leges
Et consanguineo gestis regnare superbus
Exule, te series orbarum excisa domorum
Planctibus adsiduis, te diro horrore volantes
Quinquaginta animae circum noctesque diesque
Adsilient; neque enim ipse moror.' Iam moverat iras
Rex ferus, et tristes ignescunt sanguine vultus.

54 circa **PG** ‖ 55 Magnanimosve *Lachmannus* | nil **PG²GH** *Prag. 1. 2* nihil **BSM** ‖ 57 desidente *Heinsius* ‖ 61 ira (ore *sec. m. suprascr.*) **PS** ira **BG²M** ora **Rδ** *Prag. 1 al. m.* ore **pTL** ire *Beh. 2 Anglic.* rubet ira *Gronovius* fugit ira *Baehrensius, qui v. 62* en nuntius *coni.* ‖ 67 placidoque **P** ‖ 70 sortem *Marklandus* ‖ 71 negantem *idem* ‖ 72 tollere leges *Schraderus* fallere *Baehrensius* ‖ 73 gestis **Pp** *Colb.* **G** *Prag. 1. 2* gliscis **BG²SM** gliscis († gestis *al. m.*) **g** ‖ 75 volentes **PB**

Inde ultro Phlegyas et non cunctator iniqui
Labdacus (hos regni ferrum penes) ore manuque
Proturbare parant. Sed iam nudaverat ensem
Magnanimus vates, et nunc trucis ora tyranni,
Nunc ferrum aspectans: 'Numquam tibi sanguinis huius
Ius erit aut magno feries inperdita Tydeo
Pectora; vado equidem exultans ereptaque fata
Insequor et comites feror expectatus ad umbras.
Te superis fratrique —' Et iam media orsa loquentis
Absciderat plenum capulo latus; ille dolori
Pugnat et ingentem nisu duplicatus in ictum
Corruit, extremisque animae singultibus errans
Alternus nunc ore venit nunc vulnere sanguis.
Excussae procerum mentes, turbataque mussant
Concilia; ast illum coniunx fidique parentes
Servantem vultus et torvum in morte peracta,
Non longum reducem laetati, in tecta ferebant.
Sed ducis infandi rabidae non hactenus irae
Stare queunt; vetat igne rapi, pacemque sepulcri
Impius ignaris nequiquam manibus arcet.
 Tu tamen egregius fati mentisque nec umquam
(Sic dignum est) passure situm, qui comminus ausus
Vadere contemptu regis, quaque ampla veniret
Libertas, sancire viam: quo carmine dignam,
Quo satis ore tuis famam virtutibus addam,
Augur amate deis? Non te caelestia frustra
Edocuit lauroque sua dignatus Apollo est,
Et nemorum Dodona parens Cirrhaeaque virgo

80 ire *codd. et edd.* ore *corr. Muellerus* ‖ 87 fatrique **P** fatique *Muellerus* ‖ 88 Absciderat **P** Abstulerat *ceteri* ‖ 98 ingratis *Lachmannus* ‖ 100 Si dignum est **PGHRπδ** Sic dignum **G²SpTL** Si dignum **BM** Indignum *edd. vett. Muellerus* Sic dignum est *scripsi* ‖ 101 contemptum regis **PBG²M** reges *Beh. 1* **G** regem *Beh. 2* contemptu regis *corr. Peyraredus* contemptim regi *Madvigius* Fundere contemptum regis *Sandstroemius* Pandere contemptum regis *Baehrensius* contemptor regis *Muellerus*

Gaudebit tacito populos suspendere Phoebo.
Nunc quoque Tartareo multum divisus Averno
Elysias, i, carpe plagas, ubi manibus axis
Invius Ogygiis nec sontis iniqua tyranni
Iussa valent; durant habitus et membra cruentis
Inviolata feris, nudoque sub axe iacentem
Et nemus et tristis volucrum reverentia servat.
 At nuptae exanimes puerique aegrique parentes
Moenibus effusi per plana, per avia, passim
Quisque suas avidi ad lacrimas miserabile currunt
Certamen, quos densa gradu comitantur euntes
Milia solandi studio, pars visere flagrant
Unius acta viri et tantos in nocte labores.
Fervet iter gemitu et plangoribus arva reclamant.
Ut vero infames scopulos silvamque nefandam
Perventum, ceu nulla prius lamenta nec atri
Manassent imbres, sic ore miserrimus uno
Exoritur fragor, aspectuque accensa cruento
Turba furit: stat sanguineo discissus amictu
Luctus atrox caesoque invitat pectore matres.
Scrutantur galeas frigentum inventaque monstrant
Corpora, prociduae super externosque suosque.
Hae pressant in tabe comas, hae lumina signant
Vulneraque alta rigant lacrimis, pars spicula dextra
Nequiquam parcente trahunt, pars molliter aptant
Bracchia trunca loco et cervicibus ora reponunt.
 At vaga per dumos vacuique in pulvere campi
Magna parens iuvenum, gemini nunc funeris, Ide
Squalentem sublata comam liventiaque ora
Ungue premens (nec iam infelix miserandaque, verum

107 Audebit *codd.* Gaudebit *corr. Marklandus* Audivit tecto *Lachmannus* ‖ 111 durantque *Muellerus* ‖ 115 avia **PGTH** *Beh. 2 Prag. 1* invia **BG²SM** ardua **mL** ‖ 116 suorum avidi *Menkius* ‖ 130 rigant **PGδ** *Prag. 1* (*suprascr. al. m.* replent) replent **BG²SM** ‖ 134 **PGT** *Beh.* tunc **BG²SM** ‖ 136 Igne tremens **P** *pr. m.*, (*al. m. in marg. add.* ungue premens) Igne (*suprascr.* 1

Terror inest lacrimis), per et arma et corpora passim
Canitiem inpexam dira tellure volutans
Quaerit inops natos omnique in corpore plangit.
Thessalis haut aliter bello gavisa recenti,
Cui gentile nefas hominem renovare canendo,
Multifida attollens antiqua lumina cedro
Nocte subit campos versatque in sanguine functum
Vulgus et explorat manes, cui plurima busto
Imperet ad superos: animarum maesta queruntur
Concilia, et nigri pater indignatur Averni.
  Illi in secessu pariter sub rupe iacebant
Felices, quos una dies, manus abstulit una,
Pervia vulneribus media trabe pectora nexi.
Ut vidit lacrimisque oculi patuere profusis:
'Hosne ego complexus genetrix, haec oscula, nati,
Vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit
Ingenium crudele necis? quae vulnera tractem,
Quae prius ora premam? vosne illa potentia matris,
Vos uteri fortuna mei, qua tangere divos
Rebar et Ogygias titulis anteire parentes?
A quanto melius dextraque in sorte iugatae,
Quis steriles thalami nulloque ululata dolore
Respexit Lucina domum! Mihi quippe malorum
Causa labor; sed nec bellorum in luce patenti
Conspicui factis aeternaque gentibus ausi
Quaesistis miserae vulnus memorabile matri,
Sed mortem obscuram numerosaque funera passi

151 sq. 'Hosne — ligavit' Eutych. art. IV 2 p. 464, 28 K.

ungue) **r** ‖ 138 inpexam **G^2H** *Pragg.* inplexam **Prb** implexam **BSp** | dura *Lachmannus* ‖ 141 renovare **PBSGc** ren^{u}o^{c}vare *Prag. 3* revocare **G^2M** ‖ 145 in$^{ad\ al.\ m.}$ **P** | animorum **Bcrb**[1] ‖ 151 ego *om.* **P** | genitrix **P** *Eutych.* **M** ‖ 157 Ah **P** *sec. m.* **H** *Marklandus* At **P** *pr. m.* **BM** Ha **GLδ** A *scripsi* ‖ 161 fatis **PG^2** facti **b** ‖ 163 numerosaque **P** *Prag. 1* num^{erosa}erandaq; *Prag. 3*

Heu quantus furto cruor et sine laude iacetis!
Quin ego non dextras miseris complexibus ausim
Dividere et tanti consortia rumpere leti:
Ite diu fratres indiscretique supremis
Ignibus et caros urna confundite manes!'
  Nec minus interea digesta strage suorum
Hic Chthonium coniunx, hic mater Penthea clamat
Astyoche, puerique rudes, tua, Phaedime, proles,
Amissum didicere patrem, Marpessaque pactum
Phyllea, sanguineumque lavant Acamanta sorores.
Tunc ferro retegunt silvas collisque propinqui
Annosum truncant apicem, qui conscius actis
Noctis et inspexit gemitus; ibi grandior aevo
Ante rogos, dum quisque suo nequit igne revelli,
Concilium infaustum dictis mulcebat Aletes:
'Saepe quidem infelix varioque exercita ludo
Fatorum gens nostra fuit, Sidonius ex quo
Hospes in Aonios iecit sata ferrea sulcos,
Unde novi fetus et formidata colonis
Arva suis. Sed nec veteris cum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquae
Consedit, neque funerea cum laude potitus
Infelix Athamas trepido de monte veniret,
Semianimem heu laeto referens clamore Learchum,
Hic gemitus Thebis, nec tempore clarius illo

numerandaque **BSG^2M** munerosaque **G** miserandaque **πTL** memorandaque **δ** numerandaque vulnera *Bentleius* mussandaque *Gruterus prob. Gronovio* ‖ vulnera **P** *sec. m.* **pGHδ** ‖ 170 Hic croniũ **P** *Prag. 2 al. m.* Hic thonium **BG^2Sr** *Prag. 2 m. pr.* Hi cthonium **b** Hictonium **c** *Prag. 1* Hinc chthonium **p** Hinc tonium *Prag. 3 cf. II 538* | mater eunyea, *al. m.* penthea **P** mater penthea **H** mater bentea **B** mater enthea **G^2Sb** materq.; enthea **r** mater eunea **G** mat et entea *Prag. 1* hantea (*suprascr.* eunuca) *Prag. 2* ‖ 172 marpessaque **P** marpissaque **BM** marcissaque *Prag. 2* ‖ 177 re^{v}belli **P** ‖ 180 fuit **P** *pr. m.* **T** ruit *ceteri* ‖ 185 nec *Muellerus* ‖ 187 lato **P** *pr. m.*, *al.* leto

Phoenissae sonuere domus, cum lassa furorem
Vicit et ad comitum lacrimas expavit Agave.
Una dies similis fato specieque malorum
Aequa fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis, innumeris cum circumfusa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quaereret ignes.
Talis erat vulgi status, et sic urbe relicta
Primaevique senesque et longo examine matres
Invidiam planxere deis miseroque tumultu
Bina per ingentes stipabant funera portas.
Meque ipsum memini (necdum apta doloribus aetas)
Flesse tamen gemituque meos aequasse parentes.
Illa tamen superi; nec quod tibi, Delia, castos
Prolapsum fontes specula temerante profana
Heu dominum insani nihil agnovere Molossi,
Deflerim magis, aut verso quod sanguine fluxit
In subitos regina lacus: sic dura Sororum
Pensa dabant visumque Iovi. Nunc regis iniqui
Ob noxam inmeritos patriae tot culmina cives
Exuimus, nec adhuc calcati foederis Argos
Fama subit, et iam bellorum extrema dolemus.
Quantus equis quantusque viris in pulvere crasso
Sudor! io quanti crudele rubebitis amnes!

---

198. 'bina — portas' schol. Theb. VI 124 p. 203 L. — 200. 'et gemitu — parentes' Serv. ad Aen. XII 65.

---

191 specie<u>m</u>que **P** ‖ 192 magnilocus iuit **P** | fastus *Lachmannus* fatus *Baehrensius* ‖ 194 Corpora quot **δ H** *Marklandus* | quot quaereret **G** ‖ 196 Primeuiq; senesq; *Prag. 1* Primeui senesque **G** Primaevique senes **PBM** senesque *corr. Barthius* ‖ 197 dei *vel* deum *Lachmannus* ‖ 198 augentes *Muellerus* ‖ 199 laboribus **P** ‖ 200 et gemitu maestos imitata parentes *Servius* ‖ 202 Prolapsum fontes **P** Prolapsum ad fontes **BG^{2}SM** | temerare **PG^{2}SB^{1}pb** *Leid.* temerante **B** *marg. Pragg. 1. 2* temera$\overset{nte}{\underline{ie}}$ **g** ‖ 203 nihil **L** nichil *Prag. 1* non *ceteri* ‖ 208 Extulimus *Menkius* Exuimur *Koestlinus*

Viderit haec bello viridis manus: ast ego doner
Dum licet igne meo terraque insternar avita!'
Haec senior, multumque nefas Eteoclis acervat
Crudelem infandumque vocans poenasque daturum.
Unde ea libertas? iuxta illi finis et aetas
Torta retro, seraeque decus velit addere morti.
 Haec sator astrorum iamdudum e vertice mundi
Prospectans primoque imbutas sanguine gentes
Gradivum acciri propere iubet. Ille furentes
Bistonas et Geticas populatus caedibus urbes
Turbidus aetherias currus urgebat ad arces,
Fulmine cristatum galeae iubar armaque in auro
Tristia, terrificis monstrorum animata figuris,
Incutiens: tonat axe polus clipeique cruenta
Lux rubet, et solem longe ferit aemulus orbis.
Hunc ubi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Iuppiter et tota perfusum pectora belli
Tempestate videt: 'talis mihi, nate, per Argos,
Talis abi, sic ense madens, hac nubilus ira.
Exturbent resides frenos et vincla perosi
Te cupiant, tibi praecipites animasque manusque
Devoveant, rape cunctantes et foedera turba,
Cui dedimus, tibi fas ipsos incendere bello
Caelicolas pacemque meam. Iam semina pugnae
Ipse dedi: remeat portans immania Tydeus
Ausa, ducis scelus et turpis primordia belli,
Insidias fraudesque, suis quas ultus in armis.

---

223 sq. 'armaque — tristia' Serv. ad Aen. X 275. schol. Theb. VI 536 p. 220 L.

---

214 acerbat **cp^2** *Heinsius* ‖ 217 Torta **δ** *cf. Ach. II 110* Tota *codd.* Mota *Baehrensius* | decus velit **PGH^2** *Prag. 1* **δ** velit decus **BSM** ‖ 222 curru surgebat *Friesemannus* ‖ 230 hac **P** ac **BG^{2}M** *schol.* et *Beh.* ‖ 231 vincla *Bentleius* cuncta *codd.* ‖ 234 Cui **PGH** *Leid. schol. Paris.* Quae *reliqui* ‖ 237 turpes, primordia belli, insidias *interpungendum cens. Menkius* ‖ 237 Orsa *Baehrensius* ‖ 238 *versum spurium iudicavit Barthius*

Adde fidem. Vos o superi, meus ordine sanguis,
Ne pugnare odiis, neu me temptare precando
Certetis; sic Fata mihi nigraeque Sororum
Iuravere colus: manet haec ab origine mundi
Fixa dies bello, populique in proelia nati.
Quod ni me veterum poenas sancire malorum
Gentibus et diros sinitis punire nepotes
(Arcem hanc aeternam, gentis sacraria nostrae,
Testor et Elysios, etiam mihi numina, fontes),
Ipse manu Thebas correptaque moenia fundo
Excutiam versasque solo super Inacha tecta
Effundam turres aut stagna in caerula verram
Imbre superiecto, licet ipsa in turbine rerum
Iuno suos colles templumque amplexa laboret.'
Dixit, et attoniti iussis: mortalia credas
Pectora; sic cuncti vocemque animosque tenebant.
Non secus ac longa ventorum pace solutum
Aequor et imbelli recubant ubi litora somno,
Silvarumque comas et abacto flamine nubes
Mulcet iners aestas; tunc stagna lacusque sonori
Detumuere, tacent exusti solibus amnes.
Gaudet ovans iussis et adhuc temone calenti
Fervidus in laevum torquet Gradivus habenas.
Iamque iter extremum caelique abrupta tenebat,
Cum Venus ante ipsos nulla formidine gressum
Figit equos; cessere retro iam iamque rigentes

241 sq. 'nigraeque — colus' Probus cathol. I p. 24, 9 K. Cf. Serv. ad Aen. VIII 409.

242 Lustravere *Servius* ‖ 244 Quid **cpm** ‖ 246 gentis *corr. Lachmannus* mentis *codd.* ‖ 250 verram **P** vertam *ceteri* mergam *Marklandus* ‖ 254 di cuncti *Lachmannus* ‖ 257 abactas **PTL** nec abactas *Baehrensius* ‖ 259 exusti **PG** exhausti **G²g** exausti († exusti *al. stilo suprascr.*) *Leid.* exhaustis **Bo** exacti **p** ‖ *versus 266—319 in Prag. 2 a pr. m. desunt, sed in foliolo serius inserto leguntur*

Suppliciter posuere iubas. Tunc pectora summo
Acclinata iugo vultumque obliqua madentem
Incipit (interea dominae vestigia iuxta
Spumantem proni mandunt adamanta iugales):
'Bella etiam in Thebas socer (o pulcherrima bella!)
Ipse paras ferroque tuos abolere nepotes?
Nec genus Harmoniae nec te conubia caelo
Festa nec hae quicquam lacrimae, furibunde, morantur?
Criminis haec merces? hoc fama pudorque relictus,
Hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae?
Perge libens; at non eadem Vulcania nobis
Obsequia, et laesi servit tamen ira mariti!
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si iubeam vigilesque operi transmittere noctes,
Gaudeat ornatusque novos ipsique laboret
Arma tibi; tu! — sed scopulos et aena precando
Flectere corda paro; solum hoc tamen anxia, solum
Obtestor, quid me Tyrio sociare marito
Progeniem caram infaustisque dabas hymenaeis?
Dum fore praeclaros armis et vivida rebus
Pectora vipereo Tyrios de sanguine iactas
Demissumque Iovis serie genus. A! mea quanto
Sithonia mallem nupsisset virgo sub Arcto
Trans Borean Thracasque tuos. Indigna parumne
Pertulimus, divae Veneris quod filia longum
Reptat et Illyricas eiectat virus in herbas?

274. 'hoc — catenae' schol. Theb. V 59 p. 166 L. Cf. schol. Lucan. I 301 p. 49 W. — 275 sq. 'at — mariti' Serv. ad Aen. VIII 373.

266 ^{m}adentum (*suprascr. al. m.* † em) **P** ‖ 269 socero pulcherrima **P** pulcherrima^{e} *al. m.* **S** pulcherrime **BG²M**; *interpunctionem mutavi* ‖ 271 genus armo//// **P** ‖ 272 Pacta *Heinsius* ‖ 280 tu *om.* **P** ‖ 281 hoc *om.* **BG²cbrTH** ‖ 286 Demissum (*om* que) **P** ‖ 290 deiectat **PH** *Prag. 1* δ eiectat **BSG²M**

Nunc gentem inmeritam —' Lacrimas non pertulit ultra
Bellipotens, hastam laeva transumit et alto
(Haut mora) desiluit curru, clipeoque receptam
Laedit in amplexu dictisque ita mulcet amicis:
'O mihi bellorum requies et sacra voluptas
Unaque pax animo! soli cui tanta potestas
Divorumque hominumque meis occurrere telis
Impune et media quamvis in caede frementes
Hos adsistere equos, hunc ensem avellere dextra.
Nec mihi Sidonii genialia foedera Cadmi
Nec tua, cara, fides (ne falsa incessere gaude!)
Exciderint: prius in patrui deus infera mergar
Stagna et pallentes agar exarmatus ad umbras.
Sed nunc fatorum monitus mentemque supremi
Iussus obire patris (neque enim Vulcania tali
Imperio manus apta legi), quo pectore contra
Ire Iovem dictasque parem contemnere leges,
Cui modo (pro vires!) terras caelumque fretumque
Attremere oranti tantosque ex ordine vidi
Delituisse deos? Sed ne mihi corde supremos
Concipe, cara, metus, quando haec mutare potestas
Nulla datur; cum iam Tyriis sub moenibus ambae
Bellabunt gentes, adero et socia arma iuvabo.
Tunc me sanguineo late defervere campo
Res super Argolicas haut sic deiecta videbis;
Hoc mihi ius, nec fata vetant.' Sic orsus aperto

301. 'nec — gaude' Eutych. art. II 14 p. 482, 30 K.

294 Laedit *codd. quod retinui coll. VII 498 sq. Cf. Mitscherlich. ad Hor. carm. I 13, 14* Tollit in amplexum *Peyraredus* Illigat amplexu *Barthius* Lenit in amplexu *Muellerus* receptae *vel* clipeoque reposto Haeret i. a. *Menkius* ‖ 300 genialia **P** genitalia **BG²SM** ‖ 301 nec falsa **P** *Beh.* **THG** *m. pr.* ‖ 302 Exciderint **PSGH** *Beh. Dan.* π δ Exciderunt **BG²** Exciderant **Tcg** († exciderunt *al. m. suprascr.*) **L** | mergam **P** ‖ 303 exanimatus **c** *Schraderus* ‖ 304 factorum **P** ‖ 309 totosque *Barthius* cunctosque *Muellerus coll. v. 254*

Flagrantes immisit equos. Non ocius alti
In terras cadit ira Iovis, si quando nivalem
Othryn et Arctoae gelidum caput institit Ossae
Armavitque in nube manum: volat ignea moles
Saeva dei mandata ferens, caelumque trisulca
Territat omne coma iamdudum aut ditibus agris
Signa dare aut ponto miseros involvere nautas.
Iamque remensus iter fesso Danaeia Tydeus
Arva gradu viridisque legit devexa Prosymnae
Terribilis visu: stant fulti pulvere crines,
Squalidus ex umeris cadit alta in vulnera sudor,
Insomnesque oculos rubor excitat, oraque retro
Solvit anhela sitis; mens altum spirat honorem
Conscia factorum. Sic nota in pascua taurus
Bellator redit, adverso cui colla suoque
Sanguine proscissisque natant palearibus armi;
Tunc quoque lassa tumet virtus multumque superbit
Pectore despecto; vacua iacet hostis harena
Turpe gemens crudosque vetat sentire dolores.
Talis erat; medias etiam non destitit urbes,
Quidquid et Asopon veteresque interiacet Argos,
Inflammare odiis, multumque et ubique retexens
Legatum sese Graia de gente petendis
Isse super regnis profugi Polynicis, at inde
Vim, noctem, scelus, arma, dolos, ea foedera passum
Regis Echionii, fratri sua iura negari.
Prona fides populis; deus omnia credere suadet
Armipotens, geminatque acceptos fama pavores.
Utque introgressus portas (et forte verendus
Concilio pater ipse duces cogebat Adrastus)
Improvisus adest, iam illinc a postibus aulae

324 remensus **PH** *Prag. 1* emensus **BSM** | daneia **P** ‖ 325 diversa **P** ‖ 329 Solvit **P** *Beh.* Sorbet **BG²SM** ‖ 331 rediit **PH** ‖ 332 proscissique **BM** pci//siq; **G²** ‖ 333 Tum **BG²M** ‖ 334 Pectore; despectus *Baehrensius* ‖ 345 verendus **PB** *cf. v. 681* verendos **G²M** *edd.*

Vociferans: 'Arma, arma viri, tuque optime Lernae
Ductor, magnanimum si quis tibi sanguis avorum,
Arma para! Nusquam pietas, non gentibus aequum
Fas aut cura Iovis; melius legatus adissem
Sauromatas rabidos servatoremque cruentum
Bebrycii nemoris. Nec iussa incuso pigetve
Officii: iuvat isse, iuvat, Thebasque nocentes
Explorasse manu; bello me, credite, bello,
Ceu turrim validam aut artam compagibus urbem,
Delecti insidiis instructique omnibus armis
Nocte doloque viri nudum ignarumque locorum
Nequiquam clausere; iacent in sanguine mixti
Ante urbem vacuam. Nunc o, nunc tempus in hostes,
Dum trepidi exanguesque metu, dum funera portant,
Nunc, socer, haec dum non manus excidit; ipse ego fessus
Quinquaginta illis heroum immanibus umbris
Vulneraque ista ferens putri insiccata cruore
Protinus ire peto!' Trepidi de sedibus astant
Inachidae, cunctisque prior Cadmeius heros
Accurrit vultum deiectus et 'o ego divis
Invisus vitaeque nocens haec vulnera cerno
Integer? hosne mihi reditus, germane, parabas?
In me haec tela dabas. Pro vitae foeda cupido!
Infelix, fratri facinus tam grande negavi.
Et nunc vestra quidem maneant in pace quieta
Moenia, nec vobis tanti sim causa tumultus
Hospes adhuc. Scio (nec me adeo res dextra levavit),
Quam durum natis, thalamo quam triste revelli,
Quam patria; non me ullius domus anxia culpet

376 sq. 'non — lumine nati' **Serv.** ad Aen. XII 13.

350 ęquam **P** ‖ 352 rabidos *Wakefieldus* avidos *codd.* ‖ 357 structique **P** ‖ 360 nocuam *Baehrensius* hostẽ **P** ‖ 362 Nunc socer hęc dum non **P** Dum capulo nondum **BG²SM** ‖ 365 paro *Barthius* ‖ 367 o ego **PGL** en ego **BG²SM** ‖ 370 tela mei **P** ‖ 491 fratri facinus **PG**π *Prag. 1* **L** facinus fratri **BG²SM** ‖ 372 quieta **PG** *Prag. 1* serena **BG²SM**

Respectentve truces obliquo lumine matres.
Ibo libens certusque mori, licet optima coniunx
Auditusque iterum revocet socer; hunc ego Thebis,
Hunc, germane, tibi iugulum et tibi, maxime Tydeu,
Debeo.' Sic variis pertemptat pectora dictis
Obliquatque preces. Commotae questibus irae
Et mixtus lacrimis caluit dolor; omnibus ultro
Non iuvenum modo, sed gelidis et inertibus aevo
Pectoribus mens una subit, viduare penates,
Finitimas adhibere manus, iamque ire. Sed altus
Consiliis pater imperiique haut flectere molem
Inscius: 'ista quidem superis curaeque medenda
Linquite, quaeso, meae, nec te germanus inulto
Sceptra geret, neque nos avidi promittere bellum.
At nunc egregium tantoque in sanguine ovantem
Excipite Oeniden, animosaque pectora laxet
Sera quies: nobis dolor haut rationis egebit.'
  Turbati extempla comites et pallida coniunx
Tydea circum omnes fessum bellique viaeque
Stipantur. Laetus mediis in sedibus aulae
Constitit, ingentique exceptus terga columna,
Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
Nunc velox ferro, nunc ille tepentibus herbis
Mitior, ipse alta seductus mente renarrat
Principia irarum, quaeque orsus uterque vicissim,
Quis locus insidiis, tacito quae tempora bello,
Qui contra quantique duces, ubi maximus illi
Sudor, et indicio servatum Maeona tristi
Exponit. Cui fida manus proceresque socerque
Adstupet oranti, Tyriusque incenditur exul.

377 Respectentve **PG** Respectentque **BG²SM** Expectentve *Serv.* | lumine nati *Serv.* ‖ 379 Largitusque torum *Lachmannus* Cunctatusque iterum *Baehrensius* Argivusque iterum *Koestlinus* ‖ 383 valuit dolor *Barthius* ‖ 390 nos **P** vos *ceteri* nos pavidi *Baehrensius* ‖ 397 columnae **P** ‖ 399 tepentibus **PH** *Beh. 1* potentibus **G²SM** pẹntibus **B** (*al. m. corr. in* potentibus)

Solverat Hesperii devexo margine ponti
Flagrantes Sol pronus equos rutilamque lavabat
Oceani sub fonte comam, cui turba profundi
Nereos et rapidis accurrnnt passibus Horae,
Frenaque et auratae textum sublime coronae
Deripiunt, laxant calidis umentia loris
Pectora; pars meritos vertunt ad molle iugales
Gramen et erecto currum temone supinant.
Nox subiit curasque hominum motusque ferarum
Composuit nigroque polos involvit amictu,
Illa quidem cunctis, sed non tibi mitis, Adraste,
Labdacioque duci: nam Tydea largus habebat
Perfusum magna virtutis imagine somnus.
Et iam noctivagas inter deus armifer umbras
Desuper Arcadiae fines Nemeaeaque rura
Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas
Armorum tonitru ferit et trepidantia corda
Implet amore sui. Comunt Furor Iraque cristas,
Frena ministrat equis Pavor armiger. At vigil omni
Fama sono vanos rerum succincta tumultus
Ante volat currum flatuque impulsa gementum
Alipedum trepidas denso cum murmure plumas
Excutit: urget enim stimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui, curruque infestus ab alto
Terga comamque deae Scythica pater increpat hasta.
Qualis ubi Aeolio dimissos carcere ventos

407. 'solverat— ponti' Priscian. V 2, 9 p. 145 et VI 3, 16 p. 208 H. — 424. 'inplet — cristas' Eutych. art. II 9 p. 478, 23 K.

412 Diripiunt **PGL** Deiciunt († deripiunt *al. m. suprascr.*) **G**^{2} | laxant calidis **PGHL** *Colb.* (rosidis *al. m. suprascr.*) laxant roseis **BG**^{2}**M** laxantque aliae fumantia *Muellerus* calidisque tumentia *Baehrensius* ‖ 417 mitis *om.* **P** ‖ 420 armiger **G**^{2}**GHp** ‖ 423 ferit (fremit *al. m.*) **PS** fe/rit **B** fe//it **G**^{2} fremit **p** furit **H** ‖ 426 Fama oculo *Bentleius coll. Verg. Aen. IV 181 sq., sed cf. ib. v. 183* ‖ vanos **P** varios *ceteri* ‖ 427 frementum *Friesemannus* ‖ 431 comamque **PG** *Beh.* comasque **BG**^{2}**SM** ‖ 432 demissos **PBM**

Dux prae se Neptunus agit magnoque volentes
Inicit Aegaeo; tristis comitatus eunti
Circum lora fremunt nimbique hiemesque profundae
Nubilaque et vulso terrarum sordida fundo
Tempestas: dubiae motis radicibus obstant
Cyclades, ipsa tua Mycono Gyaroque revelli,
Dele, times magnique fidem testaris alumni.
Septima iam nitidum terris Aurora deisque
Purpureo vehit ore diem, Perseius heros
Cum primum arcana senior sese extulit aula,
Multa super bello generisque tumentibus amens
Incertusque animi, daret armis iura novosque
Gentibus incuteret stimulos, an frena teneret
Irarum et motos capulis adstringeret enses.
Hinc pacis tranquilla movent, atque inde pudori
Foeda quies, flectique nova dulcedine pugnae
Difficiles populi; dubio sententia tandem
Sera placet, vatum mentes et provida veri
Sacra movere deum. Sollers tibi cura futuri,
Amphiarae, datur, iuxtaque Amythaone cretus
Iam senior (sed mente viret Phoeboque) Melampus
Adsociat passus: dubium, cui pronus Apollo,
Oraque Cirrhaea satiarit largius unda.
Principio fibris pecudumque in sanguine divos
Explorant; iam tum pavidis maculosa bidentum
Corda negant diraque nefas minitantia vena.
Ire tamen vacuoque sedet petere omina caelo.

433 Trux *Heinsius* | volentes **P**π volantes **BM** ‖ 434 Incitat (inicit *al. m.*) **P** ‖ 440 diisque (e *al. m. suprascr.*) **P** ‖ 443 angens (*sc.* se) *Gronovius* haerens *Barthius* ‖ 444 novosque **PpG** *Colb.* **L** ferosque **BG**^{2}**SM** ‖ 445 Mentibus **G**^{2} *Wakefieldus* | aut frena **P** ‖ 448 novę **P** ‖ 450 et **PG** ac **BG**^{2}**M** ‖ 453 viret **P** virens *ceteri; interpunctionem correxi* ‖ 454 pronus **P** *pr. m. Beh.* **GHR** *Colb.* primus **P** *m. sec.* dexter **BG**^{2}**M** pectora *Bentleius* ‖ 455 Ora e Cirrhaea *Baehrensius* | Cirrhaeae satiarint l. undae *Menkius* ‖ 458 dirasque n. m. venas **P** ‖ 459 omnia **P** *pr. m.*

Mons erat audaci seductus in aethera dorso
(Nomine Lernaei memorant Apesanta coloni),
Gentibus Argolicis olim sacer; inde ferebant
Nubila suspenso celerem temerasse volatu
Persea, cum raptos pueri perterrita mater
Prospexit de rupe gradus ac paene secuta est.
Huc gemini vates sanctam canentis olivae
Fronde comam et niveis ornati tempora vittis
Evadunt pariter, madidos ubi lucidus agros
Ortus et algentes laxavit sole pruinas.
Ac prior Oeclides solita prece numen amicat:
'Iuppiter omnipotens (nam te pernicibus alis
Addere consilium volucresque implere futuri
Ominaque et causas caelo deferre latentes
Accipimus), non Cirrha deum promiserit antro
Certius, aut frondes lucis quas fama Molossis
Chaonias sonuisse tibi, licet aridus Hammon
Invideat Lyciaeque parent contendere sortes
Niliacumque pecus patrioque aequatus honori
Branchus, et undosae quem rusticus accola Pisae
Pana Lycaonia nocturnum exaudit in umbra:
Ditior ille animi, cui tu, Dictaee, secundas
Impuleris manifestus aves. Mirum unde, sed olim
Hic honor alitibus, superae seu conditur aulae
Sic dedit effusum chaos in nova semina texens,

471. 'Iuppiter — alis' Mythogr. III 11, 14 p. 237 B. — 478 sq. 'patrisque — Branchus' schol. Theb. VIII 198 p. 282 L.

460 subductus *Heinsius* ‖ 461 aphesanta **PB** aphasanta **G** aphisanta **H** Apesanta *cum Muellero scripsi coll. Plin. n. h. IV 17 Paus. II 15, 3 Pseudo-Plut. de fluv. 18, 9* ‖ 466 Hunc **PT** Hoc **S** ‖ 473 Omniaque **PT** | casus *Baehrensius* ‖ 474 nec *Muellerus parenthesi usque ad* tibi (v. 476) *continuata* ‖ 476 Chaonio **P** ‖ 478 aequalis *codd.* aequatus *schol. Theb. VIII 198* ‖ 479 qui *codd.* quem *corr. Muellerus* ‖ 480 lycaoniae **P** ‖ 481 Certior *Lachmannus* ‖ 484 offusum **P**

Seu quia mutatae nostraque ab origine versis
Corporibus subiere notos, seu purior axis
Amotumque nefas et rarum insistere terris
Vera docent; tibi, summe sator terraeque deumque,
Scire licet. Nos Argolicae primordia pugnae
Venturumque sinas caelo praenosse laborem.
Si datur et duris sedet haec sententia Parcis
Solvere Echionias Lernaea cuspide portas,
Signa feras laevusque tones; tunc omnis in astris
Consonet arcana volucris bona murmura lingua.
Si prohibes, hic necte moras dextrisque profundum
Alitibus praetexe diem.' Sic fatus, et alto
Membra locat scopulo; tunc plura ignotaque iungit
Numina et immensi fruitur caligine mundi.
Postquam rite diu partiti sidera cuncta
Perlegere animis oculisque sequacibus auras,
Tunc Amythaonius longo post tempore vates:
'Nonne sub excelso spirantis limite caeli,
Amphiarae, vides, cursus ut nulla serenos
Ales agat liquidoque polum complexa meatu
Pendeat aut fugiens placabile planxerit omen?
Non comes obscurus tripodum, non fulminis ardens
Vector adest, flavaeque sonans avis unca Minervae
Non venit auguriis melior; quin vultur et altis
Desuper accipitres exultavere rapinis.
Monstra volant, dirae stridunt in nube volucres,
Nocturnaeque gemunt striges et feralia bubo
Damna canens. Quae prima deum portenta sequamur?
Hisne dari, Thymbraee, polum? simul ora recurvo
Ungue secant rabidae planctumque imitantibus alis

494 volucrum **P** ‖ 495 profundum **P** *pr. m.*: profanis **P** *marg.* ‖ 496 fatur *D. Heinsius e codd., sed. cf. ad I 510* ‖ 498 Nomina *mal. Menkius* ‖ 499 cuncta **PH** *Beh. 2* cunctas **p** *Leid. edd.* cunctis (a *supra*) **B** cunctis **G²SM** ‖ 505 /lanxerit (l *in ras.*) **P** ‖ 508 quin *Bernartius* qui **PBG²S** ‖ 513 Hisne dari tu rere polum? *coni. Muellerus*

Exagitant zephyros et plumea pectora caedunt.'
Ille sub haec: 'Equidem varii, pater, omina Phoebi
Saepe tuli: iam tum, prima cum pube virentem
Semideos inter pinus me Thessala reges
Duceret, hic casus terraeque marisque canentum
Obstipuere duces, nec me ventura locuto
Saepius in dubiis auditus Iasoni Mopsus.
Sed similes non ante metus aut* astra* notavi
Prodigiosa magis; quamquam maiora parantur.
Huc adverte animum: clara regione profundi
Aetheros innumeri statuerunt agmina cygni,
Sive hos Strymonia Boreas eiecit ab Arcto,
Seu fecunda refert placidi clementia Nili.
Fixerunt cursus; has rere in imagine Thebas:
Nam sese inmoti gyro atque in pace silentes
Ceu muris valloque tenent. Sed fortior ecce
Adventat per inane cohors; septem ordine fulvo
Armigeras summa Iovis exultante caterva
Intuor: Inachii sint hi tibi, concipe, reges.
Invasere globum nivei gregis uncaque pandunt
Caedibus ora novis et strictis unguibus instant.
Cernis inexperto rorantes sanguine ventos,
Et plumis stillare diem? quae saeva repente
Victores agitat leto Iovis ira sinistri?
Hic excelsa petens subita face solis inarsit
Submisitque animos, illum vestigia adortum
Maiorum volucrum tenerae deponitis alae.
Hic hosti implicitus pariter ruit, hunc fuga retro

---

520 sq. 'nec — Mopsus' schol. Theb. V 417 p. 181 L. — 532 sq. 'armigeras — reges' Eutych. art. IV 2 p. 464, 31 K.

---

517 puppe **P** ‖ 521 iasone *codd.* Iasoni *Barthius et Bentleius; cf. Imhofii emendatt. Stat. p. 4* ‖ 522 astra *codd.* monstra; *Muellerus* sacra *Baehrensius* ‖ 527 clementia caeli **P** ‖ 528 has **P** *Lachmannus* hac *ceteri* ‖ 533 sint **PGL** sunt **BG²M** *Eutych.* ‖ 537 quę **P** quam *ceteri* ‖ 542 huc fuga **P**

Volvit agens sociae linquentem fata catervae.
Hic nimbo glomeratus obit, hic praepete viva
Pascitur immoriens; spargit cava nubila sanguis.'
'Quid furtim lacrimas?' 'Illum, venerande Melampu,
Qui cadit, agnosco.' Trepidos sic mole futuri
Cunctaque iam rerum certa sub imagine passos
Terror habet vates; piget inrupisse volantum
Concilia et caelo mentem insertasse vetanti,
Auditique odere deos. — Unde iste per orbem
Primus venturi miseris animantibus aeger
Crevit amor? divumne feras hoc munus, an ipsi,
Gens avida et parto non umquam stare quieti,
Eruimus, quae prima dies, ubi terminus aevi,
Quid bonus ille deum genitor, quid ferrea Clotho
Cogitet? hinc fibrae et volucrum per nubila sermo
Astrorumque vices numerataque semina lunae
Thessalicumque nefas. At non prior aureus ille
Sanguis avum scopulisque satae vel robore gentes
Mentibus his usae; silvas amor unus humumque
Edomuisse manu; quid crastina volveret aetas
Scire nefas homini. Nos pravum et flebile vulgus
Scrutari penitus superos: hinc pallor et irae,
Hinc scelus insidiaeque et nulla modestia voti.
  Ergo manu vittas damnataque vertice serta
Deripit abiectaque inhonorus fronde sacerdos
Inviso de monte redit; iam bella tubaeque
Comminus, absentesque fremunt sub pectore Thebae.
Ille nec aspectum vulgi, nec fida tyranni
Conloquia aut coetus procerum perferre, sed atra
Sede tegi, et superum clausus negat acta fateri

---

546 inlacrimas *Colb.* **G** *pr. m.* illacrimas **G** *m. sec.* **H** | melampo **P** ‖ 547 agnosci **P** ‖ 548 iam *om.* **P** ‖ 551 unde ipse **P** ‖ 558 semina **PL** *schol.* semita (ᵗ semina) r *Leid.* semita **BG²SM** ‖ 561 his usae **PH** haec ausae **BSM** hê causê **G²** hoc ausae p *edd.* ‖ 563 parvum **P** | ac flebile p *edd.* ‖ 564 Scrutari **P** *Heinsius* Scrutati **BG²M**

(Te pudor et curae retinent per rura, Melampu):
Bissenos premit ora dies populumque ducesque
Extrahit incertis. Et iam suprema Tonantis
Iussa fremunt agrosque viris annosaque vastant
Oppida; bellipotens prae se deus agmina passim
Mille rapit; liquere domus dilectaque laeti
Conubia et primo plorantes limine natos:
Tantus in attonitos cecidit deus. Arma paternis
Postibus et fixos superum ad penetralia currus
Vellere amor; tunc fessa putri robigine pila
Haerentesque situ gladios in saeva recurant
Vulnera et attrito cogunt iuvenescere saxo.
Hi teretes galeas magnorumque aerea suta
Thoracum et tunicas chalybum squalore crepantes
Pectoribus temptare, alii Cortynia lentant
Cornua; iam falces avidis et aratra caminis
Rastraque et incurvi saevum rubuere ligones.
Caedere nec validas sanctis e stirpibus hastas,
Nec pudor emerito clipeum vestisse iuvenco.
Inrupere Argos maestique ad limina regis
Bella animis, bella ore fremunt; it clamor ad auras,
Quantus Tyrrheni gemitus salis, aut ubi temptat
Enceladus mutare latus; super igneus antris
Mons tonat, exundant apices fluctusque Pelorus
Contrahit, et sperat tellus abrupta reverti.

---

589. 'Rastraque — ligones' Serv. ad Georg. I 94 poetae nomine omisso.

---

573 *Interpunctionem corr. Baehrensius* ‖ 574 Bisseno p. o. die **BM** ‖ 576 animosaque *coni. Muellerus coll. Silv. V 3, 108* ‖ 577 praeses deus *idem* pro se *Baehrensius* ‖ 582 pila **PG** *m. pr.* tela **BG**^{2}**M** ‖ 583 Haerentes (*om.* que) **P** | recurant **P** *Bentleius* recurvant **BG**^{2}**M** ‖ 585 Hi **G**^{2} Hic **PB** Heu **S** ‖ 588 camenis **P** ‖ 594 sq. aut ubi — latus *om.* **P** *sed in marg. ead. m. add.* ‖ 595 motare *Colb.* **G** *m. pr. Heinsius* versare *Barthius* | super **PG** procul *ceteri* | ignibus atris *Friesemannus*

Atque hic ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus et longam pridem indignantia pacem
Corda tumens (huic ampla quidem de sanguine prisco
Nobilitas; sed enim ipse manu praegressus avorum
Facta, diu tuto superum contemptor et aequi
Impatiens largusque animae, modo suaserit ira),
Unus ut e silvis Pholoes habitator opacae
Inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres,
Ante fores, ubi turba ducum vulgique frementis,
Amphiarae, tuas 'quae tanta ignavia' clamat,
'Inachidae vosque o socio de sanguine Achivi?
Unius (heu pudeat!) plebeia ad limina civis
Tot ferro accinctae gentes animisque paratae
Pendemus? Non si ipse cavo sub vertice Cirrhae
(Quisquis is est, timidis famaeque ita visus) Apollo
Mugiat insano penitus seclusus in antro,
Expectare queam, dum pallida virgo tremendas
Nuntiet ambages. Virtus mihi numen et ensis,
Quem teneo! Iamque hic timida cum fraude sacerdos
Exeat, aut hodie, volucrum quae tanta potestas,
Experiar.' Laetum fremit assensuque furentem
Implet Achaea manus. Tandem prorumpere adactus
Oeclides, alio curarum agitante tumultu:
'Non equidem effreno iuvenis clamore profani
Dictorumque metu, licet hic insana minetur,
Elicior tenebris; alio mihi debita fato
Summa dies, vetitumque dari mortalibus armis.
Sed me vester amor nimiusque arcana profari
Phoebus agit; vobis ventura atque omne, quod ultra est,

---

598 sqq. 'Atque — tumens' Priscian. X 9, 55 p. 544 H.

---

608 vosq. o socii **P** vos o socii *Beh.* ‖ 616 hic **PBG**^{2}**r** hic (u *suprascr.*) **S** huc p *edd.* hunc **H** hac **δ** hinc *Menkius* ‖ 618 laetum fremitu assensuque *Burmannus* ‖ 620 *Amphiaraum iam inde a verbis* alio curarum *loquentem facit Lachmannus* ‖ 624 vetitumque mori *Muellerus* rapi *Baehrensius*

'Pandere maestus eo; nam te, vesane, moneri
Ante nefas, unique tacet tibi noster Apollo.
Quo, miseri, fatis superisque obstantibus arma,
Quo rapitis? quo vos Furiarum verbera caecos
Exagitant? adeone animarum taedet? et Argos
Exosi? nil dulce domi? nulla omina curae?
Quid me Persei secreta ad culmina montis
Ire gradu trepido superumque inrumpere coetus
Egistis? Potui pariter nescire, quis armis
Casus, ubi atra dies, quae fati exordia cunctis,
Quae mihi. Consulti testor penetralia mundi
Et volucrum adfatus et te, Thymbraee, vocanti
Non alias tam saeve mihi, quae signa futuri
Pertulerim: vidi ingentis portenta ruinae,
Vidi hominum divumque metus hilaremque Megaeram
Et Lachesin putri vacuantem saecula penso.
Proicite arma manu: deus ecce furentibus obstat,
Ecce deus! Miseri, quid pulchrum sanguine vestro
Aoniam et diri saturare novalia Cadmi?
Sed quid vana cano, quid fixos arceo casus?
Ibimus —' Hic presso gemuit semel ore sacerdos.
Illi iterum Capaneus: 'tuus o furor auguret uni
Ista tibi, ut serves vacuos inglorius annos
Et tua non umquam Tyrrhenus tempora circum
Clangor eat. Quid vota virum meliora moraris?
Scilicet ut vanis avibus natoque domoque
Et thalamis potiare iacens, sileamus inulti

628 tacet **PpGH** silet **BG**^{2}**SM** ‖ 630 quo **P** quae *ceteri* | caecos (sos *al. m. suprascr.*) **P** ‖ 632 nihil **P** | curae est **P** ‖ 634 superumque **P** superosque *ceteri* ‖ 636 ubi atra **P**π et atra *ceteri* | quae prima **r** *Leid.* quae priva *Bernartius* ‖ 641 metus **PGH** *Colb.* π *schol.* metus (nefas *al. m. suprascr.*) **p** nefas (*corr. in* metis) **B** nefas **M** ‖ 642 lachesim **P** | ·/. laxantem **P** *in marg.* ‖ 644 vestro *Paris. 8053. 8054 Barthius* victo **PBM** iuncto *Heinsius* ‖ 645 et Tyrii *idem* ‖ 648 Illi *corr. Lachmannus* Illum *codd.* Iamque *Barthius* | auguret *corr. Muellerus* augur et *codd.* ‖ 649 annos **Pc** (*corr. in* argos) argos **BG**^{2}**M**

Tydeos egregii perfossum pectus et arma
Foederis abrupti? quodsi bella effera Graios
Ferre vetas, i Sidonios legatus ad hostes:
Haec pacem tibi serta dabunt. Tua prorsus inani
Verba polo causas abstrusaque momina rerum
Eliciunt? miseret superum, si carmina curae
Humanaeque preces! Quid inertia pectora terres?
Primus in orbe deos fecit timor! Et tibi tuto
Nunc eat iste furor; sed prima ad classica cum iam
Hostilem Ismenon galeis Dircenque bibemus,
Ne mihi tunc, moneo, lituos atque arma volenti
Obvius ire pares venisque aut alite visa
Bellorum proferre diem: procul haec tibi mollis
Infula terrificique aberit dementia Phoebi:
Illic augur ego et mecum quicumque parati
Insanire manu.' Rursus fragor intonat ingens
Hortantum et vasto subter volat astra tumultu.
Ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant
Flamina et exuti concreto frigore montes,
Cum vagus in campos frustra prohibentibus exit
Obicibus, resonant permixto turbine tecta,
Arva, armenta, viri, donec stetit improbus alto
Colle minor magnoque invenit in aggere ripas:
Aeque alterna ducum nox interfusa diremit.
At gemitus Argia viri non amplius aequo
Corde ferens sociumque animo miserata dolorem,
Sicut erat laceris pridem turpata capillis

661. 'primus — timor' Serv. ad Aen. II 715. Petron. frg. 27, 1 B.

656 Sidonias l. a. urbes **BG**^{2}**r** ‖ 658 nomina **P** *unde Baehrensius corr.* momina, semina *ceteri* ‖ 664 tum **PG**π te *Bernartius* ‖ 665 venisque *corr. Heinsius* ventisque *codd.* ‖ 672 Flumina **BG**^{2}**rg** *Leid.* | montes **PGH** *Colb.* π colles **BG**^{2}**Sg** *Leid.* ‖ 677 Aeque *Baehrensius* Haec *codd.* Dicta *Barthius* Sic *Koestlinus* ‖ 680 laceris pridem **PpGHL** pridem laceris **BM** | turpata **PH** turbata **BG**^{2}**SM**

Et fletu signata genas, ad celsa verendi
Ibat tecta patris, parvumque sub ubere caro
Thessandrum portabat avo iam nocte suprema
Ante novos ortus, ubi sola superstite plaustro
Arctos ad oceanum fugientibus invidet astris.
Utque fores iniit magnoque adfusa parenti est:
'Cur tua cum lacrimis maesto sine coniuge supplex
Limina nocte petam, cessem licet ipsa profari,
Scis genitor. Sed iura deum genialia testor
Teque pater, non ille iubet, sed pervigil angor;
Ex quo primus Hymen movitque infausta sinistram
Iuno facem, semper lacrimis gemituque propinquo
Exturbata quies. Non si mihi tigridis horror
Aequoreaeque super rigeant praecordia cautes,
Ferre queam; tu solus opem, tu summa medendi
Iura tenes; da bella, pater, generique iacentis
Aspice res humiles, atque hanc, pater, aspice prolem
Exulis; huic olim generis pudor. O ubi prima
Hospitia et iunctae testato numine dextrae!
Hic certe est, quem fata dabant, quem dixit Apollo;
Non egomet tacitos Veneris furata calores
Culpatamve facem: tua iussa verenda tuosque
Dilexi monitus. Nunc qua feritate dolentis
Despiciam questus? nescis, pater optime, nescis,
Quantus amor castae misero nupsisse marito.
Et nunc maesta quidem grave et inlaetabile munus,
Ut timeam doleamque, rogo; sed cum oscula rumpet

---

704 sq. 'nescis — marito' schol. Bernens. ad Lucan. II 347 p. 71, 19 U.

---

683 nocte supina *Menkius* ‖ 689 genialia **BG²R** genitalia **P** genitalia **M** *schol.* ‖ 696 iacentis **P** tacentis **BG²M** *Bentleius cum* δ π tacentis (*al. m. expunxit et suprascr.* t iacentis) *Leid.* ‖ 698 o ubi **P** *Beh.* obvia **BM** q (o suprascr.) tibi (b *in ras.*) **G²** ‖ 699 funesto **PGH** *Beh.* manifesto *Baehrensius*, *cf. I 494* ‖ 704 Dispiciam **PS** ‖ 705 castae **P** *schol. Lucan.* causae **BM**

Maesta dies, cum rauca dabunt abeuntibus armis
Signa tubae saevoque genas fulgebitis auro,
Ei mihi! care parens, iterum fortasse rogabo.'
  Illius umenti carpens pater oscula vultu:
'Non equidem has umquam culparim, nata, querellas;
Pone metus, laudanda rogas nec digna negari.
Sed mihi multa dei (nec tu sperare, quod urges,
Desine), multa metus regnique volubile pondus
Subiciunt animo. Veniet, qui debitus istis,
Nata, modus, neque te incassum flevisse quereris.
Tu solare virum, neu sint dispendia iustae
Dura morae: magnos cunctamur, nata, paratus.
Proficitur bello.' Dicentem talia nascens
Lux monet ingentesque iubent adsurgere curae.

---

720. 'Proficitur bello' Priscian. VIII 7, 34 p. 401 H.

---

710 care pater **BG²M** ‖ 717 nec **BM** ‖ 721 monet π movet *codd. ceteri* ‖ STACII POETAE THEBAID̂ · LIB̄. III. EXPLICIT INCIPIT EIVSDEM. LIBER QVARTVS **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER IV.

Tertius horrentem Zephyris laxaverat annum
Phoebus et angusto cogebat limite vernum
Longius ire diem, cum fracta impulsaque fatis
Consilia et tandem miseris data copia belli.
Prima manu rutilam de vertice Larisaeo
Ostendit Bellona facem dextraque trabalem
Hastam intorsit agens, liquido quae stridula caelo
Fugit et Aoniae celso stetit aggere Dirces.
Mox et castra subit ferroque auroque coruscis
Mixta viris turmale fremit; dat euntibus enses,
Plaudit equos, vocat ad portas; hortamina fortes
Praeveniunt, timidisque etiam brevis addita virtus.
Dicta dies aderat. Cadit ingens rite Tonanti
Gradivoque pecus, nullisque secundus in extis
Pallet et armatis simulat sperare sacerdos.
Iamque suos circum pueri nuptaeque patresque
Funduntur mixti summisque a postibus obstant.
Nec modus est lacrimis: rorant clipeique iubaeque

1 annus P ‖ 2 angusto P angustum *ceteri* | vernum P verno *ceteri* vernus *Baehrensius*, diem *ad* horrentem *et* angustum *referens* ‖ 4 miseris PL miseri BG^{2}M miserandi copia b *Dan.* ‖ 8 aoniae PG adversae BG^{3}M ‖ 11 hortamine P ‖ 16 nuptaeque PGRπ innuptaeque G^{2}M innubtaeq. B

Triste salutantum, et cunctis dependet ab armis
Suspiranda domus; galeis iuvat oscula clausis
Inserere amplexuque truces deducere conos.
Illi, quis ferrum modo, quis mors ipsa placebat,
Dant gemitus fractaque labant singultibus ira.
Sic ubi forte viris longum super aequor ituris,
Cum iam ad vela noti et scisso redit ancora fundo,
Haeret amica manus: certant innectere collo
Bracchia, manantesque oculos hinc oscula turbant,
Hinc magni caligo maris, tandemque relicti
Stant in rupe tamen; fugientia carbasa visu
Dulce sequi, patriosque dolent crebrescere ventos.
[*Stant tamen, et nota puppim de rupe salutant.*]
Nunc mihi, Fama prior mundique arcana Vetustas,
Cui meminisse ducum vitasque extendere curae,
Pande viros, tuque o nemoris regina sonori,
Calliope, quas ille manus, quae moverit arma
Gradivus, quantas populis solaverit urbes,
Sublata molire lyra: neque enim altior ulli
Mens hausto de fonte venit. Rex tristis et aeger
Pondere curarum propiorque abeuntibus annis
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus,
Contentus ferro cingi latus; arma manipli
Pone ferunt, volucres portis auriga sub ipsis
Comit equos, et iam inde iugo luctatur Arion.

32. 'nunc — vetustas' schol. Bernens. ad Lucan. IV 654 p. 145, 9 U.

23 fractaque l. s. ira P fractaeque l. s. irae *reliqui* fractaque l. s. irae r ‖ 26 certatim nectere *Bentleius* ‖ 29 *versum om.* G^{2}B *pr. m.* r *pr. m.* (*al. m. in marg. adscriptus*) pc *Dan.* bgR *Beh. 2* ‖ 30 *versum om.* G^{2}B *pr. m.* b *Dan. In* gR *Leid. versus post v. 31 legitur* | placidosque *Friesemannus* ‖ 31 *versum om.* PG *Prag. 1 Prag. 2 m. pr.* (*in marg. al. m. adscriptus*); *spurium iudicabant Heynius et Menkius* ‖ 36 solaverit P *Gronov.* spoliaverit BG^{2}M ‖ 37 molyre (*suprascr. sec. m.* dic) P ‖ 38 tristibus aeger P ‖ 41 ministri *Marklandus*

Huic armat Larisa viros, huic celsa Prosymna,
Aptior armentis Midea pecorosaque Phlius,
Quaeque pavet longa spumantem valle Charadron
Neris, et ingenti turritae mole Cleonae
Et Lacedaemonium Thyrea lectura cruorem.
Iunguntur memores transmissi ab origine regis,
Qui Drepani scopulos et oliviferae Sicyonis
Culta serunt, quos pigra vado Langia tacenti
Lambit et anfractu riparum incurvus Elisson.
Saevus honos fluvio: Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis, huc mergere suetas
Ora et anhelantes poto Phlegethonte cerastas,
Seu Thracum vertere domos, seu tecta Mycenis
Impia Cadmeumve larem; fugit ipse natantes
Amnis, et innumeris livescunt stagna venenis.
It comes Inoas Ephyre solata querellas
Cenchreaeque manus, vatum qua conscius amnis
Gorgoneo percussus equo, quaque obiacet alto
Isthmos et a terris maria inclinata repellit.
Haec manus Adrastum numero ter mille secuti
Exultant; pars gaesa manu, pars robora flammis
Indurata diu (non unus namque maniplis
Mos neque sanguis) habent, teretes pars vertere fundas

59. 'it — querelas' schol. Theb. VI 253 p. 208 L. — 61 sq. 'quaque — repellit' schol. Lucan. I 99 p. 23 W.

44 proshimna **P** ‖ 45 medię **P** midę **BM** mydę **SG** | philus **P** philos **BSG²M** pylos **H** phyllos **cm** Phlius *corr. Muellerus* ‖ 47 ingentes **P** ‖ 48 thyla electura **P** thyre lectura **BM** Thyrea *corr. Weberus* ‖ 49 regis **P** *Beh.* reges **BG²M** ‖ 51 vado strangilla **P** vado stagilla *Beh. Anglic. schol. Paris.* stagila **G** Strongyla *Scriverius* ‖ 52 Ambit *π* | anfractum **P** | incurvis **P** | elisson **P** elissos **BG²M** ‖ 54 sueta **P** suetae **BM** *corr. Baehrensius* ‖ 55 poto **P** tuto **BM** usto *Naukius* ‖ 56 Mycenes *Gronovius* ‖ 57 lavantes *Schraderus* ‖ 61 alto (*suprascr. sec. m.* mons *in ras.*) **P** ‖ 62 sthmos **P** ‖ 64 caesa **P** cęsa **Sr** cesa **B** ‖ 66 habet **PG²D** inest **BM** habent *corr. Muellerus* | vertice **P**

Adsueti vacuoque diem praecingere gyro.
Ipse annis sceptrisque subit venerabilis aeque:
Ut possessa diu taurus meat arduus inter
Pascua iam laxa cervice et inanibus armis,
Dux tamen: haut illum bello attemptare iuvencis
Sunt animi; nam trunca vident de vulnere multo
Cornua et ingentes plagarum in pectore nodos.
  Proxima longaevo profert Dircaeus Adrasto
Signa gener, cui bella favent, cui commodat iras
Cuncta cohors: huic et patria de sede volentes
Advenere viri, seu quos movet exul et haesit
Tristibus aucta fides, seu quis mutare potentes
Praecipuum, multi, melior quos causa querenti
Conciliat; dederat nec non socer ipse regendas
Aegion Arenenque, et quas Theseia Troezen
Addit opes, ne rara movens inglorius iret
Agmina, neu raptos patriae sentiret honores.
Idem habitus, eadem arma viro, quae debitus hospes
Hiberna sub nocte tulit: Teumesius implet
Terga leo et gemino lucent hastilia ferro,
Aspera vulnifico subter latus ense riget Sphinx.
Iam regnum matrisque sinus fidasque sorores
Spe votisque tenet, tamen et de turre suprema
Attonitam totoque extantem corpore longe
Respicit Argian; haec mentem oculosque reducit
Coniugis et dulces avertit pectore Thebas.
  Ecce inter medios patriae ciet agmina gentis
Fulmineus Tydeus, iam laetus et integer artus,
Ut primae strepuere tubae: ceu lubricus alta

77 sq. 'vel quos — fides' Serv. ad Aen. VII 648. — 82. 'ne parva — iret' Serv. ib.

76 Iuncta *Baehrensius* ‖ 77 vel quos *Serv.* | et actis *Muellerus* ‖ 82 ne parva m. i. arma iret *Serv.* ‖ 84 devius *Peyraredus* ‖ 86 et gemino **PG** gemino *reliqui* ‖ 90 instantem **P** ‖ 94 integer ausi *O. Erdmannus* ‖ 95 primae **P** primum *ceteri*

Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur liber senio et squalentibus annis
Exutus laetisque minax interviret herbis:
A miser! agrestum si quis per gramen hianti
Obvius et primo fraudaverit ora veneno.
Huic quoque praesentes Aetolis urbibus adfert
Belli fama viros: sensit scopulosa Pylene
Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron
Et praeceps Calydon, et quae Iove provocat Iden
Olenos, Ioniis et fluctibus hospita portu
Chalcis et Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis; adhuc imis vix truncam attollere frontem
Ausus aquis glaucoque caput submersus in antro
Maeret, anhelantes aegrescunt pulvere ripae.
Omnibus aeratae propugnant pectora crates,
Pilaque saeva manu, patrius stat casside Mavors.
Undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden, hilarem bello notisque decorum
Vulneribus; non ille minis Polynicis et ira
Inferior, dubiumque adeo, cui bella gerantur.
Maior at inde novis it Doricus ordo sub armis,
Qui ripas, Lyrcie, tuas, tua litora multo
Vomere suspendunt, fluviorum ductor Achivum,
Inache (Persea neque enim violentior exit
Amnis humo, cum Taurum aut Pliadas hausit aquosas
Spumeus et genero tumuit Iove), quos celer ambit
Asterion Dryopumque trahens Erasinus aristas,

103. 'fletaque — Pleuron' schol. Theb. VIII 483 p. 294 L. — 111. 'patrius — Mavors' schol. Theb. VIII 707 p. 302 L. — 122. 'Dryopumque — aristas' Serv. ad Aen. IV 146 nomine poetae omisso.

97 aruis **P** ‖ 100 fraudaverit **P** siccaverit *ceteri* ‖ 101 sqq. *cf. Hom. Il. II 638 sqq.* ‖ 101 praesentes **P** praestantes *ceteri* ‖ 103 Fetaque **P** *Heinsius* ‖ 106 Calchis **PBS** ‖ 109 arescunt *Menkius Hauptius, sed. cf. XII 712 sq.* ‖ 110 pectore **P** ‖ 112 dilecta **P** ‖ 120 pleidas **P** plyadas **S**

Et qui rura domant Epidauria (dexter Iaccho
Collis, at Ennaeae Cereri negat); avia Dyme
Mittit opem densasque Pylos Neleia turmas;
Nondum nota Pylos iuvenisque aetate secunda
Nestor, et ire tamen peritura in castra negavit.
Hos agitat pulchraeque docet virtutis amorem
Arduus Hippomedon; capiti tremit aerea cassis
Ter niveum scandente iuba, latus omne sub armis
Ferrea suta terunt, umeros ac pectora late
Flammeus orbis habet, perfectaque vivit in auro
Nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra
Quinquaginta ardent thalami; pater ipse cruentis
In foribus laudatque nefas atque inspicit enses.
Illum Palladia sonipes Nemeaeus ab arce
Devehit arma pavens umbraque immane volanti
Implet agros longoque attollit pulvere campum.
Non aliter silvas umeris et utroque refringens
Pectore montano duplex Hylaeus ab antro
Praecipitat (pavet Ossa) vias, pecudesque feraeque
Procubuere metu; non ipsis fratribus horror
Afuit, ngenti donec Peneia saltu
Stagna subit magnumque obiectus detinet amnem.
Quis numerum ferri gentesque et robora dictu
Aequarit mortale sonans? Suus excit in arma
Antiquam Tiryntha deus; non fortibus illa
Infecunda viris famaque immanis alumni

123. 'qui — Epidauria' schol. Theb. VI 912 p. 235 L. — 139 sq. 'utroque — antro' schol. Theb. V 707 p. 194 L. — 146 sq. 'suus — deus' Priscian. IX 8, 40 p. 476 H.

124 et **PG** | Henneae **P** hętneae **B** ethneae **G^2S** Ennaeae *Grotius Bentleius; cf. Ach. I 825* ‖ 125 opem **PL** opes **BG^2SM** ‖ *126 et 127 versus Muellerus alienos ducit* ‖ 136 palliada **P** ‖ 141 *Interpunctionem corr. Muellerus* ‖ 144 obiectu *Peyraredus* ‖ 145 dictu **PS** *Beh.* **GHpπ** dicto **BM** ‖ 148 famamque *Heinsius* famamve *Marklandus* famaeve *Baehrensius coll. I 464*

Degenerat, sed lapsa situ fortuna, neque addunt
Robur opes; rarus vacuis habitator in arvis
Monstrat Cyclopum ductas sudoribus arces.
Dat tamen haec iuvenum tercentum pectora, vulgus
Innumerum bello, quibus haut ammenta nec enses
Triste micant: flavae capiti tergoque leonum
Exuviae gentilis honos, et pineus armat
Stipes, inexhaustis artantur tela pharetris.
Herculeum paeana canunt, vastataque monstris
Omnia; frondosa longum deus audit ab Oeta.
Dat Nemea comites, et quas in proelia vires
Sacra Cleonaei cogunt vineta Molorchi.
Gloria nota casae, foribus simulata salignis
Hospitis arma dei, parvoque ostenditur arvo,
Robur ubi et laxos qua reclinaverit arcus
Ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.
At pedes et toto despectans vertice bellum
Quattuor indomitis Capaneus erepta iuvencis
Terga superque rigens iniectu molis aenae
Versat onus; squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu: pars anguibus aspera vivis
Argento caelata micat, pars arte *reperta*

154 sqq. 'flavent — pharetris' schol. Theb. XI 45 p. 376 L. — 165. 'et toto — bellum' Serv. ad Aen. VII 784 et XI 683.

149 elapsa **P** | nec *Muellerus* ‖ 151 structas *Hauptius* eductas *coni. Muellerus coll. Silv. V 3, 48* ‖ 152 turgentum *Muellerus* ‖ 154 flavae **P** flavent *ceteri* ‖ 157 vacuataque *Friesemannus improb. Menkio qui affert Theb. III 576 IV 297* ‖ 159 comites aequasque (*vel* cunctasque) in proelia *Sandstroemius* ‖ 160 dumeta *Friesemannus* ‖ *161—164 versus subditicios putat Muellerus* ‖ 163 quę **P** ‖ 165 pedes elato *Lachmannus* | despectat corpore *Serv. Aen. VII 784* transcendit corpore *id. XI 683* ‖ 167 iniectum *Heinsius* ‖ 170 reperta *codd.* torre repressa *Barthius* arte recurva *Lachmannus* retorta (*vel* repressa) *Muellerus* resecta *Baehrensius*

Conditur et fulvo moriens nigrescit in auro;
Circum amnis torpens et ferro caerula Lerna.
At laterum tractus spatiosaque pectora servat
Nexilis innumero chalybum subtemine thorax,
Horrendum, non matris opus; galeaeque corusca
Prominet arte gigans; atque uni missilis illi
Cuspide praefixa stat frondibus orba cupressus.
Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia
Planaque Messene montosaque nutrit Ithome,
Quos Thryon et summis ingestum montibus Aepy,
Quos Helos et Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion; hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas mutos Thamyris damnatus in annos
Ore simul citharaque (quis obvia numina temnat?)
Conticuit praeceps, qui non certamina Phoebi
Nosset et inlustres Satyro pendente Celaenas.
Iamque et fatidici mens expugnata fatiscit
Auguris; ille quidem casus et dira videbat
Signa, sed ipsa manu cunctanti iniecerat arma
Atropos obrueratque deum, nec coniugis absunt
Insidiae, vetitoque domus iam fulgurat auro.
Hoc aurum vati fata exitiale monebant
Argolico; scit et ipsa nefas, sed perfida coniunx

180. 'quos — Aepy' Priscian. VI 1, 2 p. 195 H. 'et — Aepy' *idem* VII 1, 1 p. 283 H. — 185 sq. 'quis non — Celaenas' schol. Lucan. III 206 p. 204 W. — 186. 'et — Celaenas' schol. Theb. II 667 p. 77 L.

171 nigrescit **PG** *m. pr.* ignescit **BG²S** *schol.* pollescit **t** ignescit **r** pallescit **pT** *Anglic.; cf. I 547* ‖ 175 Horrendus *Baehrensius* | galeaeque corusca *codd.* galeaeque corusco P. aere *Gronovius* galeaque corusca P. arte *Bentleius* galeaeque coruscae P. arte *Muellerus* ‖ 176 arte **δ** *Bentleius* arte (t *in* c *corr.*) **B** arce **PM** | gigans **P** gigas *ceteri* ‖ 178 sqq. *cf. Hom. Il. II 593 sqq.* ‖ 179 montosaque **P** montanaque *ceteri* | ithyme **P** ithonę **SbrcG** ‖ 180 ęphi **PGTb** epym **S** ‖ 181 Helos *i. e. Eleum cf. v. 224* | quod flebile **P** ‖ 183 multos *codd.* mutos *corr. Gronovius* ‖ 193 ipsa *Beh. Sandstroemius* ipse *ceteri*

Dona viro mutare velit, spoliisque potentis
Imminet Argiae raptoque excellere cultu.
Illa libens (nam regum animos et pondera belli
Hac nutare videt, pariter si providus heros
Militet) ipsa sacros gremio Polynicis amati
Exuerat cultus haut maesta atque insuper addit:
'Non haec apta mihi nitidis ornatibus' inquit,
'Tempora, nec miserae placeant insignia formae
Te sine: sat dubium coetu solante timorem
Fallere et incultos aris adverrere crines.
Scilicet (infandum!), cum tu claudare minanti
Casside ferratusque sones, ego divitis aurum
Harmoniae dotale geram? dabit aptior ista
Fors deus, Argolicasque habitu praestabo maritas,
Cum regis coniunx, cum te mihi sospite templa
Votivis implenda choris; nunc induat illa,
Quae petit et bellante potest gaudere marito.'
Sic Eriphylaeos aurum fatale penates
Inrupit scelerumque ingentia semina movit,
Et grave Tisiphone risit gavisa futuris.
Taenariis hic celsus equis, quam dispare coetu
Cyllarus ignaro generarat Castore prolem,
Quassat humum; vatem cultu Parnasia monstrant
Vellera: frondenti crinitur cassis oliva,
Albaque puniceas interplicat infula cristas.
Arma simul pressasque iugo moderatur habenas.

---

202 sq. 'sat — crines' Eutych. lib. II 13 p. 482, 7 K. — 218. 'Albaque — cristas' Serv. ad. Aen. X 539.

---

199 Exuerat cultus **P** *Beh. Prag. 2* **GR** *Anglic.* (*vel* Deposuit nexus) Deposuit nexus **BG**^{2}**SM** Exuitur cultus *Heinsius* ‖ 203 adverrere *Eutych. Gronov.* averrere **P** advertere *ceteri* ‖ 204 infandum **PG** heu superi **BG**^{2}**M** heus superi **S** | claudare **p** *Beh. 1. 2* cludare **G**^{2}**BMS** (*al. m. suprascr. claudare*) claudere **PGTc**π**δ** | minanti **P** minaci *ceteri* ‖ 207 Argolidasque *Heinsius* ‖ 213 futuri **δ** *prob. Bentleio* ‖ 214 Tęnariis **P** Tenaraeis **B** ‖ 217 crinitus **P** ‖ 218 purpureas *Serv.* ‖ 219 prensasque **r** *Beh. 1. 2*

Hinc atque inde morae iaculis, et ferrea curru
Silva tremit; procul ipse gravi metuendus in hasta
Eminet et clipeo victum Pythona coruscat.
Huius Apollineae currum comitantur Amyclae,
Quos Helos et dubiis Malea vitata carinis
Plaudentique habiles Caryae resonare Dianae,
Quos Pharis volucrumque parens Cythereia Messe,
* * *
Taygetique phalanx et oloriferi Eurotae
Dura manus. Deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit nudaeque modos virtutis et iras
Ingenerat; vigor inde animis et mortis honorae
Dulce sacrum. Gaudent natorum fata parentes
Hortanturque mori, deflent iamque omnis ephebum
Turba, coronato contenta est funere mater.
Frena tenent duplexque inserto missile nodo,
Exerti ingentes umeros, chlamys horrida pendet,
Et cono Ledaeus apex. Non hi tibi solum,
Amphiarae, merent: auget resupina maniplos
Elis, depressae populus subit incola Pisae,
Qui te, flave, natant terris, Alphee, Sicanis
Advena, tam longo non umquam infecte profundo.
Curribus innumeris late putria arva lacessunt
Et bellis armenta domant: ea gloria genti
Infando de more et fractis durat ab usque

---

224. 'quos — carinis' schol. Theb. VIII 365 p. 289 L. — 237 sq. 'auget — Elis (Aeoli *codd.*)' schol. Theb. VIII 364.

---

prob. Gronovio prensisque iugum m. habenis *Marklandus* ‖ *223 sqq. Cf. Hom. Il. II 581 sqq.* ‖ 224 pylos **PBM** piles **cr** phylos **G** philes **H**. *In nomine mendum inesse manifestum est, nam Pylii supra v. 125 duce Hippomedonte arma cepisse dicebantur, scripsi igitur ex Hom. Il. II 584* Helos *i. e. oppidum Laconicum* | ditata *schol. VIII 365 prob. Burmanno* dotata *Menkius* ‖ 226 '*Hic versus unus deesse videtur Lachmannus* ‖ 227 et oloriferi **PG**^{2}**HL** et oliviferi **BM** oliviferique **c** *Beh. 2* **δ** et oloriferique **t** olivifere **r** et oliviferiq; **g** ‖ 232 deflent **P** deflet *ceteri* ‖ 238 deprensę **P**π ‖ 241 patria **P**

Axibus Oenomai; strident spumantia morsu
Vincula, et effossas niveus rigat imber harenas.
Tu quoque Parrhasias ignara matre catervas
(A rudis annorum, tantum nova gloria suadet!),
Parthenopaee, rapis; saltus tunc forte remotos
Torva parens (neque enim haec iuveni foret ire potestas)
Pacabat cornu gelidique aversa Lycaei.
Pulchrior haut ulli triste ad discrimen ituro
Vultus et egregiae tanta indulgentia formae;
Nec desunt animi, veniat modo fortior aetas.
Quas non ille duces nemorum fluviisque dicata
Numina, quas magno non abstulit igne Napaeas?
Ipsam, Maenalia puerum cum vidit in umbra,
Dianam, tenero signantem gramina passu,
Ignovisse ferunt comiti Dictaeaque tela
Ipsam et Amyclaeas umeris aptasse pharetras.
Prosilit audaci Martis percussus amore,
Arma, tubas audire calens et pulvere belli
Flaventem sordere comam captoque referri
Hostis equo: taedet nemorum, titulumque nocentem
Sanguinis humani pudor est nescire sagittas.
Igneus ante omnes auro micat, igneus ostro,
Undantemque sinum nodis inrugat Hiberis,
Imbelli parma pictus Calydonia matris
Proelia; trux laeva sonat arcus, et aspera plumis
Terga Cydonea corytos harundine pulsat
Electro pallens et iaspide clarus Eoa.
Cornipedem trepidos suetum praevertere cervos,
Velatum geminae deiectu lyncis et arma

244 stridens **P** ‖ 247 armorum **G** *quinque Palatini* **L** *praefert Heinsius* ‖ 248 saltus tunc forte **PG** saltus tum forte **Bb** tum saltus forte **M** lucos tum forte **c** ‖ 249 enim *om.* **P** | hac *Barthius* ‖ 251 illi **Pδ** ‖ 254 deas *Friesemannus* | locata *Baehrensius* ‖ 255 abtulit **P** *Dan. Heinsius e codd.* astulit **G** impulit **G²BM** ‖ 264 pudor et *Marklandus* ‖ 268 tonat **P** *Beh.* († sonat) *Burmannus* ‖ 270 *versus deest in* **B** *Beh. 2* **cr** *pr. m.*

Mirantem gravioris eri, sublimis agebat,
Dulce rubens viridique genas spectabilis aevo.
Arcades huic veteres astris lunaque priores,
Agmina fida datis, nemorum quos stirpe rigenti
Fama satos, cum prima pedum vestigia tellus
Admirata tulit; nondum arva domusque nec urbes
Conubiisve modus; quercus laurique ferebant
Cruda puerperia, ac populos umbrosa creavit
Fraxinus, et feta viridis puer excidit orno.
Hi lucis stupuisse vices noctisque feruntur
Nubila et occiduum longe Titana secuti
Desperasse diem. Rarescunt alta colonis
Maenala, Parthenium fugitur nemus, agmina bello
Rhipeque et Stratie ventosaque donat Enispe.
Non Tegea, non ipsa deo vacat alite felix
Cyllene templumque Aleae nemorale Minervae
Et rapidus Clitor et qui tibi, Pythie, Ladon
Paene socer candensque iugis Lampia nivosis
Et Pheneos nigro Styga mittere credita Diti.
Venit et Idaeis ululatibus aemulus Azan
Parrhasiique duces, et quae risistis, Amores,
Grata pharetrato Nonacria rura Tonanti,
Dives et Orchomenos pecorum et Cynosura ferarum.
Aepytios idem ardor agros Psophidaque celsam

275. 'Arcades astris lunaque priores' Serv. ad Aen. VIII 352 et Georg. II 342. — 287 sq. 'non — Cyllene' Priscian. VI 10 p. 202 H. — 290. 'candensque — nivosis' Prisc. I 54 p. 40 H.

276 quos **PpπG** *Beh. Ald.* vos **BG²SM** | regenti **P** (c·) † virenti **P** *marg.* ‖ 279 Conubiisve **P** *Beh.* Conubiisque **BM** Connubiisve **G** Connubiique **T** ‖ 280 Crura **P** ‖ 285 sqq. *cf. Hom. Il. II 603 sqq.* ‖ 288 aleae **P** *Ald.* **L** alte *vel* altae **BM** ‖ 289 clitor **P** cliton *ceteri* ‖ 291 pheneos **G** feneos (p *suprascr.*) **P** peneos **BM** ‖ 296 Aepytios **B** Aepicios **S** Epicios **G²** *schol. Paris.* Aegyptios **P** Aepitios *vel* Epitios **M** Aegytios *Duebnerus coll. Pausan. VIII 27, 4. 34, 5* | psophidaque **P** *Dan.* sophidaque **BM** sōpīdaq; **G²**

Vastat et Herculeo vulgatos robore montes
Monstriferumque Erymanthon et aerisonum Stymphalon.
Arcades hi, gens una viris, sed dissona cultu
Scinditur: hi Paphias myrtos a stirpe recurvant
Et pastorali meditantur proelia trunco,
His arcus, his tela sudes, his cassida crines
Integit, Arcadii morem tenet ille galeri,
Ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae.
Hos belli coetus iurataque pectora Marti
Milite vicinae nullo iuvere Mycenae;
Funereae tunc namque dapes mediique recursus
Solis, et hic alii miscebant proelia fratres.
  Iamque Atalantaeas implerat nuntius aures,
Ire ducem bello totamque impellere natum
Arcadiam: tremuere gradus, elapsaque iuxta
Tela; fugit silvas pernicior alite vento
Saxa per et plenis obstantia flumina ripis,
Qualis erat, correpta sinus et vertice flavum
Crinem sparsa noto; raptis velut aspera natis
Praedatoris equi sequitur vestigia tigris.
Ut stetit adversisque impegit pectora frenis
(Ille ad humum pallens): 'unde haec furibunda cupido',
Nate, tibi? teneroque unde improba pectore virtus?
Tu bellis aptare viros, tu pondera ferre
Martis et ensiferas inter potes ire catervas?
Quamquam utinam vires! nuper te pallida vidi,
Dum premis obnixo venabula comminus apro,
Poplite succiduo resupinum ac paene ruentem,
Et ni curvato torsissem spicula cornu,
Nunc ubi bella tibi? Nil te mea tela iuvabunt

---

298. 'et — Stymphalon' Serv. ad. Aen. III 240.

308—343 in **P** *alia manu scripti leguntur* ‖ 309 Atalanta tuas *Barthius* ‖ 314 collecta *Heinsius* ‖ 318 Illa ad eum *Peyraredus* ‖ 322 Quamquam utinam! vidi, nuper *Bentleius* ‖ 324 pone **Bb**

Nec teretes arcus maculis nec discolor atris
Hic, cui fidis, equus; magnis conatibus instas,
Vix Dryadum thalamis Erymanthiadumque furori
Nympharum mature puer. Sunt omina vera:
Mirabar, cur templa mihi tremuisse Dianae
Nuper et inferior vultu dea visa, sacrisque
Exuviae cecidere tholis; hoc segnior arcus
Difficilesque manus et nullo in vulnere certae.
Expecta, dum maior honos, dum firmius aevum,
Dum roseis venit umbra genis vultusque recedunt
Ore mei; tunc bella tibi ferrumque, quod ardes,
Ipsa dabo, et nullo matris revocabere fletu.
Nunc refer arma domum! vos autem hunc ire sinetis,
Arcades, o saxis nimirum et robore nati!'
Plura cupit; fusi circum natusque ducesque
Solantur minuuntque metus, et iam horrida clangunt
Signa tubae. Nequit illa pio dimittere natum
Complexu multumque duci commendat Adrasto.
  At parte ex alia Cadmi Mavortia plebes,
Maesta ducis furiis nec molli territa fama,
Quando his vulgatum descendere viribus Argos,
Tardius illa quidem regis causaeque pudore,
Verum bella movet. Nulli destringere ferrum
Impetus, aut umeros clipeo clausisse paterno
Dulce nec alipedum iuga comere, qualia belli
Gaudia; deiecti trepidas sine mente, sine ira
Promisere manus; hic aegra in sorte parentem
Unanimum, hic dulces primaevae coniugis annos
Ingemit, et gremio miseros accrescere natos.
Bellator nulli caluit deus; ipsa vetusto

---

332 infesto vultu **H** ‖ 334 cerae **P** ‖ 335 et firmius **BG²M** ‖ 339 vos, en, hunc *Barthius* ‖ *346 et 347 inter se transponuntur in* **BSb** ‖ 347 hic **P** ‖ *347 et 348 transponuntur in* **c** ‖ 350 plausisse *Schraderus, cf. VII 134* ‖ 352 disiecti **P** ‖ tepidas *Sandstroemius Koestlinus* ‖ 353 Permisere *Anglic. prob. Heinsio* ‖ 354 coniungis **P**

Moenia lapsa situ magnaeque Amphionis arces
Iam fessum senio nudant latus, et fide sacra
Aequatos caelo surdum atque ignobile muros
Firmat opus. Tamen et Boeotis urbibus ultrix
Adspirat ferri rabies, nec regis iniqui
Subsidio, quantum socia pro gente moventur.
Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
Pectora tabenti sanie gravis hirtaque saetis
Ora cruentata deformis hiantia lana,
Decedit stabulis huc illuc turbida versans
Lumina, si duri comperta clade sequantur
Pastores, magnique fugit non inscius ausi.
Accumulat crebros turbatrix Fama pavores:
Hic iam dispersos errare Asopide ripa
Lernaeos equites; hic te, bacchate Cithaeron,
Ille rapi Teumeson ait noctisque per umbras
Nuntiat excubiis vigiles arsisse Plataeas.
Nam Tyrios sudare lares et sanguine Dircen
Inriguam fetusque novos iterumque locutam
Sphinga petris, cui non et scire licentia passim
Et vidisse fuit? Novus his super anxia turbat
Corda metus: sparsis subito correpta canistris
Silvestris regina chori decurrit in aequum
Vertice ab Ogygio trifidamque huc tristis et illuc
Lumine sanguineo pinum deiectat et ardens
Erectam attonitis implet clamoribus urbem:
'Omnipotens Nysaee pater, cui gentis avitae
Pridem lapsus amor, tu nunc horrente sub arcto

373. 'Nuntiat — Plataeas' schol. Theb. VII 332 p. 254 L.

357 lapsa **PpGH** *Beh.* **T** *Anglic.* π lassa **BG**^{2}**M** laesa *vel* lapsa *Wakefieldus* laxa *Lachmannus* ‖ 363 *sqq. Totam hanc comparationem, cum plane pendeat nullaque cum ceteris ratione cohaereat, suppositiciam esse censet Sandstroemius, contra Baehrensius vv. aliquot ante 363 intercidisse putat* ‖ 364 tabentis **P** ‖ 374 sudare **PG** sudasse **BG**^{2}**M** ‖ 376 est **BG**^{2}**M** ‖ 378 capillis *Barthius*

Bellica ferrato rapidus quatis Ismara thyrso
Pampineumque iubes nemus inreptare Lycurgo,
Aut tumidum Gangen aut claustra novissima rubrae
Tethyos Eoasque domos flagrante triumpho
Perfuris, aut Hermi de fontibus aureus exis:
At tua progenies, positis gentilibus armis
Quae tibi festa litant, bellum lacrimasque metumque
Cognatumque nefas, iniusti munera regni,
Pendimus. Aeternis potius me, Bacche, pruinis
Trans et Amazoniis ululatum Caucason armis
Siste ferens, quam monstra ducum stirpemque profanam
Eloquar. En urges; alium tibi, Bacche, furorem
Iuravi: similes video concurrere tauros;
Idem ambobus honos unusque ab origine sanguis;
Ardua conlatis obnixi cornua miscent
Frontibus alternaque truces moriuntur in ira.
Tu peior, tu cede nocens, qui solus avita
Gramina communemque petis defendere montem.
A miseri morum! bellastis sanguine tanto,
Et saltum dux alter habet.' Sic fata gelatis
Vultibus et Baccho iam demigrante quievit.
At trepidus monstro et variis terroribus impar
Longaevi rex vatis opem tenebrasque sagaces
Tiresiae, qui mos incerta paventibus, aeger
Consulit. Ille deos non larga caede iuvencum,
Non alacri pinna aut verum salientibus extis,
Nec tripode implicito numerisque sequentibus astra,
Turea nec supra volitante altaria fumo

er *m. sec.*
385 Bellifica firmato **P** | rabidus *Koestlinus* ‖ 386 *deest in* **B** *pr. m.* **G**^{2}**P**^{c}**bcr** *pr. m.* | iuuet (bes *al. m. suprascr.*) **P** ‖ 391 Queis *Peyraredus* ‖ 393 aetneis **P** ‖ 396 urgens **P** ‖ 401 Tuque prior *Heinsius* | tu caede *Baehrensius* ‖ 403 Ha miseri armorum *Burmannus* quorum *Baehrensius* | bellastis **P** bellatis *ceteri* ‖ 404 En *Heinsius* ‖ 410 salientibus **P** *pr. m. Petav.* spirantibus **P** *sec. m.* **BG**^{2}**M** 'spirantibus aut salientibus i. e. saliendo monstrantibus verum' *schol. Gudian.* ‖ 412 volutante **P**

Tam penitus, durae quam mortis limine manes
Elicitos, patuisse refert, Lethaeaque sacra
Et mersum Ismeni subter confinia ponto
Miscentis parat ante ducem, circumque bidentum
Visceribus laceris et odori sulphuris aura
Graminibusque novis et longo murmure purgat.
Silva capax aevi validaque incurva senecta,
Aeternum intonsae frondis, stat pervia nullis
Solibus; haut illam brumae minuere, Notusve
Ius habet aut Getica Boreas impactus ab ursa.
Subter operta quies, vacuusque silentia servat
Horror et exclusae pallet male lucis imago.
Nec caret umbra deo: nemori Latonia cultrix
Additur; hanc piceae cedrique et robore in omni
Effictam sanctis occultat silva tenebris.
Huius inaspectae luco stridere sagittae
Nocturnique canum gemitus, ubi limina patrui
Effugit inque novae melior redit ora Dianae;
Aut ubi fessa iugis, dulcesque altissima somnos
Lux movet, hic late iaculis circum undique fixis
Effusam pharetra cervicem excepta quiescit.
Extra immane patens tellus Mavortia campi,
Fetus ager Cadmo, durus qui vomere primo
Post consanguineas acies sulcosque nocentes
Ausus humum versare et mollia sanguine prata

413 sq. 'tam — elicitos' Priscian. X 4 p. 498 H. — 428. 'huius — sagittae' idem IX 45 p. 481 et X 29 p. 521 H.

413 limine **T** π^2 limite **PBM** *Prisc.* ‖ *Post v. 414 versum excidisse putat Muellerus* ‖ 421 minuisse *Peyraredus* ‖ 424 Pallor † horror **S** | male **P** mala *ceteri* ‖ 426 picea cedroque *Muellerus* ‖ 429 patris *Grotius* ‖ *431—433 in* **P** *pr. m. omissi in marg. al. m. adcripti leguntur* | 431 Aut **BM** Ast **P** *al. m.* **m** At **r** Et *Beh. 2* ‖ 434 patens **PL** patent **Bpg** *sec. m.* patet **G²SM** ‖ 435 Cadmo. Durus, qui *Barthius interpungendum censebat itemque legisse videtur scholiasta, prob. Muellero* ‖ 437 mollia **P** *Petav.* putria **BG²M**

Eruit; ingentes infelix terra tumultus
Lucis adhuc medio solaque in nocte per umbras
Expirat, nigri cum vana in proelia surgunt
Terrigenae; fugit incepto tremibundus ab arvo
Agricola insanique domum rediere iuvenci.
Hic senior vates (Stygiis accommoda quippe
Terra sacris, vivoque placent sola pinguia tabo)
Velleris obscuri pecudes armentaque sisti
Atra monet, quaecumque gregum pulcherrima cervix
Ducitur; ingemuit Dirce maestusque Cithaeron,
Et nova clamosae stupuere silentia valles.
Tum fera caeruleis intexit cornua sertis
Ipse manu tractans, notaeque in limine silvae
Principio largos noviens tellure cavata
Inclinat Bacchi latices et munera verni
Lactis et Actaeos imbres suadumque cruorem
Manibus; adgeritur, quantum bibit arida tellus.
Trunca dehinc nemora advolvunt, maestusque sacerdos
Tris Hecatae totidemque satis Acheronte nefasto
Virginibus iubet esse focos; tibi, rector Averni,
Quamquam infossus humo superat tamen agger in auras
Pineus; hunc iuxta cumulo minor ara profundae
Erigitur Cereri; frontes atque omne cupressus
Intexit plorata latus. Iamque ardua ferro
Signati capita et frugum libamine puro
In vulnus cecidere greges; tunc innuba Manto
Exceptum pateris praelibat sanguinem, et omnes
Ter circum acta pyras sancti de more parentis
Semineces fibras et adhuc spirantia reddit
Viscera, nec rapidas cunctatur frondibus atris

441 tremibundus **P** tremebundus *ceteri* ‖ 444 vivoque **P** multoque *ceteri* | placet **PT** ‖ 448 stipuere **P** ‖ 450 limite (n *al. m. suprascr.*) **P** ‖ 451 noviens **P** *cf. XII 629 Verg. Aen. VI 439 Ge. IV 480* novies *ceteri* ‖ 457 iuuet **P** ‖ 460 frontes **BHDr** *Beh. 2* frondes **PM** fontes *Beh. 1* frontemque **c** ‖ 461 prolata **P** ‖ 463 vultus *Baehrensius*

Subiectare faces. Atque ipse sonantia flammis
Virgulta et tristes crepuisse ut sensit acervos
Tiresias (illi nam plurimus ardor anhelat
Ante genas impletque cavos vapor igneus orbes),
Exclamat (tremuere rogi et vox impulit ignem):
'Tartareae sedes et formidabile regnum
Mortis inexpletae, tuque, o saevissime fratrum,
Cui servire dati Manes aeternaque sontum
Supplicia atque imi famulatur regia mundi,
Solvite pulsanti loca muta et inane severae
Persephones vulgusque cava sub nocte repostum
Elicite, et plena redeat Styga portitor alno.
Ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
In lucem remeare modus; tu separe coetu
Elysios, Persei, pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat; contra per crimina functis,
Qui plures Erebo pluresque e semine Cadmi,
Angue ter excusso et flagranti praevia taxo,
Tisiphone, dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat umbras.'
  Dixerat, et pariter senior Phoebeaque virgo
Erexere animos; illi formidine nulla
(Quippe in corde deus), solum timor obruit ingens
Oedipodioniden, vatisque horrenda canentis
Nunc umeros nunc ille manus et vellera pressat
Anxius inceptisque velit desistere sacris.
Qualis Gaetulae stabulantem ad confraga silvae
Venator longo motum clamore leonem

---

475 sq. 'aeternaque — supplicia' Priscian. VII 16, 75 p. 351 H. — 485. 'angue — excusso' Priscian. VII 13, 68 p. 346 H.

---

470 illi et iam *Sandstroemius* ‖ 482 Persei *corr. Parrhasius et Heinsius* persee **PM** persaee **B** persea **m** *edd.* Persea, cie *R. Ungerus* ‖ 484 semine *Colb. Lips. edd. vett. Barthius Heinsius cf. X 663* sanguine **PBM** ‖ 490 timor **PG** tremor *reliqui*

Expectat firmans animum et sudantia nisu
Tela premens; gelat ora pavor gressusque tremescunt,
Quis veniat quantusque, sed horrida signa frementis
Accipit et caeca metitur murmura cura.
  Atque hic Tiresias nondum adventantibus umbris:
'Testor' ait, 'Diras, quibus hunc saturavimus ignem
Laevaque convulsae dedimus carchesia terrae,
Iam nequeo tolerare moram. Cassusne sacerdos
Audior? an, rabido iubeat si Thessala cantu,
Ibitis? et Scythicis quotiens medicata venenis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
Nostri cura minor, si non attollere bustis
Corpora nec plenas antiquis ossibus urnas
Egerere et mixtos caelique Erebique sub unum
Funestare deos libet aut exanguia ferro
Ora sequi atque aegras functorum carpere fibras?
Ne tenues annos nubemque hanc frontis opacae
Spernite, ne, moneo; et nobis saevire facultas.
Novimus et quidquid dici noscique timetis,
Et turbare Hecaten, ni te, Thymbraee, vererer
Et triplicis mundi summum, quem scire nefastum.
Illum — sed taceo: prohibet tranquilla senectus.
Iamque ego vos —' Avide subicit Phoebeia Manto:
'Audiris, genitor, vulgusque exangue propinquat.
Panditur Elysium chaos, et telluris opertae
Dissilit umbra capax, silvaeque et nigra patescunt

---

514. 'scimus — timetis' schol. Lucan. VI 732 p. 496 W.

---

496 suadentia **P** ‖ 501 diuae **PBM** dirae *Beh.* (*corr. ex* diuae) diui *vel* diuos **Hm** Diras *corr. Heinsius* divas *Muellerus* | saturabimus **P** ‖ 502 Plenaque convulsa d. c. terra *Peyraredus* ‖ 505 medicata **PG** armata **BG²M** ‖ 506 agit **PH** ‖ 509 caeli (que *om.*) **P** ‖ 510 exsanguia ferro ./· **P** ./· morsu **P** *marg.* exanguia morsu **G** ‖ 514 Novimus **PG** Scimus enim *ceteri* ‖ 515 turparem *Baehrensius* ‖ 517 *signum ἀποσιωπήσεως posuit Menkius coll. Ach. I 158* ‖ 519 exsangue **Pr** ‖ 521 umbo *Marklandus*

Flumina, liventes Acheron eiectat harenas.
Fumidus atra vadis Phlegethon incendia volvit,
Et Styx discretis interflua Manibus obstat.
Ipsum pallentem solio circumque ministras
Funestorum operum Eumenidas Stygiaeque severos
Iunonis thalamos et torva cubilia cerno.
In speculis Mors atra sedet dominique silentes
Adnumerat populos; maior superimminet ordo.
Arbiter hos dura versat Cortynius urna
Vera minis poscens adigitque expromere vitas
Usque retro et tandem poenarum lucra fateri.
Quid tibi monstra Erebi, Scyllas et inane furentes
Centauros solidoque intorta adamante Gigantum
Vincula et angustam centeni Aegaeonis umbram?'
'Immo' ait, 'o nostrae regimen viresque senectae,
Ne vulgata mihi. Quis enim remeabile saxum
Fallentesque lacus Tityonque alimenta volucrum
Et caligantem longis Ixiona gyris
Nesciat? Ipse etiam, melior cum sanguis, opertas
Inspexi sedes, Hecate ducente, priusquam
Obruit ora deus totamque in pectora lucem
Detulit. Argolicas magis huc appelle precando
Thebanasque animas; alias avertere gressus
Lacte quater sparsas maestoque excedere luco,
Nata, iube; tum qui vultus habitusque, quis ardor
Sanguinis adfusi, gens utra superbior adsit,
Dic agedum nostramque mone per singula noctem.'

528. 'In — sedet' Serv. ad Aen. XI 197 et schol. Lucan. VI 601 p. 480 W.

525 pollentem *Barthius* ‖ 527 torva **PR** maesta *reliqui* ‖ 528 scopulis *Serv.* | saeva *Serv. schol. Lucan.* | dominoque **T**δ dominisque *Heinsius* domuique *Baehrensius* ‖ 531 nimis *codd.* ‖ 533 furenti **P** ‖ 534 adamanta **P** ‖ 537 mihi veni. quis **P** (b *al. m.*) ‖ 544 averte regressu **P** ‖ 547 superior **P** ‖ 548 mone **PSG²M** move **B** ‖ 549 dissipat **PS** *sec. m.* c**H** *Dan. Lips.* dissipet **BS** *pr. m.* **M** ‖ regit **BSM** reci **P** regat *Beh.* m | demat **P**

Iussa facit carmenque serit, quo dissipat umbras,
Quo regit et sparsas; qualis, si crimina demas,
Colchis et Aeaeo simulatrix litore Circe.
Tunc his sacrificum dictis adfata parentem:
'Primus sanguineo submittit inertia Cadmus
Ora lacu, iuxtaque virum Cythereia proles
Insequitur, geminusque bibit de vertice serpens.
Terrigenae comites illos, gens Martia, cingunt,
Quis aevi mensura dies, manus omnis in armis,
Omnis et in capulo; prohibent obstantque ruuntque
Spirantum rabie, nec tristi incumbere sulco
Cura, sed alternum sitis exhaurire cruorem.
Proxima natarum manus est fletique nepotes.
Hic orbam Autonoen et anhelam cernimus Ino
Respectantem arcus et ad ubera dulce prementem
Pignus et oppositis Semelen a ventre lacertis.
Penthea iam fractis genetrix Cadmeia thyrsis,
Iamque remissa deo, pectusque adoperta cruentum,
Insequitur planctu; fugit ille per avia Lethes
Et Stygios super usque lacus, ubi mitior illum
Flet pater et lacerum componit corpus Echion.
Tristem nosco Lycum dextramque in terga reflexum
Aeoliden, umero iactantem funus onusto.
Necdum ille aut habitus aut versae crimina formae
Mutat Aristaeo genitus: frons aspera cornu,
Tela manu, reicitque canes in vulnus hiantes.
Ecce autem magna subit invidiosa caterva

551 Colchis etnaeo **P** Colchis eaeo **S** ‖ 555 Insequitur gemin'q. bibit **PRL** Effluit amborum geminus **BG²SM** | de vortice (i. e. flumine sanguinis) *Heinsius* ‖ 557 Quis *corr. Naukius e schol.* His *codd. et edd.* ‖ 559 Spiranti δ *pr. m. prob. Bentleio* Spiranti in *Baehrensius* | fosso **PS** *marg.* fossa *Beh.* fossę *Leid. pr. m.* ‖ 560 sitis exhaurire **PRH** cuperent haurire **BSG²M** cupiunt haurire *Beh.* **G**m sitis est haurire *Menkius* ‖ 561 flexique **P** ‖ 566 Iamq. remissa **P** Iam dimissa *ceteri* ‖ 568 super usque *Par. 8053* **S** *pr. m.* super ipse **P** superosque **BM** super asque **S** *sec. m.* | ianitor **P** ‖ 570 dextraque **P** ‖ 572 visae *Baehrensius* ‖ 574 Pelle manus *Kochius*

Tantalis et tumido percenset funera vultu,
Nil deiecta malis; iuvat effugisse deorum
Numina et insanae plus iam permittere linguae.'
  Talia dum patri canit intemerata sacerdos,
Illius elatis tremefacta adsurgere vittis
Canities tenuesque impelli sanguine vultus.
Nec iam firmanti baculo nec virgine fida
Nititur, erectusque solo 'desiste canendo,
Nata' ait, 'externae satis est mihi lucis, inertes
Discedunt nebulae, et vultum niger exerit aer.
Umbrisne an supero dimissus Apolline complet
Spiritus? en video quacumque audita: sed ecce
Maerent Argolici deiecto lumine manes!
Torvus Abas Proetusque nocens mitisque Phoroneus
Truncatusque Pelops et saevo pulvere sordens
Oenomaus largis umectant imbribus ora.
Auguror hinc Thebis belli meliora. Quid autem
Hi grege condenso (quantum arma et vulnera monstrant,
Pugnaces animae) nobis in sanguine multo
Oraque pectoraque et falso clamore levatas
Intendunt sine pace manus? Rex, fallor, an hi sunt
Quinquaginta illi? cernis Chthoniumque Chrominque
Phegeaque et nostra praesignem Maeona lauro.
Ne saevite, duces, nihil hic mortalibus ausum,
Credite, consiliis: hos ferrea neverat annos
Atropos. Existis casus: bella horrida nobis,
Atque iterum Tydeus.' Dicit, vittaque ligatis
Frondibus instantes abigit monstratque cruorem.

---

592. 'auguror — belli m.' Cledonius art. gramm. p. 59, 15 K.

---

576 vultu *Schraderus* luctu *codd.* ‖ 581 impleri *Guyetus* ‖ 582 ne virgine **P** ‖ 585 Discendunt **P** Descendunt *Beh.* | exerit *Lachmannus* exuit *codd.* ‖ 586 dimissus **Pp** me missus *reliqui* ‖ 587 quacumque **P** quaecumque *ceteri* ‖ 593 Hi **S** *Gronovius* Hii **Hδ** Hic **PBM** ‖ 602 iterum mars. haec **P**^{c} iterum deus haec **bB** *pr. m. al. m.* ti *suprascr. ut fieret* tideus | vittasque **P** *Heinsius* ‖ 603 abicit **P**

  Stabat inops comitum Cocyti in litore maesto
Laius, immiti quem iam deus ales Averno
Reddiderat, dirumque tuens obliqua nepotem
(Noscit enim vultu) non ille aut sanguinis haustus,
Cetera ceu plebes, aliumve accedit ad imbrem,
Immortale odium spirans. Sed prolicit ultro
Aonius vates: 'Tyriae dux inclite Thebes,
Cuius ab interitu non ulla Amphionis arces
Vidit amica dies, o iam satis ulte cruentum
Exitium et multum placata minoribus umbra,
Quo miserande fugis? Iacet ille in funere longo,
Quem fremis, et iunctae sentit confinia mortis,
Obsitus exhaustos paedore et sanguine vultus
Eiectusque die: sors leto durior omni,
Crede mihi! Quaenam immeritum vitare nepotem
Causa tibi? confer vultum et satiare litanti
Sanguine venturasque vices et funera belli
Pande vel infensus vel res miserate tuorum.
Tunc ego et optata vetitam transmittere Lethen
Puppe dabo placidumque pia tellure reponam
Et Stygiis mandabo deis.' Mulcetur honoris
Muneribus tingitque genas, dein talia reddit:
'Cur tibi versanti manes, aequaeve sacerdos,
Lectus ego augurio tantisque potissimus umbris,
Qui ventura loquar? satis est meminisse priorum.
Nostrane praeclari, pudeat, consulta nepotes
Poscitis? Illum, illum sacris adhibete nefastis,
Qui laeto fodit ense patrem, qui semet in ortus
Vertit et indignae regerit sua pignora matri.
Et nunc ille deos Furiarumque atra fatigat
Concilia et nostros rogat haec in proelia manes.

---

607 enim in vultu **P** ‖ 609 proligit **P** *Dan.* ‖ 613 Exilium **P** ‖ 614 Quo **PH** *Leid.* Quos **BG²SM** ‖ 615 fremis **P** *Heinsius* premis *ceteri* ‖ 616 exhaustos **HδS** *sec. m.* exaustos **G** exhausto **P** exhaustus **BG²S** *pr. m.* **M** ‖ 625 tinguitque **PBSM** | dehin **S**

Quodsi adeo placui deflenda in tempora vates,
Dicam equidem, quo me Lachesis, quo torva Megaera
Usque sinunt: bellum, innumero venit undique bellum
Agmine, Lernaeosque trahit fatalis alumnos
Gradivus stimulis; hos terrae monstra deumque
Tela manent pulchrique obitus et ab igne supremo
Sontes lege morae. Certa est victoria Thebis,
Ne trepida, nec regna ferox germanus habebit,
Sed Furias geminumque nefas miserosque per enses
(Ei mihi!) crudelis vincit pater.' Haec ubi fatus,
Labitur et flexa dubios ambage relinquit.
  Interea gelidam Nemeen et conscia laudis
Herculeae dumeta vaga legione tenebant
Inachidae; iam Sidonias avertere praedas,
Sternere, ferre domos ardent instantque. Quis iras
Flexerit, unde morae, medius quis euntibus error,
Phoebe, doce: nos rara manent exordia famae.
  Marcidus edomito bellum referebat ab Haemo
Liber; ibi armiferos geminae iam sidera brumae
Orgia ferre Getas canumque virescere dorso
Othryn et uvifera Rhodopen adsueverat umbra,
Et iam pampineos materna ad moenia currus
Promovet; effrenae dextra laevaque sequuntur
Lynces, et uda mero lambunt retinacula tigres.
Post exultantes spolia armentalia portant
Seminecesque lupos scissasque Mimallones ursas.
Nec comitatus iners: sunt illic Ira Furorque
Et Metus et Virtus et numquam sobrius Ardor
Succiduique gradus et castra simillima regi.

---

635 placuto **P** ‖ 643 Sed furiae *codd.* Sed furias *corr. Koestlinus* Per furias *Peyraredus* Sed furiae geminantque nefas *Baehrensius* ‖ 645 reliquit **Pcδ** ‖ 651 monent **P** ‖ 652 Marcidus Edono *Marklandus* ‖ 653 ·/gelidae **P** ·/ † geminae **P** *marg.* gelidae **S** *pr. m.* **G**²**Hgcδ** | sidera **P** sidere **BM** frigora **S** *pr. m.* frigore **G**² cum sidere **S** *sec. m. Leid.* ‖ 655 ŭuiferā **P** *pr. m.* ◡ icaria **P** *marg.* icaria *ceteri* uvifera *scripsi* ‖ 657 secuntur **Bc**

Isque ubi pulverea Nemeen effervere nube
Conspicit et *solem* radiis ignescere ferri,
Necdum compositas belli in certamina Thebas,
Concussus visis, quamquam ore et pectore marcet,
Aeraque tympanaque et biforem reticere tumultum
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures,
Atque ita: 'me globus iste meamque excindere gentem
Apparat; ex longo recalet furor; hoc mihi saevum
Argos et indomitae bellum ciet ira novercae.
Usque adeone parum cineri data mater iniquo
Natalesque rogi quaeque ipse micantia sensi
Fulgura? Reliquias etiam fusaeque sepulcrum
Paelicis et residem ferro petit impia Theben.
Nectam fraude moras; illum, illum tendite campum,
Tendite, io, comites.' Hyrcanae ad signa iugales
Intumuere iubas, dicto prius adstitit arvis.
  Tempus erat, medii cum solem in culmina mundi
Tollit anhela dies, ubi tardus hiantibus arvis
Stat vapor atque omnes admittunt aethera luci.
Undarum vocat ille deas mediusque silentum
Incipit: 'agrestes fluviorum numina Nymphae
Et nostri pars magna gregis, perferte laborem,
Quem damus. Argolicos paulum mihi fontibus amnes
Stagnaque et errantes obducite pulvere rivos.
Praecipuam Nemeen, qua nostra in moenia bellis
Nunc iter, ex alto fugiat liquor; adiuvat ipse
Phoebus adhuc summo, cesset ni vestra voluntas,

---

664 ęffervescere **P** *sed cf. VII 795* Nemeam effervescere *Lindenbrogius* ‖ 665 solem radiis ignescere ferri *codd. et edd.* solis r. i. ferrum *Madvigius* silvam r. i. ferri *Koestlinus coll. V 9 sq. IX 592* et solem r. vanescere ferri *Baehrensius* ‖ 668 bifore **P** ‖ 669 quis**P** ‖ 670 globus iste **PG** manus ista **BG**²**SM** ‖ 671 ex longo **PGT** et longe **BG**²**SM** et longo *Leid.* ‖ 674 minantia **P** ‖ 676 impia **PG** improba **BM** ‖ 687 arentes *Peyraredus* ‖ 688 Praecipuam nemeen **P** Praecipuus nemees **BG**²**SM** nemeen *Beh.* nemeos **r** *Leid.* Praecipue nemeen **G** nemeos **TH** ‖ 690 adhuc **PL** *schol.* **S** *sec. m.* ad hoc **BMS** *pr. m.*

Limite; vim coeptis indulgent astra, meaeque
Aestifer Erigones spumat canis. Ite volentes,
Ite in operta soli; post vos ego gurgite pleno
Eliciam, et quae dona meis amplissima sacris,
Vester habebit honos, nocturnaque furta licentum
Cornipedum et cupidas Faunorum arcebo rapinas.'
Dixerat; ast illis tenuis percurrere visus
Ora situs, viridisque comis exhorruit umor.
Protinus Inachios haurit sitis ignea campos:
Diffugere undae, squalent fontesque lacusque,
Et cava ferventi durescunt flumina limo.
Aegra solo macies, deceptum margine ripae
Stat pecus, atque amnes quaerunt armenta natatos.
Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus et Eoae liquentia pabula brumae
Ore premit, fumant desertae gurgite valles
Et patris undosi sonitus expectat hiulca
Aegyptos, donec Phariis alimenta rogatus
Donet agris magnumque inducat messibus annum.
Aret Lerna nocens, aret Lyrcius et ingens
Inachus advolvensque natantia saxa Charadrus

---

tenerique in origine culmi
Inclinata seges

---

710 sq. 'aret — Inachus' Priscian. II 46 p. 72 H.

---

692 volantes **P** ‖ 697 tenuis **PSB** (*in ras.*) **GHT** tenuior **M** *Gronov.* tenuia ora *Koestlinus* | ppcurrere **P** perurere *Koestlinus* ‖ 698 Ora sinus *Madvigius* Solque sinus *Koestlinus* | exaruit *Palatinus VI Gruteri* exaruit *vel* evanuit (*e codd.*) *Heinsius* ‖ 702 sq. *Verba* tenerique — seges, *quae desunt in* **PBG²S** *pr. m.* **M** *schol., exstant in marg.* **S** *et Colb., Beh. 1* **GgR** *Leid.* **r** *m. sec. Petav., expunxi, mutatis versiculorum numeris* ‖ 702 in margine *Barthius* ‖ 704 suppresserit antris **P** ‖ 710 et lyrcius aret et **P** ‖ 711 adverrensque **Brcpb** *Dan.* | carandrus **P** ‖ *Post v. 715 in solo* **P** *haec leguntur:* Raptarunt (*vel* Rapta ruit) phaetontis equos magnumque laborem, *quae uncis inclusa contextui inserere non dubitavi, quamvis medela* *nondum adhibita. Muellerus* (*El. Stat. p. 24*) *ita corrigenda esse censet:* Raptarat Phaethontis equo magnoque labore; *sed magis arridet, quod Baehrensius coniecit, versum post v. 717 inserendum et scribendum esse*: Qua fugit (*vel* vitat) Phaethontis equos magnumque laborem ‖ 721 Dum *Barthius* ‖ 722 recolet **H** *Barthius* recolit **PBM** ‖ 724 arida *Schraderus e cod. Leid. Wakefieldus* | torret **PG** *Leid.* **Tδ** *Heinsius* torquet **BG²SM** ‖ 725 ore *Beh.* | adaret *Baehrensius* ‖ 728 putri **P** ‖ 730 equis *Peyraredus* ‖ 734 licymnia **S** lycumnia **P** lycimnia **BM** ‖ 735 superest **BM**

Et numquam in ripis audax Erasinus et aequus
Fluctibus Asterion: ille alta per avia notus
Audiri et longe pastorum rumpere somnos.
Una tamen tacitas, sed iussu numinis, undas
[Raptarunt Phaethontis equos magnumque laborem]
Haec quoque secreta nutrit Langia sub umbra.
Nondum illi raptus dederat lacrimabile nomen
Archemorus, nec fama deae; tamen avia servat
Et nemus et fluvium; manet ingens gloria nympham,
Cum tristem Hypsipylen ducibus sudatus Achaeis
Ludus et atra sacrum recolet trieteris Ophelten.
Ergo nec ardentes clipeos vectare nec artos
Thoracum nexus (tantum sitis horrida torret)
Sufficiunt; non ora modo angustisque perusti
Faucibus, interior sed vis quatit; aspera pulsu
Corda, gelant venae, et siccis cruor aeger adhaeret
Visceribus; tunc sole putris, tunc pulvere tellus
Exhalat calidam nubem. Non spumeus imber
Manat equum: siccis inlidunt ora lupatis,
Ora catenatas procul exertantia linguas;
Nec legem dominosve pati, sed perfurit arvis
Flammatum pecus. Huc illuc impellit Adrastus
Exploratores, si stagna Licymnia restent,
Si quis Amymones superet liquor: omnia caecis

---

715. 717. 'Uua — umbra' *idem* l. c. — 717. 'Haec — umbra' *idem* I 54 p. 41 H.

Ignibus hausta sedent, nec spes umentis Olympi,
Ceu flavam Libyen desertaque pulveris Afri
Conlustrent nullaque umbratam nube Syenen.
Tandem inter silvas (sic Euhius ipse pararat)
Errantes subitam pulchro in maerore tuentur
Hypsipylen; illi quamvis et ab ubere Opheltes
Non suus, Inachii proles infausta Lycurgi,
Dependet (neglecta comam nec dives amictu),
Regales tamen ore notae, nec mersus acerbis
Extat honos. Tunc haec adeo stupefactus Adrastus:
'Diva potens nemorum (nam te vultusque pudorque
Mortali de stirpe negant), succurre propinquis
Gentibus; Arquitenens seu te Latonia casto
De grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
Non humilis fecundat amor (neque enim ipse deorum
Arbiter Argolidum thalamis novus), aspice maesta
Agmina. Nos ferro meritas excindere Thebas
Mens tulit, imbelli sed nunc sitis aspera fato
Submittitque animos et inertia robora carpit.
Da fessis in rebus opem, seu turbidus amnis,
Seu tibi foeda palus; nihil hac in sorte pudendum,
Nil humile est; tu nunc ventis pluvioque rogaris
Pro Iove, tu refugas vires et pectora bellis
Exanimata reple: sic hoc tibi sidere dextro
Crescat onus. Tantum reduces det flectere gressus

quae laeta sub isto 747
Igne poli non quaeris aquas,

739 pararat **P** parabat *ceteri* ‖ 741 ad ubera **PH** ‖ 743 nec laeta **Bcrb** *Beh. 1 Dan.* ‖ 747 *sq. Verba* quae laeta — aquas, *quae desunt in* **P**, *leguntur in ceteris, expunxi et numeros versuum mutavi* ‖ 748 arquitenens **Pr** arcitenens **M** arcytenens **Bb** architenens **G** *cf. Achill. I 682* ‖ 753 aspera **PGR** *Beh. Colb.* anxia **BM** ansia **S** ‖ 757 venis *Baehrensius* ‖ 758 tu pectora *Barthius* | bellis **P** bello *ceteri* ‖ 760 Crescat honos **P** ditabere *Burmannus Sec.*

Iuppiter, o quanta belli donabere praeda!
Dircaeos tibi, diva, greges numerumque rependam
Sanguinis, et magna lucus signabitur ara.'
Dixit, et orantis media inter anhelitus ardens
Verba rapit, cursuque animae labat arida lingua;
Idem omnes pallorque viros flatusque soluti
Oris habet. Reddit demisso Lemnia vultu:
'Diva quidem vobis, etsi caelestis origo est,
Unde ego? mortales utinam haut transgressa fuissem
Luctibus! Altricem mandati cernitis orbam
Pignoris; at nostris an quis sinus uberaque ulla,
Scit deus, et nobis regnum tamen et pater ingens.
Sed quid ego haec, fessosque optatis demoror undis?
Mecum age nunc, si forte vado Langia perennes
Servat aquas; solet et rabidi sub limite Cancri
Semper, et Icarii quamvis iuba fulguret astri,
Ire tamen.' Simul haerentem, ne tarda Pelasgis
Dux foret, a miserum vicino caespite alumnum
(Sic Parcae volvere) locat ponique negantis
Floribus adgestis et amico murmure dulces
Solatur lacrimas: qualis Berecyntia mater,
Dum parvum circa iubet exultare Tonantem
Curetas trepidos; illi certantia plaudunt
Orgia, sed magnis resonat vagitibus Ide.
At puer in gremio vernae telluris et alto
Gramine nunc faciles sternit procursibus herbas

763 Sanguinis et **P** Plebis et hic $\mathbf{BG^2SM}$ ‖ 767 rediit **P** ‖ 771 nostri sanguis **P** (*rec. m.* quis *suprascr.*) ‖ 773 Sed quid ego haec?] *Cf. VIII 65 XI 83 sq.* | optatos **P** ‖ 775 rabidi **Pc** *Beh.* rapidi **BM** | limite **P** *pr. m.* († lumine *rec. m. suprascr.*) *Beh. 1* δ limine $\mathbf{P^cMS}$ *pr. m.* **B** *pr. m.* lumine **B** *rec. m.* **S** *al. m.* **GHT** *Beh. 2* sidere **D** ‖ 776 fulguret **P** *pr. m.* $\mathbf{P^cG^2S}$ *al. m.* **L** fulgurat **S** *pr. m.* **rbGH** *Beh. Dan.* π fulgorat **B** fulgura et **P** *rec. m.* iubar urgueat *Baehrensius* ‖ 779 ponique negantis *lemma schol. Bamb. et Paris. Gronovius* ponitque negantem $\mathbf{PBG^2Mr}$ (*suprascr.* † poni † negantes) ponique negantem **D** ‖ 782 parvum circa **PGT** *Leid. Beh.* δ circa parvum $\mathbf{BG^2M}$

In vultum nitens, caram modo lactis egeno
Nutricem plangore ciens iterumque renidens
Et teneris meditans verba inluctantia labris
Miratur nemorum strepitus aut obvia carpit
Aut patulo trahit ore diem nemorique malorum
Inscius et vitae multum securus inerrat.
Sic tener Odrysia Mavors nive, sic puer ales
Vertice Maenalio, talis per litora reptans
Improbus Ortygiae latus inclinabat Apollo.
  Illi per dumos et opaca virentibus umbris
Devia pars cingunt, pars arta plebe sequuntur
Praecelerantque ducem. Medium subit illa per agmen
Non humili festina modo; iamque amne propinquo
Rauca sonat vallis, saxosumque impulit aures
Murmur: ibi exultans conclamat ab agmine primus
Sicut erat levibus tollens vexilla maniplis
Argus 'aquae!' longusque virum super ora cucurrit
Clamor 'aquae!' Sic Ambracii per litora ponti
Nauticus in remis iuvenum monstrante magistro
Fit sonus inque vicem contra percussa reclamat
Terra, salutatus cum Leucada pandit Apollo.
Incubuere vadis passim discrimine nullo
Turba simul primique, nequit secernere mixtos
Aequa sitis, frenata suis in curribus intrant
Armenta, et pleni dominis armisque feruntur
Quadripedes; hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa, nec implicitos fluvio reverentia reges
Proterere aut mersisse vado clamantis amici
Ora. Fremunt undae, longusque a fontibus amnis

787 egenus *Friesemannus* ‖ 788 clangore **PBM** clamore **G** *Beh.*; *corr. Baehrensius* vagore *Wakefieldus* ‖ 789 eluctantia *Wopkensius* ‖ 797 alta **P** | secuntur **Bc** ‖ 799 omne **P** ‖ 803 Arcas **Pp** Argas **r** Archas **G** ‖ 810 in cursibus **B** *pr. m. Beh.* $\pi\delta$ **G** *m. pr.* incursibus **r** *Ungerus* ‖ 812 Quadripedes **Brb** Quadrupedes **PM** *cf. VII 109 Verg. Aen. XI 714 Ribb. prolegg. p. 451* | turba **PP^cSrbcD** *Behh.*

Diripitur, modo lene virens et gurgite puro
Perspicuus nunc sordet aquis egestus ab imis
Alveus; inde tori riparum et proruta turbant
Gramina; iam crassus caenoque et pulvere sordens,
Quamquam expleta sitis, bibitur tamen. Agmina bello
Decertare putes iustumque in gurgite Martem
Perfurere aut captam tolli victoribus urbem.
  Atque aliquis regum medio circumfluus amni:
'Silvarum, Nemea, longe regina virentum,
Lecta Iovi sedes, quae tum non Herculis actis
Dura magis, rabidi cum colla comantia monstri
Angeret et tumidos animam angustaret in artus:
Hac saevisse tenus populorum in coepta tuorum
Sufficiat; tuque o cunctis insuete domari
Solibus, aeternae largitor corniger undae,
Laetus eas, quacumque domo gelida ora resolvis
Immortale tumens; neque enim tibi cana repostas
Bruma nives raptasque alio de fonte refundit
Arcus aquas gravidive indulgent nubila Cori,
Sed tuus et nulli ruis expugnabilis astro.
Te nec Apollineus Ladon nec Xanthus uterque
Spercheosque minax Centaureusque Lycormas
Praestiterint; tu pace mihi, tu nube sub ipsa
Armorum festasque super celebrabere mensas.
A Iove primus honos, bellis modo laetus ovantes

817 Perspicuis *Heinsius* | egressus **P**δ | imis **P** imo *ceteri* ‖ 818 tori **P** toros *ceteri* ‖ 819 sordens **P** torrens *ceteri* ‖ 820 belli **P** certe **P^c** bellum *Marklandus* ‖ 821 iustumve *Marklandus* ‖ 822 aut **PGL** *Marklandus* et **BG^2SM** ‖ 825 ioui **Pm** iouis **BSP^cG^2M** | quae tum *cum* **D** *scripsi* quam tu **Pp** quam tum **BSc** qua tum **G^3** quantum **M** quam nunc **m** *edd.* ‖ 826 comantia **P** *Beh. Leid.* **S** *al. m.* minantia **BG^2S** *pr. m.* **M** ‖ 827 Frangeret *Schraderus* ‖ 828 Hac cessasse *Duebnerus* | in coepta *corr. idem* incoepta **Bb** incepta **PM** ‖ 832—842 *desunt in* **G^2** ‖ 834 indulgens **P** ‖ 837 Spercheosque **G** *m. pr. scripsi cf. Ach. I 102* Spercheusque **P** Sperchiusque *ceteri* Sperchiusve *Lachmannus* ‖ 840 belli δ *Bentleius*

Accipias fessisque libens iterum hospita pandas
Flumina defensasque velis agnoscere turmas.'

841 sq. 'Accipias — flumina' Priscian. VII 8, 36 et 12, 65 p. 317. 342 H.

842 defensasque **P** defessasque † defensas *Leid.* defessasque **BSP^c M** || CODEX IVLIANI V̄C̄ | FINIT LIBER QVARTVS STATII POETAE · INCIPIT STATII POETAE THEBAID̄ · LIBER QVINTVS. | ẎPSIFILE DVM DAM | NA REFERT MAIORA | RECIPIT · **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER V.

Pulsa sitis fluvio, populataque gurgitis alveum
Agmina linquebant ripas amnemque minorem;
Acrior et campum sonipes rapit et pedes arva
Implet ovans, rediere viris animique minaeque
Votaque, sanguineis mixtum ceu fontibus ignem
Hausissent belli magnasque in proelia mentes.
Dispositi in turmas rursus legemque severi
Ordinis, ut cuique ante locus ductorque, monentur
Instaurare vias. Tellus iam pulvere primo
Crescit, et armorum transmittunt fulgura silvae.
Qualia trans pontum Phariis defensa serenis
Rauca Paraetonio decedunt agmina Nilo,
Cum fera ponit hiems: illae clangore fugaci,
Umbra fretis arvisque, volant, sonat avius aether.
Iam Borean imbresque pati, iam nare solutis
Amnibus et nudo iuvat aestivare sub Haemo.
Hic rursus simili procerum vallante corona
Dux Talaionides, antiqua ut forte sub orno

1 altum **P** aluum **BG²SM** || 2 *Post hunc v. in* **P** *inter lineas legitur haec glossa*: Illum etenim ardor sitientium exsiccarat || 3 arma **P** || 5 sanguinei *Beh.* πδ || 8 moner&^r **P** || 11 deprensa **Pb** || 13 cogit **P** | sagaci *Beh.* || 14 arduus *Muellerus* arcticus *Baehrensius* || 18 antiqua forte (*om.* ut) δ

Stabat, et admoti nixus Polynicis in hastam:
'At tamen, o quaecumque es' ait, 'cui, gloria tanta,
Venimus innumerae fatum debere cohortes
(Quem non ipse deum sator aspernetur honorem):
Dic age, quando tuis alacres absistimus undis,
Quae domus aut tellus, animam quibus hauseris astris?
Dic, quis et ille pater? neque enim tibi numina longe,
Transierit fortuna licet, maiorque per ora
Sanguis, et adflicto spirat reverentia vultu.'
  Ingemit, et paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert: 'Immania vulnera, rector,
Integrare iubes, Furias et Lemnon et artis
Arma inserta toris debellatosque pudendo
Ense mares; redit ecce nefas et frigida cordi
Eumenis. O miserae, quibus hic furor additus! o nox!
O pater! illa ego nam, pudeat ne forte benignae
Hospitis, illa, duces, raptum quae sola parentem
Occului. Quid longa malis exordia necto?
Et vos arma vocant magnique in corde paratus.
Hoc memorasse sat est: claro generata Thoante
Servitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi.'
  Advertere animos, maiorque et honora videri
Parque operi tanto; cunctis tunc noscere casus
Ortus amor, pater ante alios hortatur Adrastus:
'Immo age, dum primi longe damus agmina vulgi
Nec facilis Nemea latas evolvere vires,
Quippe obtenta comis et ineluctabilis umbra,
Pande nefas laudesque tuas gemitusque tuorum,

35 sq. 'raptum — occului' Priscian. X 6, 34 p. 526 H. — 39. 'servitium — Lycurgi' schol. Theb. V 498 p. 186 L. — 44. 'nec facilis — vires' Priscian. VII 2, 5 p. 287 H.

20 *sq.* cui g. t. Venimus, innumerae et fantur *Sandstroemius* cui, gloria tanta, Vovimus i. fanum *Muellerus* cui gloria tanta (*sc.* est), En uni (*sc.* tibi) innumeras f. d. c. *Baehrensius* || 23 absistimus **P** adsistimus *ceteri* || 30 atris **H** *Muellerus* || 41 patri tanto *Koestlinus*

Unde hos ad venias regno deiecta labores.
Dulce loqui miseris veteresque reducere questus.'
  Incipit: 'Aegaeo premitur circumflua Nereo
Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber; ingenti tellurem proximus umbra
Vestit Athos nemorumque obscurat imagine pontum;
Thraces arant contra, Thracum fatalia nobis
Litora, et inde nefas. Florebat dives alumnis
Terra, nec illa Samo fama Delove sonanti
Peior et innumeris quas spumifer adsilit Aegon.
Dis visum turbare domos, nec pectora culpa
Nostra vacant: nullos Veneri sacravimus ignes,
Nulla deae sedes; movet et caelestia quondam
Corda dolor lentoque inrepunt agmine Poenae.
Illa Paphon veterem centumque altaria linquens
Nec vultu nec crine prior solvisse iugalem
Ceston et Idalias procul ablegasse volucres
Fertur; erant certe, media quae noctis in umbra
Divam alios ignes maioraque tela gerentem
Tartareas inter thalamis volitasse sorores
Vulgarent; utque implicitis arcana domorum
Anguibus et saeva formidine cuncta replevit
Limina nec fidi populum miserata mariti,
Protinus a Lemno teneri fugistis Amores,
Mutus Hymen versaeque faces et frigida iusti
Cura tori! nullae redeunt in gaudia noctes,
Nullus in amplexu sopor est, Odia aspera ubique
Et Furor et medio recubat Discordia lecto.
Cura viris tumidos adversa Thracas in ora
Eruere et saevam bellando frangere gentem.
Cumque domus contra stantesque in litore nati,

48. 'dulce — miseris' schol. l c.

47 advenias *codd. edd., corr. Baehrensius* || 68 nupta replesset **P** || 71 Mutus PB^1 Motus G^2SB *al. m.* **M**

Dulcius Edonas hiemes Arctonque prementem
Excipere, aut tandem tacita post proelia nocte
Fractorum subitas torrentum audire ruinas.
Illae autem tristes (nam me tunc libera curis
Virginitas annique tegunt) sub nocte dieque
Adsiduis aegrae in lacrimis solantia miscent
Conloquia, aut saevam spectant trans aequora Thracen.
Sol operum medius summo librabat Olympo
Lucentes, ceu staret, equos; quater axe sereno
Intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
Exeruere apices, ventisque absentibus Aegon
Motus et ingenti percussit litora ponto:
Cum subito horrendas aevi matura Polyxo
Tollitur in furias thalamisque insueta relictis
Evolat. Insano veluti Teumesia thyias
Rapta deo, cum sacra vocant Idaeaque suadet
Buxus et a summis auditus montibus Euhan:
Sic erecta genas aciemque offusa trementi
Sanguine desertam rabidis clamoribus urbem
Exagitat, clausasque domus et limina pulsans
Concilium vocat; infelix comitatus eunti
Haerebant nati. Atque illa non segnius omnes

78. 'Tristius Edonas h. Hebrumque nivalem' Serv. ad Aen. XII 365. 'Dulcius Edonas hiemes h. n.' comment. Bernens. ad Lucan. I 675 p. 44, 25 U. — 94. 'et — Euhan' Priscian VI 6, 29 p. 220 H.

78 Tristius *Serv.* | Edonas *Serv.* ('Statius et Virgilium et artem secutus ait: Tristius Edonas etc.') *comm. Bern. ad Lucan. edd. inde a Gronov.* edonias *codd. cf. XII 733. Notandum est apud Sil. It. IV 776 et Lucanum I 675 neglecta quantitate graeca legi* Edŏnis | prementem **P** frementem *ceteri* | Hebrumque nivalem *Serv.* ‖ 82 sub *om.* π *unde Bentleius coni.* noctemque diemque *vel* noctesque diesque *coll. Ach. I 637* ‖ 83 in *om.* **BM** ‖ 84 Alloquia *Marklandus* ‖ 92 thyias **P** thyas **BM** *edd.* ‖ 95 exserta genas *Ungerus; at cf. II 506 Ach. I 764* | offusa *Heinsius* effusa *codd.* ‖ 96 deiectam *Barthius* ‖ rapidis **P** *Beh.* **GTr**π ‖ 99 illae *codd. edd., corr. Baehrensius*

Erumpunt tectis, summasque ad Pallados arces
Impetus: huc propere stipamur et ordine nullo
Congestae; stricto mox ense silentia iussit
Hortatrix scelerum et medio sic orsa profari:
'Rem summam instinctu superum meritique doloris,
O viduae (firmate animos et pellite sexum!)
Lemniades, sancire paro; si taedet inanes
Aeternum servare domos turpemque iuventae
Flore situm et longis steriles in luctibus annos,
Inveni, promitto, viam (nec numina desunt),
Qua renovanda Venus: modo par insumite robur
Luctibus, atque adeo primum hoc mihi noscere detur.
Tertia canet hiems; cui conubialia vincla
Aut thalami secretus honos? cui coniuge pectus
Intepuit? cuius vidit Lucina labores?
Dicite, vel iustos cuius pulsantia menses
Vota tument? qua pace feras volucresque iugari
Mos datus. Heu segnes! potuitne ultricia Graius
Virginibus dare tela pater laetusque dolorum
Sanguine securos iuvenum perfundere somnos?
At nos vulgus iners! quodsi propioribus actis
Est opus, ecce animos doceat Rhodopeia coniunx,
Ulta manu thalamos pariterque epulata marito.
Nec vos immunis scelerum securave cogo.
Plena mihi domus atque ingens, en cernite, sudor.
Quattuor hos una, decus et solacia patris,
In gremio, licet amplexu lacrimisque morentur,
Transadigam ferro saniemque et vulnera fratrum

112. 'tertia — vincla' schol. Theb. V 150 p. 170 L. — 117 sq. 'ultricia — pater' Priscian. VII 14, 70 p. 348 H.

103 orsa *corr. Bentleius* ausa *codd.* ‖ 108 Flere *Bernartius* | longos **P** ‖ 109 deerunt *Heinsius* ‖ 113 thalami **Pg** (*cum ras.*) *Gronov.* thalamis **BG²M** | cui **PG** *Colb. schol.* quae **Bb** *Dan.* quod **M** ‖ 117 grauis **rc¹t** graiis **c²m** ‖ 119 *sq.* somnos, At n. v. iners? *distinxit Weberus* ‖ 126 moretur **P**

Miscebo patremque super spirantibus addam.
Ecqua tot in caedes animum promittit?' Agebat
Pluribus; adverso nituerunt vela profundo:
Lemnia classis erat. Rapuit gavissa Polyxo
Fortunam atque iterat: "Superisne vocantibus ultro
Desumus? ecce rates! deus hos, deus ultor in iras
Apportat coeptisque favet. Nec imago quietis
Vana meae: nudo stabat Venus ense, videri
Clara mihi somnosque super 'quid perditis aevum?'
Inquit 'age aversis thalamos purgate maritis.
Ipsa faces alias melioraque foedera iungam.'
Dixit, et hoc ferrum stratis, hoc, credite, ferrum
Imposuit. Quin o miserae, dum tempus agi rem,
Consulite; en validis spumant eversa lacertis
Aequora, Bistonides veniunt fortasse maritae."
Hinc stimuli ingentes, magnusque advolvitur astris
Clamor. Amazonio Scythiam fervere tumultu
Lunatumque putes agmen descendere, ubi arma
Indulget pater et saevi movet ostia belli.
Nec varius fremor aut studia in contraria rapta
Dissensus ut plebe solet: furor omnibus idem,
Idem animus solare domos iuvenumque senumque
Praecipitare colos plenisque adfrangere parvos
Uberibus ferroque omnes exire per annos.
Tunc viridi luco (lucus iuga celsa Minervae
Propter opacat humum niger ipse, sed insuper ingens
Mons premit et gemina pereunt caligine soles),
Hic sanxere fidem, tu Martia testis Enyo
Atque inferna Ceres, Stygiaeque Acheronte recluso
Ante preces venere deae; sed fallit ubique
Mixta Venus, Venus arma tenet, Venus admovet iras.

128 simul (*rec. m. suprascr.* † super) **P** || 135 nuda **P** || 136 somnoque **P** || 140 agi *corr. Heinsius* agit *codd.* || 141 invalidi **P** || 146 ostilia **P** hostia **BSM** || 147 rapti *codd. edd., corr. Baehrensius* || 151 saevire *Luc. Muellerus* || 152 viridi luco **P** viridis late **BG²SM**

Nec de more cruor: natum Charopeia coniunx
Obtulit, accingunt sese et mirantia ferro
Pectora congestisque avidae simul undique dextris
Perfringunt, ac dulce nefas in sanguine vivo
Coniurant, matremque recens circumvolat umbra.
Talia cernenti mihi quantus in ossibus horror,
Quisve per ora color! qualis cum cerva cruentis
Circumventa lupis, nullum cui pectore molli
Robur et in volucri tenuis fiducia cursu,
Praecipitat suspensa fugam, iam iamque teneri
Credit et elusos audit concurrere morsus.
Illi aderant; primis iamque offendere carinae
Litoribus, certant saltu contingere terram
Praecipites. Miseri, quos non aut horrida virtus
Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti
Hauserit! Alta etiam superum delubra vaporant
Promissasque trahunt pecudes: niger omnibus aris
Ignis, et in nullis spirat deus integer extis.
Tardius umenti noctem deiecit Olympo
Iuppiter et versum miti, reor, aethera cura
Sustinuit, dum fata vetat, nec longius umquam
Cessavere novae perfecto sole tenebrae.
Sera tamen mundo venerunt astra, sed illis
Et Paros et nemorosa Thasos crebraeque relucent
Cyclades; una gravi penitus latet obruta caelo
Lemnos, in hanc tristes nebulae, et plaga caeca superne
Texitur, una vagis Lemnos non agnita nautis.
Iam domibus fusi et nemorum per opaca sacrorum
Ditibus indulgent epulis vacuantque profundo
Aurum immane mero, dum quae per Strymona pugnae,
Quis Rhodope gelidove labor sudatus in Haemo,
Enumerare vacat. Nec non, manus impia, nuptae

159 caropeia **PM** || 161 congestis (*om.* que) δ || 166 pectora **P** || 169 audet **P** || 179 vetant *codd. edd., corr. Baehrensius* dabant *Madvigius* || 182 paros **P** *Gronov.* paphos **BG²M** pharos **G** Samos *Barthius* || 185 lemnon **P**

Serta inter festasque dapes quo maxima cultu
Quaeque iacent; dederat mites Cytherea suprema
Nocte viros longoque brevem post tempore pacem
Nequiquam et miseros perituro adflaverat igni.
Conticuere chori, dapibus ludoque licenti
Fit modus et primae decrescunt murmura noctis,
Cum consanguinei mixtus caligine Leti
Rore madens Stygio morituram amplectitur urbem
Somnus et implacido fundit gravia otia cornu
Secernitque viros. Vigilant nuptaeque nurusque
In scelus, atque hilares acuunt fera tela Sorores.
Invasere nefas, cuncto sua regnat Erinys
Pectore. Non aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanae clausere leae, quas exigit ortu
Prima fames, avidique implorant ubera nati.
Quos tibi nam, dubito, scelerum de mille figuris
Expediam casus. Elymum temeraria Gorge
Evinctum ramis altaque in mole tapetum
Efflantem somno crescentia vina superstans
Vulnera disiecta rimatur veste, sed illum
Infelix sopor admota sub morte refugit.
Turbidus incertumque oculis vigilantibus hostem
Occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
Pone adigit costas, donec sua pectora ferro
Tangeret. Is demum sceleri modus; ora supinat
Blandus adhuc oculisque tremens et murmure Gorgen

---

212 sq. 'turbidus — amplexu' Priscian. V 5, 27 p. 159 H.

---

195 thori ♂ *prob. Bentleio* ‖ 199 inplacido **PB** (*ex* inplacito *corr.*) implicito **p π** *Beh. quattuor Palat. Gruteri Lips. prob. Heinsio* ‖ 204 Nocturnae c. lupae *Friesemannus* | exiit **P** | antro *Lachmannus* ‖ 205 avidi cum *Muellerus* ‖ 206 *Interpunctionem corr. Lachmannus* | tibi iam *Baehrensius* ‖ 207 helymum **P** *sicut legitur apud Verg. Aen. V 73. 300* helimum **BM** elimum **G** Elymum *scripsi, nam graece est* Ἔλυμος; *ita legit Serv. ad Aen. V 73. Cf. Ov. Met. XII 455* ‖ 212 incertusque *Prisc.* **HB** (*corr. ex* incertumque) | vilantibus **P** ‖ 216 per murmura ♂ *prob. Bentleio Burmannus e codd.*

Quaerit et indigno non solvit bracchia collo.
Non ego nunc vulgi quamquam crudelia pandam
Funera, sed propria luctus de stirpe recordor:
Quod te, flave Cydon, quod te per colla refusis
Intactum, Crenaee, comis (quibus ubera mecum
Obliquumque a patre genus) fortemque, timebam
Quem desponsa, Gyan vidi lapsare cruentae
Vulnere Myrmidones, quodque inter serta torosque
Barbara ludentem fodiebat Epopea mater.
Flet super aequaevum soror exarmata Lycaste
Cydimon, heu similes perituro in corpore vultus
Aspiciens floremque genae et quas finxerat auro
Ipsa comas, cum saeva parens iam coniuge fuso
Adstitit impellitque minis atque inserit ensem.
Ut fera, quae rabiem placido desueta magistro
Tardius arma movet stimulisque et verbere crebro
In mores negat ire suos, sic illa iacenti
Incidit undantemque sinu conlapsa cruorem
Excipit et laceros premit in nova vulnera crines.
Ut vero Alcimeden etiamnunc murmure trunco
Ferre patris vultus et egentem sanguinis ensem
Conspexi, riguere comae atque in viscera saevus
Horror iit: meus ille Thoas, mea dira videri
Dextra mihi! Extemplo thalamis turbata paternis
Inferor. Ille quidem dudum (quis magna tuenti
Somnus?) agit versans secum, etsi lata recessit
Urbe domus, quinam strepitus, quae murmura noctis,
Cur fremibunda quies? Trepido scelus ordine pando,

---

221 creneę **Prb** ‖ 224 myrmidones **P** myrmidonis *ceteri* | quemque *mal. Gronovius* ‖ 228 fixerat **P** (*apud Muellerum*, ·/. *equidem nihil adnotavi*) **T** vixerat **H** ‖ 230 inserit **P** ·/. ingerit **P** *marg.* ‖ 231 rabiem placido **PG** rabie placido *Beh.* placido rabiem **BG²SM** ‖ 232 et *om.* **P** ‖ 236 alciden **P** alcimedon *Beh.* | etiamnunc **PT** etiamnum *ceteri* | in murmure truncos *codd.* murmure trunco *corr. Barthius*

Quis dolor, unde animi: "vis nulla arcere furentes;
Hac sequere, o miserande; premunt aderuntque moranti,
Et mecum fortasse cades." His motus et artus
Erexit stratis. Ferimur per devia vastae
Urbis et ingentem nocturnae caedis acervum
Passim, ut quosque sacris crudelis vespera lucis
Straverat, occulta speculamur nube latentes.
Hic impressa toris ora extantesque reclusis
Pectoribus capulos magnarum et fragmina trunca
Hastarum et ferro laceras per corpora vestes,
Crateras pronos epulasque in caede natantes
Cernere erat, iugulisque modo torrentis apertis
Sanguine permixto redeuntem in pocula Bacchum.
Hic iuvenum manus et nullis violabilis armis
Turba senes, positique patrum super ora gementum
Semineces pueri trepidas in limine vitae
Singultant animas. Gelida non saevius Ossa
Luxuriant Lapitharum epulae, si quando profundo
Nubigenae caluere mero; vix primus ab ira
Pallor, et impulsis surgunt ad proelia mensis.
Tunc primum sese trepidis sub nocte Thyoneus
Detexit, nato portans extrema Thoanti
Subsidia, et multa subitus cum luce refulsit.
Agnovi: non ille quidem turgentia sertis
Tempora nec flava crinem distinxerat uva:
Nubilus indignumque oculis liquentibus imbrem
Adloquitur: "Dum fata dabant tibi, nate, potentem
Lemnon et externis etiam servare timendam
Gentibus, haut umquam iusto mea cura labori
Destitit: absciderunt tristes crudelia Parcae
Stamina, nec dictis, supplex quae plurima fudi
Ante Iovem frustra, lacrimisque avertere luctus

249 et **P** *Beh.* ibi **B** ubi **M** ‖ 257 percommixto **P** commixto *ceteri* permixto *scripsi coll. X 312* ‖ 261 non secius *Marklandus* ‖ 268 Agnouit **P** ‖ 269 destrinxerat **PB** *Heinsius* distrinxerat **rb** *Dan.* disiunxerat *Bernartius* ‖ 276 advertere **P** *Beh.*

Contigit; infandum natae concessit honorem.
Accelerate fugam, tuque, o mea digna propago,
Hac rege, virgo, patrem, gemini qua bracchia muri
Litus eunt: illa, qua rere silentia, porta
Stat funesta Venus ferroque accincta furentes
Adiuvat (unde manus, unde haec Mavortia divae
Pectora?): tu lato patrem committe profundo.
Succedam curis." Ita fatus in aera rursus
Solvitur et nostrum, visus arcentibus umbris,
Mitis iter longae claravit limite flammae.
Qua data signa, sequor; dein curvo robore clausum
Dis pelagi ventisque et Cycladas Aegaeoni
Amplexo commendo patrem, nec fletibus umquam
Sit modus alternis, ni iam dimittat Eoo
Lucifer astra polo. Tunc demum litore rauco
Multa metu reputans et vix confisa Lyaeo
Dividor, ipsa gradu nitente, sed anxia retro
Pectora, nec requies, quin et surgentia caelo
Flamina et e cunctis prospectem collibus undas.
Exoritur pudibunda dies, caelumque retexens
Aversum Lemno iubar et declinia Titan
Opposita iuga nube refert. Patuere furores
Nocturni, lucisque novae formidine cunctis
(Quamquam inter similes) subitus pudor; impia terrae
Infodiunt scelera aut festinis ignibus urunt.
Iam manus Eumenidum captasque refugerat arces
Exsaturata Venus; licuit sentire, quid ausae,

277. 'infandum — honorem' Serv. ad Aen. VII 306.

280 rere **Pb** rara **BG²SM** ‖ 289 Amplexu **P** ‖ 290 Fit *codd.* Sit *corr. Gronovius* ‖ 291 tunc **PG** *Beh.* tum **BM** cum **H** ‖ 293 nitente sed anxia **P** *Beh. al. m.* **g** *pr. m.* (*al. m. add.* &) nitens sed et anxia **BG²M** nitens sed anxia **S** *pr. m.* (*al. m. add.* et) nitens (*suprascr.* † nitenti) **r** ‖ 295 e *om.* **PS** *pr. m.* ‖ 297 Aduersum **PpH** *Beh.* δ | declinantia **P** decliuia **TH** *Beh.* δ *Ald.* ‖ 300 habitus *codd.* subitus *corr. Bentleius* | pudor **PGT** *Beh.* rubor **BG²SM**

Et turpare comas et lumina tingere fletu.
Insula dives agris opibusque armisque virisque,
Nota situ et Getico nuper ditata triumpho,
Non maris incursu, non hoste, nec aethere laevo
Perdidit una omnes orbata excisaque fundo
Indigenas: non arva viri, non aequora vertunt,
Conticuere domus, cruor altus et oblita crasso
Cuncta rubent tabo, magnaeque in moenibus urbis
Nos tantum, et saevi spirant per culmina manes.
Ipsa quoque arcanis tecti in penetralibus alto
Molior igne pyram, sceptrum super armaque patris
Inicio et notas regum velamina vestes,
Ac prope maesta rogum confusis crinibus asto
Ense cruentato, fraudemque et inania busta
Plango metu, si forte premant, cassumque parenti
Omen et hac dubios leti precor ire timores.
His mihi pro meritis, ut falsi criminis astu
Parta fides, regno et solio considere patris
Supplicium datur. Anne illis obsessa negarem?
Accessi, saepe ante deos testata fidemque
Immeritasque manus; subeo (pro dira potestas!)
Exangue imperium et maestam sine culmine Lemnon.
Iam magis atque magis vigiles dolor angere sensus,
Et gemitus clari, et paulatim invisa Polyxo,
Iam meminisse nefas, iam ponere manibus aras
Concessum et multum cineres iurare sepultos.
Sic ubi ductorem trepidae stabulique maritum,
Quem penes et saltus et adultae gloria gentis,
Massylo frangi stupuere sub hoste iuvencae,
It truncum sine honore pecus, regemque peremptum
Ipse ager, ipsi amnes et muta armenta queruntur.

304 turbare *codd. edd., corr. Baehrensius* | tinguere **PSr** || 308 mundo *codd. edd.* fundo *scripsi cum δ* excitaque fundo *Bentleius* || 315 velamina **PG** gestamina **BG^{2}SM** || 316 ignibus *codd.* crinibus *gloss. Gud. Lachmannus* || 320 et falsi **TH** *Beh. πδ Heinsius* | falsi in criminis **P** || 321 regna **P**

Ecce autem aerata dispellens aequora prora
Pelias intacti late subit ostia ponti
Pinus; agunt Minyae, geminus fragor ardua canet
Per latera, abruptam credas radicibus ire
Ortygiam aut fractum pelago decurrere montem.
Ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
Mitior et senibus cygnis et pectine Phoebi
Vox media de puppe venit, maria ipsa carinae
Accedunt. Post nosse datum est: Oeagrius illic
Acclinis malo mediis intersonat Orpheus
Remigiis tantosque iubet nescire labores.
Illis in Scythicum Borean iter oraque primi
Cyaneis artata maris. Nos Thracia visu
Bella ratae vario tecta incursare tumultu,
Densarum pecudum aut fugientum more volucrum.
Heu ubi nunc furiae? portus amplexaque litus
Moenia, qua longe pelago despectus aperto,
Scandimus et celsas turres; huc saxa sudesque
Armaque maesta virum atque infectos caedibus enses
Snbvectant trepidae; quin et squalentia texta
Thoracum et vultu galeas intrare soluto
Non pudet; audaces rubuit mirata catervas
Pallas, et adverso risit Gradivus in Haemo.
Tunc primum ex animis praeceps amentia cessit,
Nec ratis illa salo, sed divum sera per aequor
Iustitia et poenae scelerum adventare videntur.
Iamque aberant terris, quantum Cortynia currunt
Spicula, caeruleo gravidam cum Iuppiter imbri
Ipsa super nubem ratis armamenta Pelasgae
Sistit agens; inde horror aquis, et raptus ab omni

336 ostia *Colb.* hostia **rGHT** *Beh. πδ* hospita **PBM** || 346 primi **P** primum **BG^{2}SM** || 347 maris **PB** *pr. m.* vadis **B** *al. m.* **G^{2}M** || 348 Vela *Heinsius et Schraderus* || 349 fugientium **PH** || 357 averso **PG** *unde* aversus *coni. Baehrensius, coll. Claudian. in Eutrop. I 238* | ab Haemo *D. Heinsius* || 359 solo **P** || 361 aberant terris **PT** *Colb.* **δL** aberant terrae **BG^2** *Beh.* aderant terrae **M**

Sole dies miscet tenebras, quis protinus unda
Concolor; obnixi lacerant cava nubila venti
Diripiuntque fretum, nigris redit umida tellus
Verticibus, totumque notis certantibus aequor
Pendet et arquato iamiam prope sidera dorso
Frangitur, incertae nec iam prior impetus alno,
Sed labat extantem rostris modo gurgite in imo
Nunc caelo Tritona ferens. Nec robora prosunt
Semideum heroum, puppemque insana flagellat
Arbor et instabili procumbens pondere curvas
Raptat aquas, remique cadunt in pectus inanes.
Nos quoque per rupes murorumque aggere ab omni,
Dum labor ille viris fretaque indignantur et austros,
Desuper invalidis fluitantia tela lacertis
(Quid non ausa manus?) Telamona et Pelea contra
Spargimus, et nostro petitur Tirynthius arcu.
Illi (quippe simul bello pelagoque laborant)
Pars clipeis munire ratem, pars aequora fundo
Egerere; ast alii pugnant, sed inertia motu
Corpora, suspensaeque carent conamine vires.
Instamus iactu telorum, et ferrea nimbis
Certat hiems, vastaeque sudes fractique molares
Spiculaque et multa crinitum missile flamma
Nunc pelago nunc puppe cadunt, dat operta fragorem
Pinus, et abiunctis regemunt tabulata cavernis.
Talis Hyperborea virides nive verberat agros
Iuppiter; obruitur campis genus omne ferarum,
Deprensaeque cadunt volucres, et messis amaro
Strata gelu, fragor inde iugis, inde amnibus irae.
Ut vero elisit nubes Iove tortus ab alto

386. 'vastaeque — molares' Priscian. V 5, 31 p. 161 H.

368 certantibus **P** *Beh.* portantibus *reliqui* ‖ 369 arquato **PB** *marg.* aequato *ceteri* | iam prope **P** ‖ 370 nec iam **PpG** iam nec **BM** ‖ 374 pêctore **P** ∧ pondere **P** *marg.* ‖ 390 viridis **Pc** virides **BM**

Ignis et ingentes patuere in fulmine nautae,
Deriguere animi, manibusque horrore remissis
Arma aliena cadunt, rediit in pectora sexus.
Cernimus Aeacidas murisque immane minantem
Ancaeum et longa pellentem cuspide rupes
Iphiton; at toto manifestus in agmine supra est
Amphitryoniades, puppemque alternus utrimque
Ingravat et medias ardet descendere in undas.
At levis (et miserae nondum mihi notus) Iason
Transtra per et remos impressaque terga virorum
Nunc magnum Oeniden, nunc ille hortatibus Idan
Et Talaum et cana rorantem aspargine ponti
Tyndariden iterans gelidique in nube parentis
Vela laborantem Calain subnectere malo
Voce manuque rogat; quatiunt impulsibus illi
Nunc freta, nunc muros, sed nec spumantia cedunt
Aequora, et incussae redeunt a turribus hastae.
Ipse graves fluctus clavumque audire negantem
Lassat agens Tiphys palletque et plurima mutat
Imperia ac laevas dextrasque obtorquet in undas
Proram navifragis avidam concurrere saxis,
Donec ab extremae cuneo ratis Aesone natus
Palladios oleae, Mopsi gestamina, ramos
Extulit et socium turba prohibente poposcit
Foedera; praecipites vocem involvere procellae.
Tunc modus armorum, pariterque exhausta quierant
Flamina, confusoque dies respexit Olympo.
Quinquaginta illi, trabibus de more revinctis,
Eminus abrupto quatiunt nova litora saltu,

395 fulmine **PBbTL** lumine (ť fulmine) **Sr** *Leid.* **g** lumine **M** flumine (*corr. in* fulmine) *Beh. 1* flumine **G**[2] *Beh. 2* ‖ 396 animis *Barthius* ‖ 397 rediit **P** *cf. VI 639 VIII 517* redeunt **BG**[2]**SM** redeuntque **GHT** ‖ 399 Antheum **SGHTc** *Beh. 1* | pallentem **PS** *pr. m.* ‖ 400 attonito *codd.* at toto *corr. Menkius* attonitae *Gronovius* ‖ 405 hortantibus **Pc** | idan **P** ydã **B** idam **M** ‖ 406 aspergine **P** ‖ 408 laboranti *Bentleius* ‖ 412 necantem **P** ‖ 416 ad **P** ‖ 417 oleae *pro glossa habet Baehrensius, qua* sacri *vel tale quid*

Magnorum decora alta patrum, iam fronte sereni
Noscendique habitu, postquam tumor iraque cessit
Vultibus. Arcana sic fama erumpere porta
Caelicolas, si quando domos litusque rubentnm
Aethiopum et mensas amor est iterare minores;
Dant fluvii montesque locum, tum terra superbit
Gressibus et paulum respirat caelifer Atlans.
Hic et ab adserto nuper Marathone superbum
Thesea et Ismarios, Aquilonia pignora, fratres,
Utraque quis rutila stridebant tempora pinna,
Cernimus, hic Phoebo non indignante priorem
Admetum et durae similem nihil Orphea Thracae,
Tunc prolem Calydone satam generumque profundi
Nereos. Ambiguo visus errore lacessunt
Oebalidae gemini; chlamys huic, chlamys ardet et illi,
Ambo hastile gerunt, umeros exertus uterque,
Nudus uterque genas, simili coma fulgurat astro.
Audet iter magnique sequens vestigia mutat
Herculis et tarda quamvis se mole ferentem
Vix cursu tener aequat Hylas Lernaeaque tollens
Arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.
Ergo iterum Venus et tacitis corda aspera flammis
Lemniadum pertemptat Amor. Tunc regia Iuno
Arma habitusque virum pulchraeque insignia gentis
Mentibus insinuat, certatimque ordine cunctae
Hospitibus patuere fores; tunc primus in aris
Ignis, et infandis venere oblivia curis;
Tunc epulae felixque sopor noctesque quietae,
Nec superum sine mente, reor, placuere fatentes.
Forsitan et nostrae fatum excusabile culpae

depulsum sit ‖ 425 timor *codd., corr. Bentleius coll. Verg. Aen. VIII 40* ‖ 428 iterare *Schraderus coll. Silv. IV 2, 53* intrare *codd.* ‖ 430 atlans **P** *cf. Verg. Aen. I 741 VI 796* atlas *vel* athlas *ceteri* ‖ 433 stridebat **P** ‖ *442—444 in* **P** *ita se excipiunt: 444 442 441 443, siglis appositis, ut ordo quo vulgo leguntur restituatur* ‖ 452 foventes *Lachmannus*

Noscere cura, duces. Cineres furiasque meorum
Testor: ut externas non sponte aut crimine taedas
Attigerim (scit cura deum), etsi blandus Iason
Virginibus dare vincla novis; sua iura cruentum
Phasin habent, alios Colchi generatis amores.
Iamque exuta gelu tepuerunt sidera longis
Solibus, et velox in terga revolvitur annus.
Iam nova progenies partusque in vota soluti,
Et non speratis clamatur Lemnos alumnis.
Nec non ipsa tamen thalami monimenta coacti
Enitor geminos, duroque sub hospite mater
Nomen avi renovo; nec quae fortuna relictis
Nosse datur, iam plena quater quinquennia pergunt,
Si modo fata sinunt aluitque rogata Lycaste.
Detumuere animi maris, et clementior Auster
Vela vocat: ratis ipsa moram portusque quietos
Odit et adversi tendit retinacula saxi.
Inde fugam Minyae, sociosque appellat Iason
Efferus, o utinam iam tunc mea litora rectis
Praetervectus aquis, cui non sua pignora cordi,
Non promissa fides; certe stat fama remotis
Gentibus: aequorei redieruut vellera Phrixi.
Ut stata lux pelago venturumque aethera sensit
Tiphys et occidui rubuere cubilia Phoebi,
Heu iterum gemitus, iterumque novissima nox est.
Vix reserata dies, et iam rate celsus Iason
Ire iubet, primoque ferit dux verbere pontum.
Illos e scopulis et summo vertice montis
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Prosequimur visu, donec lassavit euntes

454 cineres **PH** *Beh.* π cinerem **BG²M** ‖ 456 sit cura **T** | et sic blandus *Peyraredus* sit blandus (*om.* et) *Sandstroemius* scit blandus *Baehrensius* ‖ 462 clamatur lemnos **P** lemnos clamatur **r** († celebratur) lemnos celebratur *ceteri* ‖ 466 datur **P** datum **BG²SM** | vergunt *Lachmannus* ‖ 470 aduersi **PRT** adsueti **BG²M** aversi **H** ‖ 481 e scopulis **pH** et scopulis **PBM** ‖ 483 hiantes *anon. apud Heinsium*

Lux oculos longumque polo contexere visa est
Aequor et extremi pressit freta margine caeli.
Fama subit portus, vectum trans alta Thoanta
Fraterna regnare Chio, mihi crimina nulla,
Et vacuos arsisse rogos; fremit impia plebes,
Sontibus accensae stimulis facinusque reposcunt.
Quin etiam occultae vulgo increbrescere voces:
'Solane fida suis, nos autem in funera latae?
Num deus haec fatumque? quid imperat urbe nefanda?'
Talibus exanimis dictis (et triste propinquat
Supplicium, nec regna iuvant) vaga litora furtim
Incomitata sequor funestaque moenia linquo,
Qua fuga nota patris; sed non iterum obvius Euhan,
Nam me praedonum manus huc appulsa tacentem
Abripit et vestras famulam transmittit in oras.'
  Talia Lernaeis iterat dum regibus exul
Lemnias et longa solatur damna querella,
Immemor absentis (sic di suasistis!) alumni,
Ille graves oculos languentiaque ora comanti
Mergit humo, fessusque diu puerilibus actis
Labitur in somnos, prensa manus haeret in herba.
  Interea campis, nemoris sacer horror Achaei,
Terrigena exoritur serpens, tractuque soluto
Immanem sese vehit ac post terga relinquit.
Livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci
Dentis, et auratae crudelis gloria frontis
Prominet. Inachio sanctum dixere Tonanti
Agricolae, cui cura loci et silvestribus aris
Pauper honos; nunc ille dei circumdare templa

488 plebis **P** ‖ 490 increscere **P** increbescere **SrG** ‖ 491 laetae *codd.*, *corr. Baehrensius* ‖ 492 Num **G** Non **PBM** *edd.* | quid **PBrT** quod **M** *edd.* ‖ 494 furtim **PHT** *Beh.* furto **BM** ‖ 496 mota *Baehrensius* ‖ 497 iacentem *Peyraredus* latentem *Baehrensius* ‖ 498 Abripit **PBbc** Arripit **M** ‖ 506 exoritur **P** *schol.* **t** exorit' **g** *sec. m.* erigitur **BG²SMr** *pr. m.* **t** exuritur **r** *sec. m.* ‖ 510 frontis **PBM** fronti *Colb.*

Orbe vago labens, miserae nunc robora silvae
Atterit et vastas tenuat complexibus ornos;
Saepe super fluvios geminae iacet aggere ripae
Continuus, squamisque incisus adaestuat amnis.
Sed nunc, Ogygii iussis quando omnis anhelat
Terra dei trepidaeque latent in pulvere Nymphae,
Saevior anfractu laterum sinuosa retorquens
Terga solo siccique nocens furit igne veneni.
Stagna per arentesque lacus fontesque repressos
Volvitur et vacuis fluviorum in vallibus errat,
Incensusque siti liquidum nunc aera lambit
Ore supinato, nunc arva gementia radens
Pronus adhaeret humo, si quid viridantia sudent
Gramina; percussae calidis adflatibus herbae,
Qua tulit ora, cadunt, moriturque ad sibila campus:
Quantus ab Arctois discriminat aethera plaustris
Anguis et usque Notos alienumque exit in orbem;
Quantus et ille sacri spiris intorta movebat
Cornua Parnasi, donec tibi, Delie, fixus
Vexit harundineam centeno vulnere silvam.
  Quis tibi, parve, deus tam magni pondera fati
Sorte dedit? tune hoc vix prima ad limina vitae
Hoste iaces? an ut inde sacer per saecula Grais
Gentibus et tanto dignus morerere sepulcro?
Occidis extremae destrictus verbere caudae
Ignaro serpente puer, fugit ilicet artus
Somnus, et in solam patuerunt lumina mortem.
Cum tamen attonito moriens vagitus in auras
Excidit et ruptis immutuit ore querellis,
Qualia non totas peragunt insomnia voces,
Audiit Hypsipyle, facilemque negantia cursum

517 incensus *Schraderus* ‖ 519 tepidaeque *Koestlinus* ‖ 524 Incensusque siti *Schraderus* Incertusque sui *codd.* ‖ *Versus 529—533 quippe quos ab interpolatore confectos esse iudicet post v. 517 inseruit O. Muellerus* ‖ 535 primae *mal. Heinsius* ‖ 537 morere **Prc** ‖ 538 gaude **P** ‖ 543 Qualis *Baehrensius*

Exanimis genua aegra rapit; iam certa malorum
Mentis ab augurio sparsoque per omnia visu
Lustrat humum quaerens et nota vocabula parvo
Nequiquam ingeminans: nusquam ille, et prata recentes
Amisere notas. Viridi piger accubat hostis
Collectus gyro spatiosaque iugera complet,
Sic etiam obliqua cervicem expostus in alvo.
Horruit infelix visu longoque profundum
Incendit clamore nemus; nec territus ille,
Sed iacet. Argolicas ululatus flebilis aures
Impulit; extemplo monitu ducis advolat ardens
Arcas eques causamque refert. Tum squamea demum
Torvus ad armorum radios fremitumque virorum
Colla movet: rapit ingenti conamine saxum,
Quo discretus ager, vacuasque impellit in auras
Arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondam
Vibrati saliunt portarum in claustra molares.
Cassa ducis virtus: iam mollia colla refusus
In tergum serpens venientem evaserat ictum.
Dat sonitum tellus, nemorumque per avia densi
Dissultant nexus. 'At non mea vulnera' clamat
Et trabe fraxinea Capaneus subit obvius 'umquam
Effugies, seu tu pavidi ferus incola luci,
Sive deis, utinamque deis, concessa voluptas,
Non, si consertum super haec mihi membra Giganta
Subveheres.' Volat hasta tremens et hiantia monstri
Ora subit linguaeque secat fera vincla trisulcae,
Perque iubas stantes capitisque insigne corusci
Emicat, et nigri sanie perfusa cerebri

545 sq. 'iam — augurio' schol. Theb. V 627 p. 190 L.

545 trahit *Lachmannus* ‖ 555 et extemplo **P** ‖ 556 tum **P** tunc **BG²M** ‖ 559 *versus in* **r** *post v. 561 legitur* ‖ 561 Librati *codd., corr. Oudendorpius* ‖ 562 duci **BSrc** | nam **S²G²** *m. sec.* **M** ‖ 563 evaserat *Baehrensius* exhauserat *codd.* ‖ 564 avia **PS²GHT** *Leid. Colb.* aera **BG²S¹M**

Figitur alta solo. Longus vix tota peregit
Membra dolor, rapido celer ille volumine telum
Circuit avulsumque ferens in opaca refugit
Templa dei; hic magno tellurem pondere mensus
Implorantem animam dominis adsibilat aris.
Illum et cognatae stagna indignantia Lernae,
Floribus et vernis adsuetae spargere Nymphae,
Et Nemees reptatus ager, lucosque per omnes
Silvicolae fracta gemuistis harundine, Fauni.
Ipse etiam e summa iam tela poposcerat aethra
Iuppiter, et dudum nimbique hiemesque coibant,
Ni minor ira deo gravioraque tela mereri
Servatus Capaneus; moti tamen aura cucurrit
Fulminis et summas libavit vertice cristas.
Iamque pererratis infelix Lemnia campis,
Liber ut angue locus, modico super aggere longe
Pallida sanguineis infectas roribus herbas
Prospicit. Huc magno cursum rapit effera luctu
Agnoscitque nefas, terraeque inlisa nocenti
Fulminis in morem non verba in funere primo,
Non lacrimas habet: ingeminat misera oscula tantum
Incumbens animaeque fugam per membra tepentem
Quaerit hians. Non ora loco, non pectora restant,
Rapta cutis, tenuia ossa patent nexusque madentes
Sanguinis imbre novi, totumque in vulnere corpus.
Ac velut aligerae sedem fetusque parentis
Cum piger umbrosa populatus in ilice serpens,

585. 'gravioraque t. mereri' schol. Theb. I 45 p. 4 L.

574 Figitur hasta **PTL** asta **G** acta *Heinsius* ‖ 577 Templa. dehinc magno *propter elisionis asperitatem coniecit Muellerus quaest. p. 16, sed cf. II 458 VI 206. 229 et quae adnotavit H. Klappius in progr. Posnan. 1868 p. 16* magno hic *Baehrensius* ‖ 582 fractę **P** ‖ 583 e summa **PG²SM** *Gronovius* a summa *π* summa **BrH** *Beh.* | tam tela **P** ‖ 593 in vulnere *Bentleius* ‖ 597 tenuia] *cf. VI 181 XII 2 Silv. I 4, 36*

Illa redit querulaeque domus mirata quietem
Iam stupet impendens advectosque horrida maesto
Excutit ore cibos, cum solus in arbore paret
Sanguis et errantes per capta cubilia plumae.
  Ut laceros artus gremio miseranda recepit
Intexitque comis, tandem laxata dolori
Vox invenit iter, gemitusque in verba soluti:
'O mihi desertae natorum dulcis imago,
Archemore, o rerum et patriae solamen ademptae
Servitiique decus, qui te, mea gaudia, sontes
Extinxere dei, modo quem digressa reliqui
Lascivum et prono vexantem gramina cursu?
Heu ubi siderei vultus? ubi verba ligatis
Imperfecta sonis risusque et murmura soli
Intellecta mihi? quotiens tibi Lemnon et Argo
Sueta loqui et longa somnum suadere querella!
Sic equidem luctus solabar et ubera parvo
Iam materna dabam, cui nunc venit inritus orbae
Lactis et infelix in vulnera liquitur imber.
Nosco deos: o dura mei praesagia somni
Nocturnique metus, et numquam impune per umbras
Attonitae mihi visa Venus! quos arguo divos?
Ipsa ego te (quid enim timeam moritura fateri?)
Exposui fatis. Quae mentem insania traxit?
Tantane me tantae tenuere oblivia curae?
Dum patrios casus famaeque exorsa retracto
Ambitiosa meae (pietas haec magna fidesque!),
Exsolvi tibi, Lemne, nefas; ubi letifer anguis,

620. 'Nosco deos' schol. Theb. V 627 p. 190 L.

602 Iam stupet **PR** Stat super **BG²SM** ‖ 603 paret **P** *Beh.* cara **BG²SM** ‖ 606 dolori *Heinsius Bentleius* dolore *codd.* ‖ 615 argos *codd.*, *in* **G** *rec. m. finalem litteram addidisse videtur, nam schol. explicat*: 'navis Iasonis' Argo *corr. Gronovius* ‖ 618 orbae **P** ori **G²B** *marg.* **M** or// **B** ore **o** ora **T** oris *Ungerus* ‖ 620 o vera *coni. Muellerus coll.* IX 631. 886

Ferte, duces, meriti si qua est mihi gratia duri,
Si quis honos dictis, aut vos extinguite ferro,
Ne tristes dominos orbamque inimica revisam
Eurydicen, quamquam haut illi mea cura dolendo
Cesserit. Hocne ferens onus inlaetabile matris
Transfundam gremio? quae me prius ima sub umbras
Mergat humus?' Simul haec terraque et sanguine vultum
Sordida magnorum circa vestigia regum
Vertitur, et tacite maerentibus imputat undas.
  Et iam sacrifici subitus per tecta Lycurgi
Nuntius implerat lacrimis ipsumque domumque,
Ipsum adventantem Persei vertice sancto
Montis, ubi averso dederat prosecta Tonanti,
Et caput iratis rediens quassabat ab extis.
Hic sese Argolicis immunem servat ab armis
Haut animi vacuus, sed templa araeque tenebant.
Necdum etiam responsa deum monitusque vetusti
Exciderant et vox adytis accepta profundis:
'Prima, Lycurge, dabis Dircaeo funera bello.'
Id cavet, et maestus vicini pulvere Martis
Angitur ad lituos periturusque invidet armis.
  Ecce (fides superum!) laceras comitata Thoantis
Advehit exsequias, contra subit obvia mater,
Femineos coetus plangentiaque agmina ducens.
At non magnanimo pietas ignava Lycurgo:
Fortior ille malis, lacrimasque insana resorbet
Ira patris, longo rapit arva morantia passu
Vociferans: 'Illa autem ubinam, cui parva cruoris
Laetave damna mei? vivitne? impellite raptam,
Ferte citi comites; faxo omnis fabula Lemni

634 umbra **PS** ‖ 643 servabat **PSrc** ‖ 646 et vox adytis **G**π ac vox adytis *Beh.* voxque adytis **BrG²S** *pr. m.* voxque ex adytis **MS** *sec. m. edd.* Exciderant adytis **P** ‖ 649 periturisque *codd.*, *corr. Lachmannus* ‖ 650 *Interpunctionem corr. Lachmannus* ‖ 651 Advehit **PSBbcpHG** *m. sec.* Advenit **M** *edd.* ‖ 653 *versum* **B** *post v. 655 exhibet*

Et pater et tumidae generis mendacia sacri
Exciderint.' Ibat, letumque inferre parabat
Ense furens rapto; venienti Oeneius heros
Impiger obiecta proturbat pectora parma,
Ac simul infrendens: 'Siste hunc, vesane, furorem,
Quisquis es!' Et pariter Capaneus acerque reducto
Adfuit Hippomedon rectoque Erymanthius ense,
Ac iuvenem multo praestringunt lumine; at inde
Agrestum pro rege manus. Quos inter Adrastus
Mitius et sociae veritus commercia vitae
Amphiaraus ait: 'Ne — quaeso; absistite ferro,
Unus avum sanguis, neve indulgete furori,
Tuque prior.' Sed non sedato pectore Tydeus
Subicit: 'Anne ducem servatricemque cohortis
Inachiae ingratis coram tot milibus ausis
Mactare in tumulos (quanti pro funeris ultor!),
Cui regnum genitorque Thoas et lucidus Euhan
Stirpis avus? Timidone parum, quod gentibus actis
Undique in arma tuis inter rapida agmina pacem
Solus habes? habeasque, et te victoria Graium
Inveniat tumulis etiamnum haec fata gementem.'
  Dixerat, et tandem cunctante modestior ira
Ille refert: 'Equidem nunc vos ad moenia Thebes
Rebar et hostiles huc advenisse catervas.
Pergite in excidium socii (si tanta voluptas)
Sanguinis, imbuite arma domi, atque haec inrita dudum
Templa Iovis (quid enim haut licitum?) ferat impius ignis,
Si vilem, tanti premerent cum pectora luctus,
In famulam ius esse ratus dominoque ducique.

659 fal^so P ^ sacri P *marg.* ‖ 660 immane parabat *Barthius* ‖ 665 rectoque **BG²M** *schol.* rectorque **PS** (t recto) *codd. Lindenbr.* **g** *pr. m.* **r** *m. sec.* retorque **b** raptoque **p** ‖ erymanthius *al. m. suprascr.* parthenopeus **PS** ‖ 668 vitae **PGT** vite **bπr** *sec. m.* vittae **BM** ‖ 673 gratis *Lachmannus* | ausus **P** audes *ceteri* ausis *scripsi* ‖ 674 auctor *Lachmannus* ‖ 681 non *codd.*, nunc *corr. Baehrensius* nam *Koestlinus* ‖ 682 at *Barthius*

Sed videt haec, videt ille deum regnator, et ausis
Sera quidem, manet ira tamen.' Sic fatus, et arces
Respicit. Atque illic alio certamine belli
Tecta fremunt; volucres equitum praeverterat alas
Fama recens, geminos alis amplexa tumultus:
Illi ad fata rapi atque illi iam occumbere leto,
Sic meritam Hypsipylen iterant, creduntque, nec irae
Fit mora, iamque faces et tela penatibus instant,
Vertere regna fremunt raptumque auferre Lycurgum,
Cum Iove cumque aris; resonant ululatibus aedes
Femineis, versusque dolor dat terga timori.
  Alipedum curru sed enim sublimis Adrastus
Secum ante ora virum fremibunda Thoantida portans
It medius turmis, et 'parcite, parcite!' clamat,
'Nil actum saeve, meritus nec tale Lycurgus
Excidium, gratique inventrix fluminis ecce.'
Sic ubi diversis maria evertere procellis
Hinc Boreas Eurusque, illinc niger imbribus Auster,
Pulsa dies regnantque hiemes, venit aequoris alti
Rex sublimis equis, geminusque ad spumea Triton
Frena natans late pelago dat signa cadenti,
Et iam plana Thetis, montesque et litora crescunt.
  Quis superum tanto solatus funera voto
Pensavit lacrimas inopinaque gaudia maestae
Rettulit Hypsipylae? Tu gentis conditor, Euhan,
Qui geminos iuvenes Lemni de litore vectos
Intuleras Nemeae mirandaque fata parabas.
Causa viae genetrix, nec inhospita tecta Lycurgi
Praebuerant aditus, et protinus ille tyranno

692 repens *Barthius* | geminosque suis amplexa *Burmannus* agilis complexa *Lachmannus* ‖ 694 Immeritam *Peyraredus* ‖ 699 Alipedi *Anglus anon.* ‖ 700 thoantia **P** ‖ 707 ab spumea tritom **P** ‖ 708 canenti **P** : patenti **P** *marg.* cadenti *ceteri* cadendi *Barthius* ‖ 710 Qui **P** | munera **t** *Dan.* munere **BG²bor** *Beh.* **Tδ** | vota **BG²** *m. sec.* voti **Tt** ‖ 711 *versus deest in* **t**

Nuntius extinctae miserando vulnere prolis.
Ergo adsunt comites (pro fors et caeca futuri
Mens hominum!) regique favent; sed Lemnos ad aures
Ut primum dictusque Thoas, per tela manusque
Inruerant, matremque avidis complexibus ambo
Diripiunt flentes alternaque pectora mutant.
Illa velut rupes immoto saxea visu
Haeret et expertis non audet credere divis.
Ut vero et vultus et signa Argoa relictis
Ensibus atque umeris amborum intextus Iason,
Cesserunt luctus, turbataque munere tanto
Corruit, atque alio maduerunt lumina fletu.
Addita signa polo, laetoque ululante tumultu
Tergaque et aera dei motas crepuere per auras.
  Tunc pius Oeclides, ut prima silentia vulgi
Mollior ira dedit placidasque accessus ad aures:
'Audite, o ductor Nemeae lectique potentes
Inachidae, quae certus agi manifestat Apollo.
Iste quidem Argolicis haut olim indebitus armis
Luctus adest, recto descendunt limite Parcae:
Et sitis interitu fluviorum et letifer anguis,
Et puer, heu nostri signatus nomine fati,
Archemorus, cuncta haec superum demissa suprema
Mente fluunt. Differte animos festinaque tela
Ponite; mansuris donandus honoribus infans.
Et meruit; det pulchra suis libamina virtus
Manibus, atque utinam plures innectere pergas,
Phoebe, moras, semperque novis bellare vetemur
Casibus, et semper Thebe funesta recedas!
At vos magnorum transgressi fata parentum
Felices, longum quibus hinc per saecula nomen,

725 ad vultus *Sandstroemius* || 727 numine tanto *Barthius et Wakefieldus* || 731 amfiaraus *ead. m. suprascr.* oeclides **P** || 732 accessus **B**δ accessit **PG²SM** accensus π || 734 Inachię **P** | ait **P** || 739 dimissa **Prt**$\delta\pi$ | superna *Heinsius* || 745 recedas **P** *Beh.* recedat **BG²SM**

Dum Lernaea palus et dum pater Inachus ibit,
Dum Nemea tremulas campis iaculabitur umbras,
Ne fletu violate sacrum, ne plangite divos:
Nam deus iste, deus, Pyliae nec fata senectae
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.'
Finierat, caeloque cavam nox induit umbram.

751 pylię *al. m. suprascr.* nestorē dic̄ **P** | '*inepte* Pyliae senectae, *quippe tum temporis nondum nota Pylos iuvenisque aetate secunda Nestor IV 126' Bentleius* || 752 Maluerim **P** | frygiis, *al. m. suprascr.* tithonē dic̄ **P** || LÍB · V · EXPLICIT . | INCIP̄ STATII POETAE THEBAID̃ LIB̄ · VI · **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER VI.

Nuntia multivago Danaas perlabitur urbes
Fama gradu, sancire novo sollemnia busto
Inachidas ludumque super, quo Martia bellis
Praesudare paret seseque accendere virtus.
Graium ex more decus: primus Pisaea per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem
Pulvereumque fera crinem detersit oliva;
Proxima vipereo celebravit libera nexu
Phocis Apollineae bellum puerile pharetrae;
Mox circum tristes servata Palaemonis aras
Nigra superstitio, quotiens animosa resumit
Leucothea gemitus et amica ad litora festa
Tempestate venit: planctu conclamat uterque
Isthmos, Echioniae responsant flebile Thebae.
Et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
Conexum caelo, quorumque ingentia tellus
Aonis et Tyriae suspirant nomina matres,
Concurrunt nudasque movent in proelia vires.
Ceu primum ausurae trans alta ignota biremes,

6 alchides **P** ‖ 7 fera **P** (feracem *al. m. suprascr.*) ‖ 8 celebratur **P** ‖ 13 utrimque *Lachmannus* ‖ 18 in pulvere vires *Heinsius*

Seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessant,
Tranquillo prius arma lacu clavumque levesque
Explorant remos atque ipsa pericula discunt;
At cum experta cohors, tunc pontum inrumpere fretae
Longius ereptasque oculis non quaerere terras.
Clara laboriferos caelo Tithonia currus
Extulerat vigilesque deae pallentis habenas
Et Nox et cornu fugiebat Somnus inani;
Iam plangore viae, gemitu iam regia mugit
Flebilis, acceptos longe nemora avia frangunt
Multiplicantque sonos. Sedet ipse exutus honoro
Vittarum nexu genitor squalentiaque ora
Sparsus et incultam ferali pulvere barbam.
Asperior contra planctusque egressa viriles
Exemplo famulas premit hortaturque volentes
Orba parens, lacerasque super prorumpere nati
Reliquias ardet totiensque avulsa refertur.
Arcet et ipse pater. Mox ut maerentia dignis
Vultibus Inachii penetrarunt limina reges,
Ceu nova tunc clades et primo saucius infans
Vulnere letalisve inrumperet atria serpens,
Sic alium ex alio quamquam lassata fragorem
Pectora congeminant, integratoque resultant
Accensae clamore fores; sensere Pelasgi
Invidiam et lacrimis excusant crimen obortis.
Ipse, datum quotiens intercisoque tumultu
Conticuit stupefacta domus, solatur Adrastus
Alloquiis genitorem ultro, nunc fata recensens
Resque hominum duras et inexorabile pensum,
Nunc aliam prolem mansuraque numine dextro
Pignora. Nondum orsis modus, et lamenta redibant.
[*Ille quoque adfatus non mollius audit amicos,*

20 lacessant **PG** *Behh.* **cδ** *Leid.* lacessunt **G²SM** lacescunt **B** ‖ 25 Clara ubi roriferos *Lachmannus* ‖ 30 honorę **P** *Behh. pr. m.* ‖ 35 prorumpere **PG** *cod. Heinsii* procumbere *reliqui* ‖ 41 fragore **P** ‖ *vv. 51—53 om.* **P**, *adscr. al. m.* deficiunt tres,

Quam trucis Ionii rabies clamantia ponto
Vota virum aut tenues curant vaga fulmina nimbos.]
Tristibus interea ramis teneraque cupresso
Damnatus flammae torus et puerile feretrum
Texitur: ima virent agresti stramina cultu;
Proxima gramineis operosior area sertis,
Et picturatus morituris floribus agger;
Tertius adsurgens Arabum strue tollitur ordo
Eoas complexus opes incanaque glebis
Tura et ab antiquo durantia cinnama Belo.
Summa crepant auro, Tyrioque attollitur ostro
Molle supercilium, teretes hoc undique gemmae
Inradiant, medio Linus intertextus acantho
Letiferique canes: opus admirabile semper
Oderat atque oculos flectebat ab omine mater.
Arma etiam et veterum exuvias circumdat avorum
Gloria mixta malis adflictaeque ambitus aulae,
Ceu grande exsequiis onus atque immensa ferantur
Membra rogo, sed cassa tamen sterilisque dolentes
Fama iuvat, parvique augescunt funere manes.
Inde ingens lacrimis honor et miseranda voluptas,
Muneraque in cineres annis graviora feruntur
(Namque illi et pharetras brevioraque tela dicarat
Festinus voti pater insontesque sagittas;
Iam tunc et nota stabuli de gente probatos
In nomen pascebat equos) cinctusque sonantes
Armaque maiores expectatura lacertos.

---

61. ʻab — Belo' Serv. ad Aen. I 642 nomine poetae omisso. — 64. ʻmedio — acantho' Serv. ad Ecl. 4, 56.

---

leguntur in **BG²SM**, *interpretatur schol. Uncis inclusi* ‖ 57 aera **P** aerea **G** ‖ 61 belo **P** *Beh. Leid.* **Bδ** bello **G²** bello **BM** *schol.* ‖ 63 huc **P** ‖ 64 intextus **Pδ** ‖ *vv. 65—69 Lachmannus ita inter se transponendos censuit, ut ordo esset: 68. 65. 66. 67. 69.* ‖ 70 rogo **PB¹GHb** *Colb.* toro *vel* thoro **G²SM** ‖ 73 *sqq. Interpunctionem corr. Muellerus* ‖ 74 phaleras **Brob** *Colb. Behh.* **HT** ‖ 76 stabuli **PH** stabulis *ceteri* ‖ 77 In morem *Withofius*

84 Parte alia gnari monitis exercitus instat
85 Auguris aeriam truncis nemorumque ruina
Montis opus cumulare pyram, quae crimina caesi
87 Anguis et infausti cremet atra piacula belli.
90 Sternitur extemplo veteres incaedua ferro
Silva comas, largae qua non opulentior umbrae
Argolicos inter saltusque educta Lycaeos
Extulerat super astra caput: stat sacra senectae
Numine, nec solos hominum transgressa veterno
95 Fertur avos, Nymphas etiam mutasse superstes
Faunorumque greges. Aderat miserabile luco
Excidium: fugere ferae, nidosque tepentes
Absiliunt (metus urget) aves; cadit ardua fagus,
Chaoniumque nemus brumaeque inlaesa cupressus,
100 Procumbunt piceae, flammis alimenta supremis,
Ornique iliceaeque trabes metuendaque suco
Taxus et infandos belli potura cruores

---

79 Spes avidae! quas non in nomen credula vestes
80 Urgebat studio cultusque insignia regni
Purpureos sceptrumque minus? cuncta ignibus atris
Damnat atrox suaque ipse parens gestamina ferri,
Si damnis rabidum queat exaturare dolorem

---

88 His labor accisam Nemeen umbrosaque Tempe
Praecipitare solo lucosque ostendere Phoebo.

---

94 sq. ʻornique — taxus' Priscian. II 8, 44 p. 70 H.

---

vv. 79—83 qui vulgo numerantur desunt in **P** (*adscr. al. m.* deficiunt V) **B** *pr. m., non interpretatur schol.; leguntur in* **G²SB** *marg.* **M** *E contextu eieci et numeros versuum mutavi* ‖ *79* Spes avidae! **B** *marg.* **M** *edd.* Spes avidi *Gronov.* avido *Peyraredus* avide *Muellerus* ‖ 81 onus *codd., corr. Weberus coll. Aen. V 119* ‖ *82* ipsa **SgR** ipse parat *Sandstroemius* ‖ *83* Ceu dãpnis **G²** | rapidum *Beh.* **GTπ** | vetat queat **B** *marg.* ‖ *vv. 88. 89 qui vulgo numerantur desunt in* **P** (*adscr. al. m.* deficiunt duo) **B¹**, *non interpretatur schol.; leguntur in* **SG²B** *marg.* **M** *E contextu eieci versiculorum numeris mutatis* ‖ 90 nidoque *Heinsius*

Fraxinus atque situ non expugnabile robur.
Hinc audax abies et odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonsa cacumina terrae
Alnus amica fretis nec inhospita vitibus ulmus.
Dat gemitum tellus: non sic eversa feruntur
Ismara, cum fracto Boreas caput extulit antro,
Non grassante Noto citius nocturna peregit
Flamma nemus; linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana Pales Silvanusque arbiter umbrae
Semideumque pecus, migrantibus adgemit illis
Silva, nec amplexae dimittunt robora Nymphae.
Ut cum possessas avidis victoribus arces
Dux raptare dedit, vix signa audita, nec urbem
Invenias; ducunt sternuntque abiguntque feruntque
Inmodici, minor ille fragor, quo bella gerebant.
  Iamque pari cumulo geminas hanc tristibus umbris,
Ast illam superis aequus labor auxerat aras,
Cum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere Manes
Lege Phrygum maesta. Pelopem monstrasse ferebant
Exsequiale sacrum carmenque minoribus umbris
Utile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
Squalida bissenas Sipylon deduxerat urnas.
  Portant inferias arsuraque fercula primi
Graiorum, titulisque pios testantur honores
Gentis quisque suae; longo post tempore surgit
Colla super iuvenum (numero dux legerat omni)
Ipse fero clamore torus. Cinxere Lycurgum

97. 'et — pinus' Serv. ad Aen. IV 132. — 106. 'nec — nymphae' Serv. ad Aen. III 34. — 113 sq. 'cornu — manes' Boethius de mus. I 1. — 114. 'cui — manes' Serv. ad Aen. V 138.

96 aque *Lachmannus* ‖ 97 Hin **P** ‖ 106 implexae *Baehrensius* ‖ 113 grave cornu immugit *Wakefieldus* ‖ 114 teneros solitum deducere *Serv.* ‖ 121 Genitis **P**

Lernaei proceres, genetricem mollior ambit
Turba, nec Hypsipyle raro subit agmine; vallant
Inachidae memores, sustentant livida nati
Bracchia et inventae concedunt plangere matri.
  Illic infaustos ut primum egressa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rumpit
Planctuque et longis praefata ululatibus infit:
'Non hoc Argolidum coetu circumdata matrum
Speravi te, nate, sequi, nec talia demens
Fingebam votis annorum elementa tuorum,
Nil saevum reputans; etenim his in finibus aevi
Unde ego bella tibi Thebasque ignara timerem?
Cui superum nostro committere sanguine pugnas
Dulce? quis hoc armis vovit scelus? at tua nondum,
Cadme, domus, nullus Tyrio grege plangitur infans.
Primitias egomet lacrimarum et caedis acerbae
Ante tubas ferrumque tuli, dum deside cura
Credo sinus fidos altricis et ubera mando.
Quidni ego? narrabat servatum fraude parentem
Insontesque manus. En! quam ferale putemus
Abiurasse sacrum et Lemni gentilibus unam
Immunem furiis, haec illa (et creditis ausae),
Haec pietate potens solis abiecit in arvis
Non regem dominumque, alienos impia partus,
Hoc tantum, silvaeque infamis tramite liquit,
Quem non anguis atrox (quid enim hac opus, ei mihi, leti
Mole fuit?), tantum caeli violentior aura
Impulsaeque noto frondes cassusque valeret
Exanimare timor. Nec vos incessere luctu
Orba habeo, fixum matri inmotumque manebat

135 ignora **P** ‖ 145 *sq. Interpunctionem corr. Muellerus* haec illa ut *schol.* haec illa, et credimus, ausa est *Barthius* hac illa (et creditis ausam?) hac pietate potens? *Gronovius* ‖ 147 dominumque **P** dominumve **BG²SM** | alienus **P** ‖ 153 Orba meo **G** | abeo (h *eras.*) **P** abeo **B** *pr. m.* habeo **B²M** aveo *coni. Muellerus*

Hac altrice nefas; atquin et blandus ad illam,
Nate, magis, solam nosse atque audire vocantem,
Ignarusque mei: nulla ex te gaudia matri.
Illa tuos questus lacrimososque impia risus
Audiit et vocis decerpsit murmura primae.
Illa tibi genetrix semper, dum vita manebat,
Nunc ego. Sed miserae mihi nec punire potestas
Sic meritam! quid dona, duces, quid inania fertis
Iusta rogis? Illam (nil poscunt amplius umbrae),
Illam, oro, cineri simul excisaeque parenti
Reddite, quaeso, duces, per ego haec primordia belli,
Cui peperi; sic aequa gemant mihi funera matres
Ogygiae.' Sternit crines iteratque precando:
'Reddite, nec vero crudelem avidamque vocate
Sanguinis: occumbam pariter, dum vulnere iusto
176 Exaturata oculos, unum impellamur in ignem.'
Sic ait abruptisque inmutuit ore querellis:
Non secus ac primo fraudatum lacte iuvencum,
Cui trepidae vires et solus ab ubere sanguis,

177 Talia vociferans alia de parte gementem
Hypsipylen (neque enim illa comas nec pectora servat)
Agnovit longe, et socium indignata dolorem:
'Hoc saltem, o proceres, tuque o, cui pignore nostro
Partus honos, prohibete nefas, auferte supremis
Invisam exsequiis. Quid se funesta parenti
Miscet et in nostris spectatur et ipsa ruinis?
Cui luget complexa suos?' Sic fata repente
Concidit, abruptisque obmutuit ore querellis.

154 ad illam P *Beh. Leid.* π et illam BG^{2}SM || 162 Busta B *sec. m. Beh.* cGHT || 165 gerant PG || 170 *Hic versus in uno cod.* P *hac sede invenitur, in ceteris numero 185 significatur* || *Versus 177—185, qui vulgo numerantur, desunt in* G^2 *et* B *pr. m., duo extremi 184 et 185 desunt in* P, *non interpretatur schol. E contextu eieci et numeros versuum mutavi* || 169 ad ignem G^2 || *180* pignora nostri P || *181* Proturbata tori prohibete supremis P || *182* Invitam P | quia se fecisse parenti P || *183* et *om.* P || *184* dixitque repente B *marg.* SM || *185* inmutuit G *Colb.* R obmutuit B *marg.* M | loquelis R *Leid.*

Seu fera seu duras avexit pastor ad aras;
Nunc vallem spoliata parens, nunc flumina questu,
Nunc armenta movet vacuosque interrogat agros;
Tunc piget ire domum, maestoque novissima campo
Exit et oppositas inpasta avertitur herbas.
At genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
Inicit ipse rogis, tergoque et pectore fusam
Caesariem ferro minuit sectisque iacentis
Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
Verba pio miscens: 'Alio tibi, perfide, pacto,
Iuppiter, hunc crinem voti reus ante dicaram,
Si pariter virides nati libare dedisses
Ad tua templa genas, sed non ratus ore sacerdos,
Damnataeque preces; ferat haec, quae dignior, umbra.'
Iam face subiecta primis in frondibus ignis:
Exclamant (labor insanos arcere) parentes.
Stant iussi Danaum atque obtentis eminus armis
Prospectu visus interclusere nefasto.
Ditantur flammae; non umquam opulentior illic
Ante cinis: crepitant gemmae, atque immane liquescit
Argentum, et pictis exudat vestibus aurum;
Nec non Assyriis pinguescunt robora sucis,
Pallentique croco strident ardentia mella,
Spumantesque mero paterae verguntur et atri
Sanguinis et rapti gratissima cymbia lactis.
Tunc septem numero turmas (centenus ubique
Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenae reges, lustrantque ex more sinistro
Orbe rogum et stantes inclinant pulvere flammas.
Ter curvos egere sinus, inlisaque telis
Tela sonant, quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum bracchia planctum.

175 Nunc arbusta *Wakefieldus* || 177 appositas THL || 184 nati viridis *vel* virides BG^{2}M || 188 Exclamat *codd. edd. cum alia interpunctione, corr. Baehrensius* || 189 danaum PBG danai M *edd.* || 198 turmae P || 199 Urget S *Behh.* prπδ

220 Semianimas alter pecudes spirantiaque ignis
Accipit armenta; hic luctus abolere novique
Funeris auspicium vates (quamquam omina sentit
Vera) iubet: dextri gyro et vibrantibus hastis
Hac redeunt, raptumque suis libamen ab armis
225 Quisque iacit, seu frena libet seu cingula flammis
226 Mergere seu iaculum summae seu cassidis umbram.
234 Finis erat, lassusque putres iam Mulciber ibat
235 In cineres; instant flammis multoque soporant
Imbre rogum, posito donec cum sole labores
Exhausti; seris vix cessit cura tenebris.
Roscida iam novies caelo dimiserat astra
Lucifer et totidem Lunae praevenerat ignes
240 Mutato nocturnus equo, nec conscia fallit
Sidera et alterno deprenditur unus in ortu;

227 Multa gemunt contra raucis concentibus agri,
Et lituis aures circum pulsantur acutis.
Terretur clamore nemus: sic Martia vellunt
230 Signa tubae, nondum ira calet, nec sanguine ferrum
Inrubuit, primus bellorum comitur ore
Vultus, horrisono: stat adhuc incertus in alta
Nube, quibus sese Mavors indulgeat armis.

219. 'et — ortu' Serv. ad Aen. VIII 590. — Isidorus Origg. III 70, 19 p. 133 L.

205 Semianimas **P** *cf. II 83 X 477. 547* Semianimes *ceteri cf. III 187 VII 597 VIII 598 Ach. II 100* Semineces **G** *Petav.* ‖ 207 omnia **PB** | sensit **BG^{2}S** *Behh.* **rbcδ** ‖ 208 dextris **P** *Dan.* dextro **GTL** dextrum girum **G^2** *in ras.* ‖ 209 velamen **G^{2}crbδπ** ‖ 212 lapsusque **S^{2}pm** ‖ *vv. 227—233 qui eduntur desunt in* **PBSM**, *leguntur in* **B** *marg. manu recentissima* **RHG^2** (*versibus 205—211 antepositi*) *Prag. 3 marg., nullum ex eis interpretatur schol. E contextu reieci et numeros versuum mutavi* ‖ *227* gemunt extra **G^{2}HR** ‖ *231* primus **G^{2}HR** primis **B** *marg.* primo *edd.* | comitur ore **G^2** (*in ras.*) illo **B** *marg. edd.* ille *Muellerus* ‖ *232* horrisono **G^2** honore suo **B** honoris opus **B** *marg. edd.* ‖ 213 in *al. m.* tristant **P** ‖ 214 positos **B** *Beh.* **Tbcr** ‖ 215 Exhausit **BTbcr** | 219 deperditur *vel* dependitur *Isidorus* | ortum **P**

Mirum, opus accelerasse manus: stat saxea moles,
Templum ingens, cineri, rerumque effictus in illa
Ordo docet casus: fessis hic flumina monstrat
Hypsipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
Hic iacet, extremum tumuli circum asperat orbem
Squameus; expectes morientis ab ore cruenta
Sibila, marmorea sic volvitur anguis in hasta.
Iamque avidum pugnas visendi vulgus (inermes
Fama vocat cunctos) arvis ac moenibus adsunt
Exciti; illi etiam, quis belli incognitus horror,
Quos effeta domi, quos prima reliquerat aetas,
Conveniunt: non aut Ephyraeo in litore tanta
Umquam aut Oenomai fremuerunt agmina circo.
Collibus incurvis viridique obsessa corona
Vallis in amplexu nemorum sedet; hispida circum
Stant iuga, et obiectus geminis umbonibus agger
Campum exire vetat, longo quem tramite planum
Gramineae frontes sinuataque caespite vivo
Mollia non subitis augent fastigia clivis.
Illic conferti, iam sole rubentibus arvis,
Bellatrix sedere cohors; ibi corpore mixto
Metiri numerum vultusque habitusque suorum
Dulce viris, tantique iuvat fiducia belli.
Centum ibi nigrantes, armenti robora, tauros
Lenta mole trahunt; idem numerusque colorque
Matribus et nondum lunatis fronte iuvencis.
Exin magnanimum series antiqua parentum
Invehitur, miris in vultum animata figuris.

227 sq. 'pugnas — vocat' schol. Theb. VII 90 p. 242 L. — 234. 'vallis — sedet' Serv. ad Aen. XI 522.

221 effictus *Antonius Sucquetius apud Bernartium* effectus *codd.* | illo **S^{2}M** *edd.* ‖ 224 orbis **c** ‖ 228 cunctos **PBHLbrc** cuncti *Beh.* cunctis **M** *edd.*; *interpunctionem correxi* | (Fama vocat) iunctis (*i. e.* vicinis) arvis *Gronovius* ‖ 237 frontes **P** frondes **BG^{2}SM** ‖ 238 silvis **P** *marg.* ‖ 239 confertim **BGHbrc** ‖ 247 miris vultus *Heinsius*

Primus anhelantem duro Tirynthius angens
Pectoris attritu sua frangit in ossa leonem.
Haut illum impavidi, quamvis et in aere suumque
Inachidae videre decus. Pater ordine iuncto
Laevus harundineae recubans super aggere ripae
Cernitur emissaeque indulgens Inachus urnae.
Io post tergum, iam prona dolorque parentis,
Spectat inocciduis stellatum visibus Argum.
Ast illam melior Phariis erexerat arvis
Iuppiter atque hospes iam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus undis
Imminet aut refuga sterilem rapit aera silva,
Sed pius et magni vehitur conviva Tonantis.
Parte alia victor curru Neptunia tendit
Lora Pelops, prensatque rotas auriga natantes
Myrtilos et volucri iam iamque relinquitur axe.
Et gravis Acrisius speciesque horrenda Coroebi
Et Danae culpata sinus, et in amne reperto
Tristis Amymone, parvoque Alcmena superbit
Hercule, tergemina crinem circumdata luna.
Iungunt discordes inimica in foedera dextras
Belidae fratres; sed vultu mitior astat
Aegyptus, Danai manifestum agnoscere ficto
Ore notas pacisque malae noctisque futurae.
Mille dehinc species. Tandem satiata voluptas
Praestantesque viros vocat ad sua praemia virtus.
Primus sudor equis. Dic inclita, Phoebe, regentum
Nomina, dic ipsos; neque enim generosior umquam
Alipedum conlata acies, ceu praepete cursu
Configant tensae volucres aut litore in uno

252 recubans **PS^{1}b^{1}r^{1}π** *Prag. 2* recubansque **BG^{2}S^{2}M** | super aggere **PGTRH^1** sub aggere **BG^{2}SM** ‖ 256 euexerat *vel* derexerat *Baehrensius* ‖ 259 refuga **P** refugae *ceteri* | silvae *codd.* refuga silva *corr. Baehrensius* ‖ 270 iam fas (= licet) tum *coni. idem* ‖ 271 notas **P** nefas *ceteri edd.* ‖ 273 vocat *om.* **P** ‖ 274 inclita **PR** inclite **BG^{2}SM** ‖ 277 tensae **P** densae *ceteri* | unco *Meursius*

Aeolus insanis statuat certamina ventis.
Ducitur ante omnes rutilae manifestus Arion
Igne iubae. Neptunus equo, si certa priorum
Fama, pater; primus teneris laesisse lupatis
Ora et litoreo domitasse in pulvere fertur,
Verberibus parcens; etenim insatiatus eundi
Ardor et hiberno par inconstantia ponto.
Saepe per Ionium Libycumque natantibus ire
Interiunctus equis omnesque adsuerat in oras
Caeruleum deferre patrem; stupuere relicta
Nubila, certantes Eurique Notique sequuntur.
Nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina sulco
Duxerat, illi etiam ferus indocilisque teneri.
Mox divum dono regis dignatus Adrasti
Imperia et multum mediis mansueverat annis.
Tunc rector genero Polynici indulget agendum
Multa monens, ubi fervor equo, qua suetus ab arte
Mulceri, ne saeva manus, ne liber habenis
Impetus. 'Urge alios' inquit 'stimulisque minisque;
Ille ibit, minus ipse voles.' Sic ignea lora
Cum daret et rapido Sol natum imponeret axi,
Gaudentem lacrimans astra insidiosa docebat
Nolentesque teri zonas mediamque polorum
Temperiem: pius ille quidem et formidine cauta,
Sed iuvenem durae prohibebant discere Parcae.
Oebalios sublimis agit, spes proxima palmae,

280 sq. 'Neptunus — fama patet' schol. Theb. VI 447 p. 217 L.

281 pat̃ **P** (*al. m. suprascr.* 1 patrū) ‖ 286 adsuerat **P** assuerat **R** adsuetus **Bbrg** *Leid.* assuetus **G^{2}M** ‖ 287 deferre **GHpg^2** differre **P** perferre *Beh. 1* **G^{2}Tt** transferre **c** ferre **S** (*al. m. suprascr.* portare) **B** (*rec. m.* de *suprascr.*) **g^1** portasse *Beh. 2* *Leid.* ‖ 288 secuntur **PBGHTb** ‖ 291 illi **P** *Gronov.* ille **BG^{2}M** ‖ 295 qui fervor *Koestlinus* ‖ 300 insidiose **P** ‖ 302 plus **P** | cautus **BGTbt** *edd. vett.*

Amphiaraus equos; tua furto lapsa propago,
Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia ponti
Castor Amyclaeas remo permutat habenas.
Ipse habitu niveus, nivei dant colla iugales,
Concolor est albis et cassis et infula cristis.
Quin et Thessalicis felix Admetus ab oris
Vix steriles compescit equas, Centaurica dicunt
Semina: credo, adeo sexum indignantur, et omnis
In vires adducta Venus; noctemque diemque
Adsimulant, maculis internigrantibus albae:
Tantus uterque color, credi nec degener illo
De grege, Castaliae stupuit qui sibila cannae
Laetus et audito contempsit Apolline pasci.
Ecce et Iasonidae iuvenes, nova gloria matris
Hypsipyles, subiere iugo, quo vectus uterque,
Nomen avo gentile Thoas atque omine dictus
Euneos Argoo. Geminis eadem omnia: vultus,
Currus, equi, vestes, par et concordia votis,
Vincere vel solo cupiunt a fratre relinqui.
It Chromis Hippodamusque, alter satus Hercule magno,
Alter ab Oenomao: dubites, uter effera presset
Frena magis. Getici pecus hic Diomedis, at ille
Pisaei iuga patris habet, crudelibus ambo
Exuviis diroque imbuti sanguine currus.
Metarum instar erat hinc nudo robore quercus,
Olim omnes exuta comas, hinc saxeus umbo
Arbiter agricolis; finem iacet inter utrumque,
Quale quater iaculo spatium, ter harundine vincas.
Interea cantu Musarum nobile mulcens
Concilium citharaeque manus insertus Apollo

---

311. 'vix — equas' schol. Theb. VI 461 p. 217 L. — 332. 'quale — vincas' Serv. ad Aen. XI 608.

---

315 calor *Koestlinus* ‖ 319 iugo provectus uterque *Barthius* ‖ 322 votis **P** voti *ceteri codd. edd.* ‖ 325 pressit **P** ‖ 331 facit **P**

Parnasi summo spectabat ab aethere terras;
Orsa deum (nam saepe Iovem Phlegramque suique
Anguis opus fratrumque pius cantarat honores)
Tunc aperit, quis fulmen agat, quis sidera ducat
Spiritus, unde animi fluviis, quae pabula ventis,
Quo fonte immensum vivat mare, quae via soles
Praecipitet, noctem quae porrigat, imane tellus
An media et rursus mundo succincta latenti.
Finis erat, differt avidas audire sorores,
Dumque chelyn lauro textumque inlustre coronae
Subligat et picto discingit pectora limbo,
Haut procul Herculeam Nemeen clamore reductus
Aspicit atque illic ingens certaminis instar
Quadriiugi. Noscit cunctos, et forte propinquo
Constiterant Admetus et Amphiaraus in arvo.
Tunc secum: 'Quisnam iste duo, fidissima Phoebi
Nomina, commisit deus in discrimina reges?
Ambo pii carique ambo; nequeam ipse priorem
Dicere. Peliacis hic cum famularer in arvis
(Sic Iovis imperia et nigrae voluere Sorores),
Tura dabat famulo nec me sentire minorem
Ausus; at hic tripodum comes et pius artis alumnus
Aetheriae. Potior meritis tamen ille, sed huius
Extrema iam fila colu; datur ordo senectae
Admeto serumque mori; tibi nulla supersunt
Gaudia, nam Thebae iuxta et tenebrosa vorago.
Scis miser, et nostrae pridem cecinere volucres.'

---

357 sq. 'sed — senectae' Prisc. VI 16, 85 p. 269 H. — 358. 'extrema — senectae' Serv. ad Aen. VIII 409.

---

335 *versus deest in* **H** | turbas (e r *al. m.*) **P** ‖ 336 deo **P** | deum et iam saepe *Sandstroemius* ‖ 337 pios **PGHbR** *edd. vett.* | cantabat **BHb** *Colb.* π ‖ 340 bibat **P** | solis **P** ‖ 341 quo **P** ‖ 350 duo **P** *cf. Verg. Aen. XI 285 Ecl. 5, 68* duos *ceteri* | phoebi **PB**[1] *Dan.* **M** phebi **bc** phoebo **pB**[2] phebo **GH** ‖ 358 colu **Pp** *Prisc. Serv. cf. Ach. I 579* colo **BG**[2]**M** ‖ 360 nam **PG** iam *ceteri*

Dixit, et os fletu paene inviolabile tinctus
Extemplo Nemeen radiante per aethera saltu
Ocior et patrio venit igne suisque sagittis.
Ipse olim in terris, caelo vestigia durant,
Claraque per zephyros etiamnunc semita lucet.
  Et iam sortitus Prothous versarat aena
Casside, iamque locus cuique est et liminis ordo.
Terrarum decora ampla viri, decora aequa iugales,
Divum utrumque genus, stant uno margine clausi,
Spesque audaxque una metus et fiducia pallens.
Nil fixum cordi: pugnant exire paventque,
Concurrit summos animosum frigus in artus.
Qui dominis, idem ardor equis; face lumina surgunt,
Ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum
Uritur, impulsi nequeunt obsistere postes
Claustraque, compressae transfumat anhelitus irae.
Stare adeo miserum est, pereunt vestigia mille
Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.
Circumstant fidi, nexusque et torta iubarum
Expediunt firmantque animos et plurima monstrant.
Insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
Exsiluere loco. Quae tantum carbasa ponto,
Quae bello sic tela volant, quae nubila caelo?
Amnibus hibernis minor est, minor impetus igni,
Tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres.
[Tardius e summo decurrunt flumina monte.]

---

378 sq. 'pereunt — fugam' schol. Theb. VI 592 p. 222 L.

---

365 *sq. tamquam inutiles atque adulterinos expungit Guietus* ‖ 366 etiamnunc **Ppπ** etiamnum **BG²M** ‖ 369 decora aequa **PGc** decora ęque **rS** *pr. m.* (*al. m. suprascr.* decorique) decora ampla **G²g** *Leid. edd.* decorique **BHTbπ** *Dan.* alta viri, decora alta *Beh.* ‖ 371 audax unaque **P** ‖ 377 conpressae († complexae *al. m.*) **P** ‖ 385 minor et Iovis impetus igni *Bernartius e cod. Lips.* minor impetus et Iovis igni *Wakefieldus* ‖ 387 *versum, qui deest in* **r**, *ex Horatio* (*Carm. IV* 2, 5) *confictum esse recte iudicat Bentleius*; *uncos posui.* | in

Emissos videre atque agnovere Pelasgi.
Et iam rapti oculis, iam caeco pulvere mixti
Una in nube latent, vultusque umbrante tumultu
Vix inter sese clamore et nomine noscunt.
Evolvere globum, et spatio quo quisque valebat
Diducti: delet sulcos iterata priores
Orbita, nunc avidi prono iuga pectore tangunt,
Nunc pugnante genu et pressis duplicantur habenis.
Colla toris crinita tument, stantesque repectit
Aura iubas, bibit albentes humus arida nimbos.
Fit sonus immanisque pedum tenuisque rotarum.
Nulla manus requies, densis insibilat aer
Verberibus; gelida non crebrior exsilit Arcto
Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
  Senserat adductis alium praesagus Arion
Stare ducem loris, dirumque expaverat insons
Oedipodioniden; iam illinc a limine discors
Iratusque oneri insolito truculentior ardet.
Inachidae credunt accensum laudibus; ille
Aurigam fugit, aurigae furiale minatur
Efferus, et campo dominum circumspicit omni.
Ante tamen cunctos sequitur longeque secundus
Amphiaraus agit, quem Thessalus aequat eundo
Admetus; iuxta gemini, nunc Euneos ante
Et nunc ante Thoas, cedunt vincuntque, nec umquam
Ambitiosa pios conlidit gloria fratres.
Postremum discrimen erat Chromis asper et asper
Hippodamus, non arte rudes, sed mole tenentur
Cornipedum; prior Hippodamus fert ora sequentum,
Fert gemitus multaque umeros incenditur aura.
Speravit flexae circa compendia metae

---

summos **BG²** *Beh.* **bπ** *Dan.* in summo **c** | montes **BG²** *Beh.* **bc** ‖ 391 clamorem **P** ‖ 392 volebat **B** *Beh.* **THbcrπ** *Dan.* ‖ 393 Deducti **PGH** ‖ 395 genu et pressis **P** genu pressis *ceteri* ‖ 399 manu **PG** ‖ 405 solito (in *om.*) **PS** ‖ 411 euneus **Pπ** ‖ 414 érat **PT** erant **BM** *edd.* ‖ 418 circa **P** circum *ceteri*

Interius ductis Phoebeius augur habenis
Anticipasse viam; nec non et Thessalus heros
Spe propiore calet, dum non cohibente magistro
Spargitur in gyros dexterque exerrat Arion.
Iam prior Oeclides et iam non tertius ibat
Admetus, laxo cum tandem et ab orbe reductus
Aequoreus sonipes premit evaditque parumper
Gavisos; subit astra fragor, caelumque tremescit,
Omniaque excusso patuere sedilia vulgo.
Sed nec lora regit nec verbera pallidus audet
Labdacides: lassa veluti ratione magister
In fluctus, in saxa ruit nec iam amplius astra
Respicit et victam proiecit casibus artem.
Rursus praecipites in recta ac devia campi
Obliquant tenduntque vias, iterum axibus axes
Inflicti, radiisque rotae: pax nulla fidesque.
Bella geri ferro levius, bella horrida credas;
It furor in laudes, trepidant mortemque minantur,
Multaque transversis praestringitur ungula campis.
Nec iam sufficiunt stimuli, non verbera; voce
Nominibusque cient Pholoen Admetus et Irin
Fumantemque Thoen, rapidum Danaeius augur
Ascheton increpitans meritumque vocabula Cygnum.
Audit et Herculeum Strymon Chromin, Euneon audit
Igneus Aethion; tardumque Cydona lacessit
Hippodamus, tardumque Thoas rogat ire Podarcen.

442 sq. 'euneon audit ante Thoas (*ex v. 412*)' Serv. ad Aen. XI 666.

424 et ab orbe **G** ab orbe **PB** *Beh.* **prcT** *Colb. schol.* ex orbe **M** ‖ 428 audet **P** addit *ceteri* ‖ 434 Infligi *Gronovius* ‖ 436 It **PG** Its **S** Is **BG²M** His (t is) **r** Iam **H** | in laudes **PGH** in laude est **BG²SM** ‖ 440 Fumantemque **PG** Funalemque **BG²SM** Lunalemque **b** *Dan.* ‖ 442 trymon **P** ‖ 443 tardumque cydona **PGH** tardum calydona **BM** tardum celydona **G²** ‖ 444 tardumque **P** uariumque *ceteri* iterumque **G** | podarcen **P** podarcem **BM** podacem **r** podagrũ π Podagrum *Bentleius*

Solus Echionides errante silentia curru
Maesta tenet trepidaque timet se voce fateri.
Vixdum coeptus equis labor, et iam pulvere quarto
Campum ineunt, iamque et tepidis sudoribus artus
Effeti, et crassum rapit eiectatque vaporem
Cornipedum flammata sitis, nec iam integer illis
Impetus, et longi suspendunt ilia flatus.
Hic anceps Fortuna diu decernere primum
Ausa venit. Ruit, Haemonium dum fervidus instat
Admetum superare, Thoas, nec pertulit ullam
Frater opem. Velit ille quidem, sed Martius ante
Obstitit Hippodamus mediasque immisit habenas.
Mox Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem
Viribus Herculeis et toto robore patris
Axe tenet prenso, luctantur abire iugales
Nequiquam frenosque et colla rigentia tendunt.
Ut Siculas si quando rates tenet aestus et ingens
Auster agit, medio stant vela tumentia ponto.
Tunc ipsum fracto curru deturbat, et isset
Ante Chromis; sed Thraces equi ut videre iacentem
Hippodamum, redit illa fames, iam iamque trementem
Partiti furiis, ni frena ipsosque frementes
Oblitus palmae retro Tirynthius heros
Torsisset victusque et conlaudatus abisset.
At tibi promissos iamdudum Phoebus honores,
Amphiarae, cupit. Tandem ratus apta favori
Tempora pulverei venit in spatia horrida circi,
Cum iam in fine viae, et summum victoria nutat;
Anguicomam monstri effigiem, saevissima visu
Ora, movet sive ille Erebo seu finxit in actu
Temporis, innumera certe formidine cultum

447 Vix ter *Bernartius* ‖ 449 eiectatque **PG** *Leid.* iniectatque **BG²M** ‖ 454 praetulit *codd. edd.*, *corr. Baehrensius* ‖ 459 presso **PG** ‖ 461 ignes **P** ‖ 462 aget **P** ‖ 474 in artus **P** in astu **BG²M** *edd.* seu finxerat aestu *Barthius* in ictu *R. Ungerus* in astus *Muellerus* in actu *anon. Heidelb. coll. XII 187*

Tollit in astra nefas. Non illud ianitor atrae
Impavidus Lethes, non ipsae horrore sine alto
Eumenides vidisse queant, turbasset euntes
Solis equos Martisque iugum. Nam flavus Arion
Ut vidit, saliere iubae, atque erectus in armos
Stat sociumque iugi comitesque utrimque laboris
Secum alte suspendit equos. Ruit ilicet exul
Aonius nexusque diu per terga volutus
Exuit; abripitur longe moderamine liber
Currus; at hunc putri praeter tellure iacentem
Taenarii currus et Thessalus axis et heros
Lemnius obliqua, quantum vitare dabatur,
Transabiere fuga. Tandem caligine mersum
Erigit accursu comitum caput aegraque tollit
Membra solo, et socero redit haut speratus Adrasto.
  Quis mortis, Thebane, locus, nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum?
Te Thebe fraterque palam, te plangeret Argos,
Te Nemea, tibi Lerna comas Larisaque supplex
Poneret, Archemori maior colerere sepulcro.
  Tum vero Oeclides, quamquam iam certa sequenti
Praemia, cum vacuus domino praeiret Arion,
Ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currum.
Dat vires refovetque deus; volat ocior Euro,
Ceu modo carceribus dimissus in arva solutis,
Verberibusque iubas et terga lacessit habenis
Increpitans Caerumque levem Cygnumque nivalem.

---

493 sqq. 'te plangeret — poneret' Prisc. VI 10 p. 202 H.

---

481 comitemque utrique *Salmasius, quia trigis, non quadrigis Argivi contenderint* ‖ 493 thebe **PG²GHπ** thebae **BM** ‖ 496 Tum **PH** Tunc **BG²SM** ‖ 497 vacuus domitore *pervelit R. Ungerus* ‖ 500 demissus **PGT** ‖ 502 Increpitans caecumque **P** Increpitans scaerumque **BG²g** Increpitans scerumque **SrcpR** *Leid.* I. acerumque **H** I. scaurumque **T** I. celerumque *Beh. 2* I. scetumque **GL** I. eschetonque **b** I. octruumque *Prag. 2*

Nunc, saltem dum nemo prior, rapit igneus orbes
Axis, et effusae longe sparguntur harenae.
Dat gemitum tellus et iam tunc saeva minatur.
Forsitan et victo prior isset Arione Cygnus,
Sed vetat aequoreus vinci pater: hinc vice iusta
Gloria mansit equo, cessit victoria vati.
Huic pretium palmae gemini cratera ferebant
Herculeum iuvenes: illum Tirynthius olim
Ferre manu sola spumantemque ore supino
Vertere, seu monstris victor seu Marte, solebat.
Centauros habet arte truces aurumque figuris
Terribile: hic mixta Lapitharum caede rotantur
Saxa, faces aliique iterum crateres, ubique
Ingentes morientum irae; tenet ipse furentem
Hylaeum et torta molitur robora barba.
At tibi Maeonio fertur circumflua limbo
Pro meritis, Admete, chlamys repetitaque multo
Murice: Phrixei natat hic contemptor ephebus
Aequoris et picea tralucet caerulus unda;
In latus ire manus mutaturusque videtur
Bracchia, nec siccum speres in stamine crinem;
Contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis, moritur prope conscius ignis.
Has Adrastus opes dono victoribus ire
Imperat; at generum famula solatur Achaea.
  Sollicitat tunc ampla viros ad praemia cursu

Ascheton increpitansque *Beh. 1 edd.* Increpat Ascheton usque levem *R. Ungerus* Ascheton usque levem increpitans *Baehrensius* Increpitans Caerumque *scripsi, quod iam Muellero arridebat* ‖ 503 proprior **P** ‖ 504 effusę **P** *Barthius* offossae **B¹b** obfossae **S** effossę **G²M** ‖ 505 tum **PG** nunc *Beh.* ‖ 506 victor **PSc** ‖ 511 solida *Heinsius* ‖ 512 monstris **PGH** monstri *ceteri* monstri is *Baehrensius* ‖ 514 rotantur **P** notantur *ceteri* ‖ 516 ferentem *Heinsius, ut designetur eius tergum inscendisse Hercules* ‖ 517 tortam **P** ‖ 521 picta *codd., corr. C. Diltheius* ‖ 522 manu *Marklandus* | lentaturusque *Peyraredus* motaturusque *Baehrensius* ‖ 523 spectes *Marklandus* ‖ 525 scopulis **P**

Praeceleres: agile studium et tenuissima virtus,
Pacis opus, cum sacra vocant, nec inutile bellis
Subsidium, si dextra neget. Prior omnibus Idas,
Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis,
Prosilit; excipiunt plausu Pisaea iuventus
Eleaeque manus. Sequitur Sicyonius Alcon,
Et bis in Isthmiaca victor clamatus harena
Phaedimus, alipedumque fugam praegressus equorum
Ante Dymas, sed tunc aevo tardante secutus.
Multi et, quos varii tacet ignorantia vulgi,
Hinc atque hinc subiere. Sed Arcada Parthenopaeum
Appellant densique cient vaga murmura circi.
Nota parens cursu; quis Maenaliae Atalantes
Nesciat egregium decus et vestigia cunctis
Indeprensa procis? Onerat celeberrima natum
Mater, et ipse procul fama iam notus inermes
Narratur cervas pedes inter aperta Lycaei
Tollere et emissum cursu deprendere telum.
Tandem expectatus volucri super agmina saltu
Emicat et torto chlamydem diffibulat auro.
Effulsere artus, membrorumque omnis aperta est
Laetitia, insignes umeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, patuitque in corpore virtus.
Ipse tamen formae laudem aspernatur et arcet
Mirantes; tunc Palladios non inscius haustus
Incubuit pinguique cutem fuscatur olivo.
Hoc Idas, hoc rore Dymas aliique nitescunt.

546. 'et — telum' Serv. ad Aen. IX 559.

541—546 excludendos putat Muellerus, quod quae hoc loco de Atalanta Maenalia narrentur, ea potius pertineant ad Schoeneidem; sed saepissime a veteribus duae Atalantae inter se confunduntur ‖ 546 comprendere *Serv.* ‖ 550 insignes **PBSM** insignesque **m** *edd.* et insignes *Beh. 2* ‖ 551 patuitque (p *ex* l *corr.*) **b** *Peyraredus* aluitque in corpore virtus **P** *pr. m.* latuitque in corpore vultus **P** *sec. m.* **BM** *schol.* ‖ *versus 553—684 desunt in* **R** ‖ 555 rore *Baehrensius* more *codd. edd.*

Sic ubi tranquillo perlucent sidera ponto
Vibraturque fretis caeli stellantis imago,
Omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperos exsertat radios, quantusque per altum
Aethera, caeruleis tantus monstratur in undis.
Proximus et forma nec multum segnior Idas
Cursibus atque aevo iuxta prior; attamen illi
Iam tenuem pingues florem induxere palaestrae,
Deserpitque genis nec se lanugo fatetur
Intonsae sub nube comae. Tunc rite citatos
Explorant acuuntque gradus, variasque per artes
Exstimulant docto languentia membra tumultu:
Poplite nunc sidunt flexo, nunc lubrica forti
Pectora conlidunt plausu, nunc ignea tollunt
Crura brevemque fugam necopino fine reponunt.
  Ut ruit atque aequum submisit regula limen,
Corripuere levês spatium, campoque refulsit
Nuda cohors: volucres isdem modo tardius arvis
Isse videntur equi; credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas.
Non aliter celeres Hyrcana per avia cervi,
Cum procul inpasti fremitum accepere leonis
Sive putant, rapit attonitos fuga caeca metusque
Congregat, et longum dant cornua mixta fragorem.
Effugit hic oculos rapida puer ocior aura
Maenalius, quem deinde gradu premit horridus Idas
Inspiratque umero, flatuque et pectoris umbra
Terga premit. Post ambiguo discrimine tendunt
Phaedimus atque Dymas, illis celer imminet Alcon.
Flavus ab intonso pendebat vertice crinis

585 sq. 'a vertice — Arcados' schol. Theb. VI 603 p. 223 L.

557 stillantis **P** ‖ 559 exsertat *Schraderus* exercet *codd.* ‖ 567 Instimulant **G**[2]**M** ‖ 573 hisdem **PbT** ‖ 577 Seu *vel* Si *Bentleius* | inpasti **PG** infasti **G**[2] infausti **BM** infesti (e *ex* au *corr.*) **b** ‖ 582 Insperatque **P**

Arcados; hoc primis Triviae pascebat ab annis
Munus et, Ogygio victor cum Marte redisset,
Nequiquam patriis audax promiserat aris.
Tunc liber nexu lateque in terga solutus
Occursu Zephyri retro fluit et simul ipsum
Impedit infestoque volans ostenditur Idae.
Inde dolum iuvenis fraudique accommoda sensit
Tempora; iam finem iuxta, dum limina victor
Parthenopaeus init, correpto crine reductum
Occupat, et longe primus ferit ostia portae.
  Arcades arma fremunt, armis defendere regem,
Ni raptum decus et meriti reddantur honores,
Contendunt totoque parant descendere circo.
Sunt et quis Idae placeat dolus. Ipse regesta
Parthenopaeus humo vultumque oculosque madentes
Obruit, accessit lacrimarum gratia formae.
Pectora nunc maerens nunc ora indigna cruento
Ungue secat meritamque comam, furit undique clamor
Dissonus, ambiguumque senis cunctatur Adrasti
Consilium. Tandem ipse refert: 'Compescite litem,
O pueri! virtus iterum temptanda; sed ite
Limite non uno, latus hoc conceditur Idae,
Tu diversa tene, fraus cursibus omnis abesto.'
  Audierant, dictoque manent. Mox numina supplex
Adfatu tacito iuvenis Tegeaeus adorat:
'Diva potens nemorum (tibi enim hic tibi crinis honori
Debitus, eque tuo venit haec iniuria voto),
Si bene quid genetrix, si quid venatibus ipse
Promerui, me, quaeso, sinas hoc omine Thebas
Ire, nec Arcadiae tantum meruisse pudorem.'
Auditum manifesta fides: vix campus euntem

590 fluit *Bentleius* fuit **r** fugit **PBM** ‖ 591 ostenditur **PGHTrbc** obtenditur **BM** ‖ 595 longe **PGrc** longae **BM** *edd.* ‖ 598 descendere **H** *Busl.* discendere **P** decedere **BG²M** discedere **G** ‖ 605 Concilium **PBb** ‖ 610 tegaeus **PBrb** ‖ 611 tibi enim hic crinis **P** ‖ 614 ne *vel* nae *codd., corr. Baehrensius* | nomine **P**

Sentit, et exilis plantis intervenit aer,
Raraque non fracto vestigia pulvere pendent.
Inrumpit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem prensaque fovet suspiria palma.
Finiti cursus, operumque insignia praesto.
Arcas equum dono, clipeum gerit improbus Idas,
Cetera plebs Lyciis vadit contenta pharetris.
  Tunc vocat, emisso si quis decernere disco
Impiger et vires velit ostentare superbas.
It iussus Pterelas, et aenae lubrica massae
Pondera vix toto curvatus corpore iuxta
Deicit; inspectant taciti expenduntque laborem
Inachidae. Mox turba ruunt, duo gentis Achaeae,
Tres Ephyreiadae, Pisa satus unus, Acarnan
Septimus; et plures agitabat gloria, ni se
Arduus Hippomedon cavea stimulante tulisset
In medios, lateque ferens sub pectore dextro
Orbem alium: 'Hunc potius, iuvenes, qui moenia saxis
Frangere, qui Tyrias deiectum vaditis arces,
Hunc rapite: ast illud cui non iaculabile dextrae
Pondus?' Et abreptum nullo conamine iecit
In latus. Absistunt procul attonitique fatentur
Cedere; vix unus Phlegyas acerque Menestheus
(Hos etiam pudor et magni tenuere parentes)
Promisere manum; concessit cetera pubes
Sponte et adorato rediit ingloria disco.
Qualis Bistoniis clipeus Mavortis in arvis
Luce mala Pangaea ferit solemque refulgens
Territat incussaque dei grave mugit ab hasta.
  Pisaeus Phlegyas opus incohat, et simul omnes
Abstulit in se oculos ex viso corpore virtus

618 rasaque *Heinsius* ‖ 619 Inrumpit **P** Irrumpit *Beh.* Inrupit *vel* Irrupit **BSM** ‖ 620 fovet **P** *Dan.* levat **BG²SM** ‖ 622 clipeumque **P** ‖ 623 vadit **PGp** gaudet **BG²SM** ‖ 624 discernere **P** ‖ 625 vires (e *ex* o *corr.*) **P** ‖ 627 pondere iuxta **P** ‖ 647 ea viso **P** exhausto **BG²SM** exaucto *Prag. 2* ex viso *Baehrensius*

Promissa. Ac primum terra discumque manumque
Asperat, excusso mox circum pulvere versat,
Quod latus in digitos, mediae quod certius ulnae
Conveniat, non artis egens: hic semper amori
Ludus erat, patriae non tantum ubi laudis obiret
Sacra, sed alternis Alpheon utrimque solebat
Metari ripis et, qua latissima distant,
Non umquam merso transmittere flumina disco.
Ergo operum fidens non protinus horrida campi
Iugera, sed caelo dextram metitur, humique
Pressus utroque genu collecto sanguine discum
Ipse super sese rotat atque in nubila condit.
Ille citus sublime petit similisque cadenti
Crescit in adversum, tandemque exhaustus ab alto
Tardior in terram redit atque inmergitur arvis.
Sic cadit, attonitis quotiens avellitur astris,
Solis opaca soror; procul auxiliantia gentes
Aera crepant frustraque timent, at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.
Conlaudant Danai, sed non tibi molle tuenti,
Hippomedon, maiorque manus speratur in aequo.
Atque illi extemplo, cui spes infringere dulce
Inmodicas, Fortuna venit. Quid numina contra
Tendere fas homini? Spatium iam immane parabat,
Iam cervix conversa, et iam latus omne redibat:
Excidit ante pedes elapsum pondus et ictus
Destituit frustraque manum demisit inanem.
Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
Inde ad conatus timida subit arte Menestheus
Cautior, et multum te, Maia crete, rogato

660 sq. 'similisque — adversum' Serv. ad Aen. VIII 91. XII 856.

650 quodque certius **P** ‖ 654 Metari **P** Metiri *ceteri* ‖ 657 sic **P** *Dan.* | ubique **P** ‖ 661 Cessit *Guietus* | in adversos *Serv. ad Aen. XII 856* ‖ 674 demisit **PG²SB** *m. sec. Beh.* **GTrb** *m. pr.* dimisit **B¹M** ‖ 677 crete *Schraderus* create **P** *Leid.* nate **BG²SM** ‖ 678 prȩvalidȩ **P** *Busl.* praegravidae **BG²SM**

Molis praevalidae castigat pulvere lapsus.
Illa manu magna et multo felicior exit,
Nec partem exiguam circi transvecta quievit.
Fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
Tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
Molitur gressus; namque illum corde sub alto
Et casus Phlegyae monet et fortuna Menesthei.
Erigit adsuetum dextrae certamen, et alte
Sustentans rigidumque latus fortesque lacertos
Consulit ac vasto contorquet turbine, et ipse
Prosequitur. Fugit horrendo per inania saltu
Iamque procul meminit dextrae servatque tenorem
Discus, nec dubia iunctave Menesthea victum
Transabiit meta: longe super aemula signa
Consedit viridesque umeros et opaca theatri
Culmina ceu latae tremefecit mole ruinae:
Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Aetna
Lucis egente manu tamen in vestigia puppis
718 Auditae iuxtaque inimicum exegit Ulixen.
722 Tum genitus Talao victori tigrin inanem
Ire iubet, fulvo quae circumfusa nitebat
Margine et extremos auro mansueverat ungues.
Gnosiacos arcus habet et vaga tela Menestheus.
'At tibi' ait, 'Phlegya, casu frustrante sinistro,
Hunc, quondam nostri decus auxiliumque Pelasgi,

699. 'auro — ungues' Serv. ad Aen. VIII 553.

679 Ille **Pp** | multo **PGπ** multum **BG²M** ‖ 685 certamen **P** *prob. Barthio qui confert Verg. Ecl. 7, 16* gestamen *ceteri* ‖ 688 et fugit **P** ‖ 690 iunctaque **PG** ‖ 691 metas **P** ‖ 696 inicum **P** | ulixen **PBrH** ulixem **bcGT** ulyxem *Behh.* ‖ *Post v. 696 in* **RH** *cod. Arondeliano leguntur hi tres versus:* Sic et Aloidae, cum iam calcaret Olympum Desuper Ossa rigens, ipsum (ipsa **R** *Ar.* ipsam **H**) glaciale ferebant (ferebat *codd.*) Pelion et trepido sperabant (spirabant **R**) iungere caelo, *quos expunxi* ‖ 698 circumfulsa **P** ‖ 701 frustrante **P** frustrate **M** frustiate **B** fraudate **T**

670 Promissa. Ac primum terra discumque manumque
Asperat, excusso mox circum pulvere versat,
Quod latus in digitos, mediae quod certius ulnae
Conveniat, non artis egens: hic semper amori
Ludus erat, patriae non tantum ubi laudis obiret
675 Sacra, sed alternis Alpheon utrimque solebat
Metari ripis et, qua latissima distant,
Non umquam merso transmittere flumina disco.
Ergo operum fidens non protinus horrida campi
Iugera, sed caelo dextram metitur, humique
680 Pressus utroque genu collecto sanguine discum
Ipse super sese rotat atque in nubila condit.
Ille citus sublime petit similisque cadenti
Crescit in adversum, tandemque exhaustus ab alto
Tardior in terram redit atque immergitur arvis.
685 Sic cadit, attonitis quotiens avellitur astris,
Solis opaca soror; procul auxiliantia gentes
Aera crepant frustraque timent, at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.
Conlaudant Danai, sed non tibi molle tuenti,
690 Hippomedon, maiorque manus speratur in aequo.
Atque illi extemplo, cui spes infringere dulce
Inmodicas, Fortuna venit. Quid numina contra
Tendere fas homini? Spatium iam immane parabat,
Iam cervix conversa, et iam latus omne redibat:
695 Excidit ante pedes elapsum pondus et ictus
Destituit frustraque manum demisit inanem.
Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
Inde ad conatus timida subit arte Menestheus
Cautior, et multum te, Maia crete, rogato

660 sq. 'similisque—adversum' Serv. ad Aen. VIII 91. XII 856.

650 quodque certius **P** ‖ 654 Metari **P** Metiri *ceteri* ‖ 657 sic **P** *Dan.* | ubique **P** ‖ 661 Cessit *Guietus* | in adversos *Serv. ad Aen. XII 856* ‖ 674 demisit **PG²SB** *m. sec. Beh.* **GTrb** *m. pr.* dimisit **B¹M** ‖ 677 crete *Schraderus* create **P** *Leid.* nate **BG²SM** ‖ 678 prętvalidę **P** *Busl.* praegravidae **BG²SM**

700 Molis praevalidae castigat pulvere lapsus.
Illa manu magna et multo felicior exit,
Nec partem exiguam circi transvecta quievit.
Fit sonus, et fixa signatur terra sagitta.
Tertius Hippomedon valida ad certamina tardos
705 Molitur gressus; namque illum corde sub alto
Et casus Phlegyae monet et fortuna Menesthei.
Erigit adsuetum dextrae certamen, et alte
Sustentans rigidumque latus fortesque lacertos
Consulit ac vasto contorquet turbine, et ipse
710 Prosequitur. Fugit horrendo per inania saltu
Iamque procul meminit dextrae servatque tenorem
Discus, nec dubia iunctave Menesthea victum
Transabiit meta: longe super aemula signa
Consedit viridesque umeros et opaca theatri
715 Culmina ceu latae tremefecit mole ruinae:
Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Aetna
Lucis egente manu tamen in vestigia puppis
718 Auditae iuxtaque inimicum exegit Ulixen.
722 Tum genitus Talao victori tigrin inanem
Ire iubet, fulvo quae circumfusa nitebat
Margine et extremos auro mansueverat ungues.
725 Gnosiacos arcus habet et vaga tela Menestheus.
'At tibi' ait, 'Phlegya, casu frustrante sinistro,
Hunc, quondam nostri decus auxiliumque Pelasgi,

699. 'auro — ungues' Serv. ad Aen. VIII 553.

679 Ille **Pp** | multo **PG**π multum **BG²M** ‖ 685 certamen **P** *prob. Barthio qui confert Verg. Ecl. 7, 16* gestamen *ceteri* ‖ 688 et fugit **P** ‖ 690 iunctaque **PG** ‖ 691 metas **P** ‖ 696 inicum **P** | ulixen **PBrH** ulixem **bcGT** ulyxem *Behh.* ‖ *Post v. 696 in* **RH** *cod. Arondeliano leguntur hi tres versus:* Sic et Aloidae, cum iam calcaret Olympum Desuper Ossa rigens, ipsum (ipsa **R** *Ar.* ipsam **H**) glaciale ferebant (ferebat *codd.*) Pelion et trepido sperabant (spirabant **R**) iungere caelo, *quos expunxi* ‖ 698 circumfulsa **P** ‖ 701 frustrante **P** frustrate **M** frustiate **B** fraudate **T**

Ferre damus, neque enim Hippomedon inviderit, ensem.
Nunc opus est animis: infestos tollite caestus
Comminus; haec bellis et ferro proxima virtus.'
 Constitit immanis cerni immanisque timeri
Argolicus Capaneus, ac dum nigrantia plumbo
Tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis
Induitur, 'date tot iuvenum de milibus unum
Huc' ait, 'atque utinam potius de stirpe veniret
Aemulus Aonia, quem fas demittere leto,
Ne mea crudelis civili sanguine virtus.'
Obstipuere animi, fecitque silentia terror.
Tandem insperatus nuda de plebe Laconum
Prosilit Alcidamas, mirantur Dorica regum
Agmina; sed socii fretum Polluce magistro
Norant et sacras inter crevisse palaestras.
Ipse deus posuitque manus et bracchia finxit
(Materiae suadebat amor); tunc saepe locavit
Comminus, et simili stantem miratus in ira
Sustulit exultans nudumque in pectora pressit.
Illum indignatur Capaneus ridetque vocantem
Ut miserans, poscitque alium, tandemque coactus
Restitit, et stimulis iam languida colla tumescunt.
Fulmineas alte suspensi corpora plantis
Erexere manus; tuto procul ora recessu
Armorum in speculis, aditusque ad vulnera clusi.

---

714 sq. 'Tandem — Alcidamas' schol. Theb. X 499 p. 357 L. — 716 sq. 'sed — palaestras' schol. Theb. X 501 p. 357 L. — 726. 'tuto — recessu' schol. Theb. VI 773 p. 229 L.

---

704 *Interpunctionem correxi* | tollite **P** tollere *ceteri* ‖ 706 timeri **PB**^{1}**THL** tueri **G**^{2}**SB**^{2}**M** teneri *Colb.* ‖ 711 dimittere **PBM** ‖ 712 Ne *Barthius* Nec *codd.* | crudescat *Barthius* cruderet (= crudesceret) *Peyraredus* ‖ 719 Materiae **BG**^{2} *Beh.* Materie **PG** Materiam *vel* Materiem **M** Materiam (suadebat amor) *Gronovius* (Materiam subdebat amor) *Barthius* Matris eum suadebat amor *Koestlinus* ‖ 721 in **PG** ad **BG**^{2}**M** ‖ 726 Erexere **BG**^{2}**SM** Exercere **P** Exeruere *coni. Muellerus*

Hic, quantum Tityos Stygiis consurgat ab arvis,
Si torvae patiantur aves, tanta undique pandit
Membrorum spatia et tantis ferus ossibus extat.
Hic paulo ante puer, sed enim maturius aevo
Robur, et ingentes spondet tener impetus annos,
Quem vinci haut quisquam saevo neque sanguine tingi
Malit, et erecto timeat spectacula voto.
 Ut sese permensi oculis et uterque priorem
Speravere locum, non protinus ira nec ictus:
Alternus paulum timor et permixta furori
Consilia, inclinant tantum contraria iactu
Bracchia et explorant caestus hebetantque terendo.
Doctior hic differt animum metuensque futuri
Cunctator vires dispensat: at ille nocendi
Prodigus incautusque sui ruit omnis et ambas
Consumit sine lege manus atque inrita frendit
Insurgens seque ipse premit. Sed providus astu
Et patria vigil arte Lacon hos reicit ictus,
Hos cavet; interdum nutu capitisque citati
Integer obsequio, manibus nunc obvia tela
Discutiens, instat gressu vultuque recedit:
Saepe etiam iniustis conlatum viribus hostem
(Is vigor ingenio, tanta experientia dextrae est)
Ultro audax animis instatque et obumbrat et alte
Adsilit. Ut praeceps cumulos agit unda minantes
In scopulos et fracta redit, sic ille furentem
Circuit expugnans; levat ecce diuque minatur
In latus inque oculos; illum rigida arma caventem

---

728 quantum **PBSr** *Beh.* quantus **G**^{2} (*corr. ex* quantum *ut videtur*) **M** | tityos stygiis **P** *cf. I 710* stygiis tityos *ceteri* ‖ 733 aut **PB**^{1} | nec **M** *edd.* | tingui **PS** *Beh. 2* **c** tinguit **r** ‖ 734 at erecto *Koestlinus* ‖ 729 habitantque **P** ‖ 740 furori *ex v. 737* **P** ‖ 741 Cunctatur **P** Cunctatus *ceteri* Cunctator *corr. Baehrensius* ‖ 745 reicit **PGH** eicit **G**^{2}**bcr** eiicit *Behh.* eiecit **B** ‖ 751 intratque *codd.* instatque *scripsi cum Aldd.* ‖ 752 cumulos agit **P** cumulo salit *ceteri* ‖ 755 latus illum oculos **P** atq. oculos **b**

Avocat ac manibus necopinum interserit ictum
Callidus et mediam designat vulnere frontem:
Iam cruor, et tepido signantur tempora rivo.
Nescit adhuc Capaneus subitumque per agmina murmur
Miratur; verum ut fessam super ora reduxit
Forte manum et summo maculas in vellere vidit,
Non leo, non iaculo tantum indignata recepto
Tigris: agit toto cedentem fervidus arvo
Praecipitatque retro iuvenem atque in terga supinat,
Dentibus horrendum stridens, geminatque rotatas
Multiplicatque manus. Rapiunt conamina venti,
Pars cadit in caestus; motu Spartanus acuto
Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes
Auxilioque pedum, sed non tamen immemor artis
Adversus fugit et fugiens tamen ictibus obstat.
  Et iam utrumque labor suspiriaque aegra fatigant.
Tardius ille premit, nec iam hic obsistere velox,
Defectique ambo genibus pariterque quierunt.
Sic ubi longa vagos lassarunt aequora nautas
Et signum de puppe datum, posuere parumper
Bracchia: vix requies, iam vox citat altera remos.
Ecce iterum inmodice venientem eludit et exit
Sponte ruens mersusque umeris: effunditur ille
In caput, adsurgentem alio puer improbus ictu
Perculit eventuque impalluit ipse secundo.
Clamorem Inachidae, quantum non litora, tollunt,
Non nemora. Illum ab humo conantem ut vidit Adrastus
Tollentemque manus et non toleranda parantem:
'Ite, oro, socii, furit, ite, opponite dextras,
Festinate, furit, palmamque et praemia ferte!
Non prius, effracto quam misceat ossa cerebro,

756 ac **PGH** et **BG**^{2}**SM** ‖ 770 Adversus **P** *Beh. schol.* Aversus **BG**^{2}**SM** ‖ 772 absistere *codd. edd., corr. Baehrensius* ‖ 775 Ut **c** Ad *Barthius* | signum d. p. datum **PBSpGHb** *Leid. Dan.* signo d. p. dato **G**^{2}**M** *edd.* ‖ 776 citat **PcT** ciet **BG**^{2}**M** ‖ 783 parentem **P**

Absistet, video, moriturum auferte Lacona.'
Nec mora, prorumpit Tydeus, nec iussa recusat
Hippomedon; tunc vix ambo conatibus ambas
Restringunt cohibentque manus ac plurima suadent:
'Vincis, abi; pulchrum vitam donare minori.
Noster et hic bellique comes.' Nil frangitur heros,
Ramumque oblatumque manu thoraca repellit
Vociferans: 'Liceat! non has ego pulvere crasso
Atque cruore genas, meruit quibus iste favorem
Semivir, infodiam mittamque informe sepulcro
Corpus et Oebalio donem lugere magistro?'
Dicit; at hunc socii tumidum et vicisse negantem
Avertunt, contra laudant insignis alumnum
Taygeti longeque minas risere Lacones.
  Iamdudum variae laudes et conscia virtus
Tydea magnanimum stimulis urgentibus angunt.
Ille quidem et disco bonus et contendere cursu,
Nec caestu bellare minor, sed corde labores
Ante alios erat uncta pale. Sic otia Martis
Degere et armiferas laxare adsueverat iras
Ingentes contra ille viros Acheloia circum
Litora felicesque deo monstrante palaestras.
Ergo ubi luctandi iuvenes animosa citavit
Gloria, terrificos umeris Aetolus amictus
Exuitur patriumque suem. Levat ardua contra
Membra Cleonaeae stirpis iactator Agylleus,
Herculea nec mole minor, sic grandibus alte

797. 'Oebalio — magistro' schol. Theb. VII 21 p. 239 L.

790 prohibentque **BG**^{2} *Behh.* **rbcHT** ‖ 791 pulchrum **PH** pulcrum **G** pulchrum est **BM** *edd.* pulcrū ē **G**^{2} ‖ 794 vulnere **P** ‖ 795 quibus ista iuuenta **P** ‖ 798 Dicit **P** *cf. X 848 XII 692 Ach. I 343* Dixit *ceteri* | adhuc sotii **P** ‖ 802 urgentibus **P** ıngentibus **BG**^{2}**SM** ‖ 804 sed cara *Marklandus* ‖ 805 pales **PBSM** *schol. cf. Ach. II 155* ‖ 807 acaeloia **P** ‖ 808 monstrare **P** ‖ 811 sue **P** ‖ 813 si grandib. **P** *pr. m.* sic *al. m. suprascr.*

Insurgens umeris hominem super improbus exit.
Sed non ille rigor patriumque in corpore robur:
Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
Membra natant; unde haec audax fiducia tantum
Oenidae superare parem. Quamquam ipse videri
Exiguus, gravia ossa tamen nodisque lacerti
Difficiles. Numquam hunc animum natura minori
Corpore nec tantas ausa est includere vires.
Postquam oleo gavisa cutis, petit aequor uterque
Procursu medium atque hausta vestitur harena.
Tum madidos artus alterno pulvere siccant,
Collaque demersere umeris et bracchia late
Vara tenent. Iam tunc astu deducit in aequum
Callidus et celsum procurvat Agyllea Tydeus,
Submissus tergo et genibus vicinus harenae.
Ille autem, Alpini veluti regina cupressus
Verticis urgenti cervicem inclinat in austro,
Vix sese radice tenens, terraeque propinquat,
Iamdudum aetherias eadem reditura sub auras:
Non secus ingentes artus praecelsus Agylleus
Sponte premit parvumque gemens duplicatur in hostem,
Et iam alterna manus frontemque umerosque latusque
Collaque pectoraque et vitantia crura lacessit.
Interdumque diu pendent per mutua fulti
Bracchia, nunc saevi digitorum vincula frangunt.
Non sic ductores gemini gregis horrida tauri
Bella movent; medio coniunx stat candida prato
Victorem expectans, rumpunt obnixa furentes
Pectora, subdit amor stimulos et vulnera sanat:

820 sq. 'numquam — vires' Prisc. VII 13, 69 p. 347 H.

815 vigor *anon. Heidelb.* ‖ 817 unde **PGπ** inde **BM** ‖ 826 Vara **Pc** *Lips.* **B** (?) *schol.* Clara **r** Vasta *Beh. 1* **GHTb** *Dan.* Curua *Beh. 2* **π** ‖ 830 urguenti **P** urgentes *ceteri* | austros *codd.*, *corr. Baehrensius* ‖ 834 hoste **P** ‖ 835 Et *om.* **PG** ‖ 836 nictantia *Burm. Sec.* ‖ 842 vulnera suadet *F. Leo*

Fulmineo sic dente sues, sic hispida turpes
Proelia villosis ineunt complexibus ursi.
Vis eadem Oenidae; nec sole aut pulvere fessa
Membra labant, riget arta cutis durisque laborum
Castigata toris. Contra non integer ille
Flatibus alternis aegroque effetus hiatu
Exuit ingestas fluvio sudoris harenas
Ac furtim rapta sustentat pectora terra.
Instat agens Tydeus fictumque in colla minatus
Crura subit; coeptis non evaluere potiri
Frustratae brevitate manus, venit arduus ille
Desuper oppressumque ingentis mole ruinae
Condidit. Haut aliter collis scrutator Hiberi
Cum subiit longeque diem vitamque reliquit,
Si tremuit suspensus ager subitumque fragorem
Rupta dedit tellus, latet intus monte soluto
Obrutus, ac penitus fractum obtritumque cadaver
Indignantem animam propriis non reddidit astris.
Acrior hoc Tydeus, animisque et pectore supra est.
Nec mora, cum vinclis onerique elapsus iniquo
Circuit errantem et tergo necopinus inhaeret,
Mox latus et firmo celer implicat ilia nexu,
Poplitibus genua inde premens evadere nodos
Nequiquam et lateri dextram insertare parantem
Improbus, horrendum visu ac mirabile pondus,
Sustulit. Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn, cum fraude reperta
Raptus in excelsum, nec iam spes ulla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta.
Fit sonus, et laetos attollunt agmina plausus.
Tunc alte librans inopinum sponte remisit
Obliquumque dedit, procumbentemque secutus

843 Fulmineo **Pb** *Dan.* Fulminei **BG²M** ‖ 845 fessi **P** ‖ 851 fictumque **PBrπ** ictumque **M** ‖ 854 more ruinae *Gronovius* ‖ 852 Concidit **P** ‖ 857 Sic **P** ‖ 859 obtritumque **PGTg** *sec. m.* obductumque **BG²SM** ‖ 861 Hac prior **P** ‖ 863 Circumit **PSrc**

Colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit.
Deficit obsessus soloque pudore repugnat.
Tandem pectus humi pronamque extensus in alvum
Sternitur, ac longo maestus post tempore surgit,
Turpia signata linquens vestigia terra.
Palmam autem dextra laevaque nitentia dono
Arma ferens Tydeus: 'Quid si non sanguinis huius
Partem haut exiguam (scitis) Dircaeus haberet
Campus, ubi hae nuper Thebarum foedera plagae?'
Haec simul ostentans quaesitaque praemia laudum
Dat sociis, sequitur neglectus Agyllea thorax.
  Sunt et qui nudo subeant concurrere ferro.
Iamque aderant instructi armis Epidaurius Agreus
Et nondum fatis Dircaeus agentibus exul.
Dux vetat Iasides: 'Manet ingens copia leti,
O iuvenes! servate animos avidumque furorem
Sanguinis adversi. Tuque o, quem propter avita
Iugera, dilectas cui desolavimus urbes,
Ne, precor, ante aciem ius tantum casibus esse
Fraternisque sinas (abigant hoc numina!) votis.'
Sic ait, atque ambos aurata casside ditat.
Tum generum, ne laudis egens, iubet ardua necti
Tempora Thebarumque ingenti voce citari
Victorem: dirae recinebant omina Parcae.
  Ipsum etiam proprio certamina festa labore
Dignari et tumulo supremum hunc addere honorem
Hortantur proceres ac, ne victoria desit
Una ducum numero, fundat vel Lyctia cornu
Tela rogant, tenui vel nubila transeat hasta.
Obsequitur gaudens, viridique ex aggere in aequum
Stipatus summis iuvenum descendit; at illi

886 *versus in* **G** *non extat* ‖ 892 delectas **P** | desolabimus **PS** ‖ 894 abiciant **P** ‖ 896 Tum **BSG²** *Beh.* **bcHT** *Dan.* Tunc **PM** *edd.* | generum **P** genero *ceteri* ‖ 898 Rectorem *Peyraredus* | recinebant **PSR** retinebant **BG²M** resecabant **G** | parrae *Muellerus* ‖ 899 fessa **P** ‖ 900 tumulis **P** | honor/// **P** ‖ 904 aecum **P**

Pone leves portat pharetras et cornua iussus
Armiger: ingentem iactu transmittere circum
Eminus et dictae dare vulnera destinat orno.
  Quis fluere occultis rerum neget omina causis?
Fata patent homini, piget inservare, peritque
Venturi praemissa fides: sic omina casum
Fecimus, et vires hausit Fortuna nocendi.
  Campum emensa brevi fatalis ab arbore tacta,
Horrendum visu, per quas modo fugerat auras,
Venit harundo retro versumque a fine tenorem
Pertulit, et notae iuxta ruit ora pharetrae.
Multa duces errore serunt: hi nubila et altos
Occurrisse notos, adversi roboris ictu
Tela repulsa alii. Penitus latet exitus ingens
Monstratumque nefas: uni remeabile bellum
Et tristes domino spondebat harundo recursus.

911 prȩmissa **PH** *Heinsius* promissa **BG²SM** | omnia **PTL** | sic omina cassa *coni. Muellerus* ‖ 912 hausit **PSGH** auxit **BG²M** ‖ 913 emissa **P** ‖ 918 adversi **PG** adverso **BM** averso *π* ‖ 920 Monstratumque (nefas!) uni *Marklandus distinguendum censebat* ‖ STATII POETAE THEBAID̅. LIB̅. VI. EXPLICIT. | INCIPIT EIVSDEM. LIBER. VII. **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER VII.

Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli
Iuppiter haut aequo respexit corde Pelasgos,
Concussitque caput, motu quo celsa laborant
Sidera proclamatque adici cervicibus Atlans.
Tunc ita velocem Tegees adfatur alumnum:
'I, medium rapido Borean inlabere saltu
Bistonias, puer, usque domos axemque nivosi
Sideris, Oceano vetitum qua Parrhasis ignem
Nubibus hibernis et nostro pascitur imbri.
Atque ibi seu posita respirat cuspide Mavors
(Quamquam invisa quies), seu, quod reor, arma tubasque
Insatiatus avet caraeque in sanguine gentis
Luxuriat: propere monitus iramque parentis
Ede, nihil parcens. Nempe olim accendere iussus
Inachias acies atque omne, quod Isthmius umbo
Distinet et raucae circumtonat ira Maleae:

9. 'Nubibus — imbri' Priscian. VII 62 p. 339, 2 H.

4 athlans **PG**[2] atla//s (h *suprascr.*) **B** athlas **GH** ‖ 6 Boream praelabere *Heinsius* ‖ 7 puer **P** super *ceteri* ‖ 12 avet *Schraderus* habet *codd.* obit *vel* abit *Baehrensius* ‖ 14 namque **S** | accedere **PH** ‖ 16 Destinet **Pp** *Beh.* **c** (*corr. ex* Festinet) **B** (e *priore in* i *corr.*) Detinet **GH**

Illi vix muros limenque egressa iuventus
Sacra colunt; credas bello rediisse, tot instant
Plausibus, offensique sedent ad iusta sepulcri.
Hicne tuus, Gradive, furor? sonat orbe recusso
Discus et Oebalii coeunt in proelia caestus.
At si ipsi rabies ferrique insana voluptas
Qua tumet, inmeritas cineri dabit impius urbes
Ferrum ignemque ferens, implorantesque Tonantem
Sternet humi populos miserumque exhauriet orbem.
Nunc lenis belli nostraque remittitur ira.
Quod ni praecipitat pugnas dictoque iubentis
Ocius impingit Tyriis Danaa agmina muris
(Nil equidem crudele minor), sit mite bonumque
Numen, et effreni laxentur in otia mores,
Reddat equos ensemque mihi, nec sanguinis ultra
Ius erit: aspiciam terras pacemque iubebo
Omnibus; Ogygio sat erit Tritonia bello.'
Dixerat; at Thracum Cyllenius arva subibat;
Atque illum Arctoae labentem cardine portae
Tempestas aeterna plagae praetentaque caelo
Agmina nimborum primique Aquilonis hiatus
In diversa ferunt: crepat aurea grandine multa
Palla, nec Arcadii bene protegit umbra galeri.
Hic steriles delubra notat Mavortia silvas
(Horrescitque tuens), ubi mille furoribus illi
Cingitur averso domus inmansueta sub Haemo.
Ferrea compago laterum, ferro apta teruntur
Limina, ferratis incumbunt tecta columnis.
Laeditur adversum Phoebi iubar, ipsaque sedem

17 Illic *Peyraredus* ‖ 19 effusique *idem* ‖ 23 iā meritas **P** ‖ 26 remittitur (*ead. m.* or *suprascr.*) **P** ‖ 27 ni **PGT** nisi **BM** ‖ 29 minor (o *suprascr.*) **P** moror *Baehrensius* ‖ 30 *versus in* **B** *iterum in summo margine legitur* ‖ 34 at **G**[2] *Beh. Menkius coll. Verg. Aen. III 259 XI 595. 709* et **PBM** | arma **P** ‖ 42 Fingitur **G**[2] | averso **PBG**[2]**S** *pr. m.* **c** *Beh.* adverso **S** *sec. m.* **M** ‖ 43 apta **P** arta *vel* arcta *ceteri*

Lux timet, et durus contristat sidera fulgor.
Digna loco statio: primis salit Impetus amens
E foribus caecumque Nefas Iraeque rubentes
Exanguesque Metus, occultisque ensibus astant
Insidiae geminumque tenens Discordia ferrum.
Innumeris strepit aula Minis, tristissima Virtus
Stat medio, laetusque Furor vultuque cruento
Mors armata sedet; bellorum solus in aris
Sanguis et incensis qui raptus ab urbibus ignis.
Terrarum exuviae circum et fastigia templi
Captae insignibant gentes, caelataque ferro
Fragmina portarum bellatricesque carinae,
Et vacui currus protritaque curribus ora,
Paene etiam gemitus: adeo vis omnis et omne
Vulnus. Ubique ipsum, sed non usquam ore remisso
Cernere erat: talem divina Mulciber arte
Ediderat; nondum radiis monstratus adulter
Foeda catenato luerat conubia lecto.
  Quaerere templorum regem vix coeperat ales
Maenalius, tremit ecce solum et mugire refractis
Corniger Hebrus aquis; tunc quod pecus utile bello
Vallem infestabat, trepidas spumare per herbas,
Signa adventantis, clausaeque adamante perenni
Dissiluere fores. Hyrcano in sanguine pulcher
Ipse subit curru, diraque aspargine latos
Mutat agros, spolia a tergo flentesque catervae:
Dant silvae nixque alta locum; regit atra iugales
Sanguinea Bellona manu longaque fatigat
Cuspide. Deriguit visu Cyllenia proles
Submisitque genas: ipsi reverentia patri,
Si prope sit, dematque minas nec talia mandet.
'Quod Iovis imperium, magno quid ab aethere portas?'

---

46 dirus **M** ‖ 56 insignabant **P** *pr. m., al. corr.* ‖ 59 Pone aciem genitus *R. Ungerus* | vis omnis ad omne *vel* aderat vis omnis et omne *Barthius* ‖ 65 mugibere **P** mugibat **S** *sec. m.* ‖ 66 bello **P** bellis *ceteri* ‖ 70 laetos *Barthius* ‖ 77 magnoque et ab **P**

Occupat Armipotens 'neque enim hunc, germane, sub axem
Sponte venis hiemesque meas, cui roscida iuxta
Maenala et aestivi clementior aura Lycaei.'
Ille refert consulta patris. Nec longa moratus,
Sicut anhelabant, iuncto sudore volantes
Mars impellit equos, resides in proelia Graios
Ipse etiam indignans. Vidit pater altus et irae
Iam levior tardo flectebat pondere vultum.
Ut si quando ruit debellatasque relinquit
Eurus aquas, pax ipsa tumet pontumque iacentem
Exanimis iam volvit hiems: nondum arma quiescunt
Omnia, nec toto respirant pectore nautae.
  Finierat pugnas honor exsequialis inermes,
Necdum aberant coetus, cunctisque silentibus heros
Vina solo fundens cinerem placabat Adrastus
Archemori: 'Da, parve, tuum trieteride multa
Instaurare diem, nec saucius Arcadas aras
Malit adire Pelops Eleaque pulset eburna
Templa manu, nec Castaliis altaribus anguis,
Nec sua pinigero magis adnatet umbra Lechaeo.
Nos te lugenti, puer, infitiamur Averno,
Maestaque perpetuis sollemnia iungimus astris,
Nunc festina cohors. At si Boeotia ferro
Vertere tecta dabis, magnis tunc dignior aris,
Tunc deus, Inachias nec tantum culta per urbes
Numina, captivis etiam iurabere Thebis.'
Dux ea pro cunctis, eadem sibi quisque vovebat.
  Iam pronis Gradivus equis Ephyraea premebat
Litora, qua summas caput Acrocorinthus in auras
Tollit et alterna geminum mare protegit umbra.

---

103. 'captivis — Thebis' Priscian. XI 27 p. 566, 5 H.

---

83 resides **P** residesque *ceteri* ‖ 84 irae *Peyraredus* ira *codd.* ‖ 86 relinquit **PSGTL** reliquit **BG²M** ‖ 88 quiescunt **P** *marg.* carinis *ceteri* ‖ 91 aberant questus *Peyraredus* ‖ 92 pacabat **P** ‖ 98 lugendum *Lachmannus* ‖ 99 aris *Behh.* **H** *Dan.*

Inde unum dira comitum de plebe Pavorem
Quadripedes anteire iubet: non alter anhelos
Insinuare metus animoque avertere vires
Aptior; innumerae monstro vocesque manusque
Et facies quamcumque velit; bonus omnia credi
Auctor et horrificis lymphare incursibus urbes.
Si geminos soles ruituraque suadeat astra,
Aut nutare solum aut veteres descendere silvas,
A miseri vidisse putant. Tunc acre novabat
Ingenium: falso Nemeaeum pulvere campum
Erigit; attoniti tenebrosam a vertice nubem
Respexere duces; falso clamore tumultum
Auget, et arma virum pulsusque imitatur equorum,
Terribilemque vagas ululatum spargit in auras.
Exsiluere animi, dubiumque in murmure vulgus
Pendet: 'Ubi iste fragor? ni fallimur aure. Sed unde
Pulvereo stant astra globo? num Ismenius ultro
Miles? Ita est: veniunt. Tanta autem audacia Thebis?
An dubitent? agedum inferias et busta colamus.'
Haec Pavor attonitis; variosque per agmina vultus
Induitur, nunc Pisaeis e milibus unus,
Nunc Pylius, nunc ore Lacon, hostesque propinquos
Adiurat turmasque metu consternat inani.
Nil falsum trepidis. Ut vero amentibus ipse
Incidit et sacrae circum fastigia vallis

130. 'Adiurat — inani' Eutych. art. II 10 p. 479, 27 K.

109 Quadripedes **PB** Quadr$\overset{\text{v}}{\text{i}}$pedes **G**[2] Quadrupedus **SM** *cf. IV 812* ‖ 110 animoque avertere vires **PGR** *Prag. 2 Heinsius ex libris* animumque avertere veris **BG**[2]**M** advertere veris **S** ‖ 112 quamcumque velit **P** quacumq. velit **B** quascumque velit **R** quaecunque velit **G** quaecumque libet **G**[2]**SM** quantumque libet *Heinsius* ‖ 116 putant **PHT** putent **BG**[2]**SM** | iuvabat *Menkius* ‖ 118 a *om.* **P** ‖ 122 Exiliere **PpGH** Exsiliere animis *Barthius* | murmura *Heinsius* ‖ 123 et unde **P** sed inde **B** *m. pr., al. corr.* ‖ 125 tantam **P** tanta est autem **S** tanta estne audacia **GT** *edd. vett.*

Turbine praevectus rapido ter sustulit hastam,
Ter concussit equos, clipeum ter pectore plausit:
Arma, arma (insani!) sua quisque ignotaque nullo
More rapit, mutant galeas alienaque cogunt
Ad iuga cornipedes; ferus omni in pectore saevit
Mortis amor caedisque, nihil flagrantibus obstat:
Praecipitant redimuntque moras. Sic litora vento
Incipiente fremunt, fugitur cum portus; ubique
Vela fluunt, laxi iactantur ubique rudentes;
Iamque natant remi, natat omnis in aequore summo
Ancora, iam dulcis medii de gurgite ponti
Respicitur tellus comitesque a puppe relicti.
Viderat Inachias rapidum glomerare cohortes
Bacchus iter; gemuit Tyriam conversus ad urbem,
Altricemque domum et patrios reminiscitur ignes,
Purpureum tristi turbatus pectore vultum:
Non crines, non serta loco, dextramque reliquit
Thyrsus, et intactae ceciderunt cornibus uvae.
Ergo ut erat lacrimis lapsoque inhonorus amictu
Ante Iovem (et tunc forte polum secretus habebat)
Constitit, haut umquam facie conspectus in illa
(Nec causae latuere patrem), supplexque profatur:
'Excindisne tuas, divum sator optime, Thebas?
Saeva adeo coniunx? nec te telluris amatae
Deceptique laris miseret cinerumque meorum?
Esto, olim invitum iaculatus nubibus ignem,
Credimus: en iterum atra refers incendia terris,
Nec Styge iurata, nec paelicis arte rogatus.
Quis modus? an nobis pater iratusque bonusque
Fulmen habes? Sed non Danaeia limina talis

148. 'Purpureum — vultum' schol. Theb. VII 222 p. 249 L. — 151. 'lapsoque — amictu' schol. ib.

135 *Interpunctionem corr. Sandstroemius* ‖ 152 polus *Baehrensius* ‖ 158 Es tu olim *Baehrensius* | iaculatus **PBG** *Beh. Dan.* iaculatum **cTH** *Paris. 8053* iaculatu// **G**[2] iaculatum e nubibus *Barthius* ‖ 159 en iterata *idem*

Parrhasiumque nemus Ledaeasque ibis Amyclas.
Scilicet e cunctis ego neglectissima natis
Progenies? ego nempe tamen, qui dulce ferenti
Pondus eram, cui tu dignatus limina vitae
Praereptumque uterum et maternos reddere menses.
Adde, quod imbellis rarisque exercita castris
Turba meas acies, mea tantum proelia norunt,
Nectere fronde comas et ad inspirata rotari
Buxa: timent thyrsos nuptarum et proelia matrum.
Unde tubas Martemque pati, qui fervidus ecce
Quanta parat? quid si ille tuos Curetas in arma
Ducat et innocuis iubeat decernere peltis?
Quin etiam invisos (sic hostis defuit?) Argos
Elicis! O ipsis, genitor, graviora periclis
Iussa: novercales luimus ditare Mycenas!
Cedo equidem. Quo sacra tamen ritusque peremptae
Gentis et, in tumulos si quid male feta reliquit
Mater, abire iubes? Thracen silvasque Lycurgi?
Anne triumphatos fugiam captivus ad Indos?
Da sedem profugo! Potuit Latonia frater
Saxa (nec invideo) defigere Delon et imis
Commendare fretis; cara submovit ab arce
Hostiles Tritonis aquas; vidi ipse potentem
Gentibus Eois Epaphum dare iura, nec ullas
Cyllene secreta tubas Minoiave curat
Ida: quid heu tantum nostris offenderis aris?
Hic tibi (quando minor iam nostra potentia) noctes
Herculeae placitusque vagae Nycteidos ardor,
Hic Tyrium genus et nostro felicior igne
Taurus: Agenoreos saltem tutare nepotes.'

---

165 ferentis **P** ‖ 167 Praereptumque iter et *codd. edd.*, *corr. Barthius* ‖ 172 qui **Pc** quin *ceteri* | fervidus iste *Barthius* ‖ 177 luimus **P** ruimus *ceteri* ruimur *Barthius* ‖ 179 *Interpunctionem corr. Sandstroemius* | in tumulo *Naukius* ‖ 183 unis **PS** ‖ 187 Cyllenes *Beh.* o *Heinsius e codd.* | minoiave **PBG²Sc** *Behh.* **HT** minoave **M** *edd.* ‖ 189 noctis **P**

Invidiam risit pater, et iam poplite flexum
Sternentemque manus tranquillus ad oscula tollit
Inque vicem placida orsa refert: 'Non coniugis ista
Consiliis, ut rere, puer, nec saeva roganti
Sic expostus ego: inmoto deducimur orbe
Fatorum; veteres seraeque in proelia causae.
Nam cui tanta quies irarum aut sanguinis usus
Parcior humani? Videt axis et ista per aevum
Mecum aeterna domus, quotiens iam torta reponam
Fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis.
Quin etiam invitus magna ulciscendaque passis
Aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianae
Expugnare dedi; meaque est iactura pigetque
Tot mutare animas, tot reddere corpora vitae.
Labdacios vero Pelopisque a stirpe nepotes
Tardum abolere mihi; scis ipse (ut crimina mittam
Dorica), quam promptae superos incessere Thebae;
Te quoque — sed, quoniam vetus excidit ira, silebo.
Non tamen aut patrio respersus sanguine Pentheus,
Aut matrem scelerasse toris et crimine fratres
Progenuisse reus, lacero tua lustra replevit
Funere: ubi hi fletus? ubi tunc ars tanta precandi?
Ast ego non proprio diros impendo dolori
Oedipodionidas: rogat hoc tellusque polusque
Et pietas et laesa fides naturaque, et ipsi
Eumenidum mores. Sed tu super urbe moveri
Parce tua: non hoc statui sub tempore rebus
Occasum Aoniis, veniet suspectior aetas
Ultoresque alii: nunc regia Iuno queretur.'
His ille auditis mentemque habitumque recepit.
Ut cum sole malo tristique rosaria pendent

---

194 Tendentemque *Kochius* ‖ 201 iam certa *Marklandus* ‖ 205 mea (*om.* que) **PBG²ScG** *m. sec.* **HT** ‖ 206 corpora reddere **BG²c** *Beh.* **H** ‖ 208 adolere **P** ‖ 212 et *Baehrensius* aut *codd.* ‖ 213 reus **P** *pr. m.* reos **P** *m. sec.* ‖ 214 hi fletus **P** is fletus **T** hi *om. ceteri* ‖ 223 rosalia **P** | pendent **P** pallent *ceteri*

Usta Noto, si clara dies Zephyrique refecit
Aura polum, redit omnis honos, emissaque lucent
Germina et informes ornat sua gloria virgas.
  Nuntius attonitas iamdudum Eteoclis ad aures
Explorata ferens longo docet agmine Graios
Ire duces, nec iam Aoniis procul afore campis;
Quacumque ingressi, tremere ac miserescere cunctos
Thebarum; qui stirpe, refert, qui nomine et armis.
Ille metum condens audire exposcit et odit
Narrantem: hic socios dictis stimulare suasque
Metiri decernit opes. Exciverat omnem
Aoniam Euboeamque et Phocidos arva propinquae
Mars: ita dulce Iovi; longe fugit ordine velox
Tessera: propellunt acies, seseque sub armis
Ostentant; subeunt campo, qui proximus urbi
Damnatus bellis patet expectatque furores.
Nondum hostes contra, trepido tamen agmine matres
Conscendunt muros, inde arma nitentia natis
Et formidandos monstrant sub casside patres.
  Turre procul sola nondum concessa videri
Antigone populis teneras defenditur atra
Veste genas; iuxtaque comes, quo Laius ibat
Armigero; tunc virgo senem regina veretur.
Quae sic orsa prior: 'Spesne obstatura Pelasgis
Haec vexilla, pater? Pelopis descendere tantas
Audimus gentes: dic, o precor, extera regum

238 sq. 'subeunt — furores' schol. Lucan. I 249 p. 43 W.

229 affore **B** ‖ 230 (Quacumque ingressus) *Peyraredus* ‖ 233 hic **P** *Gronov.* hinc *ceteri* his **B** *m. pr.* | socios dictis **PpGTL** dictis socios **BG²SM** ‖ 236 longe **P** longo *ceteri* | fuit **rδ** *unde Bentleius coni.* fluit ‖ 239 belli *Koestlinus* ‖ 240 hostes **P** hostis *ceteri* | contra **BpGR** *Colb. Paris. 8053* **L** confa **P** *in ras.* circa **G²SM** ‖ 243 *sqq.* '*Similis est oeconomia dramatis Euripidei in Phoeniss. v. 88 sqq., ubi similiter senex paedagogus totum Achivorum exercitum Antigonae recenset.*' *Menkius* ‖ 248 totas **P**, *ead. m. suprascr.* ↑ tantas, *quod recepi,* totas *ceteri*

Agmina; nam video, quae noster signa Menoeceus,
Quae noster regat arma Creon, quam celsus aena
Sphinge per ingentes Homoloidas exeat Haemon.'
Sic rudis Antigone, senior cui talia Phorbas:
'Mille sagittiferos gelidae de colle Tanagrae
Promovet ecce Dryas; hic, cui nivea arma tridentem
Atque auro rude fulmen habent, Orionis alti
Non falsus virtute nepos: procul, oro, paternum
Omen et innuptae procul excidat ira Dianae.
Iungunt se castris regisque in nomen adoptant
Ocalea Medeonque et confertissima lucis
Nisa Dionaeisque avibus circumsona Thisbe.
Proximus Eurymedon, qui pastoralia Fauni
Arma patris pinuque iubas imitatur equinas,
Terribilis silvis: reor et Mavorte cruento
Talis erit. Dites pecorum comitantur Erythrae,
Qui Scolon densamque iugis Eteonon iniquis,
Qui breve litus Hyles Atalanteamque superbi
Schoenon habent notique colunt vestigia campi;
Fraxineas Macetum vibrant de more sarisas
Saevaque difficiles excludere vulnera peltas.
Ecce autem clamore ruunt Neptunia plebes
Onchesti, quos pinigeris Mycalesos in agris

254. 'Mille — Tanagrae' schol. Theb. IX 745 p. 332 L. — 262 sq. 'Proximus — patris' schol. Theb. XI 32 p. 376 L.

251 regat **P** gerat **BG²SM** rogat **G** ‖ 255 tridenti **P** ‖ 256 habet **P** ‖ 258 procul **PG** vetus *ceteri* ‖ 260 *Cf. Hom. Il. II 496 sqq.* | Oeclaliae **P** *pr. m.* Oebalidae **P** *sec. m.* Ocaleae **B** *edd.* Ocaleē **G²** Ocaloe **S** Oecalea **H** Ocalea *scripsi coll. Hom. Il. II 501* | consertissima **G²H** *Colb.* **L** ‖ 261 Nisa **BcH** *Schraderus ex Hom. l. c. 508* Nysa **PM** ‖ 262 qui **Pc** cui **BG³SM** ‖ 263 pinuque **PHg** *cum ras. Leid.* pinusque **BG²SM** ‖ 267 atalanteamque **PG** *Beh. 2* atalantemq. (a suprascr.) **B** athlanteamque **H** atalantemq; (u suprascr.) **G²** atalantaeumque **M** *edd.* ‖ 269 macetum vibrant **PG** vibrant macetum **BM** macedum **G²p** *Behh.* **cTH** ‖ 271 pubes **B** *Dan.* plebes (*suprascr.* pubes) **c** *Colb.*

Palladiusqae Melas Hecataeaque gurgite nutrit
Gargaphie, quorumque novis Haliartos aristis
Invidet et nimia sata laeta supervenit herba.
Tela rudes trunci, galeae vacua ora leonum,
Arborei dant scuta sinus. Hos regis egenos
Amphion en noster agit (cognoscere pronum,
Virgo), lyra galeam tauroque insignis avito.
Macte animo iuvenis, medios parat ire per enses
Nudaque pro caris opponere pectora muris.
Vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis
Addere rebus opem; tuque, o Permesse, canoris
Et felix Olmie, vadis armastis alumnos
Bellorum resides. Patriis concentibus audis
Exultare gregem, quales, cum pallida cedit
Bruma, renidentem deducunt Strymona cygni.
Ite alacres, numquam vestri morientur honores,
Bellaque perpetuo memorabant carmine Musae.'
Dixerat, et paulum virgo interfata loquenti:
'Illi autem, quanam iunguntur origine fratres?
Sic certe paria arma viris, sic exit in auras
Cassidis aequus apex; utinam haec concordia nostris!'
Cui senior ridens: 'Non prima errore videndi
Falleris, Antigone: multi hos (nam decipit aetas)
Dixerunt fratres. Pater est natusque, sed aevi
Confudere modos: puerum Lapithaona nymphe

---

296 sq. 'Pater — modos' schol. Theb. XI 35 p. 376 L.

---

274 Gargaphile **P** Garcaphe (i *supra*) **B** Carcaphie **G^2** ‖ 275 nivea **P** ‖ 279 lyra/////galeam **B** lyram galeam **P** lyram galea **G^2SGH** *Beh. 1 Colb.* **T** liram in galea **c** *Beh. 2* ‖ 283 permense **P** Termesse *Barthius* ‖ 284 hormie **PBG^{2}ScL** ormie **GTp** ormige *Beh. 1* **H** herine *Beh. 2* Olmie *restit. Gronovius. De* Olmio (*Ὀλμειός*) *cf. Bursiani geogr. graec. I 233* | armastis **P** armatis *ceteri* ‖ 287 diducunt *Schraderus* ‖ 290 loquenti **P** docenti *ceteri* docentē **G^2** loquentem *Barthius* ‖ *vv.* 296—383 *in* **B** *exciderunt* ‖ 296 aevo **P** ‖ 297 laphi thaona *vel* lapithaona **PSGpc** *Paris. 8053* **Hg** *Leid.* lapythaona **G^2** laphitona **T** Lapithonia *edd.*

Dircetis expertem thalami crudumque maritis
Ignibus ante diem cupido violavit amore
Improba conubii; nec longum, et pulcher Alatreus
Editus, ac primae genitorem in flore iuventae
Consequitur traxitque notas et miscuit annos.
Et nunc sic fratres mentito nomine gaudent,
Plus pater; hunc olim iuvat et ventura senectus.
Tercentum genitor totidemque in proelia natus
Exercent equites: hi deseruisse feruntur
Exilem Glisanta Coroniamque, feracem
Messe Coroniam, Baccho Glisanta colentes.
Sed potius celsos umbrantem hunc aspice late
Hypsea quadriiugos, clipei septemplice tauro
Laeva, ter insuto servantur pectora ferro,
Pectora: nam tergo numquam metus. Hasta vetustum
Silvarum decus, emissae cui pervia semper
Armaque corporaque et numquam manus inrita voti.
Asopos genuisse datur, dignusque videri
Tunc pater, abreptis cum torrentissimus exit
Pontibus, aut natae tumidus cum virginis ultor
Flumina concussit generum indignata Tonantem.
Namque ferunt raptam patriis Aeginan ab undis
Amplexu latuisse Iovis: furit amnis et astris

---

311. 'triplici servantur pectora ferro' Serv. ad Aen. VII 633. — 319. 'Namque — undis' Priscian. VII 5 p. 287, 16 H.

Contradixit sibi Statius, nam infra XI 32 sqq. patrem Alatrei Eurymedonta appellat. | nymphae **P** nimphe **g** nympha *plurimi* ‖ 298 Dercetis *codd. Heinsii R. Ungerus* Decretis *Dan.* Dirceos **p** | exsortem *Baehrensius* | mariti **PG^{2}Sgc** ‖ 304 una olim iuuat eventura *Barthius* ‖ 307 clisant// (a *supra lin. al. m. add.*) **P** clisanta *Dan.* | coroniamque **PG^{2}S** ‖ 308 coroniam **PG^{2}S** choroniam *Beh.* | clisanta **P** ‖ 311 triplici *Serv.* | servantur **P** *Serv.* servantem **G^2M** servant **SGpcgr** *Leid.* | pectora **P** *Serv. Prag. 2* (*al. m. add.* īgēcia) ingentia **G^2SM** nitentia **G** ‖ 312 nusquam *Heinsius* ‖ 314 corporaque **Pp** pectoraque **G^2SM** ‖ 316 abreptis **PG^{2}SGH** *Beh. 1 Dan.* arreptis *Beh. 2* abruptis **M**

Infensus bellare parat (nondum ista licebant
Nec superis); stetit audaces effusus in iras,
Conseruitque manum, nec quem imploraret habebat,
Donec vix tonitru submotus et igne trisulco
Cessit. Adhuc ripis animosus gurges anhelis
Fulmineum cinerem magnaeque insignia poenae
Gaudet et Aetnaeos in caelum efflare vapores.
Talem Cadmeo mirabimur Hypsea campo,
Si modo placabit felix Aegina Tonantem.
Ducit Itonaeos et Alalcomenaea Minervae
Agmina, quos Midea, quos uvida suggerit Arne,
Aulida qui Graeamque serunt viridesque Plataeas,
Et sulco Peteona domant refluumque meatu
Euripum, qua noster, habent, teque ultima tractu
Anthedon, ubi gramineo de litore Glaucus
Poscentes inrupit aquas, iam crine genisque
Caerulus, et mixtos expavit ab inguine pisces.
Glandibus et torta zephyros incidere funda
Cura: Cydoneas anteibunt gaesa sagittas.
Tu quoque praeclarum forma, Cephise, dedisses
Narcissum, sed Thespiacis iam pallet in agris
Trux puer; orbata florem, pater, adluis unda.
Quis tibi Phoebeas acies veteremque revolvat

330 sq. 'Ducit — agmina' schol. Theb. II 721 p. 80 L.

323 manus **m** *edd.* ‖ 324 vix **PpcGg** vi **G^2SM** | tonitru **PpGgT** tonitrus **G^2SM** tonitrum **c** ‖ 329 placabit **P** placavit *ceteri* | 330 alcomenia **P** alcomaena **SH** ‖ 331 medon **P** mide et **G^2SM** medie et *Leid.* nude et **p** *Beh. 2* mide (et *om.*) *Prag. 2* Midea *corr. Duebnerus* | vivida **P** humida *vel* umida **G^2SM** uvida *corr. Heinsius e codd. cf. Hom. Il. II 507* ‖ 332 creanque **P** graiamque *Beh.* ‖ 333 refluuntque **P** ‖ 334 qua noster, *al. m. suprascr.* o glauce **P** | habent **P** habet *Dan.* hab^it (it *al. m. add.*) abit **G^2SM** ibit **G** ‖ 336 inrumpit **PL** ‖ 337 pristes *Gronovius* ‖ 338 incedere **P** ‖ 339 cęsa **PS** ‖ 340 formae *D. Heinsius* **L** ‖ 342 oblata **P** ornata **G** | adluis (*ead. m. in* alluis *corr.*) **P** alluit **G^2SM** abluit **GTp** alluet **c** ‖ 343 *sqq. Cf. Hom. Il. II 517 sqq.*

Phocida? qui Panopen, qui Daulida, qui Cyparisson,
Et valles, Lebadea, tuas et Hyampolin acri
Subnixam scopulo, vel qui Parnason utrumque
Aut Cirrham tauris Anemoriamque supinant
Coryciumque nemus, propellentemque Lilaeam
Cephisi glaciale caput, quo suetus anhelam
Ferre sitim Python amnemque avertere ponto?
Omnibus immixtas cono super aspice laurus
Armaque vel Tityon vel Delon habentia, vel quas
Hic deus innumeras laxavit caede pharetras.
Iphitus asper agit, genitor cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides, tuus, o mitissime Lai,
Hospes; adhuc currus securaque lora tenebam,
Cum tua subter equos iacuit convulsa cruentis
Ictibus, o utinam nostro cum sanguine, cervix!'
Dicenti maduere genae, vultumque per omnem
Pallor iit, vocisque repens singultus apertum
Intercepit iter; refovet frigentis amicum
Pectus alumna senis; redit atque exile profatur:
'O mihi sollicitum decus ac suprema voluptas,
Antigone! seras tibi demoror improbus umbras,
Fors eadem scelera et caedes visurus avitas,
Donec te thalamis habilem integramque resignem:
Hoc satis, et fessum vita dimittite, Parcae.
Sed dum labor iners, quanti (nunc ecce reviso)
Transabiere duces: Clonin atque in terga comantes

349 sq. 'Cephisi — ponto' schol. Oxon. ad Claudian. in Rufin. 1 praef. v. 10 p. 1010 Burm. — 369 sq. 'non ego in t. c. Abantiadas' Serv. ad Aen. II 391.

344 quis P. quis D. quis **SGHp** *Beh. 2* | phanopen **P** ‖ 348 litecim **P** liceam **G** ‖ 351 intextas *Bentleius* ‖ 353 innumeras **PG^2S** (*in ras.*) **cg** *Beh. Dan.* innumera **M** | lassavit **PT** ‖ 354 asper **PGHT** acer **G^2SM** ‖ 356 tenebam **P** tenebat *ceteri* ‖ 359 Dicenti **P** Dicentis **G^2SM** ‖ 361 fringentis **P** ‖ 362 exinde profatur *Bentleius* ‖ 369 clonin **PSc** *Beh. 1* clomin **G^2g** *Beh. 2* clonium **M** *edd.* | conantis **P**

Non ego Abantiadas, non te, saxosa Caryste,
Non humiles Aegas altumque Capherea dixi.
Et iam acies obtusa negat, cunctique resistunt,
Et tuus armatis iubet ecce silentia frater.'
  Vix ea turre senex, cum rector ab aggere coepit:
'Magnanimi reges, quibus haut parere recusem
Ductor et ipse meas miles defendere Thebas,
Non ego vos stimulare parem (nam liber in arma
Impetus, et meritas ultro iurastis in iras),
Nec laudare satis dignasque rependere grates
Sufficiam (referent superi vestraeque subacto
Hoste manus): urbem socia de gente subistis
Tutari, quam non aliis populator ab oris
Belliger externave satus tellure, sed hostis
Indigena adsultat, cui castra adversa regenti
Hic pater, hic genetrix, hic iunctae stirpe sorores,
Hic erat et frater. Cerne en ubicumque nefandus
Excidium moliris avis: venere volentes
Aoniae populi, nec sum tibi, saeve, relictus.
Quid velit ista cohors, et te sentire decebat:
Reddere regna vetant.' Sic fatus, et omnia rite
Disponit, qui bella gerant, qui moenia servent,
Quas in fronte manus, medio quas robore sistat.
Perspicuas sic luce fores et virgea pastor
Claustra levat, dum terra recens; iubet ordine primo
Ire duces, media stipantur plebe maritae;
Ipse levat gravidas et humum tractura parentum
Ubera, succiduasque apportat matribus agnas.
  Interea Danai noctemque diemque sub armis,
Noctem iterum rursusque diem (sic ira ferebat)

370. 'Non ego Abantiadas' schol. Theb. IX 758 p. 332 L.

372 cuneique *Heinsius* ‖ 374 rector **PGTL** ductor **G²SM** ‖ 390 Sic fatur, et *Barthius, sed cf. X 271 XII 773 Verg. Aen. II 391. 544* ‖ 392 corpore *Barthius* ‖ 393 Perspicua *Baehrensius* ‖ 394 primo **PH** primos **BM** ‖ 396 validas **P** | tractura **PBH** tactura **G²SM**

Ingeminant: contempta quies, vix aut sopor illis
Aut epulae fecere moram; properatur in hostem
More fugae. Nec monstra tenent, quae plurima nectit
Prodigiale canens certi fors praevia fati.
Quippe ferunt diros monitus volucresque feraeque
Sideraque aversique suis decursibus amnes,
Infestumque tonat pater et mala fulgura lucent;
Terrificaeque adytis voces clausaeque deorum
Sponte fores; nunc sanguineus nunc saxeus imber,
Et subiti Manes flentumque occursus avorum.
Tunc et Apollineae tacuere oracula Cirrhae,
Et non adsuetis pernox ululavit Eleusin
Mensibus, et templis Sparte praesaga reclusis
Vidit Amyclaeos (facinus!) concurrere fratres.
Arcades insanas latrare Lycaonis umbras
Nocte ferunt tacita, saevo decurrere campo
Oenomaum sua Pisa refert; Acheloon utroque
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.
Perseos effigiem maestam exorantque Mycenae
Confusum Iunonis ebur; mugire potentem
Inachon agricolae, gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxisse Palaemona ponto.
Haec audit Pelopea phalanx, sed bellicus ardor
Consiliis obstat divum prohibetque timeri.
  Iam ripas, Asope, tuas Boeotaque ventum
Flumina; non ausae transmittere protinus alae
Hostilem fluvium; forte et trepidantibus ingens
Descendebat agris, animos sive imbrifer arcus,
Seu montana dedit nubes, seu fluminis illa
Mens fuit obiectusque vado pater arma vetabat.

404 serunt *Wakefieldus* | volucres (*al. m.* q. F phereq.) **P** ‖ 412 parte praesagarereclusis **P** ‖ 414 Archades **T** Archados (e) **G²** (*m. sec. corr.*) Arcados **PBSM** ‖ 418 memorantque *Bentleius* ‖ 420 accola *Schraderus* ‖ 424 boetaque **BSGHp** *Beh.* boetiaq. **P** ‖ 428 tabes, seu numinis *Marklandus*

Tunc ferus Hippomedon magno cum fragmine ripae
Cunctantem deiecit equum, ducibusque relictis
Gurgite de medio frenis suspensus et armis
'Ite viri' clamat, 'sic vos in moenia primus
Ducere, sic clusas voveo perfringere Thebas.'
Praecipitant cuncti fluvio puduitque secutos.
Ac velut ignotum si quando armenta per amnem
Pastor agit, stat triste pecus, procul altera tellus
Omnibus et late medius timor: ast ubi ductor
Taurus init fecitque vadum, tunc mollior unda,
Tunc faciles saltus, visaeque accedere ripae.
Haut procul inde iugum tutisque accommoda castris
Arva notant, unde urbem etiam turresque videre
Sidonias; placuit sedes fidique receptus,
Colle per excelsum patulo, quem subter aperto
Arva sinu, nullisque aliis a montibus instant
Despectus; nec longa labor munimina durus
Addidit: ipsa loco mirum natura favebat.
In vallum elatae rupes devexaque fossis
Aequa et fortuito ductae quater aggere pinnae;
Cetera dant ipsi, donec sol montibus omnis
Erepsit rebusque dedit sopor otia fessis.
Quis queat attonitas dictis ostendere Thebas?
Urbem in conspectu belli suprema parantis
Territat insomnem nox atra diemque minatur.
Discurrunt muris; nil saeptum horrore sub illo,
Nil fidum satis, invalidaeque Amphionis arces.
Rumor ubique alius, pluresque adnuntiat hostes
Maioresque timor; spectant tentoria contra

434 clusas **P** clausas *ceteri* | moneo **p** *Barthius* ‖ 438 tumor *Muellerus* ‖ 439 fecitque viam *Barthius* ‖ 442 videre **S** *Beh.* videri **PB** videre est *edd. vett.* viderent **c** *Barthius* ‖ 445 nullisque **P** nullique *ceteri* | obstant **m** *edd.* ‖ 446 Dispectus **PB** ‖ 451 Derepsit *Heinsius* ‖ 453 parantis **P** *Gronovius* parantem *ceteri* paventem *Bernartius* ‖ 457 alios **PS** alius *vel* altus **B** altus **G²GHp** alius *corr. Gronovius* auctus *Heinsius* alitus *Burmannus*

Inachia externosque suis in montibus ignes.
Hi precibus questuque deos, hi Martia tela
Belligerosque hortantur equos, hi pectora fletu
Cara premunt miserique rogos et crastina mandant
Funera. Si tenuis demisit lumina somnus,
Bella gerunt; modo lucra morae, modo taedia vitae
Attonitis, lucemque timent lucemque precantur.
It geminum excutiens anguem et bacchatur utrisque
Tisiphone castris; fratrem huic, fratrem ingerit illi,
Aut utrique patrem: procul ille penatibus imis
Excitus implorat Furias oculosque reposcit.
Iam gelidam Phoeben et caligantia primus
Hauserat astra dies, cum iam tumet igne futuro
Oceanus lateque novo Titane reclusum
Aequor anhelantum radiis subsidit equorum:
Ecce truces oculos sordentibus obsita canis
Exangues Iocasta genas et bracchia planctu
Nigra ferens ramumque oleae cum velleris atri
Nexibus, Eumenidum velut antiquissima, portis
Egreditur magna cum maiestate malorum.
Hinc atque hinc natae, melior iam sexus, aniles
Praecipitantem artus et plus quam possit euntem
Sustentant. Venit ante hostes, et pectore nudo
Claustra adversa ferit tremulisque ululatibus orat
Admitti: 'Reserate viam! rogat impia belli
Mater; in his aliquod ius exsecrabile castris
Huic utero est.' Trepidi visam expavere manipli
Auditamque magis; remeat iam missus Adrasto

479. 'Hinc — sexus' schol. Theb. VIII 616 p. 299 L.

461 pignora *Weberus* ‖ 468 penatibus omnes **P** *sed cf. II 441 VIII 241* ‖ 470 gelida **PS** ‖ 471 timet **P** ‖ 473 subsedit **PGHTL** ‖ 475 Exangues **P** *Beh.* **GT** Exanguesque **SBM** Exsanguesq; **G²** ‖ 480 possit **P** posset *ceteri* ‖ 481 sed pectore **P** ‖ 482 tremulis **PT** ‖ 483 reserate **PGTL** reserare **BG²SM** ‖ 484 impetrabile *Bentleius* ‖ 486 remeat inmissus **P** remeat cum inmissus *Baehrensius*

Nuntius: excipiunt iussi mediosque per enses
Dant iter. Illa duces ut primum aspexit Achivos,
Clamorem horrendum luctu furiata resolvit:
'Argolici proceres, ecquis monstraverit hostem,
Quem peperi? quanam inveniam, mihi dicite, natum
Sub galea?' Venit attonitae Cadmeius heros
Obvius, et raptam lacrimis gaudentibus implet
Solaturque tenens, atque inter singula matrem,
Matrem iterat, nunc ipsam urgens, nunc cara sororum
Pectora, cum mixta fletus anus asperat ira:
'Quid molles lacrimas venerandaque nomina fingis,
Rex Argive, mihi? quid colla amplexibus ambis
Invisamque teris ferrato pectore matrem?
Tune ille exsilio vagus et miserabilis hospes?
Quem non permoveas! longae tua iussa cohortes
Expectant, multoque latus praefulgurat ense.
A miserae matres! hunc te noctesque diesque
Deflebam; si verba tamen monitusque tuorum
Dignaris, dum castra silent suspensaque bellum
Horrescit pietas, genetrix iubeoque rogoque:
I mecum patriosque deos arsuraque saltem
Tecta vide, fratremque — (quid aufers lumina?) fratrem
Alloquere et regnum iam me sub iudice posce.
Aut dabit, aut ferrum causa meliore resumes.
Anne times, ne forte doli, et te conscia mater
Decipiam? non sic miseros fas omne penates
Effugit: vix Oedipoda ducente timeres.
Nupsi equidem peperique nefas, sed diligo tales,
(A dolor!) et vestros etiamnum excuso furores.
Quodsi adeo perstas, ultro tibi, saeve, triumphum
Detulimus: religa captas in terga sorores,

590 ei quies **BG**²**c** *Behh. pr. m.* ‖ 501 Quam *Peyraredus* | longae **PB** longe **G**² **SM** ‖ 509 posces **Pc** ‖ 511 doli et te **PBG**² *Behh.* dilo ẹt, *ead. m. suprascr.* te **S** doli te **M** ‖ 513 Effugit **PG**² (*cum ras.*) **HT** Effugiet **BSM** | oedipode *codd.* Oedipoda *corr. Weberus* ‖ 515 exø//ụsd **P** *m. sec.*

Inice vincla mihi: gravis huc utcumque feretur
Et pater. Ad vestrum gemitus nunc verto pudorem,
Inachidae, liquistis enim parvosque senesque
Et lacrimas has quisque domi: sua credite matri
Viscera! Si vobis hic parvo in tempore carus
(Sitque precor), quid me, oro, decet? quidve ista, Pelasgi,
Ubera? ab Hyrcanis hoc Odrysisve tulissem
Regibus, et si qui nostros vicere furores.
Adnuite, aut natum complexa superstite bello
Hic moriar.' Tumidas frangebant dicta cohortes,
Nutantesque virum galeas et sparsa videres
Fletibus arma piis. Quales ubi tela virosque
Pectoris impulsu rabidi stravere leones,
Protinus ira minor, gaudentque in corpore capto
Securam differre famem: sic flexa Pelasgum
Corda labant, ferrique avidus mansueverat ardor.
  Ipse etiam ante omnes nunc matris ad oscula versus,
Nunc rudis Ismenes, nunc flebiliora precantis
Antigones (variaque animum turbante procella
Exciderat regnum), cupit ire, et mitis Adrastus
Non vetat; hic iustae Tydeus memor occupat irae:
'Me potius, socii, qui fidum Eteoclea nuper
Expertus (nec frater eram), me opponite regi,
Cuius adhuc pacem egregiam et bona foedera gesto
Pectore in hoc. Ubi tunc fidei pacisque sequestra
Mater eras, pulchris cum me nox vestra morata est
Hospitiis? nempe haec trahis ad commercia natum?
Duc illum in campum, vestro qui sanguine pinguis
Spirat adhuc pinguisque meo. Tu porro sequeris,
Heu nimium mitis, nimiumque oblite tuorum?
Scịlicet infestae cum te circum undique dextrae

522 sit **P** | hoc parvo **B** *Dan.* ‖ 524 odrysiisve **P** othrisiisve **G** odrysisque **BG**²**SM** otrysiisq; **g** otrisiisque **cTH** *Leid.* ‖ 530 rabidi **PG**²**cT** rapidi **BSM** ‖ 534 ante oculos **BG**²**pGHTc** *Behh. Dan.* ‖ 535 crudis **P** ‖ 536 *sq. Interpunctionem correxi* ‖ 542 pactique *Baehrensius*

Nudabunt enses, haec flebit et arma quiescent?
Tene ille, heu demens, semel intra moenia clausum
Possessumque odiis Argiva in castra remittet?
Ante haec excusso frondescet lancea ferro,
Inachus ante retro nosterque Achelous abibit.
Sed mite alloquium et saevis pax quaeritur armis:
Haec quoque castra patent, necdum meruere timeri.
An suspectus ego? abscedo et mea vulnera dono.
Intret et hic genetrix eadem mediaeque sorores.
Finge autem pactis evictum excedere regnis,
Nempe iterum reddes?' Rursus mutata trahuntur
Agmina consiliis: subito ceu turbine caeli
Obvius adversum Boreae Notus abstulit aequor.
Arma iterum furiaeque placent; fera tempus Erinys
Arripit et primae molitur semina pugnae.
  Errabant geminae Dircaea ad flumina tigres,
Mite iugum, belli quondam vastator Eoi
Currus, Erythraeis sed nuper victor ab oris
Liber in Aonios meritas dimiserat agros.
Illas turba dei seniorque ex more sacerdos
Sanguinis oblitas atque Indum gramen olentes
Palmite maturo variisque ornare corymbis
Curat et alterno maculas interligat ostro.
Iamque ipsi colles, ipsa has (quis credat?) amabant
Armenta, atque ausae circum mugire iuvencae;
Quippe nihil grassata fames: manus obvia pascit,
Exceptantque cibos fusoque horrenda supinant
Ora mero, vaga rure quies; si quando benigno
Urbem iniere gradu, domus omnis et omnia sacris
Templa calent, ipsumque fides intrasse Lyaeum.
Has ubi vipereo tactas ter utramque flagello

553 abibit **P** abibunt **BG²SM** adibit **G** ‖ 559 reddet *Peyraredus* ‖ 566 sed **P** quas *ceteri* ‖ 567 diemiserat **P** ‖ 575 Exceptantque **P** Expectantque *ceteri* | dapes **BG²S** *Dan.* ‖ *v. 576 in* **B** *in contextu om. in infimo margine legitur alio stilo, ut videtur, scriptus* ‖ 579 tacitas **P**

Eumenis in furias animumque redire priorem
Impulit, erumpunt non agnoscentibus agris.
Ceu duo diverso pariter si fulmina caelo
Rupta cadant longumque trahant per nubila crinem:
Non aliter cursu rapidae atque immane frementes
Transiliunt campos aurigamque impete vasto,
Amphiarae, tuum (nec defuit omen, eriles
Forte is primus equos stagna ad vicina trahebat)
Corripiunt; mox Taenarium (qui proximus) Idan
Aetolumque Acamanta premunt: fuga torva per agros
Cornipedum, visa donec flammatus Aconteus
Strage virum, cui sueta feras prosternere virtus
(Arcas erat), densis iam fida ad moenia versas
Insequitur telis, multumque hastile resumens
Ter, quater adducto per terga, per ilia telo
Transigit. Illae autem longo cum limite fusi
Sanguinis ad portas utrimque extantia ducunt
Spicula semianimes, gemituque imitante querellas
Saucia dilectis acclinant pectora muris.
Templa putes urbemque rapi facibusque nefandis
Sidonios ardere lares, sic clamor apertis
Exoritur muris; mallent cunabula magni
Herculis aut Semeles thalamum aut penetrale ruisse
Harmoniae. Cultor Baccheus Acontea Phegeus
Iam vacuum telis geminoque in sanguine ovantem
Comminus ense petit; subeunt Tegeaea iuventus
Auxilio tardi: iam supra sacra ferarum
Corpora maerenti iuvenis iacet ultio Baccho.

585 sq. 'aurigamque — tuum' Priscian. VI 55 p. 241, 4 H.

581 agris *δ prob. Bentleio* argis **PM** antris **B** *Dan.* ‖ 583 trahunt **P** ‖ 588 idam *codd. edd.* Idan *scripsi coll. V 405* ‖ 590 Cornipedum visu, donec *Barthius* ‖ 600 hic clamor *Menkius* ‖ 602 Semeles tumulum *Gruterus* ‖ 603 Harmoniae **PG²** Harmonies **M** Harmønae **B** Hermionae **ScG** *Beh. 1* Hermiones **HT** *Beh. 2* ‖ 605 tegea **PG²ScGHT** tegaea **B** *cf. VI 610* ‖ 607 maerentum *Peyraredus*

Rumpitur et Graium subito per castra tumultu
Concilium; fugit exertos Iocasta per hostes
Iam non ausa preces; natas ipsamque repellunt
Qui modo tam mites, et praeceps tempore Tydeus
Utitur: 'Ite age, nunc pacem sperate fidemque!
Nunc saltem differre nefas potuitve morari,
Dum genetrix dimissa redit?' Sic fatus aperto
Ense vocat socios. Saevus iam clamor, et irae
Hinc atque inde calent; nullo venit ordine bellum,
Confusique duces vulgo, et neglecta regentum
Imperia; una equites mixti peditumque catervae
Et rapidi currus; premit indigesta ruentes
Copia, nec sese vacat ostentare nec hostem
Noscere. Sic subitis Thebana Argivaque pubes
Conflixere globis; retro vexilla tubaeque
Post tergum et litui bellum invenere secuti.
Tantus ab exiguo crudescit sanguine Mavors!
Ventus uti primas struit intra nubila vires,
Lenis adhuc, frondesque et aperta cacumina gestat,
Mox rapuit nemus et montes patefecit opacos.
  Nunc age, Pieriae (non vos longinqua, sorores,
Consulimus), vestras acies vestramque referte
Aoniam; vidistis enim, dum Marte propinquo
Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
  Sidonium Pterelan sonipes male fidus in armis
Rumpentem frenos diversa per agmina raptat
Iam liber, sic fessa manus: venit hasta per armos
Tydeos et laevum iuveni transverberat inguen
Labentemque adfigit equo; fugit ille perempto
Consertus domino, nec iam arma aut frena tenentem

609 Consilium **M** *edd.* | exertos **P** externos *ceteri* excitos *Baehrensius* ‖ 613 Num **BG²cGH** | potuitve **G²HcB**(?) δ *prob. Bentleio* potuitne **PM** ‖ 622 Coniuncxere **P** Confluxere **GH** ‖ 624 in ambiguo **P** ‖ 625 intra **P** inter *ceteri* ‖ 632 aruis **P** ‖ 634 sed fixa manu *Peyraredus* ‖ 635 iuueni **PBG²pG** iuuenis **SM**

Portat adhuc: ceu nondum anima defectus utraque
Cum sua Centaurus moriens in terga recumbit.
Certat opus ferri: sternunt alterna furentes
Hippomedon Sybarin, Pylium Periphanta Menoeceus,
Parthenopaeus Ityn: Sybaris iacet ense cruento,
Cuspide trux Periphas, Itys insidiante sagitta.
Caeneos Inachii ferro Mavortius Haemon
Colla rapit, cui dividuum trans corpus hiantes
Truncum oculi quaerunt, animus caput; arma iacentis
Iam rapiebat Abas: cornu deprensus Achiva
Dimisit moriens clipeum hostilemque suumque.
  Quis tibi Baccheos, Eunaee, relinquere cultus,
Quis lucos, vetitus quibus emansisse sacerdos,
Suasit et adsuetum Bromio mutare furorem?
Quem terrere queas? clipei penetrabile textum
Pallentes hederae Nysaeaque serta coronant,
Candida pampineo subnectitur instita pilo,
Crine latent umeri, crescunt lanugine malae,
Et rubet imbellis Tyrio subtemine thorax,
Bracchiaque in manicis et pictae vincula plantae
Carbaseique sinus, et fibula rasilis auro
Taenariam fulva mordebat iaspide pallam,
Quam super a tergo velox corytus et arcus
Pendentesque sonant aurata lynce pharetrae.
It lymphante deo media inter milia longum
Vociferans: 'Prohibete manus, haec omine dextro
Moenia Cirrhaea monstravit Apollo iuvenca;
Parcite, in haec ultro scopuli venere volentes.
Gens sacrata sumus: gener huic est Iuppiter urbi

647. 'cornu depressus Achiva' Priscian. VI 83 p. 267, 9 H.

640 sternunt **PG** *Colb.* sternuntque **BG²SM** ‖ 641 *Interpunctionem corr. Bentleius* ‖ 642 ichyn **P** ycte (?) **B** ‖ 645 cui deciduum *Heinsius* ‖ 646 animam caput *Peyraredus* ‖ 647 depressus *Prisc.* ‖ 654 pampineo **BG²S** pampineos **P** purpureo **GT** | filo *Beh. edd.* ‖ 656 subtegmine **BG²cGHT** ‖ 663 prohibente **P** ‖ 664 iuuenta **P**

Gradivusque socer; Bacchum haut mentimur alumnum
Et magnum Alciden.' Iactanti talia frustra
Turbidus aeria Capaneus occurrit in hasta.
Qualis ubi primam leo mane cubilibus atris
Erexit rabiem et saevo speculatur ab antro
Aut cervum aut nondum bellantem fronte iuvencum,
It fremitu gaudens, licet arma gregesque lacessant
Venantum, praedam videt et sua vulnera nescit:
Sic tum congressu Capaneus gavisus iniquo
Librabat magna venturam mole cupressum.
Ante tamen 'quid femineis ululatibus' inquit,
'Terrificas, moriture, viros? utinam ipse veniret,
Cui furis! haec Tyriis cane matribus!' Et simul hastam
Expulit; illa volans, ceu vis non ulla moretur
Obvia, vix sonuit clipeo et iam terga reliquit.
Arma fluunt, longisque crepat singultibus aurum,
Eruptusque sinus vicit cruor. Occidis audax,
Occidis Aonii puer altera cura Lyaei.
Marcida te fractis planxerunt Ismara thyrsis,
Te Tmolos, te Nysa ferax Theseaque Naxos
Et Thebana metu iuratus in orgia Ganges.
Nec segnem Argolicae sensere Eteoclea turmae,
Parcior ad cives Polynicis inhorruit ensis.
Eminet ante alios iam formidantibus arva
Amphiaraus equis ac multo pulvere vertit
Campum indignantem: famulo decus addit inane
Maestus et extremos obitus inlustrat Apollo.
Ille etiam clipeum galeamque incendit honoro
Sidere; nec tarde fratri, Gradive, dedisti,
Ne qua manus vatem, ne quid mortalia bello
Laedere tela queant: sanctum et venerabile Diti

667 mentitur ꝺ *prob. Bentleio* ‖ 670 astris **P** artis *Baehrensius* ‖ 671 spectatur **P** ‖ 683 Eruptosque **P** Ereptusque **T** Eructasque *Beh. al. m.* Erumpensque *Ald.* Eruptusque sinu *Heinsius* ‖ 692 abdidit omne **P**, *unde Baehrensius probabiliter coni.* addidit omne

Funus eat. Talis medios aufertur in hostes
Certus et ipse necis, vires fiducia leti
Suggerit; inde viro maioraque membra diesque
Laetior et numquam tanta experientia caeli,
Si vacet: avertit morti contermina Virtus.
Ardet inexpleto saevi Mavortis amore,
Et fruitur dextra atque anima flagrante superbit.
Hicne hominum casus lenire et demere fatis
Iura frequens? quantum subito diversus ab illo,
Qui tripodas laurusque sequi, qui doctus in omni
Nube salutato volucrem cognoscere Phoebo.
Innumeram ferro plebem, ceu letifer annus
Aut iubar adversi grave sideris, immolat umbris
Ipse suis: iaculo Phlegyan iaculoque superbum
Phylea, falcato Clonin et Cremetaona curru
Comminus hunc stantem metit, hunc a poplite sectum,
Cuspide demissa Chromin Iphinoumque Sagenque
Intonsumque Gyan sacrumque Lycorea Phoebo
(Invitus: iam fraxineum demiserat hastae
Robur, et excussis apparuit infula cristis),
Alcathoum saxo, cui circum stagna Carysti
Et domus et coniunx et amantes litora nati.
Vixerat ille diu pauper scrutator aquarum,
Decepit tellus, moriens hiemesque notosque
Laudat et experti meliora pericula ponti.
Aspicit has longe iamdudum Asopius Hypseus
Palantum strages ardetque avertere pugnam,
Quamquam haut ipse minus curru Tirynthia fundens

698 eat **P** *Barthius* erat *ceteri* | aufertur **PB** *pr. m. Heinsius* infertur **B** *m. sec.* **G²SM** ‖ 701 Latior **P** Letior **B** ‖ 705 Hicne **P** Hic *ceteri* ‖ 709 plebem ferro **BG²** *Behh.* **cH** ‖ 710 Aut iuuat **P** ‖ 711 phlegyan **B** phlegian **c** plegyan **G²** phlegyam **PM** *cf. I 713* ‖ 712 clonin **PpH** *cf. v. 369* clomin **BG²S** cromin **cT** Chromin *edd.* Clonium *coni. Gronovius* ‖ 714 non missa **P** non (de) missa **B** | iphidnoumque **P** | sagemq. **B** ‖ 716 demiserat **PGL** dimiserat **BG²SM** ‖ 725 fundens **P** fundit **BG²SM** fundat **p** *Beh.*

Robora; sed viso praesens minor augure sanguis:
Illum armis animisque cupit. Prohibebat iniquo
Agmine consertum cunei latus; inde superbus
Exeruit patriis electum missile ripis,
Ac prius: 'Aonidum dives largitor aquarum,
Clare Giganteis etiamnum, Asope, favillis,
Da numen dextrae: rogat hoc natusque tuique
Quercus alumna vadi; fas et mihi spernere Phoebum,
Si tibi conlatus divum sator; omnia mergam
Fontibus arma tuis tristesque sine augure vittas.'
Audierat genitor: vetat indulgere volentem
Phoebus, et aurigam iactus detorquet in Hersen.
Ille ruit: deus ipse vagis succedit habenis,
Lernaeum falso simulans Haliacmona vultu.
Tunc vero ardenti non ulla obsistere temptant
Signa, ruunt solo terrore, et vulnera citra
Mors trepidis ignava venit, dubiumque tuenti
Presserit infestos onus impuleritne iugales.
Sic ubi nubiferum montis latus aut nova ventis
Solvit hiems, aut victa situ non pertulit aetas,
Desilit horrendus campo timor, arva virosque
Limite non uno longaevaque robora secum
Praecipitans, tandemque exhaustus turbine fesso
Aut vallem cavat aut medios intercipit amnes.
Non secus ingentique viro magnoque gravatus
Temo deo nunc hoc, nunc illo in sanguine fervet.
Ipse sedens telis pariterque ministrat habenis
Delius, ipse docet iactus adversaque flectit
Spicula fortunamque hastis venientibus aufert.

---

729 eiectum **P** ‖ 733 mihi **PBGT** *Beh. 2 Colb.* **L** mi p me **G²SM** ‖ 737 iactus **PG** iactu// **B** iactum **R** *Colb.* iaculo **G²SM** | in ersen **P** in hertem **B** inertem **G²SM** in Harpyn *R. Ungerus* ‖ 739 aliacmona **PG** haliagmona **BG²SM** ‖ 740 nulla **P** ‖ 743 infestos **PG²SL** insessos **BM** infessos **cH** *Peyraredus prob. Grotio* | sonus **P** | impuleritne (*ead. m. suprascr.* apollo) **P** ‖ 746 Decidit *Schraderus* | arma **PSL**

Sternuntur terrae Menaleus pedes, Antiphus alto
Nil defensus equo, genitusque Heliconide nympha
Aethion, caesoque infamis fratre Polites,
Conatusque toris vittatam attingere Manto
Lampus: in hunc sacras Phoebus dedit ipse sagittas.
Et iam cornipedes trepidi ac moribunda reflantes
Corpora rimantur terras, omnesque per artus
Sulcus et incisis altum rubet orbita membris.
Hos iam ignorantes terit impius axis, at illi
Vulnere semineces (nec devitare facultas)
Venturum super ora vident; iam lubrica tabo
Frena, nec insisti madidus dat temo, rotaeque
Sanguine difficiles, et tardior ungula fossis
Visceribus: tunc ipse furens in morte relicta
Spicula et e mediis extantes ossibus hastas
Avellit, strident animae currumque sequuntur.
Tandem se famulo summum confessus Apollo
'Utere luce tua longamque' ait, 'indue famam,
Dum tibi me iunctum mors inrevocata veretur.
Vincimur: inmites scis nulla revolvere Parcas
Stamina; vade, diu populis promissa voluptas
Elysiis, certe non perpessure Creontis
Imperia aut vetito nudus iaciture sepulcro.'
Ille refert contra, et paulum respirat ab armis:
'Olim te, Cirrhaee pater, peritura sedentem
Ad iuga (quis tantus miseris honor?) axe trementi
Sensimus; instantes quonam usque morabere manes?

---

755 terra **PBG²ScHpL** *sed cf. IX 816 Verg. Aen. XI 87* ‖ menaleus **PSpH** *Dan. cf. Ov. Met. V 128* meneleus **GT** menales *Beh. 2* melaneus *codd. Gronovii ipso prob.* ᵐelaneus **B** (m *al. m. add.*) melanes **G²** Melanus *vel* Melaneus *Heinsius* ‖ 757 Aetion **BG²** *R. Ungerus* ‖ 758 adiungere *Peyraredus* ‖ 760 trepidi **PT** trepida **BG²SM** ‖ 766 insiti **P** ‖ 768 ferens **P** ‖ 770 strident **P** *Beh.* stridunt *ceteri* | secuntur **PBG²GHc** ‖ 771 summus *Dan.* ‖ 774 fas nulla **δ** *Bentleius* ‖ 775 campis **Gδ** *Bentleius, sed cf. IV 482 VIII 15*

Audio iam rapidae cursum Stygis atraque Ditis
Flumina tergeminosque mali custodis hiatus.
Accipe commissum capiti decus, accipe laurus,
Quas Erebo deferre nefas. Nunc voce suprema,
Si qua recessuro debetur gratia vati,
Deceptum tibi, Phoebe, larem poenasque nefandae
Coniugis et pulchrum nati commendo furorem.'
Desiluit maerens lacrimasque avertit Apollo:
Tunc vero ingemuit currusque orbique iugales.
Non aliter caeco nocturni turbine Cori
Scit peritura ratis, cum iam damnata sororis
Igne Therapnaei fugerunt carbasa fratres.
  Iamque recessurae paulatim horrescere terrae
Summaque terga quati graviorque effervere pulvis
Coeperat; inferno mugit iam murmure campus.
Bella putant trepidi bellique hunc esse fragorem,
Hortanturque gradus; alius tremor arma virosque
Mirantesque inclinat equos; iam frondea nutant
Culmina, iam muri, ripisque Ismenos apertis
Effugit; exciderant irae, nutantia figunt
Tela solo, dubiasque vagi nituntur in hastas
Comminus inque vicem viso pallore recedunt.
Sic ubi navales miscet super aequora pugnas
Contempto Bellona mari, si forte benigna
Tempestas, sibi quisque cavent, ensesque recondit
Mors alia, et socii pacem fecere timores.

---

791 sq. 'Non aliter — ratis' Priscian. XVIII 215 p. 314, 14 H. — 792 sq. 'cum — fratres' Mythogr. Vatic. III 3, 8 p. 164 B.

---

782 trepidae **PHTB** *pr. m.*, i. rapidę **B** *marg.* | utraque **P** || 791 caelo *Prisc.* | chori **BcGT** *cf. IV 835* || 792 Scit (*ead. m. suprascr.* Sit ⁊ est) **P** Scit **B** Sit **T** Stat *e cod. Lindenbr. scrib. cens. Heinsius* It *Baehrensius* | sororis (*suprascr.* s. helene) **P** || 793 Therapnarum *Mythogr.* | fratres (*suprascr.* cas. 7 pol.) **P** || 798 altus tremor *e codd. Heinsius* || 800 muris **P** || 801 exciderant **PG²cGHTL** exciderint **S** exciderunt **BM** *edd.* || 803 *versus abest ab* **H** || 805 maligna **H** || 806 recondunt **δ** *Bentleius*

Talis erat campo belli fluitantis imago.
Sive laborantes concepto flamine terrae
Ventorum rabiem et clausum eiecere furorem,
Exedit seu putre solum carpsitque terendo
Unda latens, sive hac volventis machina caeli
Incubuit, sive omne fretum Neptunia movit
Cuspis et extremas gravius mare torsit in oras,
Seu vati datus ille fragor, seu terra minata est
Fratribus: ecce alte praeceps humus ore profundo
Dissilit, inque vicem timuerunt sidera et umbrae.
Illum ingens haurit specus et transire parantes
Mergit equos; non arma manu, non frena remisit:
Sicut erat, rectos defert in Tartara currus
Respexitque cadens caelum campumque coire
Ingemuit, donec levior distantia rursus
Miscuit arva tremor lucemque exclusit Averno.

---

810 clusum **BG²** *pr. m.* p || 811 ferendo **PG²S** *Beh. Dan.* **c** (*corr. ex* terendo) || 817 tremuerunt **M** *edd.* || 823 excusit **P** || STATIVS THEB̃ LIB̃ VII EXPLICIT · INCIPIT LIBER VIII. **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER VIII.

Ut subitus vates pallentibus incidit umbris
Letiferasque domos regisque arcana sepulti
Rupit et armato turbavit funere Manes:
Horror habet cunctos, Stygiis mirantur in oris
Tela et equos corpusque novum; nec enim ignibus artus
Conditus aut maesta niger adventabat ab urna,
Sed belli sudore calens, clipeumque cruentis
Roribus et scissi respersus pulvere campi.
Necdum illum aut trunca lustraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat
Coetibus assumptum functis; quin comminus ipsa
Fatorum deprensa colus, visoque paventes
Augure tunc demum rumpebant stamina Parcae.
Illum et securi circumspexere fragorem
Elysii, et si quos procul ulteriore barathro
Altera nox aliisque gravat plaga caeca tenebris.
Tunc regemunt pigrique lacus ustaeque paludes,

2 regisque **P** orbisque *ceteri* ‖ 5 neq; **G**[2] | atris *Beh. 2* **pHRT** *edd. vett.* ‖ 9 lustraverat (obuia) taxo **P** ‖ 10 fulvo **PSG** ‖ 14 Illum haud *Peyraredus* ‖ 15 ulteriore **P** *Heinsius e codd.* inferiore *ceteri* | balathro **P** *pr. m., al. corr.* ‖ 17 vastaeque **Bc** *Colb.* **H** *Paris. 8053* **L** ạt ustę id nigrę aut calentes **B** *marg.*

Umbriferaeque fremit sulcator pallidus undae,
Dissiluisse novo penitus telluris hiatu
Tartara et admissos non per sua flumina Manes.
Forte sedens media regni infelicis in arce
Dux Erebi populos poscebat crimina vitae,
Nil hominum miserans iratusque omnibus umbris.
Stant Furiae circum variaeque ex ordine Mortes,
Saevaque multisonas exertat Poena catenas;
Fata serunt animas et eodem pollice damnant:
Vincit opus. Iuxta Minos cum fratre verendo
Iura bonus meliora monet regemque cruentum
Temperat; adsistunt lacrimis atque igne tumentes
Cocytos Phlegethonque, et Styx periuria divum
Arguit. Ille autem supera compage soluta
Nec solitus sentire metus expavit oborta
Sidera, iucundaque offensus luce profatur:
'Quae superum labes inimicum impegit Averno
Aethera? quis rupit tenebras vitaeque silentes
Admonet? unde minas? uter haec mihi proelia fratrum?
Congredior, pereant agedum discrimina rerum.
Nam cui dulce magis? magno me tertia victum
Deiecit Fortuna polo, mundumque nocentem
Servo: nec iste meus dirisque en pervius astris
Inspicitur. Tumidusne meas regnator Olympi
Explorat vires? habeo iam quassa Gigantum
Vincula et aetherium cupidos exire sub axem
Titanas miserumque patrem: quid me otia maesta
Saevus et inplacidam prohibet perferre quietem

26. 'Fata serunt (ferunt Lind.) animas' schol. Theb. VIII 92 p. 279 L. — 30 sq. 'et — arguit' Serv. ad Aen. VI 565.

18 (fr) gemit **P** tremit *Peyraredus* | umbrae **P** ‖ 25 multisonans **P** | exertat **P** exercet *ceteri* ‖ 26 serunt **G** *Beh.* **R** *schol. Paris. ad v. 92* ferunt **PBG**[2]**SM** ‖ 32 solitos **P** ‖ 35 rumpit ‖ 36 Admovet **M** | mina **P**, *unde Baehrensius* minas *corr., ut hiatus tollatur* minae *ceteri* ‖ 40 nunc iste **P** *al. m.* | in pervius **P**

Amissumque odisse diem? pandam omnia regna,
Si placet, et Stygio praetexam Hyperiona caelo.
Arcada nec superis (quid enim mihi nuntius ambas
Itque reditque domus?) emittam et utrumque tenebo
Tyndariden. Cur autem avidis Ixiona frango
Verticibus? cur non expectant Tantalon undae?
Anne profanatum totiens Chaos hospite vivo
Perpetiar? me Pirithoi temerarius ardor
Temptat et audaci Theseus iuratus amico,
Me ferus Alcides, tum cum custode remoto
Ferrea Cerbereae tacuerunt limina portae;
Odrysiis etiam pudet heu! patuisse querellis
Tartara: vidi egomet blanda inter carmina turpes
Eumenidum lacrimas iterataque pensa Sororum;
Me quoque — sed durae melior violentia legis.
Ast ego vix unum, nec celsa ad sidera, furto
Ausus iter Siculo rapui conubia campo:
Nec licuisse ferunt; iniustaeque a Iove leges
Protinus, et sectum genetrix mihi computat annum.
Sed quid ego haec? I, Tartareas ulciscere sedes,
Tisiphone; si quando novis asperrima monstris,
Triste, insuetum, ingens, quod nondum viderit aether,
Ede nefas, quod mirer ego invideantque sorores.
Atque adeo fratres (nostrique haec omina sunto
Prima odii), fratres alterna in vulnera laeto
Marte ruant; sit, qui rabidarum more ferarum
Mandat atrox hostile caput, quique igne supremo

65 sq. 'Sed — Tisiphone' schol. Theb. XI 76 p. 378 L.

46 horrida *vel* invia regna *Marklandus* ‖ 47 praetextam **P** ‖ 55 tum **P** tunc *ceteri* ‖ 56 patuerunt **BM** ‖ 63 a Iove **PH** *cf. IV 840* ab Iove **BG²SM** ‖ 64 genitrix **P** ‖ 65 haec ita **BG²M** haec ita caras *schol. ad XI 76* ‖ 66 et si **M** ‖ *Post v. 69 in* **G²** *versus iterum leguntur qui numerantur 42—69.* ‖ 69 nostrique **PG** nostrisque **G²SM** nostris **cH**. *In* **B** *vocabulum paene extinctum est* | omnia **P** ‖ 70 odii **PG** odiis *ceteri* ‖ 72 Mandet **P** *sec. m.*

Arceat exanimes et Manibus aethera nudis
Commaculet: iuvet ista ferum spectare Tonantem.
Praeterea ne sola furor mea regna lacessat,
Quaere deis qui bella ferat, qui fulminis ignes
Infestumque Iovem clipeo fumante repellat.
Faxo haut sit cunctis levior metus atra movere
Tartara, frondenti quam iungere Pelion Ossae.'
Dixerat; atque illi iamdudum regia tristis
Attremit oranti, suaque et quae desuper urget
Nutabat tellus: non fortius aethera vultu
Torquet et astriferos inclinat Iuppiter axes.
'At tibi quos' inquit, 'Manes, qui limite praeceps
Non licito per inane ruis?' Subit ille minantem
Iam tenuis visu, iam vanescentibus armis,
Iam pedes: extincto tamen indecerptus in ore
Augurii perdurat honos, obscuraque fronti
Vitta manet, ramumque tenet morientis olivae.
'Si licet et sanctis hic ora resolvere fas est
Manibus, o cunctis finitor maxime rerum,
At mihi, qui quondam causas elementaque noram,
Et sator! oro, minas stimulataque corda remulce,
Neve ira dignare hominem et tua iura timentem.
Nam nec ad Herculeos (unde haec mihi pectora?) raptus,
Nec Venerem inlicitam (crede his insignibus) ausi
Intramus Lethen: fugiat ne tristis in antrum
Cerberus, aut nostros timeat Proserpina currus.
Augur Apollineis modo dilectissimus aris,
Testor inane Chaos (quid enim hic iurandus Apollo?),
Crimine non ullo subeo nova fata, nec alma
Sic merui de luce rapi; scit iudicis urna

91 sqq. 'Omnibus finitor rerum videris, mihi vero et sator' Serv. ad Aen. VI 289.

81 urguet **PB** ‖ 87 interceptus *codd. edd.* indecerptus *corr. Barthius* ‖ 93 ora *Gevartius* ‖ 95 proelia **P** ‖ 97 ne **P** nec *ceteri*

Dictaei verumque potest deprendere Minos.
Coniugis insidiis et iniquo venditus auro
Argolicas acies (unde haec tibi turba recentum
Umbrarum, et nostrae veniunt quoque funera dextrae)
Non ignarus ini: subito me turbine mundi
(Horret adhuc animus) mediis e milibus hausit
Nox tua. Quae mihi mens, dum per cava viscera terrae
Vado diu pendens et in aere volvor operto?
Ei mihi! nil ex me sociis patriaeque relictum,
Vel captum Thebis; iam non Lernaea videbo
Tecta, nec attonito saltem cinis ibo parenti.
Non tumulo, non igne miser lacrimisque meorum
Productus, toto pariter tibi funere veni,
Nil istis ausurus equis; nec deprecor umbram
Accipere et tripodum iam non meminisse meorum.
Nam tibi praesagi quis iam super auguris usus,
Cum Parcae tua iussa trahant? sed pectora flectas
Et melior sis, quaeso, deis. Si quando nefanda
Huc aderit coniunx, illi funesta reserva
Supplicia: illa tua, rector bone, dignior ira.'
Accipit ille preces indignaturque moveri.
Ut leo Massylii cum lux stetit obvia ferri,
Tunc iras, tunc arma citat; si decidit hostis,
Ire supra satis est vitamque relinquere victo.
 Interea vittis lauroque insignis opima
Currus et egregiis modo formidatus in armis,
Luce palam fusus media nullique fugatus
Quaeritur: absistunt turmae, suspectaque tellus
Omnibus, infidi miles vestigia campi
Circuit, atque avidae tristis locus ille ruinae

106 dextre **P** ‖ 107 inii **PGT** ‖ 110 aperto **PScHT** ‖ 111 Ve **GB** (?) ‖ 112 iam non **PG** non iam **BG²SM** ‖ 114 non ipse **P** | 124 massylii **PG** massili **BG²** massyli **M** ‖ 125 ira **P** | decidat **M** *edd.* ‖ 126 super **M** *edd.* ‖ *vv. 127—IX 230 desunt in* **G²** ‖ 127 lauroque **PGHTc** *edd. vett.* lauruqne **B**(?)**SM** ‖ 129 fusus media **P** fusus nulli *ceteri* visus media *Baehrensius* ‖ 132 Circumit **PBS** | utque *Barthius*

Cessat et inferni vitatur honore sepulcri.
Nuntius hortanti diversa in parte maniplos
Adrasto, vix ipse ratus vidisse, Palaemon
Advolat et trepidans (steterat nam forte cadenti
Proximus inspectoque miser pallebat hiatu)
'Verte gradum, fuge, rector' ait, 'si Dorica saltem
Terra loco patriaeque manent, ubi liquimus, arces.
Non armis, non sanguine opus: quid inutile ferrum
Stringimus in Thebas? currus humus impia sorbet
Armaque bellantesque viros; fugere ecce videtur
Hic etiam, quo stamus, ager. Vidi ipse profundae
Noctis iter ruptaque soli compage ruentem
Illum heu, praesagis quo nullus amicior astris,
Oecliden, frustraque manus cum voce tetendit.
Mira loquor, sulcos etiamnum rector equorum
Fumantemque locum et spumis madida arva reliquit.
Nec commune malum est: tellus agnoscit alumnos,
Stat Thebana acies.' Stupet haec et credere Adrastus
Cunctatur; sed Mopsus idem trepidusque ferebat
Actor idem: iam fama novis terroribus audax
Non unum cecidisse refert. Sponte agmina retro
Non expectato revocantum more tubarum
Praecipitant: sed torpet iter, falluntque ruentes
Genua viros; ipsique (putes sensisse) repugnant
Cornipedes nulloque truces hortamine parent,
Nec celerare gradum nec tollere lumina terra.
Fortius incursant Tyrii, sed Vesper opacus
Lunares iam ducit equos; data foedere parvo
Maesta viris requies et nox auctura timores.

138 Verte fugam **P** ‖ 146 tetendit **PSM** tetendi **Bm** *edd.* ‖ 148 lacum *coni. Gronovius* | ora **P** | reliquit **PTL** reliqui **BSM** ‖ 152 Actor idem **M** *edd.* Autor idem **S** *Ald.* Actorides **PB**(?) *edd. vett.* Autorides **G** Actoriden *Beh. 1* Alctoriden *Beh. 2* | nam *codd. edd., corr. Sandstroemius* ‖ 154 revocatum **Pc** | ferarum **P** ‖ 156 sensisse ruuntque **Bc** *Beh. 1 Colb. Paris. 8053* ‖ *vv. 157—682 in* **R** *a m. pr. omissi a manu Itala saec. XV inserti leguntur*

Quae tibi tunc facies, postquam permissa gemendi
Copia! qui fletus galeis cecidere solutis!
Nil solitum fessos iuvat; abiecere madentes,
Sicut erant, clipeos, nec quisquam spicula tersit,
Nec laudavit equum, nitidae nec cassidis altam
Compsit adornavitque iubam; vix magna lavare
Vulnera et efflantes libet internectere plagas:
Tantus ubique dolor. Mensas alimentaque bello
Debita nec pugnae suasit timor: omnia laudes,
Amphiarae, tuas fecundaque pectora veri
Commemorant lacrimis, et per tentoria sermo
Unus: abisse deos dilapsaque numina castris.
'Heu ubi laurigeri currus sollemniaque arma
Et galeae vittatus apex? haec antra lacusque
Castalii tripodumque fides? sic gratus Apollo?
Quis mihi sidereos lapsus mentemque sinistri
Fulguris, aut caesis saliat quod numen in extis,
Quando iter, unde morae, quae saevis utilis armis,
Quae pacem magis hora velit? quis iam omne futurum
Proferet, aut cum quo volucres mea fata loquentur?
Hos quoque bellorum casus nobisque tibique
Praescieras, et (quanta sacro sub pectore virtus!)
Venisti tamen et miseris comes additus armis.
Et cum te tellus fatalisque hora vocaret,
Tu Tyrias acies adversaque signa vacasti
Sternere; tunc etiam media de morte timendum
Hostibus infestaque abeuntem vidimus hasta.
Et nunc te quis casus habet? poterisne reverti
Sedibus a Stygiis altaque erumpere terra?
Anne sedes hilaris iuxta tua numina Parcas
Et vice concordi discis ventura docesque?

164 Nihil **P** ‖ 167 *et* 168 *in* **P** *inter se transpositi leguntur* 168 et *om.* **P** ‖ 171 Amphiare **PS** *pr. m.* ‖ 173 delapsaque **M** *edd.* ‖ 174 Heus **PBGHT** ‖ 175 hoc **PSB** haec *scripsi, quod proposuerat Queckius* ‖ 186 aversaque **PS** *pr. m.* ‖ 190 aliaque **BcH** *Behh. Handius* ‖ 191 hilares **P**

An tibi felices lucos miseratus Averni
Rector et Elysias dedit inservare volucres?
Quidquid es, aeternus Phoebo dolor et nova clades
Semper eris mutisque diu plorabere Delphis.
Hic Tenedon Chrysenque dies partuque ligatam
Delon et intonsi cludet penetralia Branchi,
Nec Clarias hac luce fores Didymaeaque quisquam
Limina nec Lyciam supplex consultor adibit.
Quin et cornigeri vatis nemus atque Molosso
Quercus anhela Iovis Troianaque Thymbra tacebit.
Ipsi amnes ipsaeque volent arescere laurus,
Ipse nihil certum sagis clangoribus aether
Praecinet, et nulla ferientur ab alite nubes.
Iamque erit ille dies, quo te quoque conscia fatis
Templa colant reddatque tuus responsa sacerdos.'
Talia fatidico peragunt sollemnia regi,
Ceu flammas ac dona rogo tristesque rependant
Exsequias mollique animam tellure reponant.
Fracta dehinc cunctis aversaque pectora bello.
Sic fortes Minyas subito cum funere Tiphys
Destituit, non arma sequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipsique minus iam ducere venti.
Iam fessis gemitu paulatim et corda levavit
Exhaustus sermone dolor noxque addita curas
Obruit, et facilis lacrimis inrepere somnus.
At non Sidoniam diversa in parte per urbem
Nox eadem: vario producunt sidera ludo
Ante domos intraque, ipsaeque ad moenia marcent

199. 'Nec — quisquam' Serv. ad Aen. III 360.

195 e nova **P** ‖ 197 tenodon **P** | chrisenque **P** chrysamq. **B** cirrhamque *vel* cyrrhamque **SM** *edd.* Chrysenque *Schraderus coll. Ov. Met. XIII 174* ‖ 201 molossi **M** *edd.* ‖ 202 thybra **P** ‖ 203 ipsaeque viae mallent **P** ‖ 204 sacris **P** sacis **S** ‖ 206 fatis **PG** fati *ceteri* ‖ 215 fessi **P** | et corda **PT** corda **BSM** | levavit **P** levabat **BSM**

Excubiae; gemina aera sonant Idaeaque terga
Et moderata sonum vario spiramine buxus.
Tunc dulces superos atque omne ex ordine alumnum
Numen ubique sacri resonant paeanes, ubique
Serta coronatumque merum. Nunc funera rident
Auguris ignari, contraque in tempore certant
Tiresian laudare suum; nunc fata revolvunt
Maiorum veteresque canunt ab origine Thebas:
Hi mare Sidonium manibusque attrita Tonantis
Cornua et ingenti sulcatum Nerea tauro,
Hi Cadmum lassamque bovem fetosque cruenti
Martis agros, alii Tyriam reptantia saxa
Ad chelyn et duras animantem Amphiona cautes,
Hi gravidam Semelen, illi Cythereia laudant
Conubia et multa deductam lampade fratrum
Harmoniam: nullis deest sua fabula mensis.
Ceu modo gemmiferum thyrso populatus Hydaspen
Eoasque domos nigri vexilla triumphi
Liber et ignotos populis ostenderet Indos.
  Tum primum ad coetus sociaeque ad foedera mensae
Semper inaspectum diraque in sede latentem
Oedipoden exisse ferunt vultuque sereno
Canitiem nigram squalore et sordida fusis
Ora comis laxasse manu sociumque benignos
Adfatus et abacta prius solacia passum,
Quin hausisse dapes insiccatumque cruorem
Deiecisse genis. Cunctos auditque refertque,
Qui Ditem et Furias tantum et si quando regentem
Antigonen maestis solitus pulsare querellis.

227 Tiresian **P** Tiresiam **BSM** | fata **PcGH** facta **B**(?)**SM** | 229 adstricta *Burmannus* ‖ 231 flectosque **P** ‖ 234 Hic **P** ‖ 236 Harmoniam **P** Harmonam (i suprascr.) **B** Hermionam **So** *Beh. 1* | nullisque deest **Go** *Beh. 2 Dan.* nullis iam deest **L** *Weberus* defis sua *Lachmannus* deest en sua *Luc. Muellerus* deses sua *R. Ungerus* defit sua *Baehrensius. Sed mihi quidem nihil mutandum videtur, coll. X 236 XI 276*

Causa latet. Non hunc Tyrii fors prospera belli,
Tantum bella iuvant; natum hortaturque probatque,
Nec vicisse velit; sed primos comminus enses
Et sceleris tacito rimatur semina voto.
Inde epulae dulces ignotaque gaudia vultu.
Qualis post longae Phineus ieiunia poenae,
Nil stridere domi volucres ut sensit abactas
(Necdum tota fides), hilaris mensasque torosque
Nec turbata feris tractavit pocula pinnis.
  Cetera Graiorum curis armisque iacebat
Fessa cohors; alto castrorum ex aggere Adrastus
Laetificos tenui captabat corde tumultus,
Quamquam aeger senio, sed agit miseranda potestas
Invigilare malis. Ille aereus undique clamor
Thebanique ruunt sonitus, et amara lacessit
Tibia, tum nimio voces marcore superbae
Incertaeque faces et iam male pervigil ignis.
Sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno
Conticuit, tutique maris secura iuventus
Mandavere animas: solus stat puppe magister
Pervigil inscriptaque deus qui navigat alno.
  Tempus erat, iunctos cum iam soror ignea Phoebi
Sensit equos penitusque cavam sub luce parata
Oceani mugire domum, seseque vagantem
Colligit et leviter moto fugat astra flagello:
Concilium rex triste vocat, quaeruntque gementes,
Quis tripodas successor agat, quo provida laurus
Transeat atque orbum vittae decus. Haut mora, cuncti

256. 'Nil — domi' Priscian. X 29 p. 521, 13 H.

251 ortaturque **P** ‖ 253 sceleris **PGH** scelerum **BSM** ‖ rimatur pectore (a *al. m. suprascr.*) voto **P** ‖ 263 ille **P** illum *ceteri* ‖ 264 ruunt **P** urunt *ceteri* ‖ 265 tunc **PHT** ‖ 267 imo **c** *Weberus* | obvia **P** ‖ 268 tantique *codd. edd.* tutique *corr. Baehrensius* ‖ 270 scriptaque **P** ‖ 272 Sensit **PT** Sentit **BSM** ‖ 274 leviter moto **PG** moto leviter **BSM** ‖ 276 prodigia laurus **P** prodita *ceteri* provida *corr. Peyraredus prob. Grotio*

Insignem fama sanctoque Melampode cretum
Thiodamanta volunt, quicum ipse arcana deorum
Partiri et visas uni sociare solebat
Amphiaraus aves, tantaeque haut invidus artis
Gaudebat dici similem iuxtaque secundum.
Illum ingens confundit honos inopinaque turbat
Gloria et oblatas frondes submissus adorat,
Seque oneri negat esse parem cogique meretur:
Sicut Achaemenius solium gentesque paternas
Excepit si forte puer, cui vivere patrem
Tutius, incerta formidine gaudia librat,
An fidi proceres, ne pugnet vulgus habenis,
Cui latus Euphratae, cui Caspia limina mandet.
Sumere tunc arcus ipsumque onerare veretur
Patris equum, visusque sibi nec sceptra capaci
Sustentare manu nec adhuc implere tiaram.
  Atque is ubi intorto signatur vellere crinem
Convenitque deis, hilari per castra tumultu
Vadit ovans ac, prima sui documenta, sacerdos
Tellurem placare parat: nec futile maestis
Id visum Danais. Geminas ergo ilicet aras
Arboribus vivis et adulto caespite texi
Imperat, innumerosque deae, sua munera, flores
Et cumulos frugum et quidquid novat impiger annus,
Addit et intacto spargens altaria lacte
Incipit: 'O hominum divumque aeterna creatrix,
Quae fluvios silvasque animarum et semina mundo
Cuncta Prometheasque manus Pyrrhaeaque saxa
Gignis, et inpastis quae prima alimenta dedisti
Mutastique viris, quae pontum ambisque vehisque:

286 achaemonius **P** achamenius **B** ‖ 291 videtur **P** ‖ 294 signatur **P** signavit *ceteri* ‖ 300 numina **P** ‖ 301 tumulos **P** | inpiger **PH** *Heinsius e cod.* integer **BSM** ‖ 304 mundo **P** *Dan.* mundi **BSM** ‖ 307 Multatisque viris **P** Mutasti//q. vires **B** Mutastique viros **S** (l above t) Mutastique viros **cpHTL** Mutatisque viris **G** Mutastique vices *edd.* Mutastique viris *scripsi*

Te penes et pecudum gens mitis et ira ferarum
Et volucrum requies; firmum atque inmobile mundi
Robur inoccidui, te velox machina caeli
Aere pendentem vacuo, te currus uterque
Circuit, o rerum media indivisaque magnis
Fratribus! Ergo simul tot gentibus alma, tot altis
Urbibus ac populis, subterque ac desuper una
Sufficis, astrigerumque domos Atlanta supernas
Ferre laborantem nullo vehis ipsa labore:
Nos tantum portare negas? nos, diva, gravaris?
Quod, precor, ignari luimus scelus? an quia plebes
Externa Inachiis huc adventamus ab oris?
Omne homini natale solum, nec te, optima, saevo
Tamque humili populos deceat distinguere fine
Undique ubique tuos; maneas communis et arma
Hinc atque inde feras; liceat, precor, ordine belli
Pugnaces efflare animas et reddere caelo.
Ne rape tam subitis spirantia corpora bustis,
Ne propera: veniemus enim, quo limite cuncti,
Qua licet ire via; tantum exorata Pelasgis
Siste levem campum, celeres neu praecipe Pareas.
At tu, care deis, quem non manus ulla nec enses
Sidonii, sed magna sinu Natura soluto,
Ceu te Cirrhaeo meritum tumularet hiatu,
Sic amplexa coit, hilaris des, oro, precatus
Nosse tuos, caeloque et vera monentibus aris
Concilies, et quae populis proferre parabas,
Me doceas: tibi sacra feram praesaga, tuique
Numinis interpres te Phoebo absente vocabo.

317. 'Nos — gravaris' schol. Lucan. V 258 p. 358 W.

311 Erea **P** ‖ 312 Circumit **PS** ‖ 315 astrigerumque **PG** *cf. X 828* astriferumque **BSM** ‖ 317 non diva **P** ‖ 320 saevos **P** ‖ 321 Tamque **PB** *sec. m.* Tamquam **B** *m. pr.* **SM** | humili **P** humilis **B** humiles **SM** ‖ 325 *versum om.* **T** | repe **P** ‖ 327 Qua decet *Barthius* ‖ 332 hilares **P** hilaris deus *Barthius*

Ille mihi Delo Cirrhaque potentior omni,
Quo ruis, ille adytis melior locus.' Haec ubi dicta,
Nigrantes terra pecudes obscuraque mergit
Armenta, ac vivis cumulos undantis harenae
Aggerat et vati mortis simulacra rependit.
  Talia apud Graios, cum iam Mavortia contra
Cornua, iam saevos fragor aereus excitat enses.
Addit acerba sonum Teumesi e vertice crinem
Incutiens acuitque tubas et sibila miscet
Tisiphone: stupet insolito clangore Cithaeron
Marcidus et turres carmen non tale secutae.
Iam trepidas Bellona fores armataque pulsat
Limina, iam multo laxantur cardine Thebae.
Turbat eques pedites, currus properantibus obstant,
Ceu Danai post terga premant: sic omnibus alae
Artantur portis septemque excursibus haerent.
Ogygiis it sorte Creon, Eteoclea mittunt
Neistae, celsas Homoloidas occupat Haemon,
Hypsea Proetides et celsum fudere Dryanta
Electrae, quatit Hypsistas manus Eurymedontis,
Culmina magnanimus stipat Dircaea Menoeceus.
Qualis ubi aversi secretus pabula caeli
Nilus et Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes septemque patentibus arvis

338 lacus *Gronovius, cf. v. 148* ‖ 339 terrae **PH** *Beh.* ‖ 344 a vertice **P** *sec. m.* ‖ 353 *sqq. cf. Aesch. Sept. 360 sqq. K. Eurip. Phoen. 1090 sqq. Pausan. IX 8, 4 sqq. 18, 1 Bursiani geogr. graec. I p. 226 sq.* ‖ 354 Neistae **PBS** *Beh. 1* neystae **c** neiste **GHp** ne istae **T** Neitae *edd.* | homoloidas **PB** h^e^omoloidas **S** emoloidas **GpT** *Beh. Cf. VII 252* | occubat **P** ‖ 355 proetiae **PSc** *Beh. 1* procidae **B** pretide **p** propethie *Beh. 2* propetie **T** prohecie **H** pro tyde **G** Proetiades *R. Ungerus* Proetiadae *Baehrensius* Proetides et *Lachmannum secutus scripsi coll. Eurip. Phoen. 1109 Aesch. Sept. 360* ‖ 358 Qualis in aversi **P** ubi adversi **B** (d *in ras.*) **SM** ubi aversi *edd. vett.* ‖ 360 latentibus **P** | aruis **PBSp** alvis **G** *Palat. Gruteri* alveis **R** *Gronov.* arvis *non temere in* alveis *mutandum esse monet Heinsius ad Claudian. idyll. 6, 11.*

In mare fert hiemes; penitus cessere fugatae
Nereides dulcique timent occurrere ponto.
  Tristis at inde gradum tarde movet Inacha pubes,
Praecipue Eleae Lacedaemoniaeque cohortes
Et Pylii; subitum nam Thiodamanta sequuntur
Augure fraudati, necdum accessere regenti.
Nec tua te, princeps tripodum, sola agmina quaerunt:
Cuncta phalanx sibi deesse putat; minor ille per alas
Septimus extat apex. Liquido velut aethere nubes
Invida Parrhasiis unum si detrahat astris,
Truncus honor plaustri, nec idem riget igne reciso
Axis, et incerti numerant sua sidera nautae.
  Sed iam bella vocant: alias nova suggere vires,
Calliope, maiorque chelyn mihi tendat Apollo.
Fatalem populis ultro poscentibus horam
Admovet atra dies, Stygiisque emissa tenebris
Mors fruitur caelo bellatoremque volando
Campum operit nigroque viros invitat hiatu,
Nil vulgare legens: sed quae dignissima vita
Funera, praecipuos annis animisque cruento
Ungue notat; iamque in miseros pensum omne Sororum
Scinditur, et Furiae rapuerunt licia Parcis.
Stat medius campis etiamnunc cuspide sicca
Bellipotens, iamque hos clipeum, iam vertit ad illos
Arma ciens, aboletque domos, conubia, natos.
Pellitur et patriae et, qui mente novissimus exit,
Lucis amor; tenet in capulis hastisque paratas
Ira manus, animusque ultra thoracas anhelus
Conatur, galeaeque tremunt horrore comarum.
Quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem

365 secuntur **P** loquuntur *Barthius* ‖ 371 riget **P** nitet *ceteri* ‖ 378 investit amictu *Wakefieldus* viris se immittit hiatu *R. Ungerus* invisit hiatu *Baehrensius* ‖ 381 Angue *codd.* Ungue *corr. Barthius* ‖ 383 etiamnum **BM** ‖ 384 iamque hostilem clipeum **P** *an legendum* iamque hos telum, iam vertit ad illos? ‖ 388 animosque **P** | anhelos **P** animisque anhelis *Barthius*

Cornipedes niveoque rigant sola putria nimbo,
Corpora ceu mixti dominis irasque sedentum
Induerint: sic frena terunt, sic proelia poscunt
Hinnitu tolluntque armos equitesque supinant.
  Iamque ruunt, primusque virum concurrere pulvis
Incipit, et spatiis utrimque aequalibus acti
Adventant mediumque vident decrescere campum.
Iam clipeus clipeis, umbone repellitur umbo,
Ense minax ensis, pede pes et cuspide cuspis:
Sic obnixa acies pariter suspiria fumant,
Admotaeque nitent aliena in casside cristae.
Pulcher adhuc belli vultus: stant vertice coni,
Plena armenta viris, nulli sine praeside currus,
Arma loco, splendent clipei pharetraeque decorae
Cingulaque et nondum deforme cruoribus aurum.
At postquam rabies et vitae prodiga virtus
Emisere animos, non tanta cadentibus Haedis
Aeriam Rhodopen solida nive verberat Arctos,
Nec fragor Ausoniae tantus, cum Iuppiter omni
Arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis,
Cum Libyae Boreas Italos niger attulit imbres.
Exclusere diem telis, stant ferrea caelo
Nubila, nec iaculis artatus sufficit aer.
Hi pereunt missis, illi redeuntibus hastis,
Concurrunt per inane sudes et mutua perdunt
Vulnera, concurrunt hastae, stridentia funda
Saxa pluunt, volucres imitantur fulgura glandes
Et formidandae non una morte sagittae.
Non locus ad terram telis: in corpora ferrum
Omne cadit; saepe ignari perimuntque caduntque.
Casus agit virtutis opus: nunc turba recedit,

393 Inbuerint **P** *sec. m.* ‖ 394 equitesque **PpGT** equitemque **BSM** ‖ 403 nullo **P** ‖ 404 Armato *Barthius* ‖ 409 *sq.* cum Vesulus alta arce tonat *scrib. cens. Scaliger* ‖ 413 hartatus **P** 418 formidandaemidandae **P** | una morte **PB** una in morte **SM** ‖ 419 Non **P** Nec *ceteri* ‖ 421 nunc (*e* nec *corr.*) **P**

Nunc premit, ac vicibus tellurem amittit et aufert.
Ut ventis nimbisque minax cum solvit habenas
Iuppiter alternoque adfligit turbine mundum:
Stat caeli diversa acies, nunc fortior Austri,
Nunc Aquilonis hiems, donec pugnante procella
Aut nimiis hic vicit aquis, aut ille sereno.
  Principium pugnae turmas Asopius Hypseus
Oebalias (namque hae magnum et gentile tumentes
Euboicum duris rumpunt umbonibus agmen)
Reppulit erepto cunei ductore Menalca.
Hic et mente Lacon, crudi torrentis alumnus
(Nec turpavit avos), hastam ultra pectus euntem,
Ne pudor in tergo, per et ossa et viscera retro
Extrahit atque hosti dextra labente remittit
Sanguineam: dilecta genis morientis oberrant
Taygeta et pugnae laudataque pectora matri.
Phaedimon Iasiden arcu Dircaeus Amyntas
Destinat: heu celeres Parcae! iam palpitat arvis
Phaedimus, et certi nondum tacet arcus Amyntae.
Abstulit ex umero dextram Calydonius Agreus
Phegeos: illa suum terra tenet improba ferrum
Et movet; extimuit sparsa inter tela iacentem
Praegrediens truncamque tamen percussit Acoetes.
Iphin atrox Acamas, Argum ferus impulit Hypseus,
Stravit Abanta Pheres, diversaque vulnera flentes

440. 'necdum certi t. a. Amyntae' Serv. ad Aen. XI 864.

424 aeternoque adfigit **P** alternoque affligit **GTR** *Prag. 2* **L** adfligitque *vel* affligitque alterno **BSM** ‖ 431 menalce **P** ‖ 433 ultra **PGT** *Heinsius* intra **BSM** ‖ 434 Nec **P** ‖ 437 pectora **P** pectore **G** verbera **BSM** *schol.* verbera, *al. m. suprascr.* pectora *Leid.* vulnera *Beh.* ‖ 438 Phaedimo asiden **P** | dictaeus **P** ‖ 440 necdum certi *Serv.* ‖ 442 suum dextra, *al. m. suprascr.* duruo **P** ‖ 444 Progrediens **M** *edd.* ‖ 445 acamas **PBb** achamas **Scgr** *Leid.* athamas **M** achantas **R** ‖ 446 ferens **P** feres **BGT** phares **H** seres **c** ‖ *Post v. 446 a Gul. Cantero inlatus legebatur versus:* Guttur Iphis, latus Argus, Abas in fronte cruorem, *quem expunxi.*

Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga iacebant.
Inachidae gemini geminos e sanguine Cadmi
Occultos galeis (saeva ignorantia belli)
Perculerant ferro; sed dum spolia omnia caesis
Eripiunt, videre nefas, et maestus uterque
Respicit ad fratrem pariterque errasse queruntur.
Cultor Ion Pisae cultorem Daphnea Cirrhae
Turbatis prostravit equis; hunc laudat ab alto
Iuppiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo.
Ingentes Fortuna viros inlustrat utrimque
Sanguine in adverso: Danaos Cadmeius Haemon
Sternit agitque furens, sequitur Tyria agmina Tydeus;
Pallas huic praesens, illum Tirynthius implet.
Qualiter hiberni summis duo montibus amnes
Franguntur geminaque cadunt in plana ruina:
Contendisse putes, uter arva arbustaque tollat
Altius aut superet pontes; ecce una receptas
Confundit iam vallis aquas; sibi quisque superbus
Ire cupit, pontoque negant descendere mixti.
Ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas
Lampada per medios turbabatque agmina Graium,
Igne viam rumpens; magno quem comminus ictu
Tydeos hasta feri dispulsa casside fixit.
Ille ingens in terga iacet, stat fronte superstes
Lancea, conlapsae veniunt in tempora flammae.
Prosequitur Tydeus: 'Saevos ne dixeris Argos,
Igne tuo, Thebane, (rogum concedimus) arde!'
Inde, velut primo tigris gavisa cruore
Per totum cupit ire pecus, sic Aona saxo,
Ense Pholum, Chromin ense, duos Helicaonas hasta
Transigit, Aegaeae Veneris quos Maera sacerdos

457 cadmeius heros **BGT** *Beh. 1 c Dan.* ‖ 458 agitque: furens sequitur *interpungendum cens. Barthius* ‖ 459 *versum om.* **T** | Pallas huic **PG** Hunc Pallas **BSM** ‖ 462 tollant **P** ‖ 464 Confundit **PpGHT** Confudit **BSM** ‖ 469 dispulsa **PBG** discussa **SM**

Ediderat, prohibente dea; vos praeda cruenti
Tydeos; it saevas etiamnunc mater ad aras.
Nec minus Herculeum contra vagus Haemona ducit
Sanguis: inexpleto rapitur per milia ferro,
Nunc tumidae Calydonis opes, nunc torva Pylenes
Agmina, nunc maestae fundens Pleuronis alumnos,
Donec in Olenium fessa iam cuspide Buten
Incidit. Hunc turmis obversum et abire vetantem
Adgreditur; puer ille, puer malasque comamque
Integer, ignaro cui tunc Thebana bipennis
In galeam librata venit: funduntur utroque
Tempora dividuique cadunt in bracchia crines,
Et non hoc metuens inopino limine vita
Exsiluit. Tunc flavum Hypanin flavumque Politen
(Ille genas Phoebo, crinem hic pascebat Iaccho:
Saevus uterque deus), victis Hyperenora iungit
Conversumque fuga Damasum; sed lapsa per armos
Hasta viri trans pectus abit parmamque tenenti
Excutit et summa fugiens in cuspide portat.
Sterneret adversos etiamnum Ismenius Haemon
Inachidas (nam tela regit viresque ministrat
Amphitryoniades), saevum sed Tydea contra
Pallas agit. Iamque adverso venere favore
Comminus, et placido prior haec Tirynthius ore:
'Fida soror, quaenam hunc belli caligine nobis
Congressum fortuna tulit? num regia Iuno
Hoc molita nefas? citius me fulmina contra
(Infandum) ruere et magno bellare parenti
Aspiciat. Genus huic — sed mitto agnoscere, quando
Tu diversa foves, nec si ipsum comminus Hyllum

479 etiamnunc **PpT** etiamnum **BSM** ‖ 485 adire *Grotius* ‖ 488 funduntur **PpGTc** *Leid.* finduntur **B** *m. sec.* **SM** striduntur **B** *m. pr. Dan.* scinduntur **H** | utroque **P** utriq. **B** utrimque **M** utrinque **S** ‖ 490 limine **P** limite *ceteri* ‖ 493 *vers. in* **P** *post v. 496 legitur, sed signo ·/. suo loco attribuitur* | hyperentora **P** ‖ 497 haemo **PB** heros **G** Ismenius heros *D. Heinsius cf. v. 457*

Tydeos hasta tui Stygioque ex orbe remissum
Amphitryona petat; teneo aeternumque tenebo,
Quantum haec diva manus, quotiens sudaverit aegis
Ista mihi, duris famulus dum casibus omnes
Lustro vagus terras; ipsa heu! comes invia mecum
Tartara, ni superos Acheron excluderet, isses.
Tu patriam caelumque mihi —, quis tanta relatu
Aequet? habe totas, si mens, excidere Thebas.
Cedo equidem veniamqne precor.' Sic orsus abibat.
Pallada mulcet honos: rediit ardore remisso
Vultus et erecti sederunt pectoris angues.
  Sensit abesse deum, levius Cadmeius Haemon
Tela rotat nulloque manum cognoscit in ictu.
Tunc magis atque magis vires animusque recedunt,
Nec pudet ire retro; cedentem Acheloius heros
Impedit, et librans uni sibi missile telum
Direxit iactus, summae qua margine parmae
Ima sedet galea et iuguli vitalia lucent.
Nec frustrata manus, mortemque invenerat hasta;
Sed prohibet paulumque umeri libare sinistri
Praebuit et merito parcit Tritonia fratri.
Ille tamen nec stare loco nec comminus ire
Amplius aut vultus audet perferre cruenti
Tydeos, aegro animo vis ac fiducia cessit.
Qualis saetigeram Lucana cuspide frontem
Strictus aper, penitus cui non infossa cerebro
Vulnera, nec felix dextrae tenor, in latus iras
Frangit, et expertae iam non venit obvius hastae.
  Ecce ducem turmae certa indignatus in hostem

511 dum **PB¹G** cum **SB²M** ‖ 512 ipsa en *Bentleius* ipsa et *Marklandus* ‖ 513 ne **P** ‖ 514 patriam **P** patrem **BSM** ‖ 515 Aequat **PB** (?) | habet **PG** abi **c** | excedere **P** excidere *scripsi* excindere *ceteri* ‖ 519 Sensit **PcGH** Sentit **BSM** | abesse **P** abisse **BSM** ‖ 522 Nec pe retro **P** Nec pudor ire *edd.* ‖ 523 Inpedit **PpGH** Impetit **B** Inpetit **SM** ‖ 524 Derexit *Baehrensius* ‖ 527 lib'are **B** librare **PcHT** ‖ 531 aegra *codd. edd., corr. Baehrensius* ‖ 533 infessa **P** ‖ 536 certum indignantur **P**

Spicula felici Prothoum torquere lacerto,
Turbidus Oenides una duo corpora pinu,
Cornipedemque equitemque, ferit: ruit ille ruentem
In Prothoum lapsasque manu quaerentis habenas
In vultus galeam clipeumque in pectora calcat,
Saucius extremo donec cum sanguine frenos
Respuit et iuncta domino cervice recumbit.
Sic ulmus vitisque, duplex iactura colenti,
Gaurano de monte cadunt, sed maestior ulmus
Quaerit utrumque nemus, nec tam sua bracchia labens
Quam gemit adsuetas invitaque proterit uvas.
Sumpserat in Danaos Heliconius arma Corymbus,
Ante comes Musis, Stygii cui conscia pensi
Ipsa diu positis letum praedixerat astris
Uranie. Cupit ille tamen pugnasque virosque,
Forsitan ut caneret; longa iacet ipse canendus
Laude, sed amissum mutae flevere sorores.
  Pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Ismenen, Tyrii iuvenis nunc advena belli,
Quamvis Cirrha domus, soceros nec tristibus actis
Aversatus erat; sponsam quin castus amanti
Squalor et indigni commendat gratia luctus.
Ipse quoque egregius, nec pectora virginis illi
Diversa, inque vicem, sineret fortuna, placebant.
Bella vetant taedas, iuvenique hinc maior in hostes
Ira; ruit primis immixtus et agmina Lernae
Nunc pedes ense vago, prensis nunc celsus habenis,
Ceu spectetur, agit. Triplici velaverat ostro
Surgentes etiamnum umeros et levia mater

541 vultu **P** ‖ 542 extremos **P** ‖ 544 colenti **P** coloni **BSM** ‖ 549 corebus **HTR** *Prag. 2* chorebus **G** Coroebus *edd.* ‖ 550 positis **PBS¹g** *Colb. Paris. 8053 Leid.* (*al. m. suprascr.* † inspectis) inspectis **S²M** ‖ 553 musae **PSL** innuptae *Exc. Fabri* ‖ 555 tyri **P** | non advena *codd. edd., corr. Peyraredus* ‖ *versus 556—687 desunt in* b ‖ 557 Adversatus **M** *edd.* | quin **P** *coni. Grotius* cui **BSM** ‖ 559 egreus **P** ‖ 560 sinerent **P**

Pectora; nunc auro phaleras auroque sagittas
Cingulaque et manicas, ne coniuge vilior iret,
Presserat et mixtum cono crispaverat aurum.
Talibus heu! fidens vocat ultro in proelia Graiós:
Ac primum in faciles grassatus cuspide turmas
Arma refert sociis et in agmina fida, coacta
Caede, redit. Sic Hyrcana leo Caspius umbra
Nudus adhuc nulloque iubae flaventis honore
Terribilis magnique etiamnum sanguinis insons,
Haut procul a stabulis captat custode remoto
Segne pecus teneraque famem consumit in agna.
Mox ignotum armis ac solo corpore mensus
Tydea non timuit, fragilique lacessere telo
Saepius infrendentem aliis aliosque sequentem
Ausus erat. Tandem invalidos Aetolus ad ictus
Forte refert oculos et formidabile ridens:
'Iamdudum video, magnum cupis, improbe, leti
Nomen' ait; simul audacem non ense nec hasta
Dignatus leviter digitis imbelle solutis
Abiecit iaculum: latebras tamen inguinis alte
Missile, ceu totis intortum viribus, hausit.
Praeterit haut dubium fati et spoliare superbit
Oenides. 'Neque enim has Marti aut tibi, bellica Pallas,
Exuvias figemus' ait, 'procul arceat ipsum
Ferre pudor; vix, si bellum comitata relictis,
Deipyle thalamis, illi inludenda tulissem.'
Sic ait, et belli maiora ad praemia mente
Ducitur: innumeris veluti leo forte potitus
Caedibus imbelles vitulos mollesque iuvencas

566 nunc **PT** tunc **BSM** | pharetras **T** *Schraderus* ‖ 570 primam facili **P** *pr. m.* primam in faciles **P** *m. sec.* primum faciles **BS** | grassatur **P** ‖ 571 coacta **P** peracta **BSM** ‖ 573 nulloque iuuat **P** ‖ 575 Aut **P** | stauilis **P** ‖ 578 flacilique **P** ‖ 585 Adiecit *Bernartius* ‖ 589 procul habeat ipsum **P** *unde Sandstroemius coni.*: procul absit! et ipsum *et Baehrensius:* ait, abeat procul ‖ 591 inludenda **BSg** illudenda **M** inlaudanda **P** illi ludenda **H**

Transmittit: magno furor est in sanguine mergi,
Nec nisi regnantis cervice recumbere tauri.
At non semianimi clamore Menoecea lapsus
Fallit Atys: praevertit equos curruque citato
Desilit; instabat pubes Tegeaea iacenti,
Nec prohibent Tyrii. 'Pudeat, Cadmea iuventus,
Terrigenas mentita patres! quo tenditis' inquit,
'Degeneres? meliusne iacet pro sanguine nostro
Hospes Atys? tantum hospes adhuc et coniugis ultor
Infelix nondum iste suae; nos pignora tanta
Prodimus?' Insurgunt iusto firmata pudore
Agmina, cuique suae rediere in pectora curae.
  Interea thalami secreta in parte sorores,
Par aliud morum miserique innoxia proles
Oedipodae, varias miscent sermone querellas.
Nec mala quae iuxta, sed longa ab origine fati,
Haec matris taedas, oculos ast illa paternos,
Altera regnantem, profugum gemit altera fratrem,
Bella ambae. Gravis hinc misti cunctatio voti:
Mutat utroque timor, quemnam hoc certamine victum,
Quem vicisse velint: tacite praeponderat exul.
Sic Pandioniae repetunt ubi fida volucres
Hospitia atque larem bruma pulsante relictum,
Stantque super nidos veterisque exordia fati
Adnarrant tectis et truncum ac flebile murmur
Verba putant, voxque illa tamen non dissona verbis.
Atque ibi post lacrimas et longa silentia rursus
Incohat Ismene: 'Quisnam hic mortalibus error?
Quae decepta fides? curam invigilare quieti

602 iaces **P** ‖ 604 non pignora **P** ‖ 605 flammata *Schraderus* ‖ 607 thalamis **P** ‖ 609 vario *Barthius* ‖ 611 oculos gemit illa **P** ‖ 613 miseri *codd. edd.* misti *corr. Barthius coll. Claud. R. Pr. I 132* ‖ 614 Mutat **P** Nutat **BSM** Nutrit **g** ‖ 616 ubi avita *R. Ungerus* ‖ 617 relincunt *Baehrensius* ‖ 619 Adnarant **P** Enarrant **SM** *edd.* Et narrant **c** Etnarrant **B** Adnarrant *scripsi* ‖ 623 cur inuigilare **P**

Claraque per somnos animi simulacra reverti?
Ecce ego, quae thalamos, nec si pax alta maneret,
Tractarem sensu (pudet heu!), conubia vidi
Nocte, soror; sponsum (unde?) mihi sopor attulit amens
Vix notum visu; semel his in sedibus illum,
Dum mea nescio quo spondentur foedera pacto,
Respexi non sponte, soror. Turbata repente
Omnia cernebam, subitusque intercidit ignis,
Meque sequebatur rabido clamore reposcens
Mater Atyn. Quaenam haec dubiae praesagia cladis?
Nec timeo, dum tuta domus milesque superstes
Doricus et tumidos liceat componere fratres.'
  Talia nectebant, subito cum pigra tumultu
Expavit domus, et multo sudore receptus
Fertur Atys, servans animam iam sanguine nullo,
Cui manus in plaga, dependet languida cervix
Exterior clipeo, crinesque a fronte supini.
Prima videt caramque tremens Iocasta vocabat
Ismenen: namque hoc solum moribunda precatur
Vox generi, solum hoc gelidis iam nomen inerrat
Faucibus. Exclamant famulae, tollebat in ora
Virgo manus, tenuit saevus pudor; attamen ire
Cogitur, indulget summum hoc Iocasta iacenti,
Ostenditque offertque. Quater iam morte sub ipsa
Ad nomen visus defectaque fortiter ora
Sustulit; illam unam neglecto lumine caeli
Aspicit et vultu non exsatiatur amato.

---

624 animi **P** animis *ceteri* ‖ 625 pars **P** ‖ 626 sensi et (pudet heu) *Barthius* ‖ 631 Omnia **PTL** Omi^{i}na **B** Omina **SM** ‖ 632 rapido **PGHT** *Beh. cf. V 96* ‖ 634 superstes **P** recedat **BSM** recedet **g** ‖ 639 defendit **P** ‖ 641 claramque **P** ‖ 642 *et* 643 *in* **P** *inter se transmutati leguntur* ‖ 648 deiectaque **PSM** delectaque **B** *Beh. 1 (rec. m. corr. in* dilectaque) *Exc. Fabri* diiectaque *Beh. 2* dilectaque **T** defectaque *corr. Heinsius prob. Menkio coll. XII 325* ‖ 649 illa unam **P**

Tunc quia nec genetrix iuxta positusque beata
Morte pater, sponsae munus miserabile tradunt
Declinare genas; ibi demum teste remoto
Passa pios gemitus lacrimasque in lumina fudit.
  Dumque ea per Thebas, aliis serpentibus ardens
Et face mutata bellum integrabat Enyo.
Arma volunt, primos veluti modo comminus ictus
Sustulerint omnisque etiamnum luceat ensis.
Eminet Oenides, quamvis et harundine certa
Parthenopaeus agat, morientumque ora furenti
Hippomedon proculcet equo, Capaneaque pinus
Iam procul Aoniis volet agnoscenda catervis;
Tydeos illa dies, illum fugiuntque tremuntque
Clamantem: 'Quo terga datis? licet ecce peremptos
Ulcisci socios maestamque rependere noctem.
Ille ego inexpletis solus qui caedibus hausi
Quinquaginta animas: totidem, totidem heia gregatim
Ferte manus! Nulline patres, nulline iacentum
Unanimi fratres? quae tanta oblivio luctus?
Quam pudet Inachias contentum abiisse Mycenas!
Hinc super Thebis? haec robora regis? ubi autem
Egregius dux ille mihi?' Simul ordine laevo
Ipsum exorantem cuneos capitisque superbi
Insignem fulgore videt; nec segnius ardens
Occurrit, niveo quam flammiger ales olori
Imminet et magna trepidum circumligat umbra.
Tunc prior: 'Aoniae rex o iustissime gentis,

---

651 sq. 'positusque — pater' Serv. ad Aen. IV 681.

---

652 mirabile **P** ‖ 654 Passa **P** Fassa *ceteri* | in vulnera *edd. vett. Barthius* | fundit **BGc** ‖ 655 horrens *Schraderus* ‖ 656 iterabat **P** ‖ 658 lugeat **P** ‖ 660 furentis **P** ‖ 661 proculculcet **P** ‖ 663 feriuntque premuntque **P** fugiuntque premuntque **G** ‖ 666 ausi **PT** ‖ 667 totidem heia gregatim **P** totidem totidemque gregati **BSM** totidem, totidem heia gregatim *scripsi* ‖ 669 oblivio **Pc** oblivia **BSM** ‖ 673 exorantem **P** exhortantem *ceteri* ‖ 675 Occurrit **P** *Beh.* Accurrit **BSM**

Imus in arma palam tandemque ostendimus enses,
An noctem et solitas placet expectare tenebras?'
Ille nihil contra, sed stridula cornus in hostem
It referens mandata ducis, quam providus heros
Iamiam in fine viae percussam obliquat, et ipse
Telum ingens avide et quanto non ante lacerto
Impulit: ibat atrox finem positura duello
Lancea. Convertere oculos utrimque faventes
Sidonii Graique dei; crudelis Erinys
Obstat et infando differt Eteoclea fratri:
Cuspis in armigerum Phlegyan peccavit. Ibi ingens
Pugna virum, stricto nam saevior inruit ense
Aetolus, retroque datum Thebana tegebant
Arma ducem. Sic densa lupum iam nocte sub atra
Arcet ab apprenso pastorum turba iuvenco;
Improbus erigitur contra, nec cura vetantes
Impetere: illum, illum, semel in quem venerat, urget.
Non secus obiectas acies turbamque minorem
Dissimulat transitque manu; tamen ora Thoantis,
Pectora Deilochi, Clonii latus, ilia torvi
Perforat Hippotadae; truncis sua membra remittit
Interdum galeasque rotat per nubila plenas.
Et iam corporibus sese spoliisque cadentum
Clauserat; unum acies circum sonsumitur, unum
Omnia tela vovent: summis haec ossibus haerent,
Pars frustrata cadunt, partem Tritonia vellit,
Multa rigent clipeo. Densis iam consitus hastis
Ferratum quatit umbo nemus, tergoque fatiscit
Atque umeris gentilis aper; nusquam ardua coni
Gloria, quique apicem torvae Gradivus habebat

688 *et* 689 *in* **P** *inter se transpositi leguntur* ‖ 688 armiferum **P** *Beh.* **GT** | ubi **M** *edd.* ‖ 692 iuuencum **P** *pr. m.* ‖ 696 manus *Peyraredus prob. Grotio* ‖ 697 cthonii **P**, *sed cf. III 170 IV 597* chlonii **B** clomii **GH** cronii *Beh.* ‖ 698 hippodatae **P** ypodate **G** ‖ 703 pellit *Barthius* ‖ 704 constitit hastis **P** ‖ 707 quippe **BcGH** *edd. vett.* | apicem Aetolae *Heinsius*

Cassidis, haut laetum domino ruit omen: inusta
Temporibus nuda aera sedent, circumque sonori
Vertice percusso volvuntur in arma molares.
Iam cruor in galea, iam saucia proluit ater
Pectora permixtus sudore et sanguine torrens.
Respicit hortantes socios et Pallada fidam,
Longius opposita celantem lumina parma:
Ibat enim magnum lacrimis inflectere patrem.
 Ecce secat zephyros ingentem fraxinus iram
Fortunamque ferens, teli non eminet auctor:
Astacides Melanippus erat, nec prodidit ipse,
Et vellet latuisse manum, sed gaudia turmae
Monstrabant trepidum; nam flexus in ilia Tydeus
Submissum latus et clipei laxaverat orbem.
Clamorem Aonii miscent gemitumque Pelasgi,
Obiectantque manus indignantemque tuentur.
Ille per oppositos longe rimatus amarum
Astaciden, totis animae se cogit in ictum
Reliquiis telumque iacit, quod proximus Hopleus
Praebuerat: perit expressus conamine sanguis.
Tunc tristes socii cupidum bellare (quis ardor!)
Et poscentem hastas mediaque in morte negantem
Expirare trahunt, summique in margine campi
Effultum gemina latera inclinantia parma
Ponunt, ac saevi rediturum ad proelia Martis
Promittunt flentes. Sed et ipse recedere caelum
Ingentesque animos extremo frigore labi
Sensit, et innixus terrae 'miserescite' clamat,
'Inachidae: non ossa precor referantur ut Argos
Aetolumve larem; nec enim mihi cura supremi

708 inulta **P** ‖ 715 magnu **P** ‖ 718 menalippus *codd. edd.* Melanippus *corr. Menkius coll. Aesch. Sept. v. 397 Apollod. III 6, 8, 3 Pausan. IX 18, 1 Herod. V 67, 4 Cf. infra 740 IX 8* ‖ 719 et gaudia **P** ‖ 722 aoni **P** ‖ 723 *et* 724 *in* **P** *inter se transpositi leguntur* ‖ 726 ophleus **P** oppleus **SG** ‖ 731 palma **P** *pr. m.* ‖ 732 ac safui **P** ‖ 733 et *om.* **S** | ipsum **PG** | cedere **G**

Funeris: odi artus fragilemque hunc corporis usum,
Desertorem animi. Caput, o caput, o mihi si quis
Apportet, Melanippe, tuum! nam volveris arvis,
Fido equidem, nec me virtus suprema fefellit.
I, precor, Argei si quid tibi sanguinis umquam,
Hippomedon, vade, o primis puer inclite bellis
Arcas, et Argolicae Capaneu iam maxime turmae.'
  Moti omnes, sed primus abit primusque repertum
Astaciden medio Capaneus e pulvere tollit
Spirantem laevaque super cervice reportat,
Terga cruentantem concussi vulneris unda:
Qualis ab Arcadio rediit Tirynthius antro
Captivumque suem clamantibus intulit Argis.
  Erigitur Tydeus vultuque occurrit et amens
Laetitiaque iraque, ut singultantia vidit
Ora trahique oculos seseque agnovit in illo,
Imperat abscisum porgi, laevaque receptum
Spectat atrox hostile caput, gliscitque tepentis
Lumina torva videns et adhuc dubitantia figi.
Infelix contentus erat: plus exigit ultrix
Tisiphone; iamque inflexo Tritonia patre
Venerat et misero decus immortale ferebat,
Atque illum effracti perfusum tabe cerebri
Aspicit et vivo scelerantem sanguine fauces
(Nec comites auferre valent): stetit aspera Gorgon

---

738 sq. 'odi — animi' Mythogr. Vatic. III 6, 27. — 743 sq. 'vade — turmae' Priscian. VII 17 p. 301, 11 H. — 750. 'Captivumque — Argis' Sulpicius Severus dial. III § 13.

---

740 menalippe *codd. edd.* ‖ 741 repellit **P** ‖ 742 atrei **PSM** arcadii **B** *m. pr.* (*al. m. suprascr.* tres argiui) argivi *Beh. 1* Argei *corr. Schraderus* ‖ 643 vale **P** ‖ 744 capaneus **P** ‖ 745 abiit **P** ‖ 750 mirantibus *Sulpicius* ‖ 753 trahitque **P** tratque **S** ‖ 754 porci **P** | saevumque **P** ‖ 757 Infelix contentus erit? — Plus *Menkius* ‖ 762 Gorgo *edd. inde a Gronov., cf. II 717*

Crinibus emissis rectique ante ora cerastae
Velavere deam; fugit aversata iacentem,
Nec prius astra subit, quam mystica lampas et insons
Elisos multa purgavit lumina lympha.

---

766 Elisos **PBSo** *Behh.* **T** Elissos **H** Elysos **GL** Ilissos *Gronovius* ‖ STATII POETAE . LIBER . VIII . EXPLICIT · INCIPIT EIVSDEM . LIBER . VIIII . **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER IX.

Asperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos; ipsi etiam minus ingemuere iacentem
Inachidae, culpantque virum et rupisse queruntur
Fas odii; quin te, divum inplacidissime, quamquam
Praecipuum tunc caedis opus, Gradive, furebas,
Offensum virtute ferunt, nec comminus ipsum
Ora, sed et trepidos alio torsisse iugales.
Ergo profanatum Melanippi funus acerbo
Vulnere non aliis ultum Cadmeia proles
Insurgunt stimulis, quam si turbata sepulcris
Ossa patrum monstrisque datae crudelibus urnae.
Accendit rex ipse super: 'Quisquamne Pelasgis
Mitis adhuc hominemque gerit? iam morsibus uncis
(Pro furor! usque adeo tela exsatiavimus!) artus
Dilacerant. Nonne Hyrcanis bellare putatis
Tigribus, aut saevos Libyae contra ire leones?
Et nunc ille iacet (pulchra o solacia leti!)

1 aonius **P** ‖ 2 Tydeus **P** ‖ 5 ferebas **P** ‖ 6 offensum feritate *coni. Muellerus* | comminus isse *Kochius* ‖ 7 alio **R** *Duebnerus* alia **P** alias *Prag. 2* retro **BSM** retro, *al. m. suprascr.* at alio **g** ‖ 8 menalippi *codd. edd.* ‖ 9 proles **P** pubes *ceteri* ‖ 11 datum **P** ‖ 17 iacet pulchra o **BM** iacet ultra pulchro **P** iacet ultra pulchra o **S** pulchri *schol.*

Ore tenens hostile caput, dulcique nefandus
Immoritur tabo; nos ferrum inmite facesque,
Illis nuda odia, et feritas iam non eget armis.
Sic pergant rabidi claraque hac laude fruantur,
Dum videas haec, summe pater. Sed enim hiscere campos
Conquesti terraeque fugam mirantur; an istos
Vel sua portet humus?' Magno sic fatus agebat
Procursu fremituque viros, furor omnibus idem
Tydeos invisi spoliis raptoque potiri
Corpore. Non aliter subtexunt astra catervae
Incestarum avium, longe quibus aura nocentem
Aera desertasque tulit sine funere mortes;
Illo avidae cum voce ruunt, sonat arduus aether
Plausibus, et caelo volucres cessere minores.
Fama per Aonium rapido vaga murmure campum
Spargitur in turmas, solito pernicior index
Cum lugenda refert, donec, cui maxima fando
Damna vehit, trepidas lapsa est Polynicis ad aures.
Deriguit iuvenis lacrimaeque haesere paratae,
Et cunctata fides; nimium nam cognita virtus
Oenidae credi letum suadetque vetatque.
Sed postquam haut dubio clades auctore reperta est,
Nox oculos mentemque rapit; tum sanguine fixo
Membra simul, simul arma ruunt: madet ardua fletu
Iam galea atque ocreae clipeum excepere cadentem.
It maestus genua aegra trahens hastamque sequentem,
Vulueribus ceu mille gravis totosque per artus
Saucius, absistunt socii monstrantque gementes.
Tandem ille abiectis, vix quae portaverat, armis

19 inmite **P** mite *ceteri* | nunc ferrum mite *Peyraredus* non ferrum mite facesque? *Koestlinus* ‖ 20 Illi *Bernartius* | cruda *Barthius* ‖ 21 pergant **P** peragant **BSM** peragunt *Beh.* **g** | rapidi **PS** *Beh. Leid.* | clarique *Barthius* | laude **PG** luce **BSM** ‖ 22 campus **P** ‖ 23 mirantur **PH** *Leid.* r π miserantur **BM** miramur *Bentleius* ‖ 33 turma **P** ‖ 35 polycinis **P** ‖ 36 Diriguit **P** ‖ 45 absistunt **PBSpcg** *Dan.* adsistunt **GH** assistunt **M** *edd.* | monstratque **P**

Nudus in egregii vacuum iam corpus amici
Procidit et tali lacrimas cum voce profudit:
'Hasne tibi, armorum spes o suprema meorum,
Oenide, grates, haec praemia digna rependi?
Nudus ut invisa Cadmi tellure iaceres
Sospite me? nunc exul ego aeternumque fugatus,
Quando alius misero ac melior mihi frater ademptus.
Nec iam sortitus veteres regnique nocentis
Periurum diadema peto: quo gaudia tanti
Empta mihi aut sceptrum, quod non tua dextera tradet?
Ite, viri, totumque fero me linquite fratri:
Nil opus arma ultra temptare et pergere mortes;
Ite, precor; quid iam dabitis mihi denique maius?
Tydea consumpsi, quanam hunc ego morte piabo?
O socer, o Argi! et primae bona iurgia noctis,
Alternaeque manus et longi pignus amoris
Ira brevis; non me ense tuo tum, maxime Tydeu,
(Et poteras) nostri mactatum in limine Adrasti —?
Quin etiam Thebas me propter et impia fratris
Tecta libens, unde haut alius remeasset, adisti,
Ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores.
Iam Telamona pium, iam Thesea fama tacebat.
Qualis at ecce iaces? quae primum vulnera rimer?
Quis tuus hic, quis ab hoste cruor? quae te agmina quive
Innumeri stravere globi? num fallor, an ipse
Invidit pater, et tota Mars impulit hasta.'
Sic ait, et maerens etiamnum lubrica tabo

67. 'Ceu — honores' Priscian. XII 23 p. 591, 3 H.

52 tunc exule aeternumque fugacis **P** ‖ 53 *versus deest in* **Bc** ‖ 54 sortitos **P** ‖ 57 totumque **P** solumque *ceteri* ‖ 58 pergere **P** perdere *ceteri* ‖ 60 hunc **HL** *Barthius* hoc **PBSM** ‖ 62 Alternaque **PBS** ‖ 63 tum **PSG** tunc **BM** ‖ 64 mactasti **pGH** *Colb. Paris. 8053 edd. vett.* mactare **T** | limite **PS** ‖ 69 Qualis et *codd. edd.* Qualis at *corr. Barthius* | mirer *codd. edd.* rimer *corr. Schraderus* ‖ 71 num **PBScHr** *Bentleius* ni **M** non **Tφ** | et ipse *codd. edd.* an ipse *corr. Bentleius*

Ora viri tergit lacrimis dextraque reponit.
'Tune meos hostes hucusque exosus, et ultra
Sospes ego?' Exuerat vagina turbidus ensem
Aptabatque neci: comites tenuere, socerque
Castigat bellique vices ac fata revolvens
Solatur tumidum, longeque a corpore caro
Paulatim, unde dolor letique animosa voluntas,
Amovet ac tacite ferrum inter verba reponit.
Ducitur amisso qualis consorte laborum
Deserit inceptum media inter iugera sulcum
Taurus iners colloque iugum deforme remisso
Parte trahit, partem lacrimans sustentat arator.
Ecce autem hortatus Eteoclis et arma secuti,
Lecta manus, iuvenes, quos nec Tritonia bello,
Nec prope conlata sprevisset cuspide Mavors,
Adventant; contra collecta ut pectora parmae
Fixerat atque hastam longe protenderat, haeret
Arduus Hippomedon: ceu fluctibus obvia rupes,
Cui neque de caelo metus et fracta aequora cedunt,
Stat cunctis inmota minis, fugit ipse rigentem
Pontus et ex alto miserae novere carinae.
Tunc prior Aonides (validam simul elicit hastam):
'Non pudet hos Manes, haec infamantia bellum
Funera dis coram et caelo inspectante tueri?
Scilicet egregius sudor memorandaque virtus
Hanc tumulare feram? ne non maerentibus Argos
Exsequiis lacrimandus eat, mollique feretro
Infandam eiectans saniem! dimittite curam.
Nullae illum volucres, nulla impia monstra nec ipse,
Si demus, pius ignis edat.' Nec plura, sed ingens

74 dextraque **PS** *Beh.* dextramque **BM** ‖ 76 vagina turbidus **P** *pr. m. om.* ‖ 77 tenuere **P** *pr. m. om.* ‖ 88 collato **PS** ‖ 89 coniecta **BG** conlata **B** *marg.* | parma **B**(?)**cpGHT** *Beh.* ‖ 92 metus effracta **PS** ‖ 93 fugit **PS** timet *ceteri* ‖ 95 eicit *Bernartius* eligit *Heinsius* ‖ 97 insectante **P** ‖ 99 vere maerentibus *Barthius*

Intorquet iaculum, duro quod in aere moratum
Transmissumque tamen clipei stetit orbe secundo.
Inde Pheres acerque Lycus; sed cassa Pheretis
Hasta redit, Lycus excelso terrore comantem
Perstringit galeam: convulsae cuspide longe
Diffugere iubae patuitque ingloria cassis.
Ipse nec ire retro, nec in obvia concitus arma
Exsilit, inque eadem sese vestigia semper
Obversus cunctis profert recipitque, nec umquam
Longius indulget dextrae motusque per omnes
Corpus amat, corpus servans circumque supraque
Vertitur. Imbellem non sic amplexa iuvencum
Infestante lupo (tunc primum feta) tuetur
Mater et ancipiti circumfert cornua gyro;
Ipsa nihil metuens sexusque oblita minoris
Spumat et ingentes imitatur femina tauros.
Tandem intermissa iaculantum nube potestas
Reddere tela fuit; iamque et Sicyonius Alcon
Venerat auxilio, Pisaeaque praepetis Idae
Turma subit cuneumque replent. Is laetus in hostes
Lernaeam iacit ipse trabem, volat illa sagittis
Aequa fuga mediumque nihil cunctata Politen
Transabit et iuncti clipeum cavat improba Mopsi.
Phocea tum Cydona Tanagraeumque Phalanthum
Atque Erycem, hunc retro conversum et tela petentem,
Dum spes nulla necis, crinito a vertice figit;
Faucibus ille cavis hastam, non ore receptam
Miratur moriens, pariterque et murmure plenus

115 sqq. 'Imbellem — mater' schol. Theb. X 409 p. 353 L. — 124. 'Lernaeam — trabem' Serv. ad Aen. VII 817.

108 Perstringit **PG** Perstrinxit **SM** Prestrincxit **B** | longae **PB** ‖ 112 cuneis *Heinsius* ‖ 116 tunc **P** tum **BcT** *schol.* cum **SM** ‖ 121 iamque **P** namque *ceteri* ‖ 122 piseaq. **B** pisaeque et **P** pyseque et **G** ‖ 123 Turma **BcH** *Leid. Barthius* Turba **PSM** | is laetus **P** his fretus *ceteri* ‖ 127 tum **P** tunc *ceteri*

Sanguis et expulsi salierunt cuspide dentes.
Ausus erat furto dextram iniectare Leonteus,
Pone viros atque arma latens, positumque trahebat
Prenso crine caput: vidit, quamquam undique crebrae,
Hippomedon, ante ora minae, saevoque protervam
Abstulit ense manum; simul increpat: 'Hanc tibi Tydeus,
Tydeus ipse rapit; post et confecta virorum
Fata time magnosque miser fuge tangere manes!'
Ter Cadmea phalanx torvum abduxere cadaver,
Ter retrahunt Danai: Siculi velut anxia puppis
Seditione maris nequiquam obstante magistro
Errat et averso redit in vestigia velo.
  Non ibi Sidoniae valuissent pellere coepto
Hippomedonta manus, non illum impacta moverent
Tormenta oppositum, formidatique superbis
Turribus impulsus temptato umbone redissent.
Sed memor Elysii regis noxasque recensens
Tydeos in medios astu subit impia campos
Tisiphone: sensere acies subitusque cucurrit
Sudor equis sudorque viris, quamquam ore remisso
Inachium fingebat Halyn, nusquam impius ignis
Verberaque, et iussi tenuere silentia crines.
Arma gerit iuxtaque feri latus Hippomedontis
Blanda genas vocemque venit, tamen ille loquentis
Extimuit vultus admiraturque timorem.
Illa autem lacrimans 'tu nunc' ait, 'inclite, frustra
Exanimes socios inhumataque corpora Graium
(Scilicet is nobis metus, aut iam cura sepulcri?)
Protegis; ipse manu Tyria tibi captus Adrastus
Raptatur, teque ante alios, te voce manuque
Invocat; heu qualem lapsare in sanguine vidi,

132. 'excussi — dentes' Priscian. X 51 p. 541, 3 H.

132 excussi **G** *Prisc.* ‖ 133 eiectare **P** ‖ 143 telo **P** malo **G** ‖ 145 intacta **P** ‖ 148 *versus in* **P** *paene extinctus est* ‖ 149 incita campos *Barthius* ‖ 159 his nobis **PBL** vobis *Barthius*

Exutum canos lacero diademate crines!
Nec procul hinc, adverte oculos: ubi plurimus ille
Pulvis, ubi ille globus.' Paulum stetit anxius heros
Librabatque metus; premit aspera virgo: 'Quid haeres?
Imus? an hi retinent manes, et vilior ille
Qui superest?' Miserum sociis opus et sua mandat
Proelia et unanimi vadit desertor amici,
Respiciens tamen et revocent si forte paratus.
Inde legens turbata trucis vestigia divae
Huc illuc frustra ruit avius, impia donec
Eumenis ex oculis reiecta caerula parma
Fugit et innumeri galeam rupere cerastae.
Aspicit infelix discussa nube quietos
Inachidas currumque nihil metuentis Adrasti.
Et Tyrii iam corpus habent, iam gaudia magnae
Testantur voces, victorque ululatus oberrat
Auribus occultoque ferit praecordia luctu.
Ducitur hostili (pro dura potentia fati!)
Tydeus ille solo, modo cui Thebana sequenti
Agmina, sive gradus seu frena effunderet, ingens
Limes utrimque datus, numquam arma manusque quiescunt:
Nulla viri feritas, iuvat ora rigentia leto
Et formidatos inpune lacessere vultus.
Hic amor, hoc una timidi fortesque sequuntur
Nobilitare manus, infectaque sanguine tela
Coniugibus servant parvisque ostendere natis.
Sic ubi Maura diu populatum rura leonem,
Quem propter clausique greges vigilantque magistri,
Pastorum lassae debellavere cohortes:
Gaudet ager, magno subeunt clamore coloni,
Praecerpuntque iubas immaniaque ora recludunt

164 procul hic **P** ‖ 177 At *Barthius* ‖ 178 oberrat **GHT** aberrat **P** aderrat **BSM** inerrat *edd. vett.* ‖ 182 gradus **P** *Beh.* gradu **BSc** gradum **M** ‖ 183 utrumque **P** utrique **TB** *pr. m.* | numquam **P** nusquam **BSM** ‖ 186 secuntur **PB** ‖ 187 *versus deest in* **B**

Damnaque commemorant, seu iam sub culmine fixus
Excubat, antiquo seu pendet gloria luco.
At ferus Hippomedon quamquam iam sentit inane
Auxilium et seram rapto pro corpore pugnam,
It tamen et caecum rotat inrevocabilis ensem,
Vix socios hostesque (nihildum tardet euntem)
Secernens; sed caede nova iam lubrica tellus
Armaque seminecesque viri currusque soluti
Impediunt laevumque femur, quod cuspide fixum
Regis Echionii, sed dissimulaverat ardens,
Sive ibi nescierat. Maestum videt Hoplea tandem;
Tydeos hic magni fidus comes et modo frustra
Armiger alipedem prona cervice tenebat
Fatorum ignarum domini solumque frementem,
Quod vacet inque acies audentior ille pedestres.
Hunc aspernantem tumido nova pondera tergo
(Unam quippe manum domitis expertus ab annis)
Corripit adfaturque: 'Quid o nova fata recusas,
Infelix sonipes? numquam tibi dulce superbi
Regis onus; non iam Aetolo satiabere campo
Gaudentemque iubam per stagna Acheloia solves.
Quod superest, caros, i, saltem ulciscere manes
Aut sequere extorrem, ne tu quoque laeseris umbras
Captivus timidumque equitem post Tydea portes.'
Audisse accensumque putes: hoc fulmine raptum
Abstulit et similes minus indignatur habenas.
Semifer aeria talis Centaurus ab Ossa
Desilit in valles, ipsum nemora alta tremescunt,
Campus equum. Trepidi cursu glomerantur anhelo
Labdacidae, premit ille super, necopinaque ferro
Colla metens linquit truncos post terga cadentes.

196 quamquam *om.* **P** ‖ 199 hostemque **M** ‖ 201 secuti **P** ‖ 203 sed **PS** *pr. m.* seu **BS²M** ‖ 211 fata **PG** iussa **BSM** ‖ 212 numquam **P** nusquam *ceteri* ‖ 213 spatiabere *Bentleius* ‖ 214 Undantemque *Barthius* ‖ 216 neu *codd. edd.* ne *corr. Koestlinus* | umbras **P** umbram *ceteri* ‖ 217 timidumque **G** *Marklandus* tumidumque *codd. edd.*

Ventum erat ad fluvium; solito tunc plenior alveo
(Signa mali) magna se mole Ismenos agebat.
Illa brevis requies, illo timida agmina lassam
De campis egere fugam; stupet hospita belli
Unda viros claraque armorum incenditur umbra.
Insiluere vadis, magnoque fragore solutus
Agger et adversae latuerunt pulvere ripae.
Ille quoque hostiles saltu maiore per undas
Inruit attonitis (longum dimittere habenas),
Sicut erat, tantum viridi defixa parumper
Caespite populeo commendat spicula trunco.
Tunc vero exanimes tradunt rapientibus ultro
Arma vadis: alii demissa casside, quantum
Tendere conatus animae valuere sub undis,
Turpe latent; multi fluvium transmittere nando
Adgressi, sed vincla tenent laterique repugnat
Balteus et madidus deducit pectora thorax.
Qualis caeruleis tumido sub gurgite terror
Piscibus, arcani quotiens devexa profundi
Scrutantem delphina vident; fugit omnis in imos
Turba lacus viridesque metu stipantur in algas;
Nec prius emersi, quam summa per aequora flexus
Emicet et visis malit certare carinis:
Talis agit sparsos mediisque in fluctibus heros
Frena manu pariter, pariter regit arma, pedumque
Remigio sustentat equum; consuetaque campo
Fluctuat et mersas levis ungula quaerit harenas.
Sternit Iona Chromis, Chromin Antiphos, Antiphon Hypseus,
Hypseus Astyagen evasurumque relicto

230 sq. 'Insiliere — agger' Priscian. X 51 p. 541, 5 H.

228 stat et hospita **P** ‖ 229 claroque a. i. auro *Kochius* ‖ 230 Insiliere *Prisc.* **H** ‖ 237 demissa **PpcGH** *edd. vett.* dimissa **BG²SM** ‖ 243 arcano **P** *m. sec.* | profundo **P** ‖ 249 *sq.* pedum se R. s. equus *Iortinus* ‖ 252 antiphas **P**

Amne Linum, ni fata vetent et stamine primo
Ablatum tellure mori. Premit agmina Thebes
Hippomedon, turbat Danaos Asopius Hypseus:
Amnis utrumque timet, crasso vada mutat uterque
Sanguine, et e fluvio neutri fatale reverti.
Iam laceri pronis volvuntur cursibus artus
Oraque et abscisae redeunt in pectora dextrae,
Spicula iam clipeosque leves arcusque remissos
Unda vehit, galeasque vetant descendere cristae:
Summa vagis late sternuntur flumina telis,
Ima viris; illic luctantur corpora leto,
Efflantesque animas retro premit obvius amnis.
Flumineam rapiente vado puer Argipus ulmum
Prenderat, insignes umeros ferus ense Menoeceus
Amputat; ille cadens, nondum conamine adempto,
Truncus in excelsis spectat sua bracchia ramis.
Hypseos hasta Tagen ingenti vulnere mersit,
Ille manet fundo, rediit pro corpore sanguis.
Desiluit ripis fratrem rapturus Agenor
Heu! miser et tenuit, sed saucius ille levantem
Degravat amplexu: poterat resolutus Agenor
Emersisse vadis, piguit sine fratre reverti.
Surgentem dextra Capetum vulnusque minantem
Sorbebat rapidus nudato gurgite vertex;

254 e stamine **B** (*sicut videtur*) **G²** *Beh. 1* **cHT** a stamine *Beh. 2* ‖ 255 thebis **P** ‖ 258 et fluvio **BSd** | neutris **P** neutri est **G** ‖ 262 decendere **P** ‖ 263 spernuntur fulmina **P** ‖ 264 Arma **P** | illi cunctantur **P** ‖ 266 argypus **P** argyphus **BG²** argiphus **ScH** *Beh. 1* argifus **G** agriphus **T** agiphus *Beh. 2* Agrius *edd.* Argipus *scripsi* ‖ 267 armos *Schraderus* ‖ 268 conamine victo *Barthius* ‖ 270 tagen **P** *Barthius* sagen **BG²SM** ‖ 272 *versus in* **G²** *inter v. 274 et 275 legitur* ‖ 275 piguit **P** puduit *ceteri* ‖ 276 capetum **PR** caplethum **b** calethum *vel* caletum *vel* chaletum **BG²SM** ‖ 277 nudato **P** notato **B** *Behh.* **d** († nudato, nu supra) notato **G²**, (*al. m. suprasr.* montano) (n)atatu **S** *pr. m.*, (*al. corr.* vadato, *ead. suprascr.* † undanti) motato **c** violato **p** nodato *schol. edd.* | vortex **Pp**

Iam vultu, iam crine latet, iam dextera nusquam,
Ultimus abreptas ensis descendit in undas.
Mille modis leti miseros mors una fatigat.
Induit a tergo Mycalesia cuspis Agyrten;
Respexit, nusquam auctor erat, sed concita tractu
Gurgitis effugiens invenerat hasta cruorem.
  Figitur et validos sonipes Aetolus in armos,
Exsiluitque alte vi mortis et aera pendens
Verberat; haut tamen est turbatus flumine ductor,
Sed miseratur equum, magnoque ex vulnere telum
Exuit ipse gemens et sponte remisit habenas.
Inde pedes repetit pugnas gressuque manuque
Certior, et segnem Nomium fortemque Mimanta
Thebaeumque Lichan Anthedoniumque Lycetum
Continuat ferro geminisque e fratribus unum
Thespiaden; eadem poscenti fata Panemo:
'Vive superstes' ait, 'diraeque ad moenia Thebes
Solus abi, miseros non decepture parentes.
Di bene, quod pugnas rapidum deiecit in amnem
Sanguinea Bellona manu: trahit unda timentes
Gurgite gentili, nuda nec flebilis umbra
Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes;
Ibitis aequoreis crudelia pabula monstris,
Illum terra vehit suaque in primordia solvet.'
Sic premit adversos et acerbat vulnera dictis;
Ac nunc ense furit, nunc tela natantia captans
Ingerit: innuptae comitem Therona Dianae,

294 sq. 'Vive — abi' Priscian. V 55 p. 176, 19 H. — 299. 'Stridebit — ignes' Priscian. X 29 p. 521, 15 H.

279 abreptas **P** arreptas *Beh.* abruptas **BG²SM** | ensi **P** | ad umbras **P** ‖ 286 fulmine **P** ‖ 287 e vulnere **BM** | telumque e vulnere magnum *Barthius* ‖ 290 minata **P** *pr. m.*, (*al. corr.* nymanta) mimanta **B** minanta **G²ScGT** *Behh.* ‖ 291 Thisbaeumque *Gronovius e cod.* | lycheum **P** liceum **c** ‖ 293 *versum om.* **T** ‖ 296 delegit **PG** ‖ 301 solvet **PG**π solvit **BG²SM** ‖ 303 At **PGHT** *Leid.* | captans **PG** raptans *ceteri* ‖ 304 herona **P** pherona **S**

Ruricolamque Gyan cum fluctivago Ergino,
Intonsumque Hersen contemptoremque profundi
Crethea, nimbosam qui saepe Caphereos arcem
Euboicasque hiemes parva transfugerat alno.
Quid non fata queant? traiectus pectora ferro
Volvitur in fluctus, heu cuius naufragus undae!
Te quoque sublimi tranantem flumina curru,
Dum socios, Pharsale, petis, resupinat ademptis
Dorica cuspis equis; illos violentia saevi
Gurgitis infelixque iugi concordia mergit.
  Nunc age, quis tumidis magnum inclinarit in undis
Hippomedonta labor, cur ipse excitus in arma
Ismenos, doctae nosse indulgete sorores:
Vestrum opus ire retro et senium depellere famae.
Gaudebat Fauno nymphaque Ismenide natus
Maternis bellare tener Crenaeus in undis,
Crenaeus, cui prima dies in gurgite fido
Et natale vadum et virides cunabula ripae.
Ergo ratus nihil Elysias ibi posse Sorores,
Laetus adulantem nunc hoc nunc margine ab illo
Transit avum, levat unda gradus, seu defluus ille,
Sive obliquus eat; nec cum subit obvius, ullas
Stagna dedere moras pariterque revertitur amnis.
Non Anthedonii tegit hospitis inguina pontus
Blandior, aestivo nec se magis aequore Triton
Exerit, aut carae festinus ad oscula matris
Cum remeat tardumque ferit delphina Palaemon.
Arma decent umeros, clipeusque insignis et auro
Lucidus Aoniae caelatur origine gentis.

305 ergino **B** *m. pr.* hergyno **P** engino **G²SB** *m. sec.* hergino *Behh.* erigino **cGHTr**πφ Eriguno *Bentleius* ‖ 307 Cretea **B** ‖ 309 trasiectus **P** ‖ 311 tranantem **P** *Beh.* transnantem **BM** ‖ 315 inclinavit in **P** inclinarit in *corr. Baehrensius* inclinaverit *Lips.* expugnaverit **BSM** expugnaverat **G²** ‖ 317 indulgere **PS** *pr. m.* ‖ 318 depellere **PBcHT** *schol.* **L** defendere **G²SM** ‖ 327 amni *Barthius* ‖ 328 antethedonii, (*al. m. suprascr.* s. glauci) **P**

Sidonis hic blandi per candida terga iuvenci,
Iam secura maris, teneris iam cornua palmis
Non tenet, extremis adludunt aequora plantis;
Ire putes clipeo fluctusque secare iuvencum.
Adiuvat unda fidem pelago nec discolor amnis.
Tunc audax pariter telis et voce proterva
Hippomedonta petit: 'Non haec fecunda veneno
Lerna, nec Herculeis haustae serpentibus undae:
Sacrum amnem, sacrum (et miser experiere!) deumque
Altrices inrumpis aquas.' Nihil ille, sed ibat
Comminus; opposuit cumulo se densior amnis
Tardavitque manum, vulnus tamen illa retentum
Pertulit atque animae tota in penetralia sedit.
Horruit unda nefas, silvae flevistis utraeque,
Et graviora cavae sonuerunt murmura ripae.
Ultimus ille sonus moribundo emersit ab ore:
'Mater!' in hanc miseri ceciderunt flumina vocem.
  At genetrix coetu glaucarum cincta sororum
Protinus icta malo vitrea de valle solutis
Exsiluit furibunda comis, ac verbere crebro
Oraque pectoraque et viridem scidit horrida vestem.
Utque erupit aquis iterumque iterumque trementi
Ingeminat 'Crenaee' sono: nusquam ille, sed index
Desuper, a miserae nimium noscenda parenti,
Parma natat; iacet ipse procul, qua mixta supremum
Ismenon primi mutant confinia ponti.
Fluctivagam sic saepe domum madidosque penates
Alcyone deserta gemit, cum pignora saevus
Auster et algentes rapuit Thetis invida nidos.
Mergitur orba iterum, penitusque occulta sub undis
Limite non uno, liquidum qua subter eunti

354. 'Oraque — vestem' Priscian. X 24 p. 516, 20 H.

334 Sidoniis **P** ‖ 338 non discolor **G** *schol.* iam d. *Barthius* ‖
tre *al. m.*
347 u////que **P** ‖ 357 ab **P** *m. sec.* ‖ 361 Alcione c Altione **GT**

Lucet iter, miseri nequiquam funera nati
Vestigat, plangitque tamen; saepe horridus amnis
Obstat, et obducto caligant sanguine visus.
Illa tamen praeceps in tela offendit et enses
Scrutaturque manu galeas et prona reclinat
Corpora; nec ponto submota intrabat amaram
Dorida, possessum donec iam fluctibus altis
Nereidum miserata cohors ad pectora matris
Impulit. Illa manu ceu vivum amplexa reportat
Insternitque toris riparum atque umida siccat
Mollibus ora comis, atque haec ululatibus addit:
'Hoc tibi semidei munus tribuere parentes
Nec mortalis avus? sic nostro in gurgite regnas?
Mitior haec misero discors alienaque tellus,
Mitior unda maris, quae iuxta flumina corpus
Rettulit et miseram visa expectasse parentem.
Hinc mei vultus? haec torvi lumina patris?
Hi crines undantis avi? tu nobile quondam
Undarum nemorumque decus, quo sospite maior
Diva et nympharum longe regina ferebar.
Heu ubinam ille frequens modo circa limina matris
Ambitus orantesque tibi servire Napaeae?
Cur nunc te, melius saevo mansure profundo,
Amplexu misero tumulis, Crenaee, reporto,
Non mihi? nec tantae pudet heu! miseretque ruinae,
Dure parens? quae te alta et ineluctabilis imo
Condidit amne palus, quo nec tam cruda nepotis
Funera, nec nostri valeant perrumpere planctus?

Inter v. 365 et 366 in **B** *versus erasus esse videtur* ‖ 369
reclinat *al. m.*
rec////nat **P** ‖ 370 nunc ponto *Marklandus* | intraverat arma **P** ‖ 375 ululantibus **P** ‖ 377 si **P** ‖ 378 *Deest versus in* **BG**^{2}**S** *pr. m.* (*inter lineas m. rec. adscriptus*) *Beh. 1. 2* **cg** | haec **P** heu **M** | miserae *Barthius* | dissors *Heinsius* ‖ 385 Heu **PG**^{2}**S** *Heus* **BM** *Similem hiatum admisit Statius V 350. 478. 613 VIII 174 Silv. III 5, 44* | fratris **P** ‖ 387 mansura *codd. edd.*, *corr. Baehrensius* ‖ 391 nec tam **P** nec iam **G** iam nec **BG**^{2}**M**

Ecce furit iactatque tuo se in gurgite maior
Hippomedon, illum ripaeque undaeque tremescunt,
Illius impulsu nostrum bibit unda cruorem:
Tu piger et trucibus facilis servire Pelasgis.
Ad cineres saltem supremaque iusta tuorum,
Saeve, veni, non hic solum accensure nepotem.'
His miscet planctus multumque indigna cruentat
Pectora, caeruleae referunt lamenta sorores:
Qualiter Isthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxisse ferunt, dum pectore anhelo
Frigidus in matrem saevum mare respuit infans.
At pater arcano residens Ismenos in antro,
Unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus
Pascitur et Tyrios melior venit annus in agros,
Ut lamenta procul (quamquam strepit ipse) novosque
Accepit natae gemitus, levat aspera musco
Colla gravemque gelu crinem, ceciditque soluta
Pinus adulta manu dimissaque volvitur urna.
Illum per ripas annoso scrupea limo
Ora exertantem silvae fluviique minores
Mirantur: tantus tumido de gurgite surgit,
Spumosum attollens apicem lapsuque sonoro
Pectora caeruleae rivis manantia barbae.
Obvia cognatos gemitus casumque nepotis
Nympharum docet una patrem monstratque cruentum
Auctorem dextramque premit: stetit arduus alto
Amne, manuque genas et nexa virentibus ulvis
Cornua concutiens sic turbidus ore profundo
Incipit: 'Huncne mihi, superum regnator, honorem,
Quod totiens hospesque tuis et conscius actis
(Nec memorare timor) falsa nunc improba fronte
Cornua, nunc vetitam currus deiungere Phoeben,

398 his solum *Heinsius* ‖ 399 cruentant **P** ‖ 401 nereia **PG** ‖ 407 strepit **P** obstrepit *ceteri* ‖ 409 occiditque **P** ‖ 411 annosa **P** ‖ *vv. 413 et 414 in* **P** *inter se transpositi leguntur* ‖ 413 tantum **P** ‖ 420 *versus deest in* **T** ‖ 424 deiungere **P** (*ead. m.*

Dotalesque rogos deceptaque fulmina vidi
Praecipuosque alui natorum? an vilis et illis
Gratia? ad hunc certe repsit Tirynthius amnem,
Hac tibi flagrantem Bromium restinximus unda.
Aspice, quas fluvio caedes, quae funera portem,
Continuus telis alioque adopertus acervo.
Omne vadum belli series tenet, omnis anhelat
Unda nefas, subterque animae supraque recentes
Errant et geminas iungunt caligine ripas.
Ille ego clamatus sacris ululatibus amnis,
Qui molles thyrsos Baccheaque cornua puro
Fonte lavare feror, stipatus caedibus artas
In freta quaero vias; non Strymonos impia tanto
Stagna cruore natant, non spumifer altius Hebrus
Gradivo bellante rubet. Nec te admonet altrix
Unda tuasque manus, iam pridem oblite parentum
Liber? an Eous melius pacatur Hydaspes?
At tu, qui tumidus spoliis et sanguine gaudes
Insontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon aut saevas victor revehere Mycenas,
Ni mortalis ego et tibi ductus ab aethere sanguis.'
Sic ait infrendens et sponte furentibus undis
Signa dedit: mittit gelidus montana Cithaeron
Auxilia antiquasque nives et pabula brumae
Ire iubet; frater tacitas Asopos eunti
Conciliat vires et hiulcis flumina venis
Suggerit. Ipse cavae scrutatur viscera terrae
Stagnaque torpentesque lacus pigrasque paludes
Excutit, atque avidos tollens ad sidera vultus
Umentes nebulas exhaurit et aera siccat.
Iamque super ripas utroque extantior ibat
Aggere, iam medium modo qui superaverat amnem

suprascr. ħcule) disiungere *ceteri* ‖ 430 alioque **P** altoque *ceteri* ‖ 432 superque **P** *pr. m.* ‖ 435 thirsos bracchiaque **P** ‖ 436 libare **P** *pr. m.* ‖ 449 Iret **P** | asopus **PGHT** *cf. VII 315* ‖ 451 ipsa **P** | *versus 494—903 desunt in* **G**[2] ‖ 455 exstantior **P**

Hippomedon, intactus aquis umerosque manusque,
Miratur crevisse vadum seseque minorem.
Hinc atque hinc tumidi fluctus animosaque surgit
Tempestas instar pelagi, cum Pliadas haurit
Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
Non secus aequoreo iactat Teumesius amnis
Hippomedonta salo, semperque umbone sinistro
Tollitur et clipeum nigrante supervenit aestu
Spumeus adsultans, fractaque refunditur unda
Et cumulo maiore redit; nec mole liquenti
Contentus carpit putres servantia ripas
Arbusta annosasque trabes eiectaque fundo
Saxa rotat. Stat pugna impar amnisque virique,
Indignante deo; nec enim dat terga nec ullis
Frangitur ille minis, venientesque obvius undas
Intrat et obiecta dispellit flumina parma.
Stant terra fugiente gradus, et poplite tenso
Lubrica saxa tenet, genibusque obnixus et haerens
Subruta fallaci servat vestigia limo,
Sic etiam increpitans: 'Unde haec, Ismene, repente
Ira tibi? quove has traxisti gurgite vires,
Imbelli famulate deo solumque cruorem
Femineis experte choris, cum Bacchica mugit
Buxus et insanae maculant trieterida matres?'
Dixerat; atque illi sese deus obtulit ultro
Turbidus imbre genas et nube natantis harenae,
Nec saevit dictis, trunca sed pectora quercu
Ter quater oppositi, quantum ira deusque valebat,
Impulit adsurgens: tandem vestigia flexit

460 pliadas **BcT** *Beh. 2* plyadas **H** pleiadas **PG** pliades *Beh. 1 cf. IV 120* ‖ 462 ignis **P** ‖ 467 carpitque *Barthius* ‖ 468 Ambusta **P** *pr. m.* | euectaque *Baehrensius* ‖ 470 nec illis **P** ‖ 473 Stat **P** ‖ 474 tenet **PG** *edd. vett.* tenent **BS** *Colb.* **T** natant **p** *Beh.* **gH** *Leid. Gronov.* ‖ 478 famulante **p** *Behh. edd.* | deo, *suprascr.* s. baco **P** ‖ 480 trieterida **PBg** *edd. vett. cf. Ach. I 595* trieterica **SM** triaterica **cG** *Beh.* triatericha **T** ‖ 484 valebat **P** valebant *ceteri*

Excussumque manu tegimen, conversaque lente
Terga refert. Instant undae sequiturque labantem
Amnis ovans; nec non saxis et grandine ferri
Desuper infestant Tyrii geminoque repellunt
Aggere. Quid faciat bellis obsessus et undis?
Nec fuga iam misero, nec magnae copia mortis.
Stabat gramineae producta crepidine ripae
Undarum ac terrae dubio, sed amicior undis,
Fraxinus ingentique vadum possederat umbra.
Huius opem (nam qua terras invaderet?) unca
Arripuit dextra: nec pertulit illa trahentem;
Sed maiore super, quam stabat, pondere victa
Solvitur, et qua stagna subit radice quibusque
Arentem mordebat humum, dimissa superne
Iniecit trepido sese ripamque, nec ultra
Passa virum subitae vallavit ponte ruinae.
Huc undae coeunt, et ineluctabile caeno
Verticibusque cavis sidit crescitque barathrum.
Iamque umeros, iam colla ducis sinuosa vorago
Circuit: hic demum victus suprema fateri
Exclamat: 'Fluvione (pudet!), Mars inclite, mergis
Hanc animam? segnesque lacus et stagna subibo
Ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeone occumbere ferro
Non merui?' Tandem precibus commota Tonantem
Iuno subit: 'Quonam miseros, sator inclite divum,
Inachidas, quonam usque premes? iam Pallas et odit
Tydea, iam rapto tacuerunt augure Delphi:
En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenae

492 *sqq. Cf. Hom. Il. XXI 241 sqq.* ‖ 497 supra **M** ‖ 499 dimissa **P** demissa *ceteri* ‖ 500 Iniecitque vado sese *Koestlinus* ‖ 501 Passurum *codd. edd.* Passa virum *corr. Barthius* Prensurum *Gronovius e cod. Palat.* | monte *Baehrensius* ‖ 502 caeno **P** caenum *vel* coenum *ceteri* ‖ 503 recavis *Barthius* | sidit **P** sedit *ceteri* ‖ 505 Circumit **PBS** *Beh.* ‖ 506 mergis **P** merges *ceteri* ‖ 510 motura *Barthius*

Argolicique lares numenque ante omnia Iuno
(Sic ego fida meis?), pelagi crudelibus ibit
Praeda feris? certe tumulos supremaque victis
Iusta dabas; ubi Cecropiae post proelia flammae?
Theseos ignis ubi est?' Non spernit coniugis aequas
Ille preces, leviterque oculos ad moenia Cadmi
Rettulit, et viso sederunt flumina nutu.
Illius exangues umeri et perfossa patescunt
Pectora: ceu ventis alte cum elata resedit
Tempestas, surgunt scopuli quaesitaque nautis
Terra, et ab infestis descendunt aequora saxis.
Quid ripas tenuisse iuvat? premit undique nimbo
Telorum Phoenissa cohors, nec tegmina membris
Ulla, omnisque patet leto; tunc vulnera manant,
Quique sub amne diu stupuit cruor, aere nudo
Solvitur et tenues venarum laxat hiatus,
Incertique labant undarum et frigore gressus.
Procumbit, Getico qualis procumbit in Haemo
Seu Boreae furiis putri seu robore quercus
Caelo mixta comas, ingentemque aera laxat:
Illam nutantem nemus et mons ipse tremescit,
Qua tellure cadat, quas obruat ordine silvas.
Non tamen aut ensem galeamve audacia cuiquam
Tangere; vix credunt oculis ingentiaque horrent
Funera, et adstrictis accedunt comminus armis.
Tandem Hypseus adiit capulumque in morte tenenti
Extrahit et torvos laxavit casside vultus;
Itque per Aonios alte mucrone corusco
Suspensam ostentans galeam et clamore superbit:
'Hic ferus Hippomedon, hic formidabilis ultor
Tydeos infandi debellatorque cruenti

518 Busta *codd. edd.* Iusta *corr. Heinsius* | cecopriae **P** caecropiae **B** ‖ 523 cum elata **PH** cum flata **Bc** conflata **GT** *edd. vett.* ‖ 525 insessis *Heinsius* ‖ 531 et frigore **P** frigore *ceteri* ‖ 532 haemon **P** ‖ 540 hypseus adiit **P** adiit hypseus **SM** adit hipseus **B** | caelumque **P** ‖ 544 sic formidabilis **P**

Gurgitis!' Agnovit longe pressitque dolorem
Magnanimus Capaneus, telumque immane lacertum
Hortatur librans: 'Ades o mihi, dextera, tantum
Tu praesens bellis et inevitabile numen,
Te voco, te solam superum contemptor adoro.'
Sic ait, et voti sese facit ipse potentem.
It tremibunda abies clipeum per et aerea texta
Loricae tandemque animam sub pectore magno
Deprendit: ruit haut alio quam celsa fragore
Turris, ubi innumeros penitus quassata per ictus
Labitur effractamque aperit victoribus urbem.
Cui super adsistens 'non infitiamur honorem
Mortis' ait, 'refer huc oculos, ego vulneris auctor;
Laetus abi multumque aliis iactantior umbris!'
Tunc ensem galeamque rapit clipeumque revellit
Hypseos; exanimumque tenens super Hippomedonta
'Accipe' ait, 'simul hostiles, dux magne, tuasque
Exuvias, veniet cineri decus et suus ordo
Manibus; interea iustos dum reddimus ignes,
Hoc ultor Capaneus operit tua membra sepulcro.'
Sic anceps dura belli vice mutua Grais
Sidoniisque simul nectebat vulnera Mavors:
Hic ferus Hippomedon, illic non segnior Hypseus
Fletur, et alterni praebent solacia luctus.
Tristibus interea somnum turbata figuris
Torva sagittiferi mater Tegeatis ephebi,
Crine dato passim plantisque ex more solutis,
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad undas
Purgatura malum fluvio vivente soporem.

547 lacerto **BSM** lacertum *scripsi* recepto **P** *pr. m.*, (*al. corr.* receptum) ‖ 549 lumen, *al. m. suprascr.* † numen **P** ‖ 551 ipsa **P** ‖ 552 terga *codd. edd.* texta *corr. Gronovius e marg. cod. Arundeliani coll. V 354* ‖ 560 repellit **P** ‖ 561 Ipsius **PBSM** Impius **H** Hypseos *corr. Marklandus* | exanimemque **M** exanimum quatiens *Barthius* ‖ 567 nectebat funera *Marklandus* ‖ 571 ephebi, *al. m. suprascr.* s. partonopei **P**

Namque per attonitas curarum pondere noctes
Saepe et delapsas adytis, quas ipsa dicarat,
Exuvias, seque ignotis errare sepulcris
Extorrem nemorum Dryadumque a plebe fugatam,
Saepe novos nati bello rediisse triumphos,
Armaque et alipedem notum comitesque videbat,
Numquam ipsum, nunc ex umeris fluxisse pharetras,
Effigiesque suas simulacraque nota cremari.
Praecipuos sed enim illa metus portendere visa est
Nox miserae totoque erexit pectore matrem.
Nota per Arcadias felici robore silvas
Quercus erat, Triviae quam desacraverat ipsa
Electam turba nemorum numenque colendo
Fecerat: hic arcus et fessa reponere tela,
Armaque curva suum et vacuorum terga leonum
Figere et ingentes aequantia cornua silvas.
Vix ramis locus, agrestes adeo omnia cingunt
Exuviae, et viridem ferri nitor impedit umbram.
Hanc, ut forte iugis longo defessa redibat
Venatu, modo rapta ferox Erymanthidos ursae
Ora ferens, multo proscissam vulnere cernit
Deposuisse comam et rorantes sanguine ramos
Expirare solo; quaerenti nympha cruentas
Maenadas atque hostem dixit saevisse Lyaeum.
Dum gemit et planctu circumdat pectus inani,
Abrupere oculi noctem maestoque cubili
Exsilit et falsos quaerit per lumina fletus.
  Ergo ut in amne nefas merso ter crine piavit
Verbaque sollicitas matrum solantia curas
Addidit, armigerae ruit ad delubra Dianae

578 nemorum **PH**π nemoris **BSM** ‖ 581 Numquam **P** Nusquam *ceteri* ‖ 583 visa est **PGH** *edd. vett.* visa͂ **B** visa **SM** | 589 torva leonum **P** ‖ 591 Vix radiis *Barthius* ‖ 597 Expirare **P** Expirasse **BSM** ‖ 598 saeuissime **P** ‖ 602 inmane **P** iane **GT** *edd. vett.* inane *Barthius* ‖ 604 armigerae **P** *marg.* armatae **BSM**

Rore sub Eoo, notasque ex ordine silvas
Et quercum gavisa videt. Tunc limina divae
Adstitit et tali nequiquam voce precatur:
'Virgo potens nemorum, cuius non mollia signa
Militiamque trucem sexum indignata frequento
More nihil Graio, nec te gens aspera ritu
Colchis Amazoniaeve magis coluere catervae:
Si mihi non umquam thiasi ludusve protervae
Noctis et, inviso quamvis temerata cubili,
Non tamen aut teretes thyrsos aut mollia gessi
Pensa, sed in tetricis et post conubia lustris,
Sic quoque venatrix animoque innupta remansi
(Nec mihi secretis culpam occultare sub antris
Cura, sed ostendi prolem posuique trementem
Ante tuos confessa pedes; nec degener ille
Sanguinis inque meos reptavit protinus arcus):
[Tela puer lacrimis et prima voce poposcit]
Hunc mihi (quid trepidae noctes somnusque minantur?)
Hunc, precor, audaci qui nunc ad proelia voto
Heu nimium sibi fisus abit, da visere belli
Victorem, vel, si ampla peto, da visere tantum!
Hic sudet tuaque arma ferat: preme dira malorum
Signa; quid in nostris, nemoralis Delia, silvis
Maenades hostiles Thebanaque numina regnant?
Ei mihi! cur penitus (simque augur cassa futuri!),
Cur penitus magnoque interpretor omine quercum?
Quod si vera sopor miserae praesagia mittit,
Per te maternos, mitis Dictynna, labores

606 limina **P** *cf. III 299* limine *ceteri* ‖ 612 *versus deest in* **P** ‖ 616 animoque **P** *edd. vett.* animumque **BM** innupta animumque **S** animosque *Baehrensius* ‖ 617 crimen **B** *Beh. 1* crinem **c** *Beh. 2* (*in marg. adscr.* culpam) ‖ 618 prolem **P** *N. Faber* natum **BSM** ‖ 621 *versum, qui deest in uno* **P**, *uncis inclusi et interpunctionem cum Sandstroemio correxi* ‖ 624 tibi *codd. edd.*, *corr. Baehrensius* ‖ 625 *Post hunc v. in Beh. 1 sequuntur haec:* Si non victorem, da tantum cernere victum ‖ 626 dira **P** diva **BSM** dura *Colb.* ‖ 628 Menalis **P** ‖ 632 maternos, *al. m. suprascr*

Fraternumque decus, cunctis hunc fige sagittis
Infelicem uterum; miserae sine funera matris
Audiat ille prior!' Dixit, fletuque soluto
Aspicit et niveae saxum maduisse Dianae.
Illam diva ferox etiamnum in limine sacro
Expositam et gelidas verrentem crinibus aras
Linquit, et in mediis frondentem Maenalon astris
Exsuperat saltu gressumque ad moenia Cadmi
Destinat, interior caeli qua semita ducit
Dis tantum et cunctas iuxta videt ardua terras.
Iamque fere medium Parnasi frondea praeter
Colla tenebat iter, cum fratrem in nube corusca
Aspicit haut solito visu: remeabat ab armis
Maestus Echioniis, demersi funera lugens
Auguris. Inrubuit caeli plaga sidere mixto;
[Occursuque sacro pariter iubar arsit utrimque,
Et coiere arcus et respondere pharetrae.]
Ille prior: 'Scio, Labdacias, germana, cohortes
Et nimium fortes ausum petis Arcada pugnas.
Fida rogat genetrix: utinam indulgere precanti
Fata darent! en ipse mei (pudet!) inritus arma
Cultoris frondesque sacras ad inania vidi
Tartara et in memet versos descendere vultus;
Nec tenui currus terraeque abrupta coegi,
Saevus ego inmeritusque coli. Lugentia cernis
Antra, soror, mutasque domos: haec sola rependo
Dona pio comiti; nec tu peritura movere
Auxilia et maestos in vanum perge labores.
Finis adest iuveni, non hoc mutabile fatum,

s. latone **P** | ditis, *al. m. suprascr.* i. inferum **P** ‖ 633 Frater-
numque, *al. m. suprascr.* apollinis **P** | cunctis **P** cūctis *Lips.*
iustis **BSM** ‖ 640 gressu saltumque *codd. edd., corr. Baehrensius* ‖
641 ducit **P** lucet *ceteri* ‖ 645 solito **PT** solitum **BSM** dubium **c** ‖
versus 648 *et* 649, *qui desunt in* **PR**, *uncis inclusi, nec tamen Statii*
ingenio indignos puto ‖ 650 labdacias **PpHT** *schol.* labdacidas
BSM ‖ 651 arcada, *al. m. suprascr.* s. par **P** ‖ 652 genitrix, *al. m.*
suprascr. s. athlanta **P** ‖ 654 et inania **BcGT** *Behh.* ‖ 655 in *om.* **P**

Nec te de dubiis fraterna oracula fallunt.'
'Sed decus extremum certe' confusa vicissim
Virgo refert, 'veraeque licet solacia morti
Quaerere, nec fugiet poenas, quicumque nefandam
Insontis pueri scelerarit sanguine dextram
Impius, et nostris fas sit saevire sagittis.'
Sic effata movet gressus libandaque fratri
Parcius ora tulit, Thebasque infesta petivit.
At pugna ereptis maior crudescit utrimque
Regibus, alternosque ciet vindicta furores.
Hypseos hinc turmae desolatumque magistro
Agmen, at hinc gravius fremit Hippomedontis adempti
Orba cohors; praebent obnixi corpora ferro,
Idem ardor rabidis externum haurire cruorem
Ac fudisse suum, nec se vestigia mutant.
Stat cuneo defixa acies, hostique cruento
Dant animas et terga negant: cum lapsa per auras
Vertice Dircaei velox Latonia montis
Adstitit; agnoscunt colles notamque tremescit
Silva deam, saevis ubi quondam exerta sagittis
Fecundam lasso Nioben consumpserat arcu.
Illum acies inter coepta iam caede superbum
Nescius armorum et primas tunc passus habenas
Venator raptabat equus, quem discolor ambit
Tigris et auratis adverberat unguibus armos.
Colla sedent nodis et castigata iubarum
Libertas, nemorisque notae sub pectore primo

667. 'et — sagittis' schol. Theb. IX 876 p. 336 L.

662 de dubiis **P** nunc dubiis *ceteri* ‖ 663 Sed **PR** At **BSM** ‖
certe **P** misero *ceteri* | *Interpunctionem correxi* ‖ 664 veraeque **P**
duraeque **BSM** diraeque *Beh.* ‖ 669 ira tulit **P** ‖ 672 Hypseus **P** ‖ 674
corpora **P** *Beh.* pectora **BSM** ‖ 676 sua nec vestigia **T** *Schraderus* ‖
677 hostemque **P** ‖ 678 animos **P** | natant **P** *pr. m.* notant **P**
sec. m. ‖ 682 laeso **P** ‖ 683 Illum, *al. m. suprascr.* s. par. **P** |
coeptas **P** coepta *scripsi* medias **BSM** inter densas acies **p** ‖
688 notat **P** *pr. m.* note *al. m. corr.*

Iactantur niveo lunata monilia dente.
Ipse bis Oebalio saturatam murice pallam
Lucentesque auro tunicas (hoc neverat unum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo,
Cornipedis laevo clipeum demiserat armo,
Ense gravis nimio: tereti iuvat aurea morsu
Fibula, pendentes circum latera aspera cinctus,
Vaginaeque sonum tremulumque audire pharetrae
Murmur et a cono missas in terga catenas;
Interdum cristas hilaris iactare comantes
Et pictum gemmis galeae iubar. Ast ubi pugna
Cassis anhela calet, resoluto vertice nudus
Exoritur: tunc dulce comae radiisque trementes
Dulce nitent visus et, quas dolet ipse morari,
Nondum mutata roseae lanugine malae.
Nec formae sibi laude placet multumque severis
Asperat ora minis, sed frontis servat honorem
Ira decens. Dat sponte locum Thebana iuventus,
Natorum memores, intentaque tela retorquent,
Sed premit et saevas miserantibus ingerit hastas.
Illum et Sidoniae Teumesi e vertice nymphae
Bellantem atque ipso sudore et pulvere gratum
Laudant, et tacito ducunt suspiria voto.
  Talia cernenti mitis subit alta Dianae
Corda dolor, fletuque genas violata 'quod' inquit,
'Nunc tibi, quod leti quaeram dea fida propinqui
Effugium? haecne ultro properasti in proelia, saeve
Ac miserande puer? cruda heu festinaque virtus
Suasit et hortatrix animosi gloria leti?
Scilicet angustum iamdudum urgentibus annis

694 iubet **P** ligat *A. Schottius et Gronovius e codd.* ‖ 699 pugnae **P** ‖ 701 trementes **Bp** *Beh. 1 Colb.* frementes **P** meantes **ScB** *marg.* micantes **M** *edd.* nitentes *Beh. 2* ‖ 703 mutatae rosea *codd. edd.* mutata roseae *scripsi* ‖ 709 teumesi ę vertice **P** iuga per teumesia *vel* theumesia **BSM** virgo teumesia *Prag. 2 m. pr.* ‖ 710 graium **P** ‖ 715 in **P** *Colb.* ad **BSM**

Maenalium tibi, parve, nemus, perque antra ferarum
Vix tutae sine matre viae, silvestria cuius
Nondum tela procax arcumque implere valebas.
Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
Invidiam surdasque fores et limina lassat:
Tu dulces lituos ululataque proelia gaudes
Felix et miserae tantum moriture parenti.'
Ne tamen extremo frustra morientis honori
Adfuerit, venit in medios caligine furva
Saepta globos, primumque leves furata sagittas
Audacis tergo pueri caelestibus implet
Coryton telis, quorum sine sanguine nullum
Decidit; ambrosio tum spargit membra liquore,
Spargit equum, ne quo violetur vulnere corpus
Ante necem, cantusque sacros et conscia miscet
Murmura, secretis quae Colchidas ipsa sub antris
Nocte docet monstratque feras quaerentibus herbas.
  Tunc vero exerto circumvolat igneus arcu
Nec se mente regit patria, matrisque suique
Immemor, et nimium caelestibus utitur armis:
Ut leo, cui parvo mater Gaetula cruentos
Suggerit ipsa cibos, cum primum crescere sensit
Colla iubis torvusque novos respexit ad ungues,
Indignatur ali, tandemque effusus apertos
Liber amat campos et nescit in antra reverti.
Quos, age, Parrhasio sternis, puer improbe, cornu?
Prima Tanagraeum turbavit harundo Coroebum
Extremo galeae primoque in margine parmae
Angusta transmissa via, stat faucibus unda
Sanguinis, et sacri facies rubet igne veneni.
Saevius Eurytion, cui luminis orbe sinistro

720 cum matre *Barthius* ‖ 725 tandem **S** | moriture **P** *edd. vett.* periture **BSM** ‖ 727 furva *Dan. Grotius* fulva *ceteri codd. edd. cf. VIII 10* ‖ 731 Decidit **PBR** *Colb. edd. vett.* Effugit **B** *marg.* **SM** ‖ 732 violetur **P** temeretur *ceteri* ‖ 737 patria **P** patriae *ceteri* ‖ 741 torvosque **P** | angues **P** ‖ 745 turbabit **P** *pr. m.* ‖ 749 erythion **P**

Callida tergeminis acies se condidit uncis.
Ille trahens oculo plenam labente sagittam
Ibat in auctorem: sed divum fortia quid non
Tela queant? alio geminatum lumine vulnus
Explevit tenebras; sequitur tamen improbus hostem,
Qua meminit, fusum donec prolapsus in Idan
Decidit: hic saevi miser inter funera belli
Palpitat et mortem sociosque hostesque precatur.
Addit Abantiadas, insignem crinibus Argum
Et male dilectum miserae Cydona sorori.

* * *

Huic geminum obliqua traiecit harundine tempus,
Exsilit hac ferrum, velox hac pinna remansit:
Fluxit utrimque cruor. Nulli tela aspera mortis
Dant veniam, non forma Lamum, non infula Lygdum,
Non pubescentes texerunt Aeolon anni:
Figitur ora Lamus, flet saucius inguina Lygdus,
Perfossam telo niveam gemis, Aeole, frontem.
Te praeceps Euboea tulit, te candida Thisbe
Miserat, hunc virides non excipietis *Amyclae.
Numquam cassa manus, nullum sine numine fugit

Illi perfossum telo patefecerat inguen,

---

754 sq. 'sequitur — meminit' Serv. ad Aen. III 657.

---

eurition **B** euricion **c** euriton **G** eurichion *Beh. 2* ericion **d** | limi-nis **P** *pr. m.* ‖ 750 Callida **PBp** *schol.* Aspera **SM** | uncis, *al. m. suprascr.* † uinclis **P** ‖ 751 plenam, *al. m. suprascr.* sanguinis **P** ‖ 753 alto **P** ‖ 754 Explebit **P** *pr. m.* ‖ 755 idam *codd. edd.* Idan *scripsi, cf. VII 588* ‖ 757 socios (*om.* que) **P** ‖ 760 *versum, qui deest in* **PBSM**, *exstat in* **HTdr** (*rec. m. add.*), *'si nothum dicamus, certe similis argumenti alius excidisse putandus est' Weberus. Lacunae signum posui versu ipso expuncto* ‖ 762 Exilit **P** Extitit *ceteri* ‖ 766 Figitur ilia **P** ‖ 768 Te, *ead. m. suprascr.* s. lame **P** | eubona **P** | te, *ead. m. suprascr.* s. ligde **P** ‖ 769 hunc, *suprascr.* s. eolon **P** | recipietis *Barthius* | Amyclae] *nomen urbis corruptum esse manifestum videtur, cum de Bocoto sermo sit; fortasse cum Koestlino legendum est* Erythrae *coll. VII 265* ‖ 770 numine **P** vulnere *ceteri*

Missile, nec requies dextrae, sonitumque priori
Iungit harundo sequens. Unum quis crederet arcum
Aut unam saevire manum? modo derigit ictus,
Nunc latere alterno dubius conamina mutat,
Nunc fugit instantes et solo respicit arcu.
  Et iam mirantes indignantesque coibant
Labdacidae, primusque Iovis de sanguine claro
Amphion ignarus adhuc, quae funera campis
Ille daret: 'Quonam usque moram lucrabere fati,
O multum meritos puer orbature parentes?
Quin etiam menti tumor atque audacia gliscit,
Congressus dum nemo tuos pugnamque minorem
Dignatur bellis iraque relinqueris infra.
I, repete Arcadiam mixtusque aequalibus illic,
Dum ferus hic vero desaevit pulvere Mavors,
Proelia lude domi: quodsi te maesta sepulcri
Fama movet, dabimus, leto moriere virorum!'
Iamdudum hunc contra stimulis gravioribus ardet
Trux Atalantiades (necdum ille quierat) et infit:
'Sera etiam in Thebas, quarum hic exercitus, arma
Profero; quisnam adeo puer, ut bellare recuset
Talibus? Arcadiae stirpem et fera semina gentis,
Non Thebana vides: non me sub nocte silenti
Thyias Echionio genetrix famulata Lyaeo
Edidit, haut umquam deformes vertice mitras
Induimus turpesque manu iactavimus hastas.
Protinus adstrictos didici reptare per amnes
Horrendasque domus magnarum intrare ferarum
Et — quid plura loquar? ferrum mea semper et arcus
Mater habet, vestri feriunt cava tympana patres.'
Non tulit Amphion vultumque et in ora loquentis

---

773 dirigit *codd.* ‖ 781 tumor *rasura extinctum rec. m. rescripit* **P** ‖ 783 iraque **P** iramque *ceteri* ‖ 789 quierat et **P** quieverat **BSM** ‖ 794 Thyas *codd.* Thyias *corr. Weberus, cf. V 92* ‖ 796 turpique m. i. hastam *codd. edd.* turpesque m. i. hastas *corr. Barthius*

Telum immane rotat; sed ferri lumine diro
Turbatus sonipes sese dominumque retorsit
In latus atque avidam transmisit devius hastam.
Acrior hoc iuvenem stricto mucrone petebat
Amphion, cum se medio Latonia campo
Iecit et ante oculos omnes stetit obvia vultu.
Haerebat iuveni devinctus amore pudico
Maenalius Dorceus, cui bella suumque timorem
Mater et audaces pueri mandaverat annos.
Huius tum vultu dea dissimulata profatur:
'Hactenus Ogygias satis infestasse catervas,
Parthenopaee, satis; miserae iam parce parenti,
Parce deis, quicumque favent.' Nec territus ille:
'Hunc sine me (non plura petam), fidissime Dorceu,
Sternere humi, qui tela meis gerit aemula telis
Et similes cultus et frena sonantia iactat.
Frena regam, cultus Triviae pendebitis alto
Limine, captivis matrem donabo pharetris.'
Audiit et mixto risit Latonia fletu.
  Viderat hanc caeli iamdudum in parte remota
Gradivum complexa Venus, dumque anxia Thebas
Commemorat Cadmumque viro caraeque nepotes
Harmoniae, pressum tacito sub corde dolorem
Tempestiva movet: 'Nonne hanc, Gradive, protervam
Virginitate vides mediam se ferre virorum
Coetibus? utque acies audax et Martia signa
Temperet? en etiam donat praebetque necandos
Tot nostra de gente viros. Huic tradita virtus,
Huic furor? agrestes superest tibi figere dammas.'
Desiluit iustis commotus in arma querellis
Bellipotens, cui sola vagum per inane ruenti

802 portat **B** *m. pr.* parat **B** *m. sec.* '*rectius Mss.* parat' *Heinsius* ‖ 807 Iecit et **P** Inicit *ceteri* | omnes **P** omni *ceteri* | omnia vultu **P** ‖ 811 vultum **pGT** *edd. vett.* in vultum *Barthius* ‖ 815 *versus in* **P** *non legitur* ‖ 816 meis, *al. m. suprascr.* t suis s. parth. **P** ‖ 819 Culmine *Marklandus* ‖ 831 Dissiluit **P** *Beh.*

Ira comes, reliqui sudant ad bella Furores.
Nec mora, cum maestam monitu Latoida duro
Increpat adsistens: 'Non haec tibi proelia divum
Dat pater; armiferum ni protinus improba campum
Deseris, huic aequam nosces nec Pallada dextrae.'
Quid faciat contra? premit hinc Mavortia cuspis,
Hinc plenae tibi, parve, colus, Iovis inde severi
Vultus: abit solo post haec evicta pudore.
  At pater Ogygias Mavors circumspicit alas
Horrendumque Dryanta movet, cui sanguinis auctor
Turbidus Orion, comitesque odisse Dianae
Inde furit. Primum hinc turbatos arripit ense
Arcadas exarmatque ducem; cadit agmine longo
Cyllenes populus Tegeesque habitator opacae,
Aepytiique duces Telphusiacaeque phalanges.
Ipsum autem et lassa fidit prosternere dextra,
Nec servat vires: etenim huc iam fessus et illuc
Mutabat turmas; urgent praesagia mille
Funeris, et nigrae praecedunt nubila mortis.
Iamque miser raros comites verumque videbat
Dorcea, iam vires paulatim abscedere sensit,
Sensit et exhaustas umero leviore pharetras.
Iam minus atque minus fert arma puerque videtur
Et sibi, cum torva clipei metuendus obarsit
Luce Dryas: tremor ora repens ac viscera torsit
Arcados; utque feri vectorem fulminis albus
Cum supra respexit olor, cupit hiscere ripam

840 Vultus agit *Sandstroemius* ‖ 844 hinc **PBT** hic **SM** ‖ que *ead. m.*
847 delphusiacaeque **P** telphusiaeq. **B** delphus. tegeeque **R** tereeeque **S**, *in marg. al. m.* thelephee, (*rec. m. suprascr.* delphus) telepheaeque **obpπH** *Colb.* thelepheaeque **g** *Behh.* et elepheeque **G** zelepheeque *Prag. 2* celefeaeque **T** tegeeque **r** fugiunt Pheneique *edd.* Thelpusaeaeque *coni. Gronovius* Telphusiacaeque *scripsi* ‖ 849 iam *om.* **P** ‖ 852 raro comites superumque **P** ‖ 853 sensit **PSHT** sentit **BM** ‖ 854 Sensit **HT** Sentit **PBSM** ‖ 858 fulminis aluos **P**

Strymonos et trepidas in pectora contrahit alas:
Sic iuvenem saevi conspecta mole Dryantis
Iam non ira subit, sed leti nuntius horror.
Arma tamen, frustra superos Triviamque precatus,
Molitur pallens et surdos expedit arcus.
Iamque instat telis et utramque obliquus in ulnam
Cornua contingit mucrone et pectora nervo:
Cum ducis Aonii magno cita turbine cuspis
Fertur in adversum nervique obliqua sonori
Vincla secat: pereunt ictus manibusque remissis
Vana supinato ceciderunt spicula cornu.
Tunc miser et frenos turbatus et arma remisit,
Vulneris impatiens, umeri quod tegmine dextri
Intrarat facilemque cutem: subit altera cuspis
Cornipedisque fugam succiso poplite sistit.
Tunc cadit ipse Dryas (mirum) nec vulneris umquam
Conscius: olim auctor teli causaeque patebunt.
At puer infusus sociis in devia campi
Tollitur (heu simplex aetas!) moriensque iacentem
Flebat equum; cecidit laxata casside vultus,
Aegraque per trepidos expirat gratia visus,
Et prensis concussa comis ter colla quaterque
Stare negant, ipsisque nefas lacrimabile Thebis,
Ibat purpureus niveo de pectore sanguis.
Tandem haec singultu verba incidente profatur:
'Labimur, i, miseram, Dorceu, solare parentem.
Illa quidem, si vera ferunt praesagia curae,
Aut somno iam triste nefas aut omine vidit.
Tu tamen arte pia trepidam suspende diuque
Decipito; neu tu subitus neve arma tenenti
Veneris, et tandem, cum iam cogere fateri,

865 oblitus in urnam **P** || 870 Vanaque supino **P** || 872 qua **BM** | tegmine **PBcTd** *pr. m.* tegmina **SM** || 875 umquam **PB** *m. pr.* usquam **B** *m. sec.* **SM** || 876 patebunt **P** *Bernartius* patebant *ceteri* latebant *Grotius* || 879 lassata **P** luxata **S** || 881 pressis **P**

Dic: Merui, genetrix, poenas invita capesse;
Arma puer rapui, nec te retinente quievi,
Nec tibi sollicitae tandem inter bella peperci.
Vive igitur potiusque animis irascere nostris,
Et iam pone metus. Frustra de colle Lycaei
Anxia prospectas, si quis per nubila longe
Aut sonus aut nostro sublatus ab agmine pulvis:
Frigidus et nuda iaceo tellure, nec usquam
Tu prope, quae vultus efflantiaque ora teneres.
Hunc tamen, orba parens, crinem' dextraque secandum
Praebuit 'hunc toto capies pro corpore crinem,
Comere quem frustra me dedignante solebas.
Huic dabis exsequias, atque inter iusta memento,
Ne quis inexpertis hebetet mea tela lacertis
Dilectosque canes ullis agat amplius antris.
Haec autem primis arma infelicia castris
Ure, vel ingratae munus suspende Dianae.'

901 sq. 'hunc — solebas' Eutych. art. II p. 478, 26 K. tamquam e libro VIII Thebaidos.

891 capesse **PBcg** *Beh.* **T** *schol.* capessens **SM** invisa capessi *Barthius, qui versum insequentem eiciendum putabat* || 893 tandem **P** *Beh.* saltem **BM** || 894 animisque **P** || 898 et **P** in **BM** || 902 me me dignante *Eutych.* me dedignate **P** || 903—5 *versus desunt in* **P** || 903 busta **cGT** *Beh. Dan.* || 907 ingratae crinem **P** munus crimen suspende **B** || *Post v. 907 in* **P** *duo versus erasi esse videntur, quorum vestigia extant. Deest ibidem subscriptio huius libri.*

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER X.

Obruit Hesperia Phoebum nox umida porta,
Imperiis properata Iovis; nec castra Pelasgum
Aut Tyrias miseratus opes, sed triste, tot extra
Agmina iam inmeritas ferro decrescere gentes.
Panditur immenso deformis sanguine campus:
Illic arma et equos, ibant quibus ante superbi,
Funeraque orba rogis neglectaque membra relinquunt.
Tunc inhonora cohors laceris insignibus aegras
Secernunt acies, portaeque, ineuntibus arma
Angustae populis, latae cepere reversos.
Par utrimque dolor; sed dant solacia Thebis
Quattuor errantes Danaum sine praeside turmae:
Ceu mare per tumidum viduae moderantibus alni,
Quas deus et casus tempestatesque gubernant.
Inde animus Tyriis iam non sua castra, sed ultra
Hostilem servare fugam, ne forte Mycenas
Contenti rediisse petant: dat tessera signum
Excubiis, positaeque vices; dux noctis opertae
Sorte Meges ultroque Lycus. Iamque ordine iusso

3 miseratur *Barthius* ‖ 4 iam meritas **P** et inmeritas *ceteri* iam inmeritas *Baehrensius* ‖ 7 necletaque **P** ‖ 10 late *codd. edd., corr. Bentleius* ‖ 15 non iam *codd., transpos. Baehrensius* | ultro *codd. edd., corr. Menkius* ‖ 17 redisse **P** ‖ 19 megens **P** *Beh.* mages *Dan.*

Arma, dapes ignemque ferunt; rex firmat euntes:
'Victores Danaum (neque enim lux crastina longe,
Nec quae pro timidis intercessere tenebrae
Semper erunt), augete animos et digna secundis
Pectora ferte deis. Iacet omnis gloria Lernae
Praecipuaeque manus: subiit ultricia Tydeus
Tartara, Mors subitam nigri stupet auguris umbram,
Ismenos raptis tumet Hippomedontis opimis,
Arcada belligeris pudet adnumerare tropaeis.
In manibus merces, nusquam capita ardua belli
Monstrataeque ducum septena per agmina cristae;
Scilicet Adrasti senium fraterque iuventa
Peior et insanis Capaneus metuendus in armis.
Ite age et obsessis vigilem circumdate flammam!
Nulli ex hoste metus: praedam adservatis opesque
Iam vestras.' Sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas, iuvat exhaustos iterare labores.
Sicut erant (pulvis sudorque cruorque per artus
Mixtus adhuc), vertere gradum; vix obvia passi
Conloquia, amplexus etiam dextrasque suorum
Excussere umeris. Tum frontem aversaque terga
Partiti laterumque sinus, vallum undique cingunt
Ignibus infestis. Rabidi sic agmine multo
Sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris
Nil non ausa fames longo tenuavit hiatu:
Iam stabula ipsa premunt, torquet spes inrita fauces,
Balatusque tremens pinguesque ab ovilibus aurae;

20 Arma, faces *coni. Lindenbrogius* | ferum **P** ferit **S** | rex armat **P** ‖ 21 neque **P** nec *ceteri* ‖ 26 subita **P** ‖ 28 tropheis **PBS** ‖ 33 agite obs. v. circumdare f. *Menkius coll. XI 478* ‖ 36 *sqq. verba poetae ita distinguenda et legendum esse cens. Marklandus*: labores, Sicut erant. Pulvis s. c. p. a. M. adhuc. Vertere etc. ‖ 37 *sq. Interpunctionem corr. Duebnerus* ‖ 38 ad hunc **P** ‖ 42 infesti **BG**[2] *Beh. 1 Dan.* | multo **P** mixto *ceteri* ‖ *vv. 45 et 46 in* **P** *inter se transpositi leguntur* ‖ 46 aurae, *suprascr.* ĭ agnae **P** agnae **cpGT** *Colb.*

Quod superest, duris adfrangunt postibus ungues,
Pectoraque et siccos minuunt in limine dentes.
At procul Argolici supplex in margine templi
Coetus et ad patrias fusae Pelopeides aras
Sceptriferae Iunonis opem reditumque suorum
Exposcunt, pictasque fores et frigida vultu
Saxa terunt parvosque docent procumbere natos.
Condiderant iam vota diem; nox addita curas
Iungit, et ingestis vigilant altaria flammis.
Peplum etiam dono, cuius mirabile textum
Nulla manu sterilis nec dissociata marito
Versarat, calathis castae velamina divae
Haut spernenda ferunt, variis ubi plurima floret
Purpura picta modis mixtoque incenditur auro.
Ipsa illic magni thalamo desponsa Tonantis,
Expers conubii et timide positura sororem,
Lumine demisso pueri Iovis oscula libat
Simplex et nondum furtis offensa mariti.
Hoc tunc Argolicae sanctum velamine matres
Induerant ebur, et lacrimis questuque rogabant:
'Aspice sacrilegas Cadmeae paelicis arces,
Siderei regina poli, tumulumque rebellem
Dissice et in Thebas aliud (potes) excute fulmen.'
Quid faciat? scit Fata suis contraria Grais
Aversumque Iovem, sed nec periisse precatus
Tantaque dona velit; tempus tamen obvia magni
Fors dedit auxilii. Videt alto ex aethere clausa
Moenia et insomni vallum statione teneri:
Horruit irarum stimulis motaque verendum
Turbavit diadema coma: non saevius arsit
Herculeae cum matris onus geminosque Tonantis

50 fusus **P** ‖ 55 ingestis **P** aggestis *ceteri* ‖ 57 manu **P** manus *ceteri* ‖ 58 Vertebat **P** ‖ 59 sternenda ferum **P** | foret **P** *pr. m., al. suprascr.* feruet ‖ 61 disponsa **P** ‖ 62 fuororem (*corr. ex* sororem) B^2 pudorem **GHT** *Behh.* ‖ 66 Imbuerat **P** *pr. m.* Induerunt *Barthius* ‖ 71 Adversumque **BG²GHT** *Beh.*

Secubitus vacuis indignaretur in astris.
Ergo intempesta somni dulcedine captos
Destinat Aonios leto praebere, suamque
Orbibus accingi solitis iubet Irin et omne
Mandat opus. Paret iussis dea clara polumque
Linquit et in terras longo suspenditur arcu.
Stat super occiduae nebulosa cubilia noctis
Aethiopasque alios, nulli penetrabilis astro,
Lucus iners, subterque cavis grave rupibus antrum
It vacuum in montem, qua desidis atria Somni
Securumque larem segnis Natura locavit.
Limen opaca Quies et pigra Oblivio servant
Et numquam vigili torpens Ignavia vultu.
Otia vestibulo pressisque Silentia pinnis
Muta sedent abiguntque truces a culmine ventos
Et ramos errare vetant et murmura demunt
Alitibus. Non hic pelagi, licet omnia clament
Litora, non ullus caeli fragor; ipse profundis
Vallibus effugiens speluncae proximus amnis
Saxa inter scopulosque iacet: nigrantia circum
Armenta, omne solo recubat pecus, et nova marcent
Gramina, terrarumque inclinat spiritus herbas.
Mille intus simulacra dei caelaverat ardens
Mulciber: hic haeret lateri redimita Voluptas,
Hic comes in requiem vergens Labor; est ubi Baccho,

78 Secubitus **P** Concubitus *ceteri* ‖ 84 *sqq. Cf. Ovid. Met. XI 592 sqq.* ‖ 89 oblivia *codd. edd., corr. Lindenbrogius* ‖ 95 ullus **Pφ** *Heinsius e codd.* illic **BG²M** ‖ 97 iacet **PG** *Petav.* tacet **BG²M** tenet p | circum **PGHT** circa **BG²M** ‖ 99 Gramina *Behh.* **T** *Ald. Barthius* Germina **PBM** ‖ *vv.* 100—105 *in* **P** *pr. m. scripti leguntur, al. m. adscr.*: hi versus in reliquis non habentur. *Primus in lucem protulit Lindenbrogius in observatt. variar. lectt. p. 490. Gronovius se eos in sex codd. invenisse testatur (gust. ad Theb. p. 405) et omnino excellentis poetae esse putat. Leguntur praeterea in* **Hφr** *(a manu recenti adscripti); versus 100—103 inveniuntur in* **G** *Prag. 2 In omnibus ceteris quos adhibui libris manu scriptis desiderantur* ‖ 100 deo **Gφ** ‖ 101 Mulgiber **P** | haeret loti **φ** *unde Bentleius coni.* lotis

Est ubi Martigenae socium pulvinar Amori
Obtinet; interius tecti in penetralibus altis
Et cum Morte iacet, nullique ea tristis imago.
Ipse autem, vacuus curis, umentia subter
Antra soporifero stipatos flore tapetas
Incubat; exhalant vestes et corpore pigro
Strata calent, supraque torum niger efflat anhelo
Ore vapor; manus haec fusos a tempore laevo
Sustentat crines, haec cornu oblita remisit.
Adsunt innumero circum vaga Somnia vultu,
Vera simul falsis permixtaque * *
Noctis opaca cohors, trabibusque aut postibus haerent,
Aut tellure iacent. Tenuis, qua circuit aulam,
Invalidusque nitor, primosque hortantia somnos
Languida succiduis expirant lumina flammis.
  Huc se caeruleo libravit ab aethere virgo
Discolor: effulgent silvae, tenebrosaque Tempe
Arrisere deae, et zonis lucentibus icta
Evigilat domus; ipse autem nec lampade clara
Nec sonitu nec voce deae perculsus eodem
More iacet, donec radios Thaumantias omnes
Impulit inque oculos penitus descendit inertes.
Tunc sic orsa loqui nimborum fulva creatrix:
'Sidonios te Iuno duces, mitissime divum
Somne, iubet populumque trucis defigere Cadmi,

103 martigerae **P** ‖ *vv.* 104 *et* 105 *desunt in* **G** *Prag.* 2 ‖ 104 tecti **P** *Weberus* tectum *ceteri* ‖ 106 *in* **P** *his verbis scriptus exstat:* Cernitur hęc species autem umentia subter ‖ 107 floret- apertos **P** *m. pr.* ‖ 109 afflat **GH** *Beh. Heinsius e codd.* ‖ *Versus* 112—117, *qui exstant in uno, quod sciam, Puteaneo, et leguntur in edd. vett., in omnibus ceteris libris desiderantur, quamvis et Grotius et Barthius Statii esse eos negarint nec tamen insciti poetae, auctoritate cod.* **P** *fretus retinendos esse putavi, cum ingenio poetae Neapolitani dignissimi esse videantur.* ‖ 113 permixtaque flumina flammis (*ex v. 117*) **P** tristia blandis *edd. vett.* lubrica certis *Baehrensius* ‖ 117 exspirant flumina **P** ‖ 116 tenerosque *Marklandus* ‖ 127 populumq. (los) **P**

Qui nunc eventu belli tumefactus Achaeum
Pervigil adservat vallum et tua iura recusat.
Da precibus tantis (rara est hoc posse facultas),
Placatumque Iovem dextra Iunone merere.'
Dixit, et increpitans languentia pectora dextra,
Ne pereant voces, iterumque iterumque monebat.
Ille deae iussis vultu, quo nutat, eodem
Adnuit; excedit gravior nigrantibus antris
Iris et obtusum multo iubar excitat imbri.
  Ipse quoque et volucrem gressum et ventosa citavit
Tempora, et obscuri sinuatam frigore caeli
Implevit chlamydem, tacitoque per aethera cursu
Fertur et Aoniis longe gravis imminet arvis.
Illius aura solo volucres pecudesque ferasque
Explicat, et penitus, quacumque supervolat orbem,
Languida de scopulis sidunt freta, pigrius haerent
Nubila, demittunt extrema cacumina silvae,
Pluraque lassato ceciderunt sidera caelo.
Primus adesse deum subita caligine sensit
Campus, et innumerae voces fremitusque virorum
Submisere sonum; cum vero umentibus alis
Incubuit piceaque haut umquam densior umbra
Castra subit, errare oculi resolutaque colla,
Et medio adfatu verba imperfecta relinqui.

128 acheum **P** achivum **B** *m. sec.* **G**^{2}**GHT** ‖ 129 Pervigili **P** | iura **PBG**^{2}**cT** iussa **SM** rura **G** ‖ *Post v. 130 inseritur hic versus in* φ: Placatamque tibi Iunonem coniuge dextro, *quem prob. Bentleius. Paulo aliter conceptus versus legebatur in codd. Georgii Richteri, quos Gronovio dono dederat* (*cf. gust. ad Theb. p. 406 sq.*): Placatamque simul Iunonem c. d. *In codd. Petav.* et *Dan. apud Lindenbrogium p. 490 verba ita scripta erant:* Iunonemque tibi placatam c. d. ‖ 131 vereri **P** mereri **BG**^{2}**SM** mereris p merere *corr. Gronovius* ‖ 134 vultu quo nutat eodem **P** dubium mixtumque sopori **BG**^{2}**SM** dubius mixtusque **TH** dubiumque mixtumque r dubium cmixtūq. pudori (*m. pr. corr. in* sopori) b ‖ 136 excitat igni *Heinsius* ‖ 139 aequora **P** aera **GH** ‖ 142 quamcumque **BG** ‖ 145 laxato *codd. edd., corr. Menkius* ‖ 148 Summissere **P**

Mox et fulgentes clipeos et saeva remittunt
Pila manu, lassique cadunt in pectora vultus.
Et iam cuncta silent: ipsi iam stare recusant
Cornipedes, ipsos subitus cinis abstulit ignes.
At non et trepidis eadem sopor otia Grais
Suadet, et adiunctis arcet sua nubila castris
Noctivagi vis blanda dei: stant undique in armis
Foedam indignantes noctem vigilesque superbos.
Ecce repens superis animum lymphantibus horror
Thiodamanta subit formidandoque tumultu
Pandere fata iubet, sive hanc Saturnia mentem,
Sive novum comitem bonus instigabat Apollo.
Prosilit in medios, visu audituque tremendus
Impatiensque dei, fragili quem mente receptum
Non capit: exundant stimuli, nudusque per ora
Stat furor, et trepidas incerto sanguine tendit
Exhauritque genas, acies huc errat et illuc,
Sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat.
Sic Phryga terrificis genetrix Idaea cruentum
Elicit ex adytis consumptaque bracchia ferro
Scire vetat; quatit ille sacras in pectora pinus
Sanguineosque rotat crines et vulnera cursu
Exanimat: pavet omnis ager respersaque *cultris
Arbor, et attoniti currum erexere leones.
Ventum ad consilii penetrale domumque verendam
Signorum, magnis ubi dudum cladibus aeger,
Rerum extrema movens, frustra consultat Adrastus.
Stant circum subiti proceres, ut quisque perempto
Proximus, et magnis loca desolata tuentur

157 adiunctis **P** a iunctis **BM** a cunctis **G^{2}Scg** *Beh.* **T** || 160 recens **BcgHT** *Behh.* || 164 medium **G^2** *Behh.* medio **BcGH** || 166 exudant **P** || 167 in sanguine **B** | tendit **PBG^{2}GH** *schol.* reddit **SM** || 168 genas facies: *Bentleius* || 171 bracchia buxus *Gronovius* bracchia fervor *Vossius e libris* || 173 quatit **P** || 174 cultrix **PpG** *Leid.* cultris **BG^{2}M** *corruptum puto* guttis *Baehrensius* || 176 concilii **M** | penetrabile **P** || 179 perempta **P**

Regibus, haut laeti seque huc crevisse dolentes.
Non secus amisso medium cum praeside puppis
Fregit iter, subit ad vidui moderamina clavi
Aut laterum custos, aut quem penes obvia ponto
Prora fuit: stupet ipsa ratis tardeque sequuntur
Arma, nec accedit domino tutela minori.
Ergo alacer trepidos sic erigit augur Achivos:
'Magna deum mandata, duces, monitusque verendos
Advehimus, non hae nostro de pectore voces:
Ille canit, cui me famulari et sumere vittas
Vestra fides, ipso non discordante, subegit.
Nox fecunda operum pulchraeque accommoda fraudi
Panditur augurio divum; vocat obvia virtus,
Et poscit fortuna manus. Stupet obruta somno
Aonidum legio: tempus nunc funera regum
Ulcisci miserumque diem; rapite arma morasque
Frangite portarum: sociis hoc subdere flammas,
Hoc tumulare suos. Equidem haec et Marte diurno
Dum res infractae pulsique in terga redimus
(Per tripodas iuro et rapti nova fata magistri)
Vidi, et me volucres circum plausere secundae.
Sed nunc certa fides. Modo me sub nocte silenti
Ipse, ipse adsurgens iterum tellure soluta,
Qualis erat (solos infecerat umbra iugales),
Amphiaraus adit: non vanae monstra quietis,
Nec somno comperta loquor. 'Tune' inquit, 'inertes
Inachidas (redde haec Parnasia serta meosque
Redde deos) tantam patiere amittere noctem,
Degener? haec egomet caeli secreta vagosque
Edocui lapsus? vade heia, ulciscere ferro
Nos saltem!' Dixit, meque haec ad limina visus
Cuspide sublata totoque impellere curru.
Quare agite, utendum superis; non comminus hostes

183 ad dubii **P** || 185 secuntur **B** sequuta *Dan.* || 194 iacet obruta *Barthius* || 197 hoc, *al. m. suprascr.* liceat **P** || 198 haec **P** hoc *ceteri* || 207 reddes **P** || 210 suade **B** *pr. m.* **G^{2}ScGHT**

Sternendi: bellum iacet, et saevire potestas.
Ecqui aderunt, quos ingenti se attollere fama
Non pigeat, dum fata sinunt? iterum ecce benignae
Noctis aves; sequor, et comitum licet agmina cessent,
Solus eo! atque adeo venit ille et quassat habenas.'
  Talia vociferans noctem exturbabat, eumque
Non secus accensi proceres, quam si omnibus idem
Corde deus, flagrant comitari et iungere casus.
Ter denos numero, turmarum robora, iussus
Ipse legit; circa fremit indignata iuventus
Cetera, cur maneant castris ignavaque servent
Otia: pars sublime genus, pars facta suorum,
Pars sua, sortem alii clamant, sortem undique poscunt.
Gaudet in adversis animoque adsurgit Adrastus.
Vertice sic Pholoes volucrum nutritor equorum,
Cum fetura gregem pecoroso vere novavit,
Laetatur cernens hos montis in ardua niti,
Hos innare vadis, certare parentibus illos;
Tunc vacuo sub corde movet, qui molle domandi
Ferre iugum, qui terga boni, quis in arma tubasque
Natus, ad Eleas melior quis surgere palmas:
Talis erat turmae ductor longaevus Achivae.
Nec deest coeptis: 'Unde haec tam sera repente
Numina? qui fractos superi rediistis ad Argos?
Estne hic infelix virtus? gentique superstes
Sanguis, et in miseris animorum semina durant?
Laudo equidem, egregii iuvenes, pulchraque meorum
Seditione fruor; sed fraudem et operta paramus
Proelia, celandi motus: numquam apta latenti
Turba dolo. Servate animos, venit ultor in hostes

215 aderum **P** ‖ 218 atque adeo **PBpcGR** *Colb. Prag.* 2 atque ideo, *al. m. suprascr.* iterum G^2 solus **Sbgr** *Leid. Dan.* 219 eumque **P** euntque *ceteri* ‖ 221 deus idem flagrant **P** ‖ 229 Cum **P** Cui BG^2M Qui **c** ‖ 236 Nec deerat *Beh. Heinsius e codd.* *Weberus* Neu deesset *Schraderus* Nec deses: coeptis unde haec *R. Ungerus* ‖ 240 pulchra **P**

Ecce dies; tunc arma palam, tunc ibimus omnes.'
His tandem virtus iuvenum frenata quievit:
Non aliter moto quam si pater Aeolus antro
Portam iterum saxo premat imperiosus et omne
Claudat iter, iamiam sperantibus aequora ventis.
  Insuper Herculeum sibi iungit Agyllea vates
Actoraque: hic aptus suadere, hic robore iactat
Non cessisse patri; comites tribus ordine deni:
Horrendum Aoniis et contra stantibus agmen.
Ipse novi gradiens furta ad Mavortia belli
Ponit adoratas (Phoebea insignia) frondes,
Longaevique ducis gremio commendat honorem
Frontis, et oblatam Polynicis munere grato
Loricam galeamque subit. Ferus Actora magno
Ense gravat Capaneus, ipse haut dignatus in hostem
Ire dolo superosque sequi. Permutat Agylleus
Arma trucis Nomii: quid enim fallentibus umbris
Arcus et Herculeae iuvissent bella sagittae?
  Inde per abruptas castrorum ex aggere pinnas,
Ne gravis exclamet portae mugitus ahenae,
Praecipitant saltu; nec longum, et protinus ingens
Praeda solo ceu iam exanimes multoque peracti
Ense iacent. 'Ite, o socii, quacumque voluptas
Caedis inexhaustae, superisque faventibus, oro,
Sufficite!' hortatur clara iam voce sacerdos,
'Cernitis expositas turpi marcore cohortes.
Pro pudor! Argolicas hinc ausi obsidere portas,
Hi servare viros?' Sic fatus, et exuit ensem
Fulmineum rapidaque manu morientia transit
Agmina. Quis numeret caedes, aut nomine turbam
Exanimem signare queat? subit ordine nullo
Tergaque pectoraque et galeis inclusa relinquit
Murmura permiscetque vagos in sanguine manes:

248 spirantibus **PBp** ‖ 250 robore **P** robora *ceteri* ‖ 256 obliquam **P** ‖ 262 *sqq. Cf. Verg. Aen. IX 314 sqq.* ‖ 262 portas **P** ‖ 274 subito **P**

Hunc temere explicitum stratis, hunc sero remissis
Gressibus inlapsum clipeo et male tela tenentem,
Coetibus hos mediis vina inter et arma iacentes,
Acclines clipeis alios, ut quemque ligatum
Infelix tellure sopor supremaque nubes
Obruerat. Nec numen abest, armataque Iuno
Lunarem quatiens exerta lampada dextra
Pandit iter firmatque animos et corpora monstrat.
Sentit adesse deam tacitus, sed gaudia celat
Thiodamas; iam tarda manus, iam debile ferrum
Et caligantes nimiis successibus irae.
Caspia non aliter magnorum in strage iuvencum
Tigris, ubi immenso rabies placata cruore
Lassavitque genas et crasso sordida tabo
Confudit maculas, spectat sua facta doletque
Defecisse famem: victus sic augur inerrat
Caedibus Aoniis; optet nunc bracchia centum
Centenasque in bella manus; iam taedet inanes
Exhaurire minas, hostemque adsurgere mallet.
Parte alia segnes magno satus Hercule vastat
Sidonios Actorque alia, sua quemque cruento
Limite turba subit: stagnant nigrantia tabo
Gramina, sanguineis nutant tentoria rivis;
Fumat humus, somnique et mortis anhelitus una
Volvitur; haut quisquam visus aut ora iacentum
Erexit: tali miseris deus aliger umbra
Incubat et tantum morientia lumina solvit.
Traxerat insomnis cithara ludoque suprema
Sidera iam nullos visurus Ialmenus ortus,
Sidonium paeana canens; huic languida cervix

279 una inter **P** ‖ 289 pacata **P** quassata **H** ‖ 291 Confundit **PGH** ‖ 295 mallet **PBH** malit **G²SM** ‖ 299 sanguineisque natant *Marklandus* fluitant *Bentleius* ‖ 305 ialminus **P** palmenus **B**(?)**G²P**c**GH**c parmenus *Beh. 2* alimenus **M** almenius *Beh. 1* almeus **S** alinemus **r** almenus **g** palmedus **p** Ialmenus *corr. Gronovius, cf. Hom. Il. II 512 IX 82* ‖ 306 *sqq. Cf. Verg. Aen. IX 335 sqq.*

In laevum cogente deo mediaque iacebant
Colla reiecta lyra: ferrum per pectus Agylleus
Exigit aptatamque cava testudine dextram
Percutit et digitos inter sua fila trementes.
Proturbat mensas dirus liquor: undique manant
Sanguine permixti latices et Bacchus in altos
Crateras paterasque redit. Ferus occupat Actor
Implicitum fratri Thamyrin, Tagus haurit Echecli
Terga coronati, Danaus caput amputat Hebri:
Nescius heu rapitur fatis, hilarisque sub umbras
Vita fugit mortisque ferae lucrata dolores.
Stratus humo gelida subter iuga fida rotasque
Calpetus Aonios gramen gentile metentes
Proflatu terrebat equos: madida ora redundant
Accensusque mero sopor aestuat; ecce iacentis
Inachius vates iugulum fodit, expulit ingens
Vina cruor fractumque perit in sanguine murmur.
Fors illi praesaga quies, nigrasque gravatus
Per somnum Thebas et Thiodamanta videbat.
Quarta soporiferae superabant tempora nocti,
Cum vacuae nubes et honor non omnibus astris,
Adflatusque fugit curru maiore Bootes.
Iamque ipsum defecit opus, cum providus Actor
Thiodamanta vocat: 'Satis haec inopina Pelasgis
Gaudia: vix ullos tanto reor agmine saevam
Effugisse necem, ni quos deformis in alto
Sanguine degeneres occultat vita; secundis
Pone modum: sunt et diris sua numina Thebis.

307 mediaeque *Koestlinus* ‖ 308 relicta *codd.* reiecta *corr. Baehrensius* relapsa *edd. vett.* replicta *Heinsius* relicta lyrae *Koestlinus* ‖ 310 Perculit **P** ‖ 311 Perturbat *Beh. Colb. Wakefieldus* | mensas, dirus l. u. manat, *Koestlinus interpungendum cens.* ‖ 314 thamyrin **P** thamyrim **S**c *Beh. 1 Dan. Petav.* thamarī **G²** thamirim **r** thamirum **B** thamyrum **M** | eccechli **P** echecli **G²B**(?) echeclj **d** *Beh. 1* ethecli **SM** ‖ 318 gelidas **P** ‖ 319 Calpetus **Pd** Palpetus **BG²SM** | aonius **P** ‖ 321 tacentis **P** ‖ 332 hi **P**

Forsitan et nobis modo quae favere, recedunt.'
Paruit, et madidas tollens ad sidera palmas:
'Phoebe, tibi exuvias monstratae praemia noctis
Nondum ablutus aquis (tibi enim haec ego sacra litavi)
Trado ferus miles tripodum fidusque sacerdos.
Si non dedecui tua iussa tulique prementem,
Saepe veni, saepe hanc dignare inrumpere mentem.
Nunc tibi crudus honos, trunca arma cruorque virorum:
At patrias si quando domos optataque, Paean,
Templa, Lycie, dabis, tot ditia dona sacratis
Postibus et totidem voti memor exige tauros.'
Dixerat, et laetis socios revocabat ab armis.
  Venerat hos inter fato Calydonius Hopleus
Maenaliusque Dymas, dilecti regibus ambo,
Regum ambo comites, quorum post funera maesti
Vitam indignantur. Prior Arcada concitat Hopleus:
'Nullane post manes regis tibi cura perempti,
Care Dyma, teneant quem iam fortasse volucres
Thebanique canes? patriae quid deinde feretis,
Arcades? en reduces contra venit aspera mater:
Funus ubi? At nostro semper sub pectore Tydeus
Saevit inops tumuli, quamvis patientior artus
Ille nec abruptis adeo lacrimabilis annis.
Ire tamen saevumque libet nullo ordine passim
Scrutari campum, mediasve inrumpere Thebas.'
Excipit orsa Dymas: 'Per ego haec vaga sidera iuro,
Per ducis errantes instar mihi numinis umbras,
Idem animus misero; comitem circumspicit olim
Mens humilis luctu, sed nunc prior ibo' — viamque

343 sqq. 'At — tauros' Priscian. I 55 p. 41, 18, et II 46 p. 72, 7 H.

335 recedant *Iortinus* ‖ 344 dabis, *al. m. suprascr.* nostra **P** ‖ 352 Clare **P** | temerant *Baehrensius* ‖ 355 nostros **P** ‖ 359 mediasve **P** mediasque *ceteri* ‖ 362 animus **P** ardor *ceteri* ‖ 363 sqq. *versus in* **d** *hoc ordine se excipiunt:* 363. 365. 366. 367. 364

Incohat et maesto conversus ad aethera vultu
Sic ait: 'Arcanae moderatrix Cynthia noctis,
Si te tergeminis perhibent variare figuris
Numen et in silvas alio descendere vultu,
Ille comes nuper nemorumque insignis alumnus,
Ille tuus, Diana, puer (nunc respice saltem)
Quaeritur'. Incendit pronis dea curribus almum
Sidus et admoto monstravit funera cornu.
Apparent campi Thebaeque altusque Cithaeron:
Sic ubi nocturnum tonitru malus aethera frangit
Iuppiter, absiliunt nubes et fulgere claro
Astra patent, subitusque oculis ostenditur orbis.
Accepit radios et eadem percitus Hopleus
Tydea luce videt; longe dant signa per umbras
Mutua laetantes, et amicum pondus uterque,
Ceu reduces vitae saevaque a morte remissos,
Subiecta cervice levant; nec verba, nec ausi
Flere diu: prope saeva dies indexque minatur
Ortus. Eunt taciti per maesta silentia magnis
Passibus exhaustasque dolent pallere tenebras.
  Invida fata piis et fors ingentibus ausis
Rara comes. Iam castra vident animisque propinquant,
Et decrescit onus, subiti cum pulveris umbra
Et sonus a tergo. Monitu ducis acer agebat
Amphion equites, noctem vigilataque castra
Explorare datus, primusque per avia campi
Usque procul (necdum totas lux solverat umbras)

384 sq. 'Invida — comes' Serv. ad Aen. IX 214.

368 nemorum (que *om.*) **P** ‖ 370 intendit **G** *Barthius* | cornibus *Marklandus* | album *Wakefieldus* ‖ 371 monstrabat funera curru *Marklandus* | sidera curru **P** ‖ *Inter v. 375 et 376 in* **c** *leguntur haec:* Archada mox dimas nuda tellure iacentem ‖ 380 lavant **P** laevant **S** mutant, *al. m. suprascr.* ferunt **G**[2] ‖ 384 fatidici sed fors **P** ‖ 385 armisque **p** *Gronovius* ‖ 387 *sqq. Cf. Verg. Aen. IX 367 sqq.* ‖ 387 Fit **GHT** *edd. vett. prob. Heinsio* ‖ 389 Explorata **P** | datos *Koestlinus* ‖ 390 Tesqua procul *Heinsius*

Nescio quid visu dubium incertumque moveri
Corporaque ire videt; subitus mox fraude reperta
Exclamat: 'Cohibete gradum quicumque!' Sed hostes
Esse patet: miseri pergunt anteire timentque
Non sibi; tunc mortem trepidis minitatur et hastam
Expulit, ac vanos alte levat eminus ictus,
Adfectans errare manum. Stetit illa Dymantis
Ante oculos, qui forte prior gressumque repressit.
At non magnanimus curavit perdere iactus
Aepytus, et fixo transverberat Hoplea tergo
Pendentesque etiam perstrinxit Tydeos armos.
Labitur egregii nondum ducis immemor Hopleus,
Expiratque tenens (felix, si corpus ademptum
Nesciat), et saevas talis descendit ad umbras.
  Viderat hoc retro conversus et agmina sentit
Iuncta Dymas, dubius precibusne subiret, an armis
Instantes; arma ira dabat, fortuna precari,
Non audere iubet: neutri fiducia coepto.
Distulit ira preces; ponit miserabile corpus
Ante pedes, tergoque graves, quas forte ferebat,
Tigridis exuvias, in laevam torquet et obstat
Exertum obiectans mucronem, inque omnia tela
Versus et ad caedem iuxta mortemque paratus:
Ut lea, quam saevo fetam pressere cubili
Venantes Numidae, natos erecta superstat
Mente sui incerta, torvum ac miserabile frendens;
Illa quidem turbare globos et frangere morsu
Tela queat, sed pronus amor crudelia vincit
Pectora, et a media catulos circumspicit ira.

392 Corpora abinde *Barthius* ‖ 397 manum **P**π *Exc. Cantabr.* manus **BG²M** ‖ 402 egregiique ducis non immemor **r** *Bentleius* ‖ 403 *sq. Interpunctionem correxi* ‖ 404 et **Pp** at **S** ac **BG²M** | descendit **PG²S** descendat **BM** ‖ 410 ferebat **P** regebat **BS** *Beh.* **G²** *pr. m.* gerebat **G²** *m. sec.* **M** ‖ 411 laeuam **PB** *Anglic. Heinsii* leuam **c** laevum **G²M** ‖ 416 sub *codd.* sui *corr. Heinsius* ‖ 418 pronus **P** prolis *ceteri*

Et iam laeva viro, quamvis saevire vetaret
Amphion, erepta manus, puerique trahuntur
Ora supina comis: serus tunc denique supplex
Demisso mucrone rogat: 'Moderatius, oro,
Ducite, fulminei per vos cunabula Bacchi
Inoamque fugam vestrique Palaemonis annos!
Si cui forte domi natorum gaudia, si quis
Hic pater, angusti puero date pulveris haustus
Exiguamque facem! rogat, en rogat ipse iacentis
Vultus: ego infandas potior satiare volucres,
Me praebete feris, ego bella audere coegi.'
'Immo' ait Amphion, 'regem si tanta cupido
Condere, quae timidis belli mens, ede, Pelasgis,
Quid fracti exanguesque parent; cuncta ocius effer,
Et vita tumuloque ducis donatus abito.'
Horruit et toto praecordia protinus Arcas
Implevit capulo. 'Summumne hoc cladibus' inquit,
'Deerat, ut adflictos turparem ego proditor Argos?
Nil emimus tanti, nec si velit ipse cremari.'
Sic ait, et magno proscissum vulnere pectus
Iniecit puero, supremaque murmura volvens:
'Hoc tamen interea claro potiare sepulcro.'
Tales optatis regum in complexibus ambo,
Par insigne animis, Aetolus et inclitus Arcas,
Egregias efflant animas letoque fruuntur.
Vos quoque sacrati, quamvis mea carmina surgant
Inferiore lyra, memores superabitis annos.
Forsitan et comites non aspernabitur umbras
Euryalus Phrygiique admittet gloria Nisi.

421 erecta **P** ‖ 422 serus, *al. m. suprascr.* † sero **P** ‖ 423 Moderantius *Barthius* ‖ 424 paruos cunabula, *al. m. suprascr.* s. ad. **P** ‖ 428 tacentis *Marklandus* ‖ 429 infandos *idem* ‖ 437 turbarem **PG²S** *edd. vett.* ‖ 438 nec si **PBG²** *pr. m.* **g** *Leid. pr. m.* nec sic **SM** ‖ 441 interea et tu potiore (a suprascr.) **P** claro potiare **BG²ScGH** *Behh.* caro potiere **M** *edd.* ‖ 445 *sqq. Cf. Verg. Aen. IX 446 sqq.*

At ferus Amphion, regi qui facta reportent
Edoceantque dolum captivaque corpora reddant,
Mittit ovans; clusis ipse insultare Pelasgis
Tendit et abscisos sociorum ostendere vultus.
Interea reducem murorum e culmine Grai
Thiodamanta vident, nec iam erumpentia celant
Gaudia, ut exertos enses et caede recenti
Arma rubere notant; tunc adsilit aethera magnum
Clamor, et e summo pendent cupida agmina vallo
Noscere quisque suos. Volucrum sic turba recentum,
Cum reducem longo prospexit in aere matrem,
Ire cupit contra summique e margine nidi
Extat hians: iam iamque cadat, ni pectore toto
Obstet aperta parens et amantibus increpet alis.
Dumque opus arcanum et taciti compendia Martis
Enumerant laetisque suos complexibus implent
Hopleaque exquirunt tardumque Dymanta queruntur:
Ecce et Dircaeae iuxta dux concitus alae
Venerat Amphion; non longum caede recenti
Laetatus videt innumeris fervere catervis
Tellurem atque una gentem expirare ruina.
Qui tremor elicita caeli de lampade tactis,
Hic fixit iuvenem, pariterque horrore sub uno
Vox, acies sanguisque perit, gemitusque parantem
Ipse ultro convertit equus; fugit ala retorto
Pulvere. Nondum illi Thebarum claustra subibant,
Et iam Argiva cohors nocturno freta triumpho
Prosilit in campos; per et arma et membra iacentum
Taetraque congerie sola semianimumque cruorem
Cornipedes ipsique ruunt: gravis exterit artus

---

455 exortos **P** ‖ 456 tunc **P** *Leid. pr. m.* novus *ceteri* ‖ 459 aere **P** aethere *ceteri* ‖ 460 summique **P** *Anglic. Heinsii* summaque **BG²M** summoque **pHT** ‖ 469 ruinam **P** ‖ 470 elicita **GH** *Leid. Peyraredus* inlicita **PBM** | tactis **PBpc** tactos **M** ‖ 472 Vix acie **P** | parentem **P** *pr. m.* parentum *al. m.* ‖ 473 retro *Beh.*

Ungula, sanguineus lavat imber et impedit axes.
Dulce viris hac ire via, ceu tecta superbi
Sidonia atque ipsas calcent in sanguine Thebas.
Hortatur Capaneus: 'Satis occultata, Pelasgi,
Delituit virtus: nunc est mihi vincere pulchrum
Teste die; mecum clamore et pulvere aperto
Ite palam, iuvenes: sunt et mihi provida dextrae
Numina et horrendi stricto mucrone furores.'
Sic ait; ardentes alacer succendit Adrastus
Argolicusque gener, sequitur iam tristior augur.
Iamque premunt muros (et adhuc nova funera narrat
Amphion) miseramque intrabant protinus urbem,
Ni Megareus specula citus exclamasset ab alta:
'Claude, vigil, subeunt hostes, claude undique portas!'
Est ubi dat vires nimius timor: ocius omnis
Porta coit; solas dum tardius artat Echion
Ogygias, audax animis Spartana iuventus
Inrupit, caesique ruunt in limine primo
Incola Taygeti Panopeus rigidique natator
Oebalus Eurotae; tuque, o spectate palaestris
Omnibus et nuper Nemeaeo in pulvere felix,
Alcidama, primis quem caestibus ipse ligarat
Tyndarides, nitidi moriens convexa magistri
Respicis: averso pariter deus occidit astro.
Te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacaenae
Virginis et falso gurges cantatus olori
Flebit, Amyclaeis Triviae lugebere nymphis,

---

493. 'Est — timor' Serv. ad Aen. II 354.

---

479 libat **P** ‖ 481 sanguine **P** pulvere *ceteri* ‖ 483 nunc est **P** nunc nunc *ceteri* ‖ 486 Omina *codd. edd.* Numina *corr. Menkius coll. III 615* ‖ 487 succedit **P** ‖ 490 intrabant **P** *pr. m.* **BG²M** intrarant **P** *m. sec.* intrassent **H** ‖ 495 animi **M** *Gronovius* ‖ 497 ridigique **P** ‖ 500 Alcidamma **P** | ligabat **P** ligavit **T** ‖ 504 oliri (o above) **P** olori **GT** *Anglic.* olore **BG²M** ‖ 505 Fleuit **PBG²ScGH**

Et quae te leges praeceptaque fortia belli
Erudiit genetrix, nimium didicisse queretur.
Talis Echionio Mavors in limine saevit.
  Tandem umeris obnixus Acron et pectore toto
Protinus Ialmenides ferratae robora portae
Torserunt: quanta pariter cervice gementes
Profringunt inarata diu Pangaea iuvenci.
Par operis iactura lucro, quippe hoste retento
Exclusere suos; cadit intra moenia Graius
Ormenus, et pronas tendentis Amyntoris ulnas
Fundentisque preces penitus cervice remissa
Verba solo vultusque cadunt, colloque decorus
Torques in hostiles cecidit per vulnus harenas.
Solvitur interea vallum, primaeque recusant
Stare morae; iam se peditum iunxere catervae
Moenibus: at patulas saltu transmittere fossas
Horror equis, haerent trepidi atque immane paventes
Abruptum mirantur iter; nunc impetus ire
Margine ab extremo, nunc sponte in frena recedunt.
Hi praefixa solo vellunt munimina, at illi
Portarum obiectus minuunt et ferrea sudant
Claustra remoliri, trabibusque *et ariete* sonoro
Pellunt saxa loco; pars ad fastigia missas
Exsultant haesisse faces, pars ima lacessunt
Scrutanturque cavas caeca testudine turres.

513 sq. 'Par — suos' Serv. ad Aen. IX 727.

506 in leges *Barthius* ‖ 510 Protinus **P** *Leid.* Pronus **BG²M** | ialmenides **BG²R** almenides **PSH** *Behh. Leid.* alimenides **M** *cf. v. 305* ‖ 512 Proscindunt φ *Bentleius* Prostringunt **c** Perfringunt **HTL** Profundunt *Beh.* Profindunt *Barthius* ‖ 513 operi *Serv.* | namque hoste recepto *id.* ‖ 515 Ormenas **P** Ornemus **G²** *Beh.* Armenus **G** ‖ 516 remissa **P** recisa *ceteri* ‖ 523 iter que **P** agi *ceteri* ‖ 527 trabibus et ariete **PL** trabibusque artata **BG²SM** trabibusque et artata **R** trabibusque et arjete sonoro *Peyraredus* trabibusque atque ariete moto *Baehrensius* trabibusque alii aere sonoro *Deiterus* aut aere sonoro *conieci*

  At Tyrii, quae sola salus, caput omne coronant
Murorum, nigrasque sudes et lucida ferro
Spicula et arsuras caeli per inania glandes
Saxaque in adversos ipsis avulsa rotabant
Moenibus: exundant saevo fastigia nimbo,
Armataeque vomunt stridentia tela fenestrae.
Qualiter aut Malean aut alta Ceraunia supra
Cessantes in nube sedent nigrisque teguntur
Collibus et subitae saliunt in vela procellae:
Talis Agenoreis Argivum exercitus armis
Obruitur; non ora virum, non pectora flectit
Imber atrox, rectosque tenent in moenia vultus
Immemores leti et tantum sua tela videntes.
Anthea falcato lustrantem moenia curru
Desuper Ogygiae pepulit gravis impetus hastae;
Lora excussa manu, retroque in terga volutus
Semianimos artus ocreis retinentibus haeret;
Mirandum visu belli scelus: arma trahuntur,
Fumantesque rotae tellurem et tertius hastae
Sulcus arat; longo sequitur vaga pulvere cervix,
Et resupinarum patet orbita lata comarum.
  At tuba luctificis pulsat clangoribus urbem
Obsaeptasque fores sonitu perfringit amaro.
Divisere aditus, omnique in limine saevus
Signifer ante omnes sua damna et gaudia portat.
Dira intus facies, vix Mavors ipse videndo
Gaudeat; insanis lymphatam horroribus urbem

533. 'et — glandes' Serv. ad Aen. IX 588.

536 Auratae *S. Bochartius e cod.* | farethrę **B** faretrē **G²** pharetrae **cGHT** *Paris. 8053 Bochartius* ‖ 538 † teguntur *Beh. Weberus* leguntur **BM** locuntur **P** legantur **S** ‖ 540 Talibus **P** | exercitus orans **P** ‖ *vv.* 546 *et* 547 *in* **B** *in contextu omissi, eodem stilo exarati, sed atramento evanescente in margine leguntur* ‖ 549 tellurem̤ et territus **P** ‖ 550 arant **M** *edd.* ‖ 553 Obsessasque *vir doctus* ‖ 555 portans **P** ‖ 557 insanis **PH** *Beh.* incertis **BG²M**

Scindunt dissensu vario Luctusque Furorque
Et Pavor et caecis Fuga circumfusa tenebris.
Bellum intrasse putes: fervent discursibus arces,
Miscentur clamore viae, ferrum undique et ignes
Mente vident, saevas mente accepere catenas.
Consumpsit ventura timor: iam tecta replerant
Templaque, et ingratae vallantur planctibus arae.
Una omnes eademque subit formido per annos:
Poscunt fata senes, ardet palletque iuventus,
Atria femineis trepidant ululata querellis.
Flent pueri et flendi nequeunt cognoscere causas
Attoniti et tantum matrum lamenta trementes.
Illas cogit amor, nec habent extrema pudorem:
Ipsae tela viris, ipsae iram animosque ministrant,
Hortanturque unaque ruunt, nec avita gementes
Limina nec parvos cessant ostendere natos:
Sic ubi pumiceo pastor rapturus ab antro
Armatas erexit apes, fremit aspera nubes;
Inque vicem sese stridore hortantur et omnes
Hostis in ora volant, mox deficientibus alis
Amplexae flavamque domum captivaque plangunt
Mella laboratasque premunt ad pectora ceras.
Nec non ancipitis pugnat sententia vulgi
Discordesque serit motus: hi reddere fratri
(Nec mussant, sed voce palam claroque tumultu),
Reddere regna iubent; periit reverentia regis
Sollicitis: 'Veniat pactumque hic computet annum,
Cadmeosque lares exul patriasque salutet
Infelix tenebras; cur autem sanguine fraudes
Et periura luam regalis crimina noxae?'

---

563 replorant **P** replerunt *Beh.* ‖ 569 trementes **P** timentes **BMG**² (*al. m. suprascr.* sequentes) videntes *Leid.* tuentes *Barthius* ‖ 577 volent **P** ‖ 581 fratrem *codd. edd.* fratri *corr. Sandstroemius* ‖ 582 *Interpunctionem correxi* | claraque **P** ‖ 584 Sollicitl **P** ‖ 586 autem sanguine **P** autem ego sanguine **BM** aut ego **cg** *Leid. edd. vett.* cur, a, ego sanguine *Baehrensius*

Inde alii: 'Sera ista fides, iam vincere mavult.'
Tiresian alii lacrimis et supplice coetu
Orant, quodque unum rebus solamen in artis,
Nosse futura rogant. Tenet ille inclusa premitque
Fata deum: 'Quiane ante duci bene credita nostro
Consilia et monitus, cum perfida bella vetarem?
Te tamen, infelix' inquit, 'perituraque Thebe,
Si taceam, nequeo miser exaudire cadentem
Argolicumque oculis haurire vacantibus ignem.
Vincamur, pietas; pone heia altaria, virgo,
Quaeramus superos.' Facit illa, acieque sagaci
Sanguineos flammarum apices geminumque per aras
Ignem et clara tamen mediae fastigia lucis
Orta docet; tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volvi frangique ruborem
Demonstrat dubio, patriasque inluminat umbras.
Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes,
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.
Stant tristes horrore comae, vittasque prementes
Caesaries insana levat: diducta putares
Lumina consumptumque genis rediisse nitorem.
Tandem exundanti permisit verba furori:
'Audite, o sontes, extrema litamina divum,
Labdacidae: venit alma salus, sed limite duro.
Martius inferias et saeva efflagitat anguis
Sacra: cadat generis quicumque novissimus extat
Viperei, datur hoc tantum victoria pacto.
Felix, qui tanta lucem mercede relinquet.'

---

594. 'te quoque, peritura Thebe' Pompei comm. (Gramm. lat. V p. 178, 8 K.)

---

589 questu **G** *Barthius* ‖ 589 *sqq. Cf. Eurip. Phoen. 865 sqq.* ‖ 592 nostro **P** nostra *ceteri* ‖ 602 ruborem **PBG²Sg** *Leid.* rubore **M** *edd.* ‖ 606 prementes **P** trementes *ceteri* ‖ 607 diducta putares levat **P** ‖ 608 vigorem *Barthius* ‖ 609 verba nitorem **P** ‖ 611 limine *Valckenarius*

Stabat fatidici prope saeva altaria vatis
Maestus, adhuc patriae et tantum communia lugens
Fata, Creon: grandem subiti cum fulminis ictum,
Non secus ac torta traiectus cuspide pectus,
Accipit exanimis sentitque Menoecea posci.
Monstrat enim suadetque timor; stupet anxius alto
Corda metu glaciante pater: Trinacria qualis
Ora repercussum Libyco mare sumit ab aestu.
Mox plenum Phoebo vatem et celerare iubentem
Nunc humilis genua amplectens, nunc ora canentis
Nequiquam reticere rogat; iam fama sacratam
Vocem amplexa volat, clamantque oracula Thebae.
Nunc, age, quis stimulos et pulchrae gaudia mortis
Addiderit iuveni (neque enim haec absentibus umquam
Mens homini transmissa deis), memor incipe Clio,
Saecula te quoniam penes et digesta vetustas.
Diva Iovis solio iuxta comes, unde per orbem
Rara dari terrisque solet contingere, Virtus,
Seu pater omnipotens tribuit, sive ipsa capaces
Elegit penetrare viros, caelestibus ut tunc
Desiluit gavisa plagis! dant clara meanti
Astra locum quosque ipsa potens adfixerat ignes.
Iamque premit terras, nec vultus ab aethere longe;
Sed placuit mutare genas, fit provida Manto
(Responsis ut plena fides) et fraude priores
Exuitur vultus. Abiit horrorque vigorque
Ex oculis, paulum decoris permansit honosque
Mollior, et posito vatum gestamina ferro
Subdita; descendunt vestes, torvisque ligatur

617 et tantum **P** tantum *ceteri* tantum patriae **B** | iungens **P** ‖ 621 in stupet **P** ‖ 622 pater, *al. m. suprascr.* s. nep. **P** ‖ 623 sentit *Barthius* ‖ 628 qui **BG^2GHT** | tumulos **P** ‖ 631 est digesta voluptas **P** ‖ 632 urbem **P** ‖ 635 tunc **G^2GHc** *edd. vett.* tunc (n suprascr.) **B** nunc **PM** | penetrare animos, caelestibus at nunc *Marklandus* ‖ 637 potens **P** polis *ceteri* ‖ 638 virtus **P** ‖ 640 plana *schol. Gronovius* | hac fraude *Barthius* ‖ 643 et post (haec suprascr.) novatum **P** et deposito **S** exposito **G^2**

Vitta comis (nam laurus erat); tamen aspera produnt
Ora deam nimiique gradus. Sic Lydia coniunx
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios umeris ridebat amictus
Et turbare colus et tympana rumpere dextra.
Sed neque te indecorem sacris dignumque iuberi
Talia Dircaea stantem pro turre, Menoeceu,
Invenit; immensae reserato limine portae
Sternebas Danaos, pariter Mavortius Haemon.
Sed consanguinei quamvis atque omnia fratres,
Tu prior: exanimes circum cumulantur acervi;
Omne sedet telum, nulli sine caedibus ictus
(Necdum aderat Virtus), non mens, non dextra quiescit,
Non avida arma vacant, ipsa insanire videtur
Sphinx galeae custos, visoque animata cruore
Emicat effigies et sparsa orichalca renident:
Cum dea pugnantis capulum dextramque repressit:
'Magnanime o iuvenis, quo non agnoverit ullum
Certius armifero Cadmi de semine Mavors,
Linque humiles pugnas, non haec tibi debita virtus:
Astra vocant, caeloque animam, plus concipe, mittes.
Iamdudum hoc hilares genitor bacchatur ad aras,
Hoc ignes fibraeque volunt, hoc urget Apollo:
Terrigenam cuncto patriae pro sanguine poscunt.
Fama canit monitus, gaudet Cadmeia plebes
Certa tui; rape mente deos, rape nobile fatum.
I, precor, accelera, ne proximus occupet Haemon.'
Sic ait, et magna cunctantis pectora dextra
Permulsit tacite seseque in corde reliquit.

646 nimiosque **P** *pr. m., al. corr.* ‖ 648 redimibat **P** gaudebat **p** ‖ 651 dirchae **P** | menoeceum **P** menoecaeum **B** ‖ 652 Invenit, *suprascr.* s. virtus **P** | inmensam (e suprascr.) **P** ‖ 653 Sternebas, *suprascr.* o meneceu **P** ‖ 656 sin// **P** ‖ 665 mittis **PB** (*ead. m.* i *in* e *mut.*) ‖ 667 haec urguet apollos **P** ‖ 668 cuncti *Barthius* ‖ 668 *sq.* poscunt Fata, canunt *π* *Bentleius* | audet **P** ‖ 670 Certatim **P** ‖ 672 magno **P**

Fulminis haut citius radiis adflata cupressus
Combibit infestas et stirpe et vertice flammas,
Quam iuvenis multo possessus numine pectus
Erexit sensus letique invasit amorem.
Ut vero adversae gressumque habitumque notavit
Et subitam a terris in nubila crescere Manto,
Obstipuit. 'Sequimur, divum quaecumque vocasti,
Nec tarde paremus,' ait; iamiamque recedens
Instantem vallo Pylium tamen Agrea fixit.
Armigeri fessum excipiunt; tum vulgus euntem
Auctorem pacis servatoremque deumque
Conclamat gaudens atque ignibus implet honestis.
  Iamque iter ad muros cursu festinus anhelo
Obtinet et miseros gaudet vitasse parentes,
Cum genitor —: steteruntque ambo et vox haesit utrique,
Deiectaeque genae. Tandem pater ante profatur:
'Quis novus inceptis rapuit te casus ab armis?
Quae bello graviora paras? dic, nate, precanti,
Cur tibi torva acies? cur hic truculentus in ore
Pallor, et ad patrios non stant tua lumina vultus?
Audisti responsa, palam est. Per ego oro tuosque,
Nate, meosque annos miseraeque per ubera matris,
Ne vati, ne crede, puer! Superine profanum
Dignantur stimulare senem, cui vultus inanis
Extinctique orbes et poena simillima diro
Oedipodae? quid si insidiis et fraude dolosa
Rex agit, extrema est cui nostra in sorte timori
Nobilitas tuaque ante duces notissima virtus?

685. 'et laudibus implet honestis' Serv. ad Aen. IX 652.

678 aduersae **PSp** auersae **BG²M** | gressum **P** || 679 a *om.* **P** || 681 patremus **P** || 683 fixum *Barthius* | tunc **PHT** || 685 et laudibus *Serv.* || 688 steterunt (que *del.*) *scribendum esse cens. Menkius* | utrique **G²cT** *Gronovius* utrimque **PBM** || 691 dignate (c suprascr.) **P** || 695 meos **P** || 697 Dignentur *Valckenarius* || 700 agit, cui nostra extrema in sorte **P**

Illius haec forsan, remur quae verba deorum;
Ille monet! ne frena animo permitte calenti,
Da spatium tenuemque moram, male cuncta ministrat
Impetus; hoc, oro, munus concede parenti.
Sic tua maturis signentur tempora canis,
Et sis ipse parens et ad hunc, animose, timorem
Pervenias: ne perge meos orbare penates.
Externi te nempe patres alienaque tangunt
Pignora? si pudor est, primum miserere tuorum.
Haec pietas, hic verus honos; ibi gloria tantum
Ventosumque decus titulique in morte latentes.
Nec timidus te flecto parens: i, proelia misce,
I Danaas acies mediosque per obvius enses;
Non teneo: liceat misero tremibunda lavare
Vulnera et undantem lacrimis siccare cruorem,
Teque iterum saevis iterumque remittere bellis.
Hoc malunt Thebae.' Sic colla manusque tenebat
Implicitus; sed nec lacrimae, nec verba movebant
Dis votum iuvenem; quin et monstrantibus illis
Fraude patrem tacita subit avertitque timorem:
'Falleris heu verosque metus, pater optime, nescis.
Non me ulli monitus, nec vatum exorsa furentum
Sollicitant vanisque movent: sibi callidus ista
Tiresias nataeque canat; non si ipse reclusis
Comminus ex adytis in me insaniret Apollo.
Sed magis unanimi casus me fratris ad urbem
Sponte refert; gemit Inachia mihi saucius Haemon
Cuspide; vix illum medio de pulvere belli
Inter utrasque acies, iamiamque tenentibus Argis —
Sed moror; i, refove dubium turbaeque ferenti

702 *Interpunctionem corr. Bentleius* || 703 Isque *Koestlinus* Iste *Naukius* || 707 Sis ut et ipse *Barthius* || 711 verus tibi honos **PS** verus *om.* **G²** || 712 iacentes *Barthius* || 713 i *om.* **P** || 714 Per **M** *edd.* || 715 labare **P** || 723 en orsa *Baehrensius* || 724 vanisque **P** manesque *ceteri* || 725 nataque **P** || 727 Sed magis **PGH** Sed gravis **BG²M** || 729 illum, *al. m. suprascr.* in deo **P** || 731 furenti **B** *Beh.*

Dic, parcant leviterque vehant; ego vulnera doctum
Iungere supremique fugam revocare cruoris
Aethiona petam.' Sic imperfecta locutus
Effugit; illi atra mersum caligine pectus
Confudit sensus; pietas incerta vagatur
Discordantque metus, impellunt credere Parcae.
  Turbidus interea ruptis venientia portis
Agmina belligeri Capaneus agit aequore campi,
Cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedestres,
Et proculcantes moderantum funera currus;
Idem altas turres saxis et turbine crebro
Laxat: agit turmas idem atque in sanguine fumat.
Nunc spargit torquens volucri nova vulnera plumbo,
Nunc iaculum excusso rotat in sublime lacerto,
Nullaque tectorum subit ad fastigia, quae non
Deferat hasta virum perfusaque caede recurrat.
Nec iam aut Oeniden aut Hippomedonta peremptos,
Aut vatem Pelopea phalanx aut Arcada credunt:
Quin socium coïisse animas et corpore in uno
Stare omnes; ita cuncta replet. Non ullius aetas,
Non cultus, non forma movet; pugnantibus idem
Supplicibusque furit; non quisquam obsistere contra,
Non belli temptare vices: procul arma furentis
Terribilesque iubas et frontem cassidis horrent.
  At pius erecta murorum in parte Menoeceus
Iam sacer aspectu solitoque augustior ore,
Ceu subito in terras supero demissus ab axe,
Constitit, exempta manifestus casside nosci,
Despexitque acies hominum et clamore profundo

732 vulnerẹ (a superscr.) **P** ‖ 734 Aethiona **P** *Beh. 1* Aetiona **Sc** *Lips.* Aetona (i superscr.) **B** Athiona **R** Actiona *Beh. 2* Petiona **G**[2] Aechiona **M** *edd.* Echiona **GT** Etheona **H** Eetiona *Gronovius* ‖ 736 Confundit *Barthius* | vocatur **P** ‖ 740 cunctos **P** ‖ 742 alias **P** ‖ 755 tubas **P** ‖ 756 *sqq. Cf. Eurip. Phoen. 1009 sqq. 1090 sqq.* ‖ 756 electa *codd. edd.* erecta *corr. Schraderus* ‖ 757 Tam **P** ‖ 759 et dempta *Barthius*

Convertit campum iussitque silentia bello.
'Armorum superi, tuque o qui funere tanto
Indulges mihi, Phoebe, mori, date gaudia Thebis,
Quae pepigi et toto quae sanguine prodigus emi.
Ferte retro bellum captaeque impingite Lernae
Reliquias turpes, confixaque terga foventes
Inachus indecores pater aversetur alumnos.
At Tyriis templa, arva, domos, conubia, natos
Reddite morte mea; si vos placita hostia iuvi,
Si non attonitis vatis consulta recepi
Auribus et Thebis nondum credentibus hausi,
Haec Amphioniis pro me persolvite tectis!
At mihi deceptum, precor, exorate parentem.'
Sic ait, insignemque animam mucrone corusco
Dedignantem artus pridem maestamque teneri
Arripit atque uno quaesitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc spargit turres et moenia lustrat,
Seque super medias acies, nondum ense remisso,
Iecit et in saevos cadere est conatus Achivos.
Ast illum amplexae Pietas Virtusque ferebant
Leniter ad terras corpus; nam spiritus olim
Ante Iovem et summis apicem sibi poscit in astris.
  Iamque intra muros nullo sudore receptum
Gaudentes heroa ferunt: abscesserat ultro
Tantalidum venerata cohors; subit agmine longo
Colla inter iuvenum, laetisque favoribus omni
Concinitur vulgo, Cadmum atque Amphiona supra
Conditur; hi sertis, hi veris honore solutos
Accumulant artus patriaque in sede reponunt
Corpus adoratum. Repetunt mox bella peractis

764 et voto *Valckenarius* ‖ 766 faventes *Peyraredus* ‖ 769 placita **H** *Gronovius* placida **PBM** piat/// **G**[2] ‖ 772 terris *codd. edd.* tectis *corr. Schraderus* ‖ 773 At **PpGT** Ac **BG**[2]**M** ‖ 777 spargi **P** ‖ 788 Conditur **PpcGHT** *Leid. edd. vett.* Conditor **BSG**[2] (*suprascr.* s. habet ͠) **M** | soluto *codd.* solutos *Peyraredus Heinsius*

Laudibus; hic victa genitor lacrimabilis ira
Congemit, et tandem matri data flere potestas:
'Lustralemne feris ego te, puer inclite, Thebis
Devotumque caput vilis ceu mater alebam?
Quod molita nefas? cui tantum invisa deorum?
Non ego monstrifero coitu revoluta novavi
Pignora, nec nato peperi funesta nepotes.
Quid refert? potitur natis Iocasta ducesque
Regnantesque videt: nos saeva piacula bello
Demus, ut alterni (placet hoc tibi, fulminis auctor)
Oedipodionii mutent diademata fratres!
Quid superos hominesve queror? tu, saeve Menoeceu,
Tu miseram ante omnes properasti extinguere matrem.
Unde hic mortis amor? quae sacra insania menti?
Quosve ego conceptus, aut quae mala pignora fudi
Tam diversa mihi? nimirum Martius anguis,
Quaeque novis proavum tellus effloruit armis —
Hinc animi tristes nimiusque in pectore Mavors,
Et de matre nihil. Sponte en ultroque peremptus
Inrumpis maestas fatis nolentibus umbras:
Ast egomet Danaos Capaneaque tela verebar.
Haec erat, haec metuenda manus ferrumque, quod amens
Ipsa dedi; viden' ut iugulo consumpserit ensem?
Altius haut quisquam Danaum mucrone subisset.'
Diceret infelix etiamnum et cuncta repleret
Quaestibus: abducunt comites famulaeque perosam
Solantes thalamoque tenent, sedet eruta multo
Ungue genas; non illa diem, non verba precantum

Inter v. 791 et 792 in **P** *versus erasus esse videtur, cuius initium litterae fuerunt* In . . . ‖ 796 cultu **P** | novavi p *Behh.* **R** *Colb.* **H** *Heinsius Lachmannus* notavi **BG²M** natavi **P** ‖ 798 *et* 799 *in* **P** *inter se transpositi leguntur* ‖ 798 potitur natis **P** habet ecce suos *ceteri* suos *om.* **S** ‖ 800 alternis **P** ‖ 802 Quis **P** | menocheø **P** ‖ 803 extingue **P** ‖ 805 mala **PG** male **BG²M** ‖ *Inter v. 808 et 809 iterum in* **P** *versus erasus est, cuius initium fuisse videtur* Inrump. . . (*v. 810*) ‖ 811 Ast **BM** At **P** *Beh. om.* **G²** ‖ 814 aut **P** | danao **Bc**

Respicit aut visus flectit tellure relictos,
Iam vocis, iam mentis inops. Sic aspera tigris
Fetibus abreptis Scythico deserta sub antro
Accubat et tepidi lambit vestigia sàxi;
Nusquam irae, sedit rabies feritasque famesque
Oris, eunt praeter secura armenta gregesque:
Aspicit illa iacens; ubi enim, quibus ubera pascat
Aut quos ingenti premat expectata rapina?
Hactenus arma, tubae, ferrumque et vulnera: sed nunc
Comminus astrigeros Capaneus tollendus in axes.
Non mihi iam solito vatum de more canendum;
Maior ab Aoniis poscenda amentia lucis:
Mecum omnes audete deae! sive ille profunda
Missus nocte furor, Capaneaque signa secutae
Arma Iovem contra Stygiae rapuere sorores,
Seu virtus egressa modum, seu gloria praeceps,
Seu magnae data fama neci, seu laeta malorum
Principia et blandae superum mortalibus irae.
Iam sordent terrena viro taedetque profundae
Caedis, et exhaustis olim Graiumque suisque
Missilibus lassa respexit in aethera dextra.
Ardua mox torvo metitur culmina visu,
Innumerosque gradus, gemina latus arbore clausus,
Aerium sibi portat iter, longeque timendus
Multifidam quercum flagranti lumine vibrat;
Arma rubent una clipeoque incenditur ignis.

830 sq. 'Maior — deae' Serv. ad Aen. XII 500.

Inter v. 822 et 823 in **B** *leguntur haec*: † et rapidi feritas iraeq. famesq. ‖ 823 sedit rapidi **P** cedit rabies *anon. Heidelb.* ‖ 829 canendum **BG²** canentum **P** *Anglic. prob. Heinsio* canendum est **GHT** canendus **c** ‖ 830 sumenda poscenda amentia **P** sumenda audacia **BSM** at amentia **B** *marg.* sumenda amentia **G²** *schol.* poscenda audatia **R** sumenda dementia (al. audacia) *Serv.* ‖ 835 fama **M** *edd.* | caeca *schol.* ‖ 840 *sqq. Cf. Eurip. Phoen. 1172 sqq. Aesch. Sept. adv. Theb. 423 sqq.* ‖ 841 clausus **Pp** *Beh.* **GHT** clusus **BSG²M** ‖ 843 fulmine **P**

'Hac' ait, 'in Thebas, hac me iubet ardua virtus
Ire, Menoeceo qua lubrica sanguine turris.
Experiar, quid sacra iuvent, an falsus Apollo.'
Dicit, et alterno captiva in moenia gressu
Surgit ovans: quales mediis in nubibus aether
Vidit Aloidas, cum cresceret impia tellus
Despectura deos nec adhuc immane veniret
Pelion et trepidum iam tangeret Ossa Tonantem.
  Tum vero attoniti fatorum in cardine summo,
Ceu suprema lues urbi facibusque cruentis
Aequatura solo turres Bellona subiret,
Omnibus e tectis certatim ingentia saxa
Roboraque et validas fundae Balearis habenas
(Nam iaculis caeloque vagis spes unde sagittis?),
Verum avidi tormenta rotant et molibus urgent.
Ille nec ingestis nec terga sequentibus umquam
Detrahitur telis, vacuoque sub aere pendens
Plana velut terra certus vestigia figat,
Tendit et ingenti subit occurrente ruina:
Amnis ut incumbens longaevi robora pontis
Adsiduis oppugnat aquis; iam saxa fatiscunt
Emotaeque trabes: tanto violentior ille
(Sentit enim) maiore salo quassatque trahitque
Molem aegram, nexus donec celer alveus omnes
Abscidit et cursu victor respirat aperto.
Utque petita diu celsus fastigia supra
Eminuit trepidamque adsurgens desuper urbem
Vidit et ingenti Thebas exterruit umbra,
Increpat attonitos: 'Humilesne Amphionis arces,

845 Haec **P** | haec **P** ‖ 847 fallis, *al. m. suprascr.* † falsus **P** ‖ 848 Dicit **PBG²SoG** Dixit **M** *edd. cf. VI 798* ‖ 854 suprema dies *Bentleius* | urbi **P** *Anglic. Heinsii* urbem **BG²M** ‖ 857 validas **P** gravidas *ceteri* ‖ 858 spes una **B** *Behh.* spes nulla **GHT** *edd. vett.* ‖ 859 avidi tormenta **PTL** avidi et torm. **BG²M** 863 subito **P** ‖ 867 Sentit **P** Saevit *ceteri* | *Interpunctionem correxi* ‖ 873 attonitos humilesque A. arces: *Koestlinus* Haene illae A. arces *Barthius* artes *Peyraredus*

Pro pudor! hi faciles carmenque imbelle secuti,
Hi (mentita diu Thebarum fabula) muri?
Et quid tam egregium prosternere moenia molli
Structa lyra?' Simul insultans gressuque manuque
Molibus obstantes cuneos tabulataque saevus
Destruit: absiliunt pontes, tectique prementis
Saxea frena labant, dissaeptoque aggere rursus
Utitur et truncas rupes in templa domosque
Praecipitat frangitque suis iam moenibus urbem.
  Iamque Iovem circa studiis diversa fremebant
Argolici Tyriique dei; pater aequus utrisque
Aspicit ingentes ardentum comminus iras
Seque obstare videt. Gemit inservante noverca
Liber et obliquo respectans lumine patrem:
'Nunc ubi saeva manus, meaque heu cunabula flammae,
Fulmen, io ubi fulmen?' ait. Gemit auctor Apollo,
Quas dedit ipse, domos; Lernam Thebasque rependit
Maestus et intento dubitat Tirynthius arcu;
Maternos plangit volucer Danaeius Argos;
Flet Venus Harmoniae populos metuensque mariti
Stat procul et tacita Gradivum respicit ira.
Increpat Aonios audax Tritonia divos;
Iunonem tacitam furibunda silentia torquent.
Non tamen haec turbant pacem Iovis: ecce quierant
Iurgia, cum mediis Capaneus auditus in astris.
'Nullane pro trepidis' clamabat, 'numina Thebis
Statis? ubi infandae segnes telluris alumni,
Bacchus et Alcides? pudet instigare minores.

896. 'Iunonem — torquent' Serv. ad Aen. X 63.

875 Hi **G²** ħ **P** Et **BM** ‖ 876 Est **G²** quidnam *codd. edd.* quid' **G²** quid tam *corr. Bentleius* Ecquidnam *Baehrensius* ‖ 879 Destruit **B** (*ead. m. corr. ex* Restruit) **G²** Restruit **PSM** Deruit *Barthius* | lectique **P** | prementis **P** trementis *ceteri* ‖ 881 rudis inter templa **P** ‖ 886 infestante **B** *marg.* **G²** *Beh. 1* **GHT** ‖ 891 dubitant **P** ‖ 896 tacita **P** ‖ 901 pudet **PT** piget **BG²M**

Tu potius venias (quis enim concurrere nobis
Dignior? en cineres Semeleaque busta tenentur),
Nunc age, nunc totis in me conitere flammis,
Iuppiter! an pavidas tonitru turbare puellas
Fortius et soceri turres excindere Cadmi?'
  Ingemuit dictis superum dolor; ipse furentem
Risit et incussa sanctarum mole comarum,
'Quaenam spes hominum tumidae post proelia Phlegrae?
Tune etiam feriendus?' ait. Premit undique lentum
Turba deum frendens et tela ultricia poscit,
Nec iam audet fatis turbata obsistere coniunx.
Ipsa dato nondum caelestis regia signo
Sponte tonat, coeunt ipsae sine flamine nubes
Accurruntque imbres: Stygias rupisse catenas
Iapetum victum aut supera ad convexa levari
Inarimen Aetnamve putes. Pudet ista timeri
Caelicolas; sed cum in media vertigine mundi
Stare virum insanasque vident deposcere pugnas,
Mirantur tacite et dubio pro fulmine pallent.
Coeperat Ogygiae supra fastigia turris
Arcanum mugire polus caelumque tenebris
Auferri: tenet ille tamen, quas non videt, arces,
Fulguraque attritis quotiens micuere procellis,
'His' ait, 'in Thebas, his iam decet ignibus uti,
Hinc renovare faces lassamque accendere quercum.'
Talia dicentem toto Iove fulmen adactum

---

924. 'Fulguraque — procellis' Isidorus de rerum natura c. 30 p. 55 B.

---

904 continere **P** ‖ 906 Fortius **P** Fortior *ceteri* | thalamos **M** *edd.* ‖ 909 Quae non **PB** *pr. m.* ‖ 915 Adcurrumqueinres- [n *al. m.*] scytias **P** ‖ 916 aut victum **PSH** aut victam **BM** aut victā **G**² vinctam **G** *Peyraredus* Iapeton, victam *Barthius* victum, aut *scripsi* ‖ 917 timeri **P** timere *ceteri* ‖ 920 tacite **P** taciti *ceteri* | dubii **T** *Bentleius* | pallent **P** pendent *ceteri* ‖ 924 attristi **P** | procellae **P** ‖ 926 facem **m** *edd.* | cassamque (= extinctam) *Heinsius* ‖ 927 *sqq. Cf. Soph. Antig. 127 sqq. Eurip. Phoen. 1180 sqq.*

Corripuit: primae fugere in nubila cristae,
Et clipei niger umbo cadit, iamque omnia lucent
Membra viri. Cedunt acies, et terror utrimque,
931 Quo ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.
935 Stat tamen, extremumque in sidera versus anhelat,
Pectoraque invisis obicit fumantia muris,
Ne caderet: sed membra virum terrena relinquunt,
Exuiturque animus; paulum si tardius artus
Cessissent, potuit fulmen sperare secundum.

---

932 Intra se stridere facem galeamque comasque
933 Quaerit, et urentem thoraca repellere dextra
934 Conatus ferri cinerem sub pectore tractat.

---

931 *versus deest in Colb.* | ruat et **P** ‖ *In* **P** *vv.* 931 *et* 932 *inter se transpositi leguntur, item in* **G** *et Prag. 2* ‖ *Versus 932—934, qui in* **PG²bgc** *Beh. 2 Dan. Petav. Prag. 1 Lips. desunt, leguntur in* **B** (*in summo marg. adscripti*) **S** (*inter lineas additi*) **r** (*rec. m. adscripti*) **pR** *Colb. Paris. 8053* **TG** *Prag. 2, cum inepti sint et vel Statii ingenio indigni, eiciendos putavi numeris versiculorum mutatis. In* **pR** *Colb. Paris. 8053 ita inter se excipiunt, ut ordo sit 930. 932. 933. 934. 931. 935. In Paris. 8053 v. qui vulgo numeratur 934 deest.* ‖ 932 versus adhaesit **P** ‖ 935 animam *e schol. scribendum cens. Burmannus* | paulum o si **BT** ‖ 936 Hessissent [ar *al. m.*] **G**² | sperare **PG** *Colb.* spare *Prag. 2* meruisse **BG²SM** ‖ STATII POETE THEB̅. LIBER · X · **P** *pr. m., al. m. add.* EXPLICIT INCIPIT LIBER XI.

P. PAPINII STATII
THEBAIDOS
LIBER XI.

Postquam magnanimus furias virtutis iniquae
Consumpsit Capaneus expiravitque receptum
Fulmen, et ad terras longe comitata cadentem
Signavit muros ultricis semita flammae:
Componit dextra victor concussa plagarum
Iuppiter et vultu caelumque diemque reducit.
Gratantur superi, Phlegrae ceu fessus anhelet
Proelia et Encelado fumantem impresserit Aetnam.
Ille iacet lacerae complexus fragmina turris,
Torvus adhuc visu memorandaque facta relinquens
Gentibus atque ipsi non inlaudata Tonanti.
Quantus Apollineae temerator matris Averno
Tenditur; ipsae horrent, si quando pectore ab alto
Emergunt, volucres immensaque membra iacentis
Spectant, dum miserae crescunt in pabula fibrae:
Sic gravat iniectus terras hostiliaque urit
Arva et anhelantem caelesti sulphure campum.
Respirant Thebae, templisque iacentia surgunt
Agmina; iam finis votis finisque supremis
Planctibus, et natos ausae deponere matres.

20. 'nec natos — matres' Serv. ad Aen. VII 518.

2 exspirauitque **P** ‖ 11 illaudanda *Beh. Heinsius e cod. Anglic.* ‖ 15 Spectandum miserae **P** ‖ 20 nec natos *Serv.*

At vaga pallentes campo fuga volvit Achivos.
Nec iam hostes turmae, aut ferrum mortale timetur:
Omnibus ante oculos irae Iovis, omnibus ardent
Arma metu galeaeque tonant, visusque paventes
Ipse sequi et profugis opponere Iuppiter ignes.
Instat Agenoreus miles caelique tumultu
Utitur: indomitos ut cum Massyla per arva
Armenti reges magno leo fregit hiatu
Et contentus abit; rauci tunc comminus ursi,
Tunc avidi venere lupi, rabieque remissa
Lambunt degeneres alienae vulnera praedae.
Hinc premit Eurymedon, cui rusticus horror in armis,
Rustica tela manu, patriumque agitare tumultus:
Pan illi genitor; tener hinc conatibus annos
Egreditur iuvenemque patrem puer aequat Alatreus:
Felices ambo, sed fortunatior ille,
Quem genuisse iuvat; nec iam dinoscere promptum,
Quae magis arma sonent, quo plus eat hasta lacerto.
Artatur denso fugientum examine vallum.
Quas volvis, Gradive, vices? modo moenia Cadmi
Scandebant: sua nunc defendunt tecta Pelasgi!
Ceu redeunt nubes, ceu circumflantibus austris
Alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nunc induit aestus harenas.
Expirat late pubes Tirynthia, alumni
Exuvias imitata dei; trux maeret ab astris
Amphitryoniades Nemeaea in sanguine terga,

21 pallentes **PST** palentes **G** palantes **BG²M** ‖ 22 hostes **PG** *Prag. 2 pr. m. Heinsius e cod.* hostiles, *ead. m.* hostes *suprascr.* **B** hostiles **G²SM** *edd.* ‖ 25 et *om.* **P** ‖ 33 agitabat **P** *al. m.* | tumultus **Pp** tumultum **BG²M** ‖ 35 elatres, *suprascr.* † alatreus **P** elatreus **BG²c** àtreus (la *al. m.*) **S** *cf. VII 300* ‖ 37 dinosce **P** ‖ 44 induit **P** *Anglic. Heinsius* obruit **BG²M** ‖ 45 Exspirat **P** *Colb.* Procumbit **G²SM** Proexpirat (cumbit) **B** ‖ 46 imitata sui *Bernartius* | ab alto **Bp** *Behh.* ‖ 47 nemea **P** nemaeę **B** nemeae **G²Sr** nemees **c** *Beh.* nemee **HT**

Et similes ramos similesque videre pharetras.
Stabat in Argolicae ferrato culmine turris
Egregius lituo dextri Mavortis Enyeus
Hortator; sed tunc miseris dabat utile signum
Suadebatque fugam et tutos in castra receptus:
Cum subitum obliquo descendit ab aere vulnus,
Urgentisque sonum laeva manus aere retenta est,
Sicut erat; fugit in vacuas iam spiritus auras,
Iam gelida ora tacent, carmen tuba sola peregit.
  Iamque potens scelerum geminaeque exterrita gentis
Sanguine Tisiphone fraterna cludere quaerit
Bella *tuba: nec se tanta in certamina fidit
Sufficere, inferna comitem ni sede Megaeram
Et consanguineos in proelia suscitet angues.
Ergo procul vacua consedit valle solumque
Ense fodit Stygio terraeque immurmurat absens
Nomen et (Elysiis signum indubitabile regnis)
Crinalem attollit longo stridore cerasten:
Caeruleae dux ille comae, quo protinus omnis
Horruit audito tellus pontusque polusque,
Et pater Aetnaeos iterum respexit ad ignes.
Accipit illa sonum; stabat tunc forte parenti
Proxima, dum coetu Capaneus laudatur ab omni
Ditis et insignem Stygiis fovet amnibus umbram.
Protinus abrupta terrarum mole sub astris
Constitit, exsultant Manes, quantumque profundae
Rarescunt tenebrae, tantum de luce recessit.

---

nemeeque **G** Nemeaea *corr. Gronovius* ‖ 49 culmine **P** *Colb.* margine **BG²M** limine *Barthius* ‖ 50 enyeus **P** enipeus **BSM** Enypeus *schol.* enipęs **G²** enipaeus **rg** enipheus **GH** enfeus *Prag. 2* ‖ 54 aere (= tuba) *Peyraredus* aure *codd. edd.* ‖ 57 exterrita **P** *Dan. Petav.* exercita **BG²M** ‖ 58 tesiphone **Pp** tisiphonae **B** tisyphone **G²** | fraterno *Sandstroemius* ‖ 59 Bella rogo *idem* | tuba *codd. edd., quod corruptum puto et repetitum ex v. 56* | fidit **Pp** *Colb.* retur **BG²M** ‖ 62 concedit **PB** ‖ 64 Numen *Barthius* | elysii **P** | regnis, *al. m. suprascr.* ł regis **P** ‖ 68 respexit **Pp** *Colb.* **R** *Leid.* prospexit **BG²M** ‖ 71 omnibus **P** ‖ 72 erupta *Barthius*

Excipit atra soror dextraeque innexa profatur:
'Hac, germana, tenus Stygii metuenda parentis
Imperia et iussos potui tolerare furores,
Sola super terras hostilique obvia mundo,
Dum vos Elysium et faciles compescitis umbras.
Nec pretium deforme morae cassique labores:
Hoc quodcumqne madent campi, quod sanguine fumant
Stagna, quod innumero Lethaea examine gaudet
Ripa, meae vires, mea laeta insignia. Sed quid
Haec ego? Mars habeat, vulgataque iactet Enyo.
Vidisti (Stygiis certe manifestus in umbris)
Sanguine foedatum rictus atroque madentem
Ora ducem tabo: miserum insatiabilis edit
Me tradente caput. Modo nempe horrendus ab astris
Descendit vos usque fragor: me sacra premebat
Tempestas, ego mixta viris furialibus armis
Bella deum et magnas ridebam fulminis iras.
Sed iam (effabor enim) longo sudore fatiscunt
Corda, soror, tardaeque manus; hebet infera caelo
Taxus et insuetos angues nimia astra soporant.
Tu, cui totus adhuc furor exsultantque recentes
Cocyti de fonte comae, da iungere vires.
Non solitas acies nec Martia bella paramus,
Sed fratrum (licet alma Fides Pietasque repugnent,
Vincentur), fratrum stringendi comminus enses.
Grande opus! ipsae odiis, ipsae discordibus armis
Aptemur. Quid lenta venis? agedum elige, cuius
Signa feras. Ambo faciles nostrique; sed anceps
Vulgus et adfatus matris blandamque precatu
Antigonen timeo, paulum ne nostra retardent

---

103 sqq. 'blandamque — consilia' schol. Theb. XI 383.

---

81 madet **P** ‖ 85 Vidisti **PT** Vidistis **BG²M** | manifesta sub umbris **P** *al. m.* ‖ 87 miseris insatiabiles **P** ‖ 89 me **P** *Schraderus* mea **BG²M** ‖ 90 viris **P** viri *ceteri* ‖ 98 *sq. Interpunctionem corr. Weberus* ‖ 103 precatur *schol. ad v. 383* ‖ 104 retardent **P** retardet **BG²M** laboret **G**

Consilia. Ipse etiam, qui nos lassare precando
Suetus et ultrices oculorum exposcere Diras,
Iam pater est: coetu fertur iam solus ab omni
Flere sibi; atque adeo moror ipsa inrumpere Thebas
Adsuetumque larem. Tibi pareat impius exul,
Argolicumque impelle nefas; neu mitis Adrastus
Praevaleat plebesque, cave, Lernaea moretur.
Vade, et in alternas inimica revertere pugnas.'
  Talia partitae diversum abiere sorores:
Ut Notus et Boreas gemino de cardine mundi,
Hic nive Rhiphaea, Libycis hic pastus harenis,
Bella cient: clamant amnes, freta, nubila, silvae,
Iamque patent strages; plangunt sua damna coloni,
Et tamen oppressos miserantur in aequore nautas.
Illas ut summo vidit pater altus Olympo
Incestare diem, trepidumque Hyperionis orbem
Suffundi maculis, torvo sic incohat ore:
'Vidimus armiferos, quo fas erat usque, furores,
Caelicolae, licitasque acies, etsi impia bella
Unus init aususque mea procumbere dextra.
Nunc par infandum miserisque incognita terris
Pugna subest: auferte oculos! absentibus ausint
Ista deis lateantque Iovem; sat funera mensae
Tantaleae et sontes vidisse Lycaonis aras
Et festina polo ducentes astra Mycenas.
Nunc etiam turbanda dies: mala nubila tellus

---

117 sq. 'deflent sua damna — nautas' Serv. ad Aen. XII 452.

---

110 Argolicum tu impelle *Barthius* ‖ 114 medio de cardine *al. m.* [supra] mine **P** carmine **G²** ‖ 116 clamant manes **P** | fluctus, *ead. m. suprascr.* freta **S** ‖ 117 deflent sua *Serv.* ‖ 118 *versum om.* **T** ‖ 122 qua *Bernartius* ‖ 124 meā "pcumbere dextrā **B** „ contēnre **B** *marg.* meam contemnere dextram **HT** *Busl. schol. Gudian.* ‖ 126 absint **P** *pr. m.* ‖ 127 mensis **P** mens/// **B** ‖ 128 Tantalei **P** Tantalaee **B**

Accipe, secedantque poli: stat parcere mundo
Caelitibusque meis; saltem ne virginis almae
Sidera Ledaei videant neu talia fratres.'
Sic pater omnipotens, visusque nocentibus arvis
Abstulit, et dulci terrae caruere sereno.
  Iamque per Argolicas Erebo sata virgo cohortes
Vestigat Polynicis iter portisque sub ipsis
Invenit, incertum leto tot iniqua fugane
Exeat. Et dubios turbarant omina sensus:
Viderat, obscura vallum dum nocte pererrat
Aeger consilii curisque novissima volvens,
Coniugis Argiae laceram cum lampade maesta
Effigiem (sunt monstra deum, sic ire parabat,
Has latura viro taedas erat!): ergo roganti,
Quae via quisve dolor, cur maesta insignia, tantum
Fleverat atque manu tactos averterat ignes.
Scit mentem vidisse nefas; etenim unde Mycenis
Adforet et vallum coniunx inopina subiret?
Sed fati monitus vicinaque funera sentit,
Ac sentire timet. Cum vero Acherontis aperti
Dira ter admoto tetigit thoraca flagello,
Ardet inops animi, nec tam considere regno,
Quam scelus et caedem et perfossi sanguine fratris
Expirare cupit, subitusque adfatur Adrastum:
'Sera quidem, extremus socium gentisque superstes
Argolicae, consulta, pater, iam rebus in artis

---

131 stat, *al. m. suprascr.* sat **P** | parcere caelo **B** coelo **cGH** *Colb.* **S** (*suprascr.* 1 soli) soli *Behh.* **T** ‖ 132 Sideribusq. **B** *Beh.* **T** | ne virginis almae, *al. m. suprascr.* pudeat. o. coelicolae **P** ‖ 133 *versum om.* **P** ‖ *vv.* 138 *et* 139 *in* **P** *inter se transpositi leguntur* | Invenit, *al. m. suprascr.* poluic **P** [ψ supra] ‖ 139 turbarant **P** turbabant *ceteri* ‖ 142 laceram **P** lacera *ceteri* | maesta **P** maestam *ceteri* ‖ 144 roganti, *al. m. suprascr.* erat simit **P** ‖ 145 Quo *Schraderus* ‖ 146 tacitos **P** timidos *ceteri* ‖ 150 aperti **P** operti *ceteri* ‖ 151 Dira **P** Diva *ceteri* ‖ 153 perfossi sanguine **PcpG** perfossi in sanguine **BG²M** perfossi funere *Beh.*

Adgredior; tunc tempus erat, cum sanguis Achivum
Integer, ire ultro propriamque capessere pugnam,
Non plebis Danaae florem regumque verendas
Obiectare animas, ut lamentabile tantis
Urbibus induerem capiti decus. Aspera quando
Praeteriit virtus, nunc saltem exsolvere fas sit,
Quae merui. Scis namque, socer, licet alta recondas
Vulnera et adflictum generi vereare pudorem:
Ille ego sum, qui te pacem et pia iura regentem
(Infelix utinamque aliis datus urbibus hospes!)
Extorrem patria regnoque — sed exige tandem
Supplicium: fratrem suprema in bella (quid horres?
Decretum est fixumque) voco; desiste morari,
Nec poteris. Non si atra parens miseraeque sorores
In media arma cadant, non si ipse ad bella ruenti
Obstet et extinctos galeae pater ingerat orbes,
Deficiam. Anne bibam superest quodcumque cruoris
Inachii? et vestris etiamnum mortibus utar?
Vidi ego me propter ruptos telluris hiatus,
Nec subii; vidi exanimum fecique nocentem
Tydea; me Tegee regem indefensa reposcit,
Orbaque Parrhasiis ululat mihi mater in antris.
Ipse nec Ismeni ripas, dum stagna cruentat
Hippomedon, Tyrias potui nec scandere turres,
Dum tonat, et tecum, Capaneu, miscere furores?
Quis tantus pro luce timor? sed digna rependam.
Conveniant ubi quaeque nurus matresque Pelasgae
Longaevique patres, quorum tot gaudia carpsi
Orbavique domos: fratri concurro, quid ultra est?

---

157 achium **P** ‖ 158 propriamque **PBp** *Anglic. Colb.* primamque **BG²M** privamque *Burmannus* ‖ 162 Praeteriit **P** Praecepit *ceteri* ‖ 167 Extorris *Schraderus* ‖ 170 nec si **P** ‖ 171 non ipsae **P** non si se **S** ‖ 175 ego me **PB** (*cum ras.*) **cpT** egomet **G²** egomet (me supra met) **g** egomet **SM** ‖ 177 indefensa **PB** *Anglic.* indefessa **BG²M** ‖ 183 ubicumque *codd. edd.* ubi quaeque *corr. Heinsius coll. Verg. Aen. VII 400*

Spectent et votis victorem Eteoclea poscant.
Iamque vale, coniunx, dulcesque valete Mycenae!
At tu, care socer (nec enim omnis culpa malorum
Me penes, et superi mecum Parcaeque nocentes),
Sis lenis cineri, meque haec post proelia raptum
Alitibus fratrique tegas urnamque reportes.
Hoc tantum, et natae melius conubia iungas.'
Ibant in lacrimas, veluti cum vere reverso
Bistoniae tepuere nives, submittitur ingens
Haemus et angustos Rhodope descendit in amnes.
Coeperat et leni senior mulcere furentem
Alloquio: scidit orsa novo terrore cruenta
Eumenis, alipedemque citum fataliaque arma
Protinus, Inachii vultus expressa Pherecli,
Obtulit ac fidas exclusit casside voces.
Ac super haec: 'Abrumpe moras, celeremus! et illum
Adventare ferunt portis.' Sic omnia vicit,
Correptumque iniecit equo; volat aequore aperto
Pallidus instantemque deae circumspicit umbram.
Sacra Iovi merito Tyrius pro fulmine ductor
Nequiquam Danaos ratus exarmasse ferebat.
Nec pater aetherius divumque has ullus ad aras,
Sed mala Tisiphone trepidis inserta ministris
Astat et inferno praevertit vota Tonanti.
'Summe deum, tibi namque meae primordia Thebae
(Liveat infandum licet Argos et aspera Iuno)
Debent, Sidonios ex quo per litora raptor
Turbasti thiasos, dignatus virgine nostra
Terga premi et placidas falsum mugire per undas!

---

197 sq. 'Alloquio — Eumenis' Priscian. X 24 p. 516, 22 H.

---

191 urnamque **PBG²pg** *Behh.* urnaque **SM** ‖ 193 reuiso **P** *al. m. suprascr.* ‖ 197 scidit ipsa *Prisc.* ‖ 199 pherecli **P** pherichi **B** (*in ras.*) perichi **G²SM** pericli *Beh. 1* **RL** Perinthi *Gronovius* ‖ 206 danaos raptos **P** ‖ 208 tesiphone **P** thesiphone **BG²p** | magistris **P** ‖ 214 premit placidas fassum **P**

Nec te vana fides iterum Cadmeia adeptum
Conubia et Tyrios nimium inrupisse penates:
Tandem, inquam, soceros dilectaque moenia gratus
Respicis assertorque tonas; ceu regia caeli
Attemptata tui, sic te pro turribus altis
Vidimus urgentem nubes, laetique benignum
Fulmen et auditos proavis agnovimus ignes.
Accipe nunc pecudes et magni turis acervos
Votivumque marem; dignas sed pendere grates
Haut mortale opus est; certent tibi reddere Bacchus
Noster et Alcides, illis haec moenia servas.'
Dixerat: ast illi niger ignis in ora genasque
Prosiluit raptumque comis diadema cremavit.
Tunc ferus ante ictum spumis delubra cruentat
Taurus et obstantum mediis e coetibus exit
Turbidus insanoque ferens altaria cornu.
Diffugiunt famuli, et regem solatur haruspex.
Ipse instaurari sacrum male fortis agique
Imperat, et magnos ficto premit ore timores.
Qualis ubi implicitum Tirynthius ossibus ignem
Sensit et Oetaeas membris accedere vestes,
Vota incepta tamen libataque tura ferebat
Durus adhuc patiensque mali; mox grande coactus
Ingemuit, victorque furit per viscera Nessus.
Nuntius exanimi suspensus pectora cursu
Aepytus ad regem portae statione relicta
Tendit et haec trepido vix intellectus anhelat:
'Rumpe pios cultus intempestivaque, rector,
Sacra deum: frater muris circum omnibus instat
Portarumque moras frenis adsultat et hastis

215 ademptum **PpcG** ade//ptum **B** ‖ 217 Tandem umquam **P** | deiectaque **P** delectaq. **B** ‖ 220 urguentem **P** ‖ 221 agnoscimus (tant) **P** ‖ 224 certent **P** ‖ 225 illiç (s) **P** | servas **P** serva *ceteri* ‖ 226 illis **P** ‖ 230 insanoque ferens **PB** *Dan. Petav.* insano feriens **G^2SM** ‖ 235 Sentit **P** | accendere **P** | pestes *Baehrensius*

Nomine te crebro, te solum in proelia poscens.
Flent maesti retro comites, et uterque loquenti
Adgemit et pulsis exercitus obstrepit armis.
Ille vocat: 'Nunc tempus erat, sator optime divum:
Quid meruit Capaneus?" Turbatus inhorruit altis
Rex odiis, mediaque tamen gavisus in ira est.
Sic ubi regnator post exulis otia tauri
Mugitum hostilem summa tulit aure iuvencus
Agnovitque minas, magna stat fervidus ira
Ante gregem spumisque animos ardentibus efflat,
Nunc pede torvus humum, nunc cornibus aera findens;
Horret ager, trepidaeque expectant proelia valles.
Nec desunt regni comites: 'Sine, moenia pulset
Inritus.' 'Ille autem fractis huc audeat usque
Viribus?' 'Hic miseris furor est instare periclo,
Nec librare metus et tuta odisse.' 'Resiste
Hic fretus solio, nos propulsabimus hostem,
Nos bellare iube.' Sic proxima turba, sed ardens
Ecce aderat luctu dicturusque omnia belli
Libertate Creon: urit fera corda Menoeceus;
Nulla patri requies, illum quaeritque tenetque;
Illum sanguineos proflantem pectore rivos
Aspicit et saeva semper de turre cadentem.
Ut dubium et pugnas cunctantem Eteoclea vidit:
'Ibis' ait, 'neque te ulterius fratremque ducemque,
Pessime, funeribus patriae lacrimisque potentem,
Eumenidum bellique reum, patiemur inulti.
Sat tua non aequis luimus periuria divis.
Urbem armis opibusque gravem et modo civibus artam,
Ceu caelo demissa lues inimicave *tellus,

248 tunc **G^2cHL** ‖ 254 efflat **P**π offert **BG^2M** effert **pm** *edd.* ‖ 257 regni **PBS** *Lips.* **G^2** *pr. m.* **L** regi **M** *edd.* ‖ 261 Hic **PG^2cp** Hoc **BM** ‖ 262 Hos *edd. inde a Gronov.* ‖ 269 fratremque ducemque **Pp** fratrumque ducumque **BG^2**[illegible] ‖ 270 potitum **M** *edd.* ‖ 274 demissa **BG^2Gg** *Leid.* deiecta **P** dimissa **M** | tellus *codd. edd., quod corruptum puto* labes *Schraderus* pestis *Baehrensius*

Hausisti vacuamque tamen sublimis obumbras?
Deest servitio plebes: hos ignis egentes
Fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis;
Hi quaerunt artus, illi anxia vulnera curant.
Redde agedum miseris fratres natosque patresque,
Redde arvis domibusque viros! Ubi maximus Hypseus
Finitimusque Dryas? ubi Phocidos arma sonorae
Euboicique duces? Illos tamen aequa duelli
Sors tulit ad Manes: at tu, pudet! hostia regni,
Hostia, nate, iaces, ceu mutus et e grege sanguis,
Ei mihi! primitiis ararum et rite nefasto
Libatus iussusque mori: et cunctabitur ultra
Iste? nec adverso nunc saltem Marte vocatus
Stabit? an in pugnas alium iubet ire profanus
Tiresias? iterumque meos oracula nectit
In gemitus? quid enim misero super unicus Haemon?
Ille iube subeat, tuque hinc spectator ab alta
Turre sede! Quid saeva fremis famulamque cohortem
Respectas? hi te ire volunt, hi pendere poenas;
Ipsa etiam genetrix ipsaeque odere sorores.
In te ardens frater ferrum mortemque minatur
Saevaque portarum convellit claustra, nec audis?'
  Sic pater infrendens, miseraque exaestuat ira.
Ille sub haec 'non fallis' ait, 'nec te inclita nati
Fata movent: canere illa patrem et iactare decebat.
Sed spes sub lacrimis, spes atque occulta cupido
His latet: insano praetendis funera voto,
Meque premis frustra vacuae ceu proximus aulae.
Non ita Sidoniam fortuna reliquerit urbem,

283 sqq. 'at tu — libatus' Priscian. XIV 17 p. 34, 17 H.

276 Iam dĕēst *Beh. Weberus* Defit c | saevitiae *Barthius* | 278 anxia P ardua *ceteri* arida *coni. Muellerus coll. v. 608* || 281 sonare P || 283 Fors PBSg *Leid.* || 285 Hei Pp | ararum PBp *Prisc.* armorum M annorum G² || 293 Respectans P || 295 In me P || 296 audes BG²pT *Dan.* || 299 solebat P

In te ut sceptra cadant, tanto indignissime nato.
Nec mihi difficilis praesens vindicta; sed arma,
Arma prius, famuli! coeant in proelia fratres.
Vult gemitus lenire Creon: lucrare furorem;
Victori mihi cuncta lues.' Sic iurgia paulum
Distulit atque ensem, quem iam dabat ira, repressit.
Ictus ut incerto pastoris vulnere serpens
Erigitur gyro longumque e corpore toto
Virus in ora legit; paulum si devius hostis
Torsit iter, cecidere minae tumefactaque frustra
Colla sedent, irasque sui bibit ipse veneni.
  At genetrix primam funestae sortis ut amens
Expavit famam (nec tarde credidit), ibat
Scissa comam vultusque et pectore nuda cruento,
Non sexus decorisve memor: Pentheia qualis
Mater ad insani scandebat culmina montis,
Promissum saevo caput allatura Lyaeo.
Non comites, non ferre piae vestigia natae
Aequa valent: tantum miserae dolor ultimus addit
Robur, et exangues crudescunt luctibus anni.
Iamque decus galeae, iam spicula saeva ligabat
Ductor et ad lituos hilarem intrepidumque tubarum
Prospiciebat equum, subito cum apparuit ingens
Mater, et ipse metu famulumque expalluit omnis
Coetus, et oblatam retro dedit armiger hastam.
'Quis furor? unde iterum regni integrata resurgit
Eumenis? ipsi etiam post omnia, comminus ipsi
Stabitis? usque adeo geminas duxisse cohortes
Et facinus mandasse parum est? quo deinde redibit
Victor? in hosne sinus? o diri coniugis olim
Felices tenebrae! datis, improba lumina, poenas.
Haec spectanda dies? quo, saeve, minantia flectis

304 ut *om.* P || 305 sub arma P || 316 nec tandem P || 317 vultusque P vultuque *ceteri* || 321 piae PGHT ipsae BG²M || 323 exsangues PB || 325 trepidumque *edd. inde a Gronov.* || 326 Rsepiciebat *Barthius* || 327 et *om.* P

Hausisti vacuamque tamen sublimis obumbras?
Deest servitio plebes: hos ignis egentes
Fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis;
Hi quaerunt artus, illi anxia vulnera curant.
Redde agedum miseris fratres natosque patresque,
Redde arvis domibusque viros! Ubi maximus Hypseus
Finitimusque Dryas? ubi Phocidos arma sonorae
Euboicique duces? Illos tamen aequa duelli
Sors tulit ad Manes: at tu, pudet! hostia regni,
Hostia, nate, iaces, ceu mutus et e grege sanguis,
Ei mihi! primitiis ararum et rite nefasto
Libatus iussusque mori: et cunctabitur ultra
Iste? nec adverso nunc saltem Marte vocatus
Stabit? an in pugnas alium iubet ire profanus
Tiresias? iterumque meos oracula nectit
In gemitus? quid enim misero super unicus Haemon?
Ille iube subeat, tuque hinc spectator ab alta
Turre sede! Quid saeva fremis famulamque cohortem
Respectas? hi te ire volunt, hi pendere poenas;
Ipsa etiam genetrix ipsaeque odere sorores.
In te ardens frater ferrum mortemque minatur
Saevaque portarum convellit claustra, nec audis?'
  Sic pater infrendens, miseraque exaestuat ira.
Ille sub haec 'non fallis' ait, 'nec te inclita nati
Fata movent: canere illa patrem et iactare decebat.
Sed spes sub lacrimis, spes atque occulta cupido
His latet: insano praetendis funera voto,
Meque premis frustra vacuae ceu proximus aulae.
Non ita Sidoniam fortuna reliquerit urbem,

---

283 sqq. 'at tu — libatus' Priscian. XIV 17 p. 34, 17 H.

---

276 Iam dēest *Beh. Weberus* Defit **c** | saevitiae *Barthius* 278 anxia **P** ardua *ceteri* arida *coni. Muellerus coll. v. 608* ‖ 281 sonare **P** ‖ 283 Fors **PBSg** *Leid.* ‖ 285 Hei **Pp** | ararum **PBp** *Prisc.* armorum **M** annorum **G**² ‖ 293 Respectans **P** ‖ 295 In me **P** ‖ 296 audes **BG²pT** *Dan.* ‖ 299 solebat **P**

In te ut sceptra cadant, tanto indignissime nato.
Nec mihi difficilis praesens vindicta; sed arma,
Arma prius, famuli! coeant in proelia fratres.
Vult gemitus lenire Creon: lucrare furorem;
Victori mihi cuncta lues.' Sic iurgia paulum
Distulit atque ensem, quem iam dabat ira, repressit.
Ictus ut incerto pastoris vulnere serpens
Erigitur gyro longumque e corpore toto
Virus in ora legit; paulum si devius hostis
Torsit iter, cecidere minae tumefactaque frustra
Colla sedent, irasque sui bibit ipse veneni.
  At genetrix primam funestae sortis ut amens
Expavit famam (nec tarde credidit), ibat
Scissa comam vultusque et pectore nuda cruento,
Non sexus decorisve memor: Pentheia qualis
Mater ad insani scandebat culmina montis,
Promissum saevo caput allatura Lyaeo.
Non comites, non ferre piae vestigia natae
Aequa valent: tantum miserae dolor ultimus addit
Robur, et exangues crudescunt luctibus anni.
Iamque decus galeae, iam spicula saeva ligabat
Ductor et ad lituos hilarem intrepidumque tubarum
Prospiciebat equum, subito cum apparuit ingens
Mater, et ipse metu famulumque expalluit omnis
Coetus, et oblatam retro dedit armiger hastam.
'Quis furor? unde iterum regni integrata resurgit
Eumenis? ipsi etiam post omnia, comminus ipsi
Stabitis? usque adeo geminas duxisse cohortes
Et facinus mandasse parum est? quo deinde redibit
Victor? in hosne sinus? o diri coniugis olim
Felices tenebrae! datis, improba lumina, poenas.
Haec spectanda dies? quo, saeve, minantia flectis

---

304 ut *om.* **P** ‖ 305 sub arma **P** ‖ 316 nec tandem **P** ‖ 317 vultusque **P** vultuque *ceteri* ‖ 321 piae **PGHT** ipsae **BG²M** ‖ 323 exsangues **PB** ‖ 325 trepidumque *edd. inde a Gronov.* ‖ 326 Rsepiciebat *Barthius* ‖ 327 et *om.* **P**

Ora? quid alternus vultus pallorque ruborque
Mutat, et obnixi frangunt mala murmura dentes?
Me miseram, vinces! prius haec tamen arma necesse est
Experiare domi: stabo ipso in limine portae
Auspicium infelix scelerumque immanis imago.
Haec tibi canities, haec sunt calcanda, nefande,
Ubera, perque uterum sonipes hic matris agendus.
Parce: quid oppositam capulo parmaque repellis?
Non ego te contra Stygiis feralia sanxi
Vota deis, caeco nec Erinyas ore rogavi.
Exaudi miseram; genetrix te, saeve, precatur,
Non pater; adde moram sceleri et metire, quod audes.
Sed pulsat muros germanus et impia contra
Bella ciet? non mater enim, non obstat eunti
Ulla soror; te cuncta rogant, hic plangimus omnes.
Ast ibi vix unus pugnas dissuadet Adrastus,
Aut fortasse iubet: tu limina avita deosque
Linquis et a nostris in fratrem amplexibus exis?'
At parte ex alia tacitos obstante tumultu
Antigone furata gradus (nec casta retardat
Virginitas) volat Ogygii fastigia muri
Exsuperare furens; senior comes haeret eunti
Actor, et hic summas non duraturus ad arces.
Utque procul visis paulum dubitavit in armis,
Agnovitque (nefas!) iaculis et voce superba
Tecta incessantem, magno prius omnia planctu
Implet et ex muris ceu descensura profatur:

338 sq. 'Me — domi' Priscian. XVI 13 p. 103, 1 H. — 361. 'Tecta incessantem' Eutych. II 14 p. 483, 4 K.

336 alternus **BG²cG** *Beh. Barthius* alternos **PM** ‖ 338 vincis! *Sandstroemius* ‖ 339 Expertare, *al. m. suprascr.* ↑ expectare **P** | ipsa **M** *edd.* ‖ 340 origo *Schraderus* ‖ 341 calcata **P** ‖ 346 saeua **P** ‖ 357 comes *om.* **P** ‖ 358 Auctor **P** ‖ 361 incessantem *Eutych.* **g** *pr. m. Menkius* incessante **T** incessentem **PBM** *edd.* ‖ 362 discensura profatis **P**

'Comprime tela manu paulumque hanc respice turrim,
Frater, et horrentes refer in mea lumina cristas!
Agnoscisne hostes? sic annua pacta fidemque
Poscimus? hi questus, haec est bona causa modesti
Exulis? Argolicos per te, germane, penates
(Nam Tyriis iam nullus honos), per si quid in illa
Dulce domo, submitte animos: en utraque gentis
Turba rogant ambaeque acies; rogat illa suorum
Antigone devota malis suspectaque regi,
Et tantum tua, dure, soror. Saltem ora trucesque
Solve genas; liceat vultus fortasse supremum
Noscere dilectos et ad haec lamenta videre,
Anne fleas. Illum gemitu iam supplice mater
Frangit et exertum dimittere dicitur ensem:
Tu mihi fortis adhuc? mihi, quae tua nocte dieque
Exilia erroresque fleo, iam iamque tumentem
Placavi tibi saepe patrem? Quid crimine solvis
Germanum? nempe ille fidem et stata foedera rupit,
Ille nocens saevusque suis; tamen ecce vocatus
Non venit.' His paulum furor elanguescere dictis
Coeperat, obstreperet quamquam atque obstaret Erinys;
Iam submissa manus, lente iam flectit habenas,
Iam tacet; erumpunt gemitus, lacrimasque fatetur
Cassis; hebent irae, pariterque et abire nocentem
Et venisse pudet: subito cum matre repulsa
Eumenis eiecit fractis Eteoclea portis
Clamantem: 'Venio solumque, quod ante vocasti,
Invideo; ne incesse moras, gravis arma tenebat
Mater; io patria, o regum incertissima tellus,
Nunc certe victoris eris!' Nec mitior ille

389 sq. 'solumque — moras' Eutych. II 14 p. 483, 2 K.

366 Poscimur *Schraderus* ‖ 374 Nosci **P** ‖ 379 saepe **Pp** saeve **BG²M** ‖ 382 eliquescere *e cod. Beh.* liquescere *praebente coni. Heinsius* ‖ 391 o patria **G²** | o *om.* **P**

'Tandem' inquit, 'scis, saeve, fidem et descendis in aequum?
O mihi nunc primum longo post tempore frater,
Congredere: hae leges, haec foedera sola supersunt.'
Sic hostile tuens fratrem; namque uritur alto
Corde, quod innumeri comites, quod regia cassis
Instratusque ostro sonipes, quod fulva metallo
Parma micet, quamquam haut armis inhonorus et ipse
Nec palla vulgare nitens: opus ipsa novarat
Maeoniis Argia modis ac pollice docto
Stamina purpureae sociaverat aurea telae.
Iamque in pulvereum Furiis hortantibus aequor
Prosiliunt, sua quemque comes stimulatque monetque.
Frena tenent ipsae phalerasque et lucida comunt
Arma manu mixtisque iubas serpentibus augent.
Stat consanguineum campo scelus, unius ingens
Bellum uteri, coeuntque pares sub casside vultus.
Signa pavent, siluere tubae, stupefactaque Martis
Cornua; ter nigris avidus regnator ob oris
Intonuit terque ima soli concussit, et ipsi
Armorum fugere dei: nusquam inclita Virtus,
Restinxit Bellona faces, longeque paventes
Mars rapuit currus, et Gorgone cruda virago
Abstitit, inque vicem Stygiae subiere sorores.
Prominet excelsis vulgus miserabile tectis,
Cuncta madent lacrimis et ab omni plangitur arce.
Hinc questi vixisse senes, hinc pectore nudo
Stant matres parvosque vetant attendere natos.
Ipse quoque Ogygios monstra ad gentilia manes

393 fidem descendit in aequam **P** ‖ 396 utitur **P** ‖ 397 classis **P** ‖ 398 fulua **PBS** *Leid.* fulta **M** *edd.* ful$\overset{v}{m}$a **g** vulva **G**^{2} *pr. m. cf. I 144* ‖ 403 portantibus *Koestlinus* ‖ 404 monetque **PBp** regitque **G^{2}M** movetque *edd. vett.* ‖ 409 pavent **P** *Anglic.* tacent **BG^{2}M** ‖ 415 Abstitit **M** Obstitit **PBG^{2}pH** | rubuere *codd.* subiere *corr. Bentleius* rediere *Schraderus* ‖ 419 ascendere *Barthius*

Tartareus rector porta iubet ire reclusa.
Montibus insidunt patriis tristique corona
Infecere diem et vinci sua crimina gaudent.
Illos ut stimulis ire in discrimen apertis
Audiit et sceleri nullum iam obstare pudorem,
Advolat et medias immittit Adrastus habenas,
Ipse quidem et regnis multum et venerabilis aevo.
Sed quid apud tales, quis nec sua pignora curae,
Exter honos? Tamen ille rogat: 'Spectabimus ergo hoc,
Inachidae Tyriique, nefas? ubi iura deique?
Bella ubi? ne perstate animis. Te deprecor, hostis
(Quamquam, haec ira sinat, nec tu mihi sanguine longe),
Te, gener, et iubeo; sceptri si tanta cupido est,
Exuo regales habitus, tu Lernan et Argos
Solus habe!' Non verba magis suadentia frangunt
Accensos, sumptisque semel conatibus obstant,
Quam Scytha curvatis erectus fluctibus umquam
Pontus Cyaneos vetuit concurrere montes.
Ut periisse preces geminosque ad proelia fusos
Pulvere cornipedes explorarique furentum
In digitis amenta videt, fugit omnia linquens
Castra, viros, generum, Thebas, ac fata monentem
Conversumque iugo propellit Ariona: qualis
Demissus curru laevae post praemia sortis
Umbrarum custos mundique novissimus heres
Palluit, amisso veniens in Tartara caelo.

428 sq. 'Sed — honos' Priscian. III 4 p. 85, 7 H.

424 Illos in stimulos **P** | discrimina certos **P** ‖ 427 et regnis **PGp** *Anglic.* regnis **BG^{2}M** ‖ 428 Sed quis *Bernartius* | quae non sua *Prisc.* nunc sua **P** ‖ 429 Exter honos **PG^{2}H** *Leid. Prisc.* Externos **BM** Alternos *Anglic. Heinsius* **g** (*al. m. suprascr.* † externos) *Gronovius* | ergo hoc **PG** *Anglic.* ergo **BG^{2}M** ‖ 432 Quamquam haud ira sinat *Barthius* | loge **P** ‖ 434 $\overset{tu}{\text{lernean}}$ **P** i lernan **G^{2}M** i lernam **B** ‖ 439 geminoque **P** ‖ 440 exploravitque **P**

Non tamen indulsit pugnae cunctataque primo
Substitit in scelere et paulum Fortuna morata est.
Bis cassae periere viae, bis comminus actos
Avertit bonus error equos, puraeque nefandi
Sanguinis obliquis ceciderunt ictibus hastae.
Tendunt frena manu et saevis calcaribus urgent
Immeritos; movet et geminas venerabile divum
Prodigium turmas, alternaque murmura volvunt
Mussantes: iterare acies, procurrere saepe
Impetus et totum miseris opponere bellum.
Iamdudum terris coetuque offensa deorum
Aversa caeli Pietas in parte sedebat,
Non habitu, quo nota prius, non ore sereno,
Sed vittis exuta comam, fraternaque bella,
Ceu soror infelix pugnantum aut anxia mater,
Deflebat, saevumque Iovem Parcasque nocentes
Vociferans, seseque polis et luce relicta
Descensuram Erebo et Stygios iam malle penates.
'Quid me' ait, 'ut saevis animantum ac saepe deorum
Obstaturam animis, princeps Natura, creabas?
Nil iam ego per populos, nusquam reverentia nostri.
O furor, o homines, diraeque Prometheos artes!
Quam bene post Pyrrham tellus pontusque vacabant!
En mortale genus!' Dixit, speculataque tempus
Auxilio 'temptemus' ait, 'licet inrita coner.'
Desiluitque polo, niveus sub nubibus atris
Quamquam maesta deae sequitur vestigia limes.
Vix steterat campo, subita mansuescere pace
Agmina sentirique nefas; tunc ora madescunt

449 ictus **P** ‖ 452 et *om.* **P** ‖ 453 miserabile **m** *edd.* ‖ 454 alienaque **P** ‖ 455 acies **P** aciem *ceteri* ‖ 457 coetusque **P** ‖ 458 Auersa est **P** ‖ 459 *versus deest in* **BG²c** ‖ 460 Et vittis **P** ‖ 462 saeuum (que *eras.*) parcasque **P** ‖ 464 mille **P** *pr. m.* velle *al. m. corr.* ‖ 467 numquam **P** ‖ 468 *versum om.* **P** | dirique **B** (*ex* diraeq. *corr.*) **pT** *edd. vett.* ‖ 469 vacabat **PH** ‖ 471 Auxilium **PM** | *Interpunctionem corr. Heinsius* ‖ 472 altis *codd. edd.* atris *corr. Schraderus e schol. ad vers. insequentem*

Pectoraque, et tacitus subrepsit fratribus horror.
Arma etiam simulata gerens cultusque viriles,
Nunc his, nunc illis 'agite, ite, obsistite,' clamat,
'Quis nati fratresque domi, quis pignora tanta!
Hic quoque (nonne palam est ultro miserescere divos?)
Tela cadunt, cunctantur equi, fors ipsa repugnat.'
Nonnihil impulerat dubios, ni torva notasset
Tisiphone fraudes caelestique ocior igne
Adforet increpitans: 'Quid belli obverteris ausis,
Numen iners pacique datum? cede, improba: noster
Hic campus nosterque dies; nunc sera nocentes
Defendis Thebas. Ubi tunc, cum bella cieret
Bacchus et armatas furiarent orgia matres,
Aut ubi segnis eras, dum Martius impia serpens
Stagna bibit, dum Cadmus arat, dum semina surgunt,
Dum rogat Oedipoden genitor, dum lampade nostra
In thalamos Iocasta venit?' Sic urget, et ultro
Vitantem aspectus etiam pudibundaque longe
Ora reducentem premit adstridentibus hydris
Intentatque faces; deiectam in lumina pallam
Diva trahit magnoque fugit questura Tonanti.
Tunc vero accensae stimulis maioribus irae:
Arma placent, versaeque volunt spectare cohortes.
Instaurant crudele nefas; rex impius aptat
Tela et funestae casum prior occupat hastae.
Illa viam medium clipei conata per orbem
Non perfert ictus atque alto vincitur auro.
Tunc exul subit et clare funesta precatur:
'Di, quos effosso non inritus ore rogavit
Oedipodes flammare nefas, non improba posco

480 Hic **PB** His **G²SM** ‖ 482 Nos nihil **P** ‖ 484 obuerterit **P** auerteris **G** ‖ 490 dum uicta cadit **P** *pr. m.* dum semina surgunt **P** *sec. m., quod rectum puto* dum uicta cadit sphinx *vel* spinx **BG²SM** ‖ 492 urguet **PBS** ‖ 493 longa **P** ‖ 495 lumine **PpG** ‖ 498 volant *Heinsius* ‖ 504 orbe *Gruterus* ‖ 505 flammate **P**, *corr. Heinsius e cod.* firmate *ceteri codd. edd.* | poscet **P**

Vota: piabo manus et eodem pectora ferro
Rescindam, dum me moriens hic sceptra tenentem
Linquat et hunc secum portet minor umbra dolorem.'
Hasta subit velox equitis femur inter equique
Ilia, letum utrique volens; sed plaga sedentis
Laxato vitata genu, tamen inrita voti
Cuspis in obliquis invenit vulnera costis.
It praeceps sonipes strictae contemptor habenae
Arvaque sanguineo scribit rutilantia gyro.
Exultat fratris credens hunc ille cruorem:
Credit et ipse metu; totis iamque exul habenis
Indulget, caecusque avidos inlidit in aegrum
Cornipedem cursus. Miscentur frena manusque
Telaque, et ad terram turbatis gressibus ambo
Praecipitant. Ut nocte rates, quas nubilus Auster
Implicuit, frangunt tonsas mutantque rudentes,
Luctataeque diu tenebris hiemique sibique,
Sicut erant, imo pariter sedere profundo:
Haec pugnae facies. Coeunt sine more, sine arte,
Tantum animos irasque atque ignescentia cernunt
Per galeas odia et vultus rimantur acerbo
Lumine: nil adeo mediae telluris, et enses
Impliciti nexaeque manus, alternaque saevi
Murmura ceu lituos rapiunt aut signa tubarum.
Fulmineos veluti praeceps cum comminus egit
Ira sues strictisque erexit tergora saetis:
Igne tremunt oculi, lunataque dentibus uncis
Ora sonant; spectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens canibusque silentia suadet:
Sic avidi incurrunt; necdum letalia miscent

506 tempora **P** ‖ 510 ntrimque **P** | vovens *Heinsius* ‖ 511 tantum *Baehrensius* ‖ 515 esse **m** *edd.* isse *Barthius* ire *Burmannus* ‖ 517 caecosque **P** ‖ 521 pangunt **P** *Dan.* rumpuntque t. mutilantque *Barthius* ‖ 525 animos irasque **P** animis iraque **BM** animis irasci **G**² ‖ 528 Inlictuinnexaeque **P** ‖ 531 pectora *codd. edd.* tergora *corr. Heinsius* ‖ 532 premunt **P** micant *Heinsius*

Vulnera, sed coeptus sanguis, facinusque peractum est.
Nec iam opus est Furiis; tantum mirantur et astant
Laudantes, hominumque dolent plus posse furores.
Fratris uterque furens cupit adfectatque cruorem
Et nescit manare suum; tandem inruit exul,
Hortatusque manum, cui fortior ira nefasque
Iustius, alte ensem germani in corpore pressit,
Qua male iam plumis imus tegit inguina thorax.
Ille dolens nondum, sed ferri frigore primo
Territus in clipeum turbatos colligit artus;
Mox intellecto magis ac magis aeger anhelat
Vulnere. Nec parcit cedenti atque increpat hostis:
'Quo retrahis, germane, gradus? hoc languida somno,
Hoc regnis effeta quies, hoc longa sub umbra
Imperia! exilio rebusque exercita egenis
Membra vides; disce arma pati nec fidere laetis.'
Sic pugnant miseri; restabat lassa nefando
Vita duci summusque cruor, poterantque parumper
Stare gradus; sed sponte ruit fraudemque supremam
In media iam morte parat. Clamore Cithaeron
Erigitur, fraterque ratus vicisse levavit
Ad caelum palmas: 'Bene habet! non inrita vovi,
Cerno graves oculos atque ora natantia leto.
Huc aliquis propere sceptrum atque insigne comarum,
Dum videt.' Haec dicens gressus admovit et arma,
Ceu templis decus et patriae laturus ovanti,
Arma etiam spoliare cupit; nondum ille peractis
Manibus ultrices animam servabat in iras.
Utque superstantem pronumque in pectora sensit,

536 sed coetus **P** | peractum (est *om.*) **m** *edd.* ‖ *vv.* 541 *et* 542 *in* **P** *inter se transpositi leguntur* ‖ 541 Hortaturque **PpGHT** | 542 germano *Heinsius* ‖ 545 turbatus **BG²GHT** ‖ 547 hosti **BG²** *pr. m.* **p** *Beh. 2 Dan.* hostem **G²** *al. m. Beh. 1* **G** orsis *Baehrensius* | increpat: 'Hostes Q. r. g. gradus? *Heinsius, ut sit* hostes *i. q.* hostiles ‖ 548 hoc **P** o *ceteri* ‖ 549 Hoc **P** Et *ceteri* | effata **P** | hoc longa **P** longaque *ceteri* ‖ 554 et sponte **P** ‖ 559 coma **P** *pr. m., al. m. suprascr.* coronę ‖ 560 ad arma **P**

Erigit occulte ferrum vitaeque labantis
Reliquias tenues odio supplevit, et ensem
Iam laetus fati fraterno in corde reliquit.
Ille autem: 'Vivisne? adhuc manet ira superstes,
Perfide, nec sedes umquam meriture quietas?
Huc mecum ad Manes! illic quoque pacta reposcam,
Si modo Agenorei stat Gnosia iudicis urna,
Qua reges punire datur.' Nec plura locutus
Concidit et totis fratrem gravis obruit armis.
  Ite truces animae funestaque Tartara leto
Polluite et cunctas Erebi consumite poenas!
Vosque malis hominum, Stygiae, iam parcite, divae:
Omnibus in terris scelus hoc omnique sub aevo
Viderit una dies, monstrumque infame futuris
Excidat, et soli memorent haec proelia reges.
  At genitor sceleris comperto fine profundis
Erupit tenebris, saevoque in limine profert
Mortem imperfectam: veteri stat sordida tabo
Hirtaque canities, et durus sanguine crinis
Obnubit furiale caput; procul ora genaeque
Intus et effossae squalent vestigia lucis.
Virgo autem impositae sustentat pondera laevae,
Dextra sedet baculo. Qualis si puppe relicta
Exosus Manes pigri sulcator Averni

---

582 sq. 'veteri — canities' Priscian. VII 62 p. 339, 23 H.

---

567 fati **PSpL** fratri **BG^2M** fratris **Gg** *Leid.* frater **Rr** *al. m.* | fraterno in corde **PSpL** *Leid.* **Rr** *al. m.* frater non corde **G^2** *pr. m.* **r** *pr. m.* **b** frater sub corde **BcT** *Prag. 2* **G** gelido sub corde **G^2** *al. m.* non frater corde **g** *Gronov. edd.* ‖ 570 Huc **PG^2** *pr. m.*, (*al. m.* Hunc *corr.*) I **BM** | parta **P** ‖ 572 Quae **BG^2** *pr. m.* **cHT** *Dan.* Qui *Beh. 1* Cui **G** ‖ 581 Erupit **P** Erepsit *ceteri* | caecoque *Schraderus* | in **P** e *ceteri* ‖ 583 Utraque *codd. edd.* Hirtaque *corr. Heinsius* Atraque *Baehrensius* ‖ 584 ferale *Marklandus* ‖ 585 offensae **P** ‖ 588 pigri manes **m** *edd.* manes nigri **cH** *Leid.* nigri manes *Beh. Paris. 8053 Heinsius; sed cf. Theb. VIII 17 Silv. V 3, 271*

Exeat ad Superos solemque et pallida turbet
Astra, nec ipse diu fortis patiensque superni
Aeris; interea longum cessante magistro
Crescat opus, totisque expectent saecula ripis:
Talis init campum, comitique extrema gementi
'Duc' ait, 'ad natos patremque recentibus, oro,
Inice funeribus!' Cunctatur nescia virgo,
Quid paret; impediunt iter implicitosque morantur
Arma, viri, currus, altaque in strage seniles
Deficiunt gressus et dux miseranda laborat.
Ut quaesita diu monstravit corpora clamor
Virginis, insternit totos frigentibus artus.
Nec vox ulla seni: iacet immugitque cruentis
Vulneribus, nec verba diu temptata sequuntur.
Dum tractat galeas atque ora latentia quaerit,
Tandem muta diu genitor suspiria solvit:
'Tarda meam, pietas, longo post tempore mentem
Percutis? estne sub hoc hominis clementia corde?
Vincis io miserum, vincis, natura, parentem.
En habeo gemitus lacrimaeque per arida serpunt
Vulnera et in molles sequitur manus impia planctus.
Accipite infandae iusta exsequialia mortis,
Crudeles nimiumque mei! Nec noscere natos
Alloquiumque aptare licet; dic, virgo, precanti,
Quem teneo? quo nunc vestras ego saevus honore
Prosequar inferias? o si fodienda redirent
Lumina et in vultus saevire ex more potestas!
Heu dolor, heu iusto magis exaudita parentis
Vota malaeque preces! quisnam fuit ille deorum,
Qui stetit orantem iuxta praereptaque verba
Dictavit fatis? furor illa et movit Erinys
Et pater et genetrix et regna oculique cadentes;

---

592 tostisque *vel simile quid reponendum esse cens. Heinsius* 597 atraque **P** ‖ 604 multa **G^2Sc** *Behh. Leid. Dan.* | diu **PBpGTH** *m. pr.* furens **G^2SM** ‖ 607 io **P** me *ceteri* ‖ 609 Vulnera iam molles **BcGHT** ‖ 619 vovit **P**

Nil ego: per Ditem iuro dulcesque tenebras
Immeritamque ducem, subeam sic Tartara digna
Morte, nec irata fugiat me Laius umbra.
Ei mihi, quos nexus fratrum, quae vulnera tracto!
Solvite quaeso manus infestaque vincula tandem
Dividite, et medium nunc saltem admittite patrem.'
Talia dequestus paulatim insumpserat iras
Mortis, et occulte telum, ni nata vetaret,
Quaerebat; sed cauta manu subtraxerat enses
Antigone. Furit inde senex: 'Ubi noxia tela?
Heu Furiae, num totum abiit in corpora ferrum?'
Dicentem comes aegra levat mutumque dolorem
Ipsa premit, saevum gaudens planxisse parentem.
Olim autem inceptae clamore exterrita pugnae
Regina extulerat notum penetralibus ensem,
Ensem sceptriferi spolium lacrimabile Lai.
Multaque cum superis et diro questa cubili
Et nati furiis et primi coniugis umbris,
Luctata est dextra, et prono vix pectore ferrum
Intravit tandem: venas perrumpit anile
Vulnus et infelix lustratur sanguine lectus.
Illius exili stridentem in pectore plagam
Ismene conlapsa super lacrimisque comisque
Siccabat plangens: qualis Marathonide silva
Flebilis Erigone caesi prope funera patris
Questibus absumptis tristem iam *solvere* nodum
Coeperat et fortes ramos moritura ligabat.

621 Haec ego **P** ‖ 627 insumpserat **P** sumpserat *ceteri* ‖ 628 telum nita//// *ceteris omissis* **P** ‖ 629 casta *codd. edd.* cauta *corr. Bentleius* | suppresserat *Barthius* ‖ 631 corpore **BG**^{2} *pr. m.* **GHT** ‖ 632 comes atra **P** ‖ 633 gaudent **P** gaudentis (?) **S** gaudetque suum *Peyraredus* ‖ 639 dextra **BG**^{2} dextera **S** dextrae **P** ‖ 640 venas **P** et venas *ceteri* | perrumpit **PBG**^{2}**Gg** perrupit **pT** prorumpit **ScH** *Leid.* prorupit **M** *edd.* | anile **PBc** aniles **G**^{2}**SM** ‖ 646 vulnere **P** solvere *ceteri, quod corruptum est* volvere (*sc. animo*) *coni. Sandstroemius, qui omnino non recte Ismenae adhuc plangenti Erigonen consumptis questibus comparari censet;*

Et iam laeta ducum spes elusisse duorum
Res Amphionias alio sceptrumque maligna
Transtulerat Fortuna manu, Cadmique tenebat
Iura Creon. Miser heu bellorum terminus! illi
Pugnarant fratres; hunc et Mavortia clarant
Semina, et impensus patriae paulo ante Menoeceus
Conciliat populos. Scandit fatale tyrannis
Flebilis Aoniae solium: pro blanda potestas
Et sceptri male suadus amor! numquamne priorum
Haerebunt documenta novis? iuvat ecce nefasto
Stare loco regimenque manu tractare cruentum.
Quid melior Fortuna potest? iam flectere patrem
Incipit atque datis abolere Menoecea regnis.
Primum adeo saevis imbutum moribus aulae
Indicium speciemque sui iubet igne supremo
Arceri Danaos, nudoque sub axe relinqui
Infelix bellum et tristes sine sedibus umbras.
Mox reducem Ogygiae congressus limine portae
Oedipoden timuit paulum, seseque minorem
Confessus tacite, promptamque coercuit iram;
Sed redit in regem caecumque audentius hostem
Increpitans 'procul' inquit, 'abi victoribus omen
Invisum, et Furias averte ab moenia lustra
Discessu Thebana tuo: spes longa peracta est.
Vade, iacent nati; quae iam tibi vota supersunt?'
Horruit instinctu rabido, steteruntque trementes
Ceu visu praesente genae, seniumque recessit.
Tunc natam baculumque manu dimisit, et irae

scribi debere: qualis . . . funera patris:, *ut v. 646 sq. ad Ismenen referantur* ‖ 647 ligabat **PB** *Anglic.* **TH** *m. pr. Busl.* legebat **B** *marg.* **G**^{2}**SM** ‖ 648 At **m** *edd.* ‖ 652 huc **P** | clamant *codd. edd.* clarant *corr. Grotius* ‖ 654 populos **PG**^{2} populis **BSM** populo *Baehrensius* | tyrannis **PB** tyrannus **G**^{2}**SM** ‖ 659 potes **Pp** ‖ 661 imbutum **P** inbutus *vel* imbutus **BG**^{2}**SM** | moribus **P** *Bentleius* amoribus **BG**^{2}**SM** umoribus **G** ‖ 666 Oedipodem **GHTL** | extimuit **P** ‖ 668 cacumque **P** ‖ 669 Increpitat **P** ‖ 674 Ceu visu squalore comae **P** | 675 *versum om.* **G** | demisit **P** | orae **B**

Innixus tumido vocem de pectore rumpit:
'Iamne vacat saevire, Creon? modo perfida regna
Fortunaeque locum nostrae, miserande, subisti,
Et tibi iam fas est regum calcare ruinas?
Iam tumulis victos, socios iam moenibus arces?
Macte, potes digne Thebarum sceptra tueri.
Haec tua prima dies, sed cur, nova contrahis amens
Iura? quid anguste tantos metiris honores?
Exilium intendis? timida inclementia regum
Ista! feros avidus quin protinus imbuis enses?
Crede, licet, veniat cupidus parere satelles
Intrepidusque secet non evitantia colla.
Incipe! an expectas, ut pronus supplice dextra
Sternar et inmitis domini vestigia quaeram?
Finge autem temptare, sines? mihine ulla minaris
Supplicia, aut ullos reris superesse timores?
Linquere tecta iubes? caelum terramque reliqui
Sponte, atque ultricem crudelis in ora retorsi
Non ullo cogente manum: quid tale iubere,
Rex inimice, potes? fugio excedoque nefandis
Sedibus; an refert, quo funera longa measque
Transportem tenebras? ne non gens cuncta precanti
Concedat, patriae quantum miser incubo terrae?
Sed dulces Thebae! nimirum hic clarior ortus,
Et meliora meos permulcent sidera vultus,
Hic genetrix natique! Habeas Thebana regasque
Moenia, quo Cadmus, quo Laius omine rexit
Quoque ego; sic thalamos, sic pignora fida capessas,
Nec tibi sit virtus fortunam evadere dextra;
Sed lucem deprensus ames. Satis omina sanxi,
Duc, age, nata procul. Quid te autem luctibus addo?
Da, rex magne, ducem.' Timuit miseranda relinqui

685 inbuit **P** ‖ 692 terramque **P** *Barthius* terrasque *ceteri* ‖ 696 funere longa, *al. m. suprascr.* s. exilii **P** ‖ 697 cuncta (t cincta *al. m.*) precandi **P**

Antigone mutatque preces: 'Felicia per te
Regna, verende Creon, sanctasque Menoeceos umbras:
Da veniam adflicto dictisque ignosce superbis.
Hunc morem fandi longae fecere querellae;
Nec soli ferus iste tibi: sic fata deosque
Alloquitur; durus luctu, facilisque nec ipsi
Saepe mihi; pridem indomito sub pectore vivit
Libertas misera et saevae spes aspera mortis.
Et nunc ecce tuas irritat callidus iras
Suppliciumque cupit; sed tu maioribus, oro,
Imperii potiare bonis altusque iacentes
Praetereas, et magna ducum vereare priorum
Funera. Et hic quondam solio sublimis et armis
Saeptus opem miseris et iura, potentibus aequus
Supplicibusque, dabat, cui nunc ex agmine tanto
Una comes: necdum exul erat. Felicibus hicne
Obstat? in hunc odiis et regni viribus exis?
Hunc abigis tectis? an ne prope limina clarum
Ingemat et votis intempestivus oberret?
Pone metum, procul usque tua submotus ab aula
Flebit; ego erectum subigam et servire docebo,
Coetibus abducam solaque in sede recondam.
Exul erit? quaenam migranti externa patebunt
Moenia? vis Argos eat hostilesque Mycenas
Squalidus inreptet? victique ad limen Adrasti
Aonias referat clades? tenuemque precetur
Rex Thebanus opem? miserae quid crimina gentis
Pandere, quid casus iuvat ostentare pudendos?

714 vivit **PB** *Colb.* fervet **G²SM** ‖ 715 aspera **PS** *Colb.* π anxia **BGpR** inrita **G²cHT** *Lips. Paris. 8053* ‖ 721 et iura potentibus **PBSpcG** *Beh. 2 Leid. Petav.* et iura petentibus **G²H** *edd. vett.* iura et poscentibus **M** *edd.* ‖ 722 examine **P** ‖ *vv.* 723 *et* 724 *in* **P** *inter se transmutati leguntur* ‖ 724 virtutibus exis **P** ‖ 730 Exul eris; nam quae *codd. edd.* Exul erit? quaenam *scripsi* ‖ 733 referat **P** narret **BM** narrat **G²** ‖ 735 *deest versus in* **G²** ‖ 735—737 *Hi tres versus in* **H** *in unum coaluerunt:* Pandere quid casus senis moestique parentis

Conde, precor, quodcumque sumus, nec longa precamur
Dona, Creon: miserere senis, maestosque parentis
Hic, precor, hic manes indulge ponere: certe
Thebanos sepelire licet.' Sic orat humique
Volvitur; abducit genitor saevumque minatur
Indignans veniam. Qualis leo rupe sub alta,
Quem viridem quondam silvaeque amnesque tremebant,
Iam piger et longo iacet exarmatus ab aevo,
Magna tamen facies et non adeunda senectus;
Et si demissas veniat mugitus ad aures,
Erigitur meminitque sui, viresque solutas
Ingemit et campis alios regnare leones.
  Flectitur adfatu, sed non tamen omnia rector
Supplicis indulget lacrimis partemque recidit
Muneris. 'Haut' inquit, 'patriis prohibebere longe
Finibus, occursu dum non pia templa domosque
Commacules. Habeant te lustra tuusque Cithaeron;
Atque haec ecce tuis tellus habitabilis umbris,
Qua bellum geminaeque iacent in sanguine gentes.'
Sic ait, et ficto comitum vulgique gementis
Assensu limen tumidus regale petebat.
  Interea pulsi vallum exitiale Pelasgi
Destituunt furto; nulli sua signa suusque
Ductor: eunt taciti passim et pro funere pulchro
Dedecorem amplexi vitam reditusque pudendos.
Nox favet et grata profugos amplectitur umbra.

---

740 saluumque **P** ‖ 742 silvaeque amnesque **PBG²GR** *Prag. 2* silvae montesque **SM** | tremos **P** ‖ 743 Inpiger **P** ‖ 745 At **T** *prob. Menkio* ‖ 746 solutus **P** peractas **B** *marg.* **G²S** ‖ 750 prohibere **PG²** *pr. m.* **B** (*in marg.* ꝓhibebere) ‖ 751 deosque π**B**(?) ‖ 755 ait efficto **P** ait exficto **G** ‖ 759 munere **G** *Dan. prob. Menkio* ‖ 761 et nata **P** ‖ STATII . POETE . THEBAIDVS LIBER XI | EXPLICIT · INCIPIT LIBER XII . **P**

P. PAPINII STATII

THEBAIDOS

LIBER XII.

Nondum cuncta polo vigil inclinaverat astra
Ortus et instantem cornu tenuiore videbat
Luna diem, trepidas ubi iam Tithonia nubes
Discutit ac reduci magnum parat aethera Phoebo:
Agmina iam raris Dircaea penatibus errant,
Noctis questa moras; quamvis tunc otia tandem
Et primus post bella sopor, tamen aegra quietem
Pax fugat et saevi meminit victoria belli.
Vix primo proferre gradum et munimina valli
Solvere, vix totas reserare audacia portas;
Stant veteres ante ora metus campique vacantis
Horror: ut adsiduo iactatis aequore tellus
Prima labat, sic attoniti nil comminus ire
Mirantur fusasque putant adsurgere turmas.
Sic ubi perspicuae scandentem limina turris
Idaliae volucres fulvum aspexere draconem,

---

11. 'Stant — metus' Serv. ad Aen. VI 520.

---

1 polos **P** ‖ 3 tepidas subito///m tithonia **B** trepidas subito iā titona (i *al. m. suprascr.*) **G²** trepidas subito **p** *Behh. Gronov.* | tritonia **PS** *pr. m.* ‖ 6 Noctisque ista **P** ‖ 8 belli m. v. saeui **P** saeui m. v. belli *ceteri* ‖ 10 tutas *Baehrensius* ‖ 11 vocantis **G²** *pr. m.* **B**(?)**cRT** *Colb. Paris. 8053 Barthius* (*sc. ad pugnam*) ‖ 15 prospicuae **m** *edd.*

Intus agunt natos et feta cubilia vallant
Unguibus imbellesque citant ad proelia pinnas;
Mox ruerit licet ille retro, tamen aera nudum
Candida turba timet, tandemque ingressa volatus
Horret et a mediis etiamnum respicit astris.
  Itur in exanguem populum bellique iacentis
Reliquias quacumque dolor luctusque cruenti
Exegere duces; hi tela, hi corpora, at illi
Caesorum tantum ora vident alienaque iuxta
Pectora; pars currus deflent viduisque loquuntur,
Hoc solum quia restat, equis; pars oscula figunt
Vulneribus magnis et de virtute queruntur.
Frigida digeritur strages: patuere recisae
Cum capulis hastisque manus mediisque sagittae
Luminibus stantes; multis vestigia caedis
Nulla, ruunt planctu pendente et ubique parato.
Ac circum informes truncos miserabile surgit
Certamen, qui iusta ferant, qui funera ducant.
Saepe etiam hostiles (lusit Fortuna parumper)
Decepti flevere viros; nec certa facultas
Noscere, quem miseri vitent calcentve cruorem.
At quibus est inlaesa domus vacuique doloris,
Aut deserta vagi Danaum tentoria lustrant
Immittuntque faces, aut (quae post bella facultas)
Quaerunt, dispersus iaceat quo pulvere Tydeus,
An rapti pateat specus auguris, aut ubi divum
Hostis, an aetheriae vivant per membra favillae.
Iam lacrimis exempta dies, nec serus abegit
Vesper: amant miseri lamenta malisque fruuntur.
Nec subiere domos, sed circum funera pernox
Turba sedet, vicibusque datis alterna gementes

17 Introsagunt **P** ‖ 23 quacumque **P** π qua quemque **BG**^{2}**M** 24 hic t. hic c. **P** ‖ 33 Ac **P** At *ceteri* ‖ 38 dolores *codd. edd.* doloris *corr. Gronovius* dolore *Heinsius* ‖ 40 facultas **P** *Colb.* *Exc. Fabri* voluptas **BG**^{2}**M** ‖ 41 dispersus **P** *Anglic.* dispersi **BG**^{2}**M**

Igne feras planctuque fugant; nec dulcibus astris
Victa, nec adsiduo coierunt lumina fletu.
Tertius Aurorae pugnabat Lucifer, et iam
Montibus orbatis, lucorum gloria, magnae
Teumesi venere trabes et amica Cithaeron
Silva rogis; ardent excisae viscera gentis
Molibus exstructis: supremo munere gaudent
Ogygii manes; queritur miserabile Graium
Nuda cohors vetitumque gemens circumvolat ignem.
Accipit et saevi manes Eteoclis iniquos
Haudquaquam regalis honos, Argivus haberi
Frater iussus adhuc atque exul pellitur umbra.
  At non plebeio fumare Menoecea busto
Rex genitor Thebaeque sinunt, nec robora vilem
Struxerunt de more rogum; sed bellicus agger
Curribus et clipeis Graiorumque omnibus armis
Sternitur; hostiles super ipse, ut victor, acervos,
Pacifera lauro crinem vittisque decorus
Accubat: haut aliter, quam cum poscentibus astris
Laetus in accensa iacuit Tirynthius Oeta.
Spirantes super inferias captiva Pelasgum
Corpora frenatosque pater, solacia forti
Bellorum, mactabat equos; his arduus ignis
Palpitat, et gemitus tandem erupere paterni:
'O nisi magnanimae nimius te laudis inisset
Ardor, Echionios mecum venerande penates
Atque ultra recture puer, venientia qui nunc
Gaudia et ingratum regni mihi munus acerbas!
Tu superum convexa licet coetúsque perenni

49 flectu (?) **P** ‖ 50 aurorae pugnabat **P** auroram pulsabat **BG**^{2}**SM** ‖ 54 funere **P** *Colb. Petav.* ‖ 59 exule *codd. edd.* exul *corr. anon. Heidelb.* ‖ 64 ipse it victor *Vulcanius* ‖ 69 forti **PBT** *Barthius* fortes **G**^{2}**Sg** *Beh.* fortis *Leid.* sorti **M** *edd.* sortis **H** *Schraderus* mortis **G** ‖ 72 magnanimae nimius **PL** magnanimus tantae **BG**^{2}**M** ‖ 76 coitusque **P** | perennes **G**^{2}**cGT** π

(Cedo equidem) virtute colas, mihi flebile semper
Nomen eris; ponant aras excelsaque Thebae
Templa dicent: uni fas sit lugere parenti.
Et nunc heu quae digna tibi sollemnia quasve
Largiar exsequias? nec si fatale potestas
Argos et impulsas cineri miscere Mycenas,
Meque super, cui vita (nefas!) et sanguine nati
Partus honos. Eademne dies, eadem impia bella
Te, puer, et diros misere in Tartara fratres?
Et nunc Oedipodi par est fortuna doloris
Ac mihi? quam similes gemimus, bone Iuppiter, umbras!
Accipe, nate, tui nova libamenta triumphi,
Accipe et hoc regimen dextrae frontisque superbae
Vincula, quae patri minimum laetanda dedisti.
Regem te, regem tristes Eteocleos umbrae
Aspiciant.' Simul haec dicens crinemque manumque
Destruit, accensaque iterat violentius ira:
'Saevum agedum inmitemque vocent, si funera Lernae
Tecum ardere veto; longos utinam addere sensus
Corporibus caeloque animas Ereboque nocentes
Pellere fas, ipsumque feras, ipsum unca volucrum
Ora sequi atque artus regum monstrare nefandos!
Ei mihi, quod positos humus alma diesque resolvet.
Quare iterum repetens iterumque edico: suprema
Ne quis ope et flammis ausit iuvisse Pelasgos;
Aut nece facta luet numeroque explebit adempta
Corpora; per superos magnumque Menoecea iuro.'
Dixit, et abreptum comites in tecta ferebant.
  Flebilis interea vacuis comitatus ab Argis
(Fama trahit miseras) orbae viduaeque ruebant

77 Credo *codd. edd.* Cedo *corr. Menkius coll. VII 178 Ach. I 396* ‖ 78 Numen *codd., corr. Gronovius* ‖ 80 quas digna **P** ‖ 81 ferale *Schraderus* ‖ 82 et ipsas cineri **P** ‖ 83 cũi sanguine π *Marklandus* ‖ 87 A/////ihi **P** ‖ 90 minimum letanda **P** nimium gestanda *ceteri* ‖ 94 si **P** nunc *ceteri* ‖ 98 ferrum monstrare **P** ‖ 99 resolvet **P** resolvit *ceteri* ‖ 101 et **P** aut *ceteri*

Inachides ceu capta manus; sua vulnera cuique,
Par habitus cunctis, deiecti in pectora crines
Accinctique sinus; manant lacera ora cruentis
Unguibus, et molles planctu crevere lacerti.
Prima per attonitas nigrae regina catervae,
Tristibus inlabens famulis iterumque resurgens,
Quaerit inops Argia vias; non regia cordi,
Non pater: una fides, unum Polynicis amati
Nomen in ore sedet; Dircen infaustaque Cadmi
Moenia posthabitis velit incoluisse Mycenis.
Proxima Lernaeo Calydonidas agmine mixtas
Tydeos exsequiis trahit haut cessura sorori
Deipyle; scelus illa quidem morsusque profanos
Audierat miseranda viri, sed cuncta iacenti
Infelix ignoscit amor. Post aspera visu,
Ac deflenda tamen, digno plangore Nealce
Hippomedonta ciens. Vatis mox impia coniunx
Heu vacuos positura rogos. Postrema gementum
Agmina Maenaliae ducit comes orba Dianae,
Et gravis Evadne: dolet haec queriturque labores
Audacis pueri; magni memor illa mariti
It torvum lacrimans summisque irascitur astris.
Illas et lucis Hecate speculata Lycaeis
Prosequitur gemitu, duplexque ad litus euntes
Planxit ab Isthmiaco genetrix Thebana sepulcro;
Noctivagumque gregem, quamvis sibi luget, Eleusin
Flevit et arcanos errantibus extulit ignes.
Ipsa per aversos ducit Saturnia calles
Occultatque vias, ne plebs congressa suorum
Ire vetet pereatque ingentis gloria coepti.
Nec non functa ducum refovendi corpora curam

108 pectore **BG²cGHT** ‖ 109 Discincti *Weberus* ‖ 122 *sq.* digno p. N. H. ciens *in* **P** *desunt* ‖ 126 It **BG²GHT** *edd. vett.* At **c** ‖ 128 Et **BG²cGH** ‖ 131 genetrix abena **P** ‖ 132 quamvis sublucet **P** ‖ 133 Flebit **P** ‖ 134 aduersos **Pp** | calles **P** (*corr. ex* galles) **B** *m. sec. Schraderus* colles **B** *m. pr.* **G²M**

Iris habet, putresque arcanis roribus artus
Ambrosiaeque rigat sucis, ut longius obstent
Expectentque rogum et flammas non ante fatiscant.
Squalidus ecce genas et inani vulnere pallens
Ornytus (hic socio desertus ab agmine, tardat
Plaga recens) timido secreta per avia furto
Debile carpit iter fractaeque innititur hastae.
Isque ubi mota novo stupuit loca sola tumultu
Femineumque gregem (quae iam super agmina Lerne
Sola videt), non ille viam causasve requirit,
Quippe patent, maesto sed sic prior occupat ore:
'Quo, miserae, quo fertis iter? funusne peremptis
Speratis cineremque viris? stat pervigil illic
Umbrarum custos inhumataque corpora regi
Adnumerat; nusquam lacrimae, procul usque fugati
Accessus hominum: solis avibusque ferisque
Ire licet. Vestrisne Creon dabit aequus honorem
Luctibus? inmites citius Busiridos aras
Odrysiique famem stabuli Siculosque licebit
Exorare deos; rapiet fortasse precantes
(Si mens nota mihi) nec coniugialia supra
Funera, sed caris longe mactabit ab umbris.
Quin fugitis, dum tuta via est, Lernamque reversae
Nomina, quod superest, vacuis datis orba sepulcris
Absentesque animas ad inania busta vocatis?
Aut vos Cecropiam (prope namque et Thesea fama est

140 rogum **PGR** *Prag. 2* rogos **BG²M** | et flammas **PBSGR** *Prag. 2* flammas **G²M** | neve ante **m** *edd.* ‖ 141 hianti **m** *edd.* ‖ 142 Ornitus *vel* Hornitus *codd.* Ornytus *scripsi coll. Verg. Aen. XI 677 Val. Flacc. III 173 Cf. infra v. 207. 219 quibus locis* **B** *hanc nominis formam praebet* ‖ 143 timido **P** timidus *ceteri* | per agmina **P** ‖ 144 factaeque **P** ‖ 146 lerne *schol.* lernae *codd.* | *interpunctionem corr. Baehrensius* ‖ 147 causasve **P** causas-que *ceteri* ‖ 155 busiridis **G²** *Beh.* **HT** ‖ 156 Odrisiiq. **B** Otrisii-que **G²** *Beh.* **GH** ‖ 158 coniugialia **G²** *Barthius* coniugialia **B** coniugalia **PM** *Cf. Ov. Met. V 3 VI 536 XI 743* ‖ 159 mactauit **P**

Thermodontiaco laetum remeare triumpho)
Imploratis opem? bello cogendus et armis
In mores hominemque Creon.' Sic fatus, at illis
Horruerant lacrimae, stupuitque immanis eundi
Impetus, atque uno vultus pallore gelati.
Non secus adflavit molles si quando iuvencas
Tigridis Hyrcanae ieiunum murmur, et ipse
Auditu turbatus ager, timor omnibus ingens,
Quae placeat, quos illa fames escendat in armos.
Continuo discors vario sententia motu
Scinditur: his Thebas tumidumque ambire Creonta,
His placet Actaeae si quid clementia gentis
Adnuat; extremum curarum ac turpe reverti.
Hic non femineae subitum virtutis amorem
Colligit Argia, sexuque immane relicto
Tractat opus: placet egregii spes dura pericli
Comminus infandi leges accedere regni,
Quo Rhodopes non ulla nurus nec alumna nivosi
Phasidis innuptis vallata cohortibus iret.
Tunc movet arte dolum, quo semet ab agmine fido
Segreget, inmitesque deos regemque cruentum
Contemptrix animae et magno temeraria luctu
Provocet; hortantur pietas ignesque pudici.
Ipse etiam ante oculos omni manifestus in actu
Nunc hospes miserae, primas nunc sponsus ad aras,
Nunc mitis coniunx, nunc iam sub casside torva
Maestus in amplexu multumque a limine summo
Respiciens: sed nulla animo versatur imago

164 Termodoontiaco **G²G** | triumphum **P** ‖ 167 Aruerant *Kochius* ‖ 168 notati **B** *marg.* **G²pg** *Behh. Leid.* aeque uno v. p. notatae *R. Ungerus* ‖ 171 turbatus (r *suprascr.*) **B** turbatur **M** *edd.* ‖ 172 escendat **P** descendat **BG²M** descendet **c** ‖ 177 honorem *Leid.* **m** *edd.* ‖ 178 Argia *producta ultima syllaba legitur etiam v. 255. 303. 373. 391, eadem correpta II 266. 297 III 678 XI 401 XII 113. 247. 326. 804* ‖ 184 Degreget **P** ‖ 188 nunc *om.* **P** ‖ 191 obversatur *edd. inde a Gronov.*

Crebrior, Aonii quam quae de sanguine campi
Nuda venit poscitque rogos. His anxia mentem
Aegrescit furiis et (qui castissimus ardor)
Funus amat; tunc ad comites conversa Pelasgas:
'Vos' ait, 'Actaeas acies Marathoniaque arma
Elicite, adspiretque pio Fortuna labori.
Me sinite Ogygias, tantae quae sola ruinae
Causa fui, penetrare domos et fulmina regni
Prima pati; nec surda ferae pulsabimus urbis
Limina: sunt illic soceri mihi suntque sorores
Coniugis, et Thebas haut ignoranda subibo.
Ne tantum revocate gradus: illo impetus ingens
Auguriumque animi.' Nec plura, unumque Menoeten
(Olim hic virginei custos monitorque pudoris)
Eligit et, quamquam rudis atque ignara locorum,
Praecipites gressus, qua venerat Ornytus, aufert.
Atque ubi visa procul socias liquisse malorum,
'Anne' ait, 'hostiles ego te tabente per agros
(Heu dolor!) expectem, quaenam sententia lenti
Theseos? an bello proceres, an dexter haruspex
Adnuat? interea funus decrescit; et uncis
Alitibus non hos potius supponimus artus?
Et nunc me duram, si quis tibi sensus ad umbras,
Me tardam Stygiis quereris, fidissime, divis.
Heu si nudus adhuc, heu si iam forte sepultus:
Nostrum utrumque nefas; adeo vis nulla dolenti,
Mors nusquam saevusve Creon? hortaris euntem,

---

218. 'hortaris euntem' *pro* 'hortaris ire' *dictum esse docet* Priscian. XVIII 235 p. 324, 16 H.

---

194 Egrescit furiis **P** *Lips.*, curis **B** (*al. m. ex* furiis *corr.*) **G**^{2}**M** ‖ 201 cumque **P** *pr. m.*, *al. m.* sunt *suprascr.* ‖ 207 auferat **P** ac fert **S** *rec. m.* affert **c** (*ead. m. ex* aufert *corr.*) effert *Barthius* ‖ 209 tabente **P** *Grotius* labente **BG**^{2}**M** ‖ 212 aduncis *Beh. rec. m. Anglic. prob. Heinsio* ‖ 215 stygiis quereris **P** quereris stygiis **G**^{2}**M** quaereris stygiis **B** ‖ 217 Nostrumque **P** 218 saevusne **P** saevusque *ceteri* saevusve *scripsi*

Ornyte!' Sic dicens magno Megareia praeceps
Arva rapit passu, demonstrat proxima quisque
Obvius horrescitque habitus miseramque veretur.
Vadit atrox visu, nil corde nec ore pavescens,
Et nimiis confixa malis propiorque timeri:
Nocte velut Phrygia cum lamentata resultant
Dindyma, pinigeri rapitur Simoentis ad amnem
Dux vesana chori, cuius dea sanguine lecto
Ipsa dedit ferrum et vittata fronde notavit.
Iam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis,
Cum tamen illa gravem luctu fallente laborem
Nescit abisse diem: nec caligantibus arvis
Terretur, nec frangit iter per et invia saxa
Lapsurasque trabes nemorumque arcana, sereno
Nigra die, caecisque incisa novalia fossis,
Per fluvios secura vadi somnosque ferarum
Praeter et horrendis infesta cubilia monstris.
Tantum animi luctusque valent! pudet ire Menoeten
Tardius, invalidaeque gradum miratur alumnae.
Quas non illa domos pecudumque hominumque molesto
Pulsavit gemitu? quotiens amissus eunti
Limes, et errantem comitis solacia flammae
Destituunt gelidaeque facem vicere tenebrae?
Iamque supinantur fessis lateque fatiscunt
Penthei devexa iugi, cum pectore anhelo
Iam prope deficiens sic incipit ore Menoetes:

---

219 mecareia **P** ‖ 220 quisque **P** quisquis *ceteri* ‖ 222 aure *codd. edd.* ore *corr. Lachmannus* ‖ 223 confixa **P** confisa *ceteri* ‖ 226 cui ius dea *Barthius* ‖ 227 ferri *Barthius* | fronde **PBG**^{2}**S** fronte **M** ‖ 229 redditurus **P** ‖ 234 novalia saxis **P** ‖ 235 *versus in* **B** *in summo margine iterum legitur* | secura vadit **B** ruit **GHT** *Beh.* meat **c** | somnoque **P** ‖ 236 Praeterit **BG**^{2}**cHL** | infesta **P** infessa **G**^{2}**cpT** insessa **BM** infensa *Leid.* possessa **G** ‖ 239 pecudumque **P** pecorumque *ceteri* | modesto *codd. edd.* molesto *corr. Heinsius* ‖ 243 subinantur **P** ‖ 245 incipit **PR** *Colb.* incohat **BG**^{2}**M** | orsa *codd. edd.* ore *corr. Barthius*

'Haut procul, exacti si spes non blanda laboris,
Ogygias, Argia, domos et egena sepulcri
Busta iacere reor; grave comminus aestuat aer
Sordidus, et magnae redeunt per inane volucres.
Haec illa est crudelis humus, nec moenia longe.
Cernis, ut ingentes murorum porrigat umbras
Campus, et e speculis moriens intermicet ignis?
Moenia sunt iuxta; modo nox magis ipsa tacebat,
Solaque nigrantes laxabant astra tenebras.'
Horruit Argia, dextramque ad moenia tendens:
'Urbs optata prius, nunc tecta hostilia Thebae,
Et tamen, inlaesas si reddis coniugis umbras,
Sic quoque dulce solum, cernis, quo praedita cultu,
Qua stipata manu, iuxta tua limina primum
Oedipodis magni venio nurus? improba non sunt
Vota: rogos hospes planctumque et funera posco.
Illum, oro, extorrem regnis belloque fugatum,
Illum, quem solio non es dignata paterno,
Redde mihi! tuque, oro, veni, si manibus ulla
Effigies errantque animae post membra soluta:
Tu mihi pande vias, tuaque ipsa ad funera deduc,
Si merui!' Dixit, tectumque adgressa propinquae
Pastorale casae reficit spiramina fessi
Ignis, et horrendos inrumpit turbida campos.
Qualis ab Aetnaeis accensa lampade saxis
Orba Ceres magnae variabat imagine flammae
Ausonium Siculumque latus, vestigia nigri
Raptoris vastosque legens in pulvere sulcos;
Illius insanis ululatibus ipse remugit
Enceladus ruptoque vias inluminat igni:

246 exactiș spes **P** *pr. m.* | doloris **ScGHG²** (*al. m. suprascr.* laboris) ‖ 247 argiua **P** ‖ 249 Torridus *Wakefieldus* ‖ 252 e *om.* **P** | intermicat **P** ‖ 258 prodita **P** ‖ 259 limina **P** moenia *ceteri* ‖ 262 regnis **P** regni *ceteri* ‖ 265 solutae *codd. edd., corr. Baehrensius* ‖ 266 ipsa **PG²** *sec. m.* **cG** ipse **BG²** *pr. m.* **M** ‖ 271 radiabat *Schraderus* vibrabat *Menkius* | flamma **P** ‖ 275 Haencheladus **B** Encleladus **G²** Encheladus **GH**

Persephonen amnes silvae freta nubila clamant,
Persephonen tantum Stygii tacet aula mariti.
  Admonet attonitam fidus meminisse Creontis
Altor et occulto submittere lampada furto.
Regina Argolicas modo formidata per urbes,
Votum immane procis spesque augustissima gentis,
Nocte sub infesta, nullo duce et hoste propinquo,
Sola per offensus armorum et lubrica tabo
Gramina, non tenebras, non circumfusa tremescens
Concilia umbrarum atque animas sua membra gementes
Saepe gradu caeco ferrum calcataque tela
Dissimulat, solusque labor vitasse iacentes,
Dum funus putat omne suum, visuque sagaci
Rimatur positos et corpora prona supinat
Incumbens, queriturque parum lucentibus astris.
  Forte soporiferas caeli secreta per umbras
Iuno, sinu magni semet furata mariti,
Theseos ad muros, ut Pallada flecteret, ibat,
Supplicibusque piis faciles aperiret Athenas;
Atque ubi per campos errore fatiscere vano
Immeritam Argian supero respexit ab axe,
Indoluit visu; et lunaribus obvia bigis
Advertit vultum placidaque ita voce locuta est:
'Da mihi poscenti munus breve, Cynthia, si quis
Est Iunonis honos; certe Iovis improba iussu
Ter noctem Herculeam —, veteres sed mitto querellas:
En locus officio. Cultrix placitissima nostri
Inachis Argia cernis qua nocte vagetur

277 *versum, quamvis desit in* **P** *Dan. Petav. uncis non inclusi, quippe qui nec abhorreat ab ingenio poetae et necessarius esse videatur* | stigii tantum *Leid.* ‖ 279 Altior **P** Ultor **c** | et *om.* **P** | occultam **m** *edd.* ‖ 287 vitasse **P** vitare *ceteri* ‖ 292 mangi **P** ‖ 296 argian **G²M** argiam **PB** *cf. II 203 IV 91* ‖ 297 uigis **P** ‖ 298 vultum **P** currum *ceteri* | secuta est *Barthius* ‖ 300 Est iuuenis certe **P** ‖ 302 cultris **P** | placidissima *codd. edd., corr. Gronovius; cf. VII 190* ‖ 303 Inachiis **P**

Nec reperire virum densis queat aegra tenebris?
Et tibi nimbosum languet iubar: exere quaeso
Cornua, et adsueto propior premat orbita terras.
Hunc quoque, qui curru madidas tibi pronus habenas
Ducit, in Aonios vigiles dimitte Soporem.'
Vix ea, cum scissis magnum dea nubibus orbem
Protulit: expavere umbrae, fulgorque recisus
Sideribus; vix ipsa tulit Saturnia flammas.
  Primam per campos infuso lumine pallam
Coniugis ipsa suos noscit miseranda labores,
Quamquam texta latent suffusaque sanguine maeret
Purpura; dumque deos vocat et de funere caro
Hoc superesse putat, videt ipsum in pulvere paene
Calcatum. Fugere animus visusque sonusque,
Inclusitque dolor lacrimas; tum corpore toto
Sternitur in vultus animumque per oscula quaerit
Absentem, pressumque comis ac veste cruorem
Servatura legit. Mox tandem voce reversa:
'Hunc ego te, coniunx, ad debita regna profectum
Ductorem belli generumque potentis Adrasti
Aspicio, talisque tuis occurro triumphis?
Huc attolle genas defectaque lumina: venit
Ad Thebas Argia tuas; age, moenibus induc
Et patrios ostende lares et mutua redde
Hospitia. Heu quid ago? proiectus caespite nudo
Hoc patriae telluris habes? quae iurgia? certe
Imperium non frater habet! nullasne tuorum
Movisti lacrimas? ubi mater? ubi inclita fama
Antigone? mihi nempe iaces, mihi victus es uni!
Dicebam: 'Quo tendis iter? quid sceptra negata
Poscis? habes Argos, soceri regnabis in aula;

306 proprior **P** ‖ 307 currum **PG** ‖ 308 aonias **P** | dimittite **P** ‖ 309 de nubibus **Pc** ‖ 310 recisos **P** retusus *Heinsius* ‖ 312 Primam **PH** *Leid.* **G** *m. pr.* primum **BG²M** ‖ 315 suos vocat **P** 316 poenae **PS** ‖ 318 tum **PST** tunc **BG²M** ‖ 329 quae iniuria *Koestlinus*

Hic tibi longus honos, hic indivisa potestas.'
Quid queror? ipsa dedi bellum maestumque rogavi
Ipsa patrem, ut talem nunc te complexa tenerem.
Sed bene habet, superi, gratum est, Fortuna; peracta
Spes longinqua viae: totos invenimus artus.
Ei mihi, sed quanto descendit vulnus hiatu!
Hoc frater? qua parte, precor, iacet ille nefandus
Praedator? vincam volucres (sit adire potestas)
Excludamque feras; an habet funestus et ignes?
Sed nec te flammis inopem tua terra videbit:
Ardebis lacrimasque feres, quas ferre negatum
Regibus, longumque tuo famulata sepulcro
Durabit deserta fides, testisque dolorum
Natus erit, parvoque torum Polynice fovebo.'
  Ecce alios gemitus aliamque ad busta ferebat
Antigone miseranda facem, vix nancta petitos
Moenibus egressus; illam nam tempore in omni
Attendunt vigiles et rex iubet ipse teneri,
Contractaeque vices et crebrior excubat ignis.
Ergo deis fratrique moras excusat et amens,
Ut paulum admisso cessit statio horrida somno,
Erumpit muris: fremitu quo territat agros
Virginis ira leae, rabies cui libera tandem
Et primus sine matre furor. Nec longa morata,
Quippe trucem campum et, positus quo pulvere frater,
Noverat. Atque illam contra videt ire Menoetes,
Cui vacat, et carae gemitus compescit alumnae.
Cum tamen erectas extremus virginis aures
Accessit sonus, utque atra sub veste comisque

338 peracta **P** peracta est *ceteri* ‖ 341 iacit **P** ‖ 343 Excedamque *Heinsius* ‖ 345 *sq. verba* lacrimasque — Regibus *desunt in* **P** ‖ 345 Ardebit **P** | negatum est **cRT** ‖ 346 longumque **P** aeternumque *ceteri* ‖ 347 pestisque **P** ‖ 350 nancta **P** nacta *ceteri* ‖ 352 teneri **GR** timeri **PBM** ‖ 355 amisso **P** admisso *corr. Baehrensius* immisso *ceteri codd.* ‖ 361 Qui *Peyraredus* 'absolute positum' ‖ 362 extremus erectas **BGHT** extremis erectas **c** arrectas *Barthius*

Squalentem et crasso foedatos sanguine vultus
Astrorum radiis et utraque a lampade vidit:
'Cuius' ait, 'manes, aut quae temeraria quaeris
Nocte mea?' Nihil illa diu, sed in ora mariti
Deicit inque suos pariter velamina vultus,
Capta metu subito paulumque oblita doloris.
Hoc magis increpitans suspecta silentia perstat
Antigone, comitemque premens ipsamque; sed ambo
Deficiunt fixique silent. Tandem ora retexit
Argia, corpusque tamen complexa profatur:
'Si quid in hoc veteri bellorum sanguine mecum
Quaesitura venis, si tu quoque dura Creontis
Iussa times, possum tibi me confisa fateri.
Si misera es (certe lacrimas lamentaque cerno),
Iunge, age, iunge fidem: proles ego regis Adrasti
(Ei mihi! num quis adest?) cari Polynicis ad ignes,
Etsi regna vetant.' Stupuit Cadmeia virgo
Intremuitque simul, dicentemque occupat ultro:
'Mene igitur sociam (pro fors ignara!) malorum,
Mene times? mea membra tenes, mea funera plangis.
Cedo, tene, pudet heu! pietas ignava sororis!
Haec prior —!' Hic pariter lapsae iunctoque per ipsum
Amplexu miscent avide lacrimasque comasque,
Partitaeque artus redeunt alterna gementes
Ad vultum et cara vicibus cervice fruuntur.
Dumque modo haec fratrem memorat, nunc illa maritum,
Mutuaque exorsae Thebas Argosque renarrant,
Longius Argia miseros reminiscitur actus:

374 sqq. 'Si quid — times' Priscian. VII 62 p. 339, 26 H.

364 foedatos **P** foedatam **BG²SM** foedantem **p** *Leid.* ‖ 366 quae **P** | quem *ceteri* quid **G²** *al. m. supra lineam add.* ‖ 375 venis, si quid non fanda Carontis *Prisc.* ‖ 379 nunc quis **P** | et ignes *Sandstroemius* ‖ 380 uerant **P** ‖ 382 pro fors **G²ScGg** *Leid.* profers **P** pro sors **M** *edd.* ‖ 383 Meque **P** Me **S** ‖ 384 pudeat **P** ten' pudet *Peyraredus* ‖ 386 avide **GH** avidae **PBM**

'Per tibi furtivi sacrum commune doloris,
Per socios manes et conscia sidera iuro:
Non hic amissos, quamquam vagus exul, honores,
Non gentile solum, carae non pectora matris,
Te cupiit unam noctesque diesque locutus
Antigonen; ego cura minor facilisque relinqui.
Tu tamen ex celsa sublimem forsitan arce
Ante nefas Grais dantem vexilla maniplis
Vidisti, teque ille acie respexit ab ipsa
Ense salutatam et nutantis vertice coni:
Nos procul. Extremas sed quis deus egit in iras?
Nil vestrae valuere preces? tibine iste negavit
Oranti?' Causas ac tristia reddere fata
Coeperat Antigone; fidus comes admonet ambas:
'Heia agite inceptum potius! iam sidera pallent
Vicino turbata die, perferte laborem,
Tempus erit lacrimis, accenso flebitis igne.'
Haut procul Ismeni monstrabant murmura ripas,
Qua turpatus adhuc et sanguine decolor ibat.
Huc laceros artus socio conamine portant
Invalidae, iungitque comes non fortior ulnas.
Sic Hyperionium tepido Phaethonta sorores
Fumantem lavere Pado; vix ille sepulcro
Conditus, et flentes stabant ad flumina silvae.
Ut sanies purgata vado membrisque reversus
Mortis honos, ignem miserae post ultima quaerunt
Oscula; sed gelidae circum exanimesque favillae
Putribus in foveis, atque omnia busta quiescunt.
Stabat adhuc seu forte rogus, seu numine divum,

408. 'accenso flebitis' Serv. ad Aen. XII 156.

392 dolori **P** ‖ 396 cupiit **P** cupiens *ceteri* ‖ 398 sublimen **PB** *Dan.* ‖ 400 illa **P** ‖ 403 uestrae olacuere **P** ‖ 409 monstrabat **P** ‖ 410 turbatus *codd. edd., corr. Wakefieldus* ‖ 413 trepido **P** ‖ 414 ‖ vix ille **PG²** vix dum ille **BSM** ‖ 415 stant circum **M** *edd.*

Cui torrere datum saevos Eteocleos artus,
Sive locum monstris iterum Fortuna parabat.
[*Seu dissensuros servaverat Eumenis ignes.*]
Hic tenuem nigris etiamnum advivere lucem
Roboribus pariter cupidae videre, simulque
Flebile gavisae; nec adhuc, quae busta, repertum,
Sed placidus, quemcumque rogant, mitisque supremi
Admittat cineris consortem et misceat umbras.
Ecce iterum fratres: primos ut contigit artus
Ignis edax, tremuere rogi et novus advena busto
Pellitur; exundant diviso vertice flammae
Alternosque apices abrupta luce coruscant.
Pallidus Eumenidum veluti commiserit ignes
Orcus, uterque minax globus et conatur uterque
Longius; ipsae etiam commoto pondere paulum
Secessere trabes. Conclamat territa virgo:
'Occidimus, functasque manu stimulavimus iras.
Frater erat; quis enim accessus ferus hospitis umbrae
Pelleret? en clipei fragmen semustaque nosco
Cingula, frater erat! cernisne, ut flamma recedat
Concurratque tamen? vivunt odia improba, vivunt.
Nil actum bello; miseri, sicdum arma movetis,
Vicit nempe Creon! nusquam iam regna, quis ardor?
Cui furitis? sedate minas; tuque exul ubique
Semper inops aequi, iam cede: hoc nupta precatur,
Hoc soror, aut saevos mediae veniemus in ignes.'
Vix ea, cum subitus campos tremor altaque tecta
Impulit adiuvitque rogi discordis hiatus,
Et vigilum turbata quies, quibus ipse malorum
Fingebat simulacra sopor: ruit ilicet, omnem

423 *versum qui abest a* **P** *uncis inclusi* | dissensuros **SM** dis/e/suros **B** discessuros **G**²**m** *edd.* ‖ 427 quemcumque **P** quicumque *ceteri* | Sed placitus, quicumque rogus: mitisque *Baehrensius* | mitesque **P** ‖ 428 Admittit **P** ‖ 430 busto **PS** *Beh.* **GT** busti **B** (*corr. ex* bosti) **G**²**cgH** *Leid.* bustis **M** *edd.* ‖ 438 umbras **PL** ‖ 439 semiustaque **PH** *m. sec.* ‖ 441 *versum om.* **P** ‖ 447 altaque tesqua *Barthius*

Prospectum lustrans armata indagine miles.
Illos instantes senior timet unus; at ipsae
Ante rogum saevique palam sprevisse Creontis
Imperia et furtum claro plangore fatentur
Securae, quippe omne vident fluxisse cadaver.
Ambitur saeva de morte animosaque leti
Spes furit: haec fratris rapuisse, haec coniugis artus
Contendunt vicibusque probant. 'Ego corpus, ego ignes,
Me pietas, me duxit amor:' deposcere saeva
Supplicia et dextras iuvat insertare catenis.
Nusquam illa alternis modo quae reverentia verbis,
Iram odiumque putes; tantus discordat utrimque
Clamor, et ad regem, qui deprendere, trahuntur.
At procul Actaeis dextra iam Pallade muris
Iuno Phoroneas inducit praevia matres
Attonitas, non ipsa minus, coetumque gementem
Conciliat populis et flentibus addit honorem.
Ipsa manu ramosque oleae vittasque precantes
Tradit, et obtenta submittere lumina palla
Et praeferre docet vacuas sine manibus urnas.
Omnis Erechtheis effusa penatibus aetas
Tecta viasque replent: unde hoc examen? et una
Tot miserae? necdum causas novere malorum,
Iamque gemunt. Dea conciliis se miscet utrisque
Cuncta docens, qua gente satae, quae funera plangant
Quidve petant; variis nec non adfatibus ipsae
Ogygias leges inmansuetumque Creonta
Multum et ubique fremunt. Geticae non plura queruntur

472 sq. 'unde — miserae' Serv. ad Aen. II 798.

454 clangore **P** ‖ 456 Ambigitur **M** *edd.* ‖ 463 deprehendere **PBGH** | trahebant *edd. vett.* ‖ 465 premia *vel* pronia (?) **P** ‖ 467 fletibus **P** ‖ 469 lumine **P** ‖ 471 erictheis **P** erichtaeis *Anglic.* et acteis **BG**²**SM** et Actaeis *edd.* Erechtheis *corr. Heinsius* ‖ 472 examin **P** *pr. m.* ‖ 474 sic miscet **P**

Hospitibus tectis trunco sermone volucres,
Cum duplices thalamos et iniquum Terea clamant.
  Urbe fuit media nulli concessa potentum
Ara deum, mitis posuit Clementia sedem,
Et miseri fecere sacram; sine supplice numquam
Illa novo, nulla damnavit vota repulsa.
Auditi quicumque rogant, noctesque diesque
Ire datum et solis numen placare querellis.
Parca superstitio: non turea flamma, nec altus
Accipitur sanguis: lacrimis altaria sudant,
Maestarumque super libamina secta comarum
Pendent et vestes mutata sorte relictae.
Mite nemus circa, cultuque insigne verendo
Vittatae laurus et supplicis arbor olivae.
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma dei, mentes habitare et pectora gaudet.
Semper habet trepidos, semper locus horret egenis
Coetibus, ignotae tantum felicibus arae.
Fama est, defensos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.
Fama minor factis: ipsos nam credere dignum
Caelicolas, tellus quibus hospita semper Athenae,
Ceu leges hominemque novum ritusque sacrorum
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus aegris
Confugium, unde procul starent iraeque minaeque
Regnaque, et a iustis Fortuna recederet aris.
Iam tunc innumerae norant altaria gentes:
Huc victi bellis patriaque a sede fugati,

498. 'Herculeos fama est fundasse nepotes' Serv. ad Aen. VIII 342; cf. ad II 761.

480 inicum **P** ‖ 481 *sqq.* *Ἐλέου βωμός apud Pausan. I 17, 1.* ‖ 481 nullis **P** ‖ 483 miseris **P** ‖ 486 et *om.* **P** ‖ 489 secta **PB** (*suprascr.* † serta) *Anglic. Barthius* serta **G²SM** ‖ 494 di **G²Sg** *Leid.* deae **m** *edd.* ‖ 507 a sede **PT** e sede **BG²M**

Regnorumque inopes scelerumque errore nocentes
Conveniunt pacemque rogant; mox hospita sedes
Vicit et Oedipodae Furias et funus* Olynthi*
Texit et a misero matrem submovit Oreste.
Huc vulgo monstrante locum manus anxia Lernae
Deveniunt, cedunt miserorum turba priorum.
Vix ibi: sedatis requierunt pectora curis;
Ceu patrio super alta grues Aquilone fugatae
Cum videre Pharon; tunc aethera latius implent,
Tunc hilari clangore sonant; iuvat orbe sereno
Contempsisse nives et frigora solvere Nilo.
  Iamque domus patrias Scythicae post aspera gentis
Proelia laurigero subeuntem Thesea curru
Laetifici plausus missusque ad sidera vulgi
Clamor et emeritis hilaris tuba nuntiat armis.
Ante ducem spolia et, duri Mavortis imago,
Virginei currus cumulataque fercula cristis
Et tristes ducuntur equi truncaeque bipennes,
Quis nemora et solidam Maeotida caedere suetae,
Corytique leves portantur et ignea gemmis
Cingula et informes dominarum sanguine peltae.
Ipsae autem nondum trepidae sexumve fatentur,
Nec vulgare gemunt aspernanturque precari,
Et tantum innuptae quaerunt delubra Minervae.
Primus amor niveis victorem cernere vectum
Quadriiugis; nec non populos in semet agebat
Hippolyte, iam blanda genas patiensque mariti

510 olynthi **PBM** olinti **G²** olirchi **G** olnithi **H**. *Ad amovendum anachronismum Barthius transpositionem versuum tentavit:* mox hospita sedes Vicit et a misero m. s. O., Texit et Oedipodae F. e. f. Olynthi. Onitae *coni. R. Ungerus.* ‖ 511 Tersit *Ungerus* ‖ 512 Hunc **BG²** ‖ 513 caedunt **P** caedit **G²S** cedit **BM** cedunt *scripsi* ‖ 514 Vix ibi: sedatis *recte distinxit Barthius* Vix ibi sedatis *edd.* ‖ 517 iubat **P** ‖ 527 Goritiique **P** ‖ 529 sexuque **P** sexumve **BG²ScGHT** sexumque **M** *edd.* ‖ *vv. 530—539 in* **S** *desunt* ‖ 532 victum **P** ‖ 534 Hyppolitae **B** Hypolite **G²G**

Foederis. Hanc patriae ritus fregisse severos
Atthides oblique secum mirantur operto
Murmure, quod nitidi crines, quod pectora palla
Tota latent, magnis quod barbara semet Athenis
Misceat atque hosti veniat paritura marito.
  Paulum et ab insessis maestae Pelopeides aris
Promovere gradum seriemque et dona triumphi
Mirantur, victique animo rediere mariti.
Atque ubi tardavit currus et ab axe superbo
Explorat causas victor poscitque benigno
Ore preces, ausa ante alias Capaneia coniunx:
'Belliger Aegide, subitae cui maxima laudis
Semina de nostris aperit Fortuna ruinis,
Non externa genus, dirae nec conscia noxae
Turba sumus: domus Argos erat regesque mariti,
Non utinam et fortes! Quid enim septena moveri
Castra et Agenoreos opus emendare penates?
Nec querimur caesos: haec bellica iura vicesque
Armorum; sed non Siculis exorta sub antris
Monstra nec Ossaei bello cecidere bimembres.
Mitto genus claresque patres; hominum, inclite Theseu,
Sanguis erant, homines, eademque in sidera, eosdem
Sortitus animarum alimentaque vestra creati,
Quos vetat igne Creon Stygiaeque a limine portae,
Ceu sator Eumenidum aut Lethaei portitor amnis,
Submovet ac dubio caelique Erebique sub axe
Detinet. Heu princeps Natura! ubi numina? ubi ille est
Fulminis iniusti iaculator? ubi estis, Athenae?

539. 'Misceat — marito' Priscian. X 8 p. 501, 7 H.

536 Alchides **P** *pr. m., in marg. al. m.* † Attides | oblique **PG**² obliquae **BM** ‖ *vv. 537—539 absunt a* **G** ‖ 539 placitura **P** ‖ 543 ibi **P** ‖ 544 *sq.* benigna Aure *codd. edd., corr. Baehrensius* ‖ 546 aegides **P** ęgida (*corr. ex* ęgide) **G**² | laudes **P** ‖ 548 *sqq. Cf. Eurip. Suppl. 263 sqq.* ‖ 550 moveri **P** movere *ceteri* ‖ 551 amandare *Heinsius* | nepotes **GT** *Anglic.* ‖ 555 these **PS** ‖ 558 vetat, *in marg. ead. m.* † fugat **P** ‖ 561 ille est **PT** ille **BG**²**M**

Septima iam surgens trepidis Aurora iacentes
Aversatur equis; radios declinat et horret
Stelligeri iubar omne poli; iam comminus ipsae
Pabula dira ferae campumque odere volucres
Spirantem tabo et caelum ventosque gravantem.
Quantum etenim superesse rear? nuda ossa putremque
Verrere permittat saniem. Properate, verendi
Cecropidae; vos ista decet vindicta, priusquam
Emathii Thracesque dolent, quaeque extat ubique
Gens arsura rogis manesque habitura supremos.
Nam quis erit saevire modus? bellavimus, esto;
Sed cecidere odia et tristes mors obruit iras.
Tu quoque, ut egregios fama cognovimus actus,
Non trucibus monstris Sinin infandumque dedisti
Cercyona, et saevum velles Scirona crematum.
Credo et Amazoniis Tanain fumasse sepulcris,
Unde haec arma refers; sed et hunc dignare triumphum.
Da terris unum caeloque Ereboque laborem,
Si patrium Marathona metu, si tecta levasti
Cresia, nec fudit vanos anus hospita fletus.
Sic tibi non ullae socia sine Pallade pugnae,
Nec sacer invideat paribus Tirynthius actis,
Semper et in curru, semper te mater ovantem
Cernat, et invictae nil tale precentur Athenae.'
  Dixerat; excipiunt cunctae tenduntque precantes
Cum clamore manus; rubuit Neptunius heros
Permotus lacrimis; iusta mox concitus ira
Exclamat: 'Quaenam ista novos induxit Erinys

564 Aversator **P** ‖ 565 iamque eminus *Barthius* ‖ 568 putresque **P** ‖ 569 Verrere **PBG**² (*corr. ex* Vertere) **cR** *Dan.* Vertere **S** Urere **M** *edd.* | permittant **P** ‖ 571 volent *Lemairius* adolent *Baehrensius* ‖ 572 ausura **P** usura *Baehrensius* ‖ 576 monstris sin **P** m. si noncri **S** m. sinonem **B** *m. sec.* **c** *Beh. 2 Dan.* si n̄ **G**² *m. pr.* (sicion *al. m. suprascr.*) busirim **B** *marg. Beh. 1* **GHT** ‖ 577 Cercyone **B** Cergyon **P** Ceciona **G**² | cirona **P** schirona **BH** ‖ 582 Cressia **PM** ‖ 583 pallada **P** ‖ 589 conditus **P**

Regnorum mores? non haec ego pectora liqui
Graiorum abscedens, Scythiam Pontumque nivalem
Cum peterem; novus unde furor? victumne putasti
Thesea, dire Creon? adsum, nec sanguine fessum
Crede; sitit meritos etiamnum haec hasta cruores.
Nulla mora est; verte hunc adeo, fidissime Phegeu,
Cornipedem, et Tyrias invectus protinus arces
Aut Danais edice rogos, aut proelia Thebis.'
Sic ait oblitus bellique viaeque laborum,
Hortaturque suos viresque instaurat anhelas:
Ut modo conubiis taurus saltuque recepto
Cum posuit pugnas, alio si forte remugit
Bellatore nemus, quamquam ora et colla cruento
Imbre madent, novus arma parat campumque lacessens
Dissimulat gemitus et vulnera pulvere celat.
Ipsa metus Libycos servatricemque Medusam
Pectoris incussa movit Tritonia parma.
Protinus erecti toto simul agmine Thebas
Respexere angues; necdum Atticus ire parabat
Miles, et infelix expavit classica Dirce.
  Continuo in pugnas haut solum accensa iuventus,
Qui modo Caucasei comites rediere triumphi:
Omnis ad arma rudes ager exstimulavit alumnos.
Conveniunt ultroque ducis vexilla sequuntur,
Qui gelidum Braurona viri, qui rura lacessunt
Munychia et trepidis stabilem Piraeea nautis
Et nondum Eoo clarum Marathona triumpho.
Mittit in arma manus gentilibus hospita divis

593 uni furor **P** | putetis **P** ‖ 595 etiamnunc **P** ‖ 596 *sqq. Cf. Eurip. Suppl. 381 sqq.* ‖ 596 huc **cGH** *Grotius* hinc *Beh. 2* | pegeu G^2 *Beh. 2* flegeu *Beh. 1* phlegeu **G** ‖ 597 invictus **P** ‖ 598 edico **P** ‖ 600 anheles **P** ‖ 602 Composuit **PbcgGRr** ‖ 603 quamquam mora **P** ‖ 614 secuntur **PB**G^2**S** ‖ 615 gelidam **Bc** *Beh.* ‖ 616 Monicya **B** Monicia G^2**c** *Behh.* Monicha **S** | etrepidis **P** | diraeta **B** pidea **P** pireia **S** *Behh.* **cGT** ‖ 617 claram **c** ‖ 618 gentilibus **P** genialibus *ceteri*

Icarii Celeique domus, viridesque Melaenae
Dives et Aegaleos nemorum Parnesque benignus
Vitibus et pingui melior Lycabesos oliva.
Venit atrox Alaeus et olentis arator Hymetti,
Quaeque rudes thyrsos hederis vestistis, Acharnae.
Linquitur Eois longe speculabile proris
Sunion, unde vagi casurum in nomina ponti
Cresia decepit falso ratis Aegea velo.
Hos Salamin populos, illos Cerealis Eleusin
Horrida suspensis ad proelia misit aratris,
Et quos Callirhoe noviens errantibus undis
Implicat, et raptae qui conscius Orithyiae
Celavit ripis Geticos Elisos amores.
Ipse quoque in pugnas vacuatur collis, ubi ingens
Lis superum, dubiis donec nova surgeret arbor
Rupibus et longa refugum mare frangeret umbra.
Isset et Arctoas Cadmea ad moenia ducens
Hippolyte turmas: retinet iam certa tumentis
Spes uteri, coniunxque rogat dimittere curas
Martis et emeritas thalamo sacrare pharetras.
  Hos ubi velle acies et dulci gliscere ferro
Dux videt, utque piis raptim dent oscula natis
Amplexusque breves, curru sic fatur ab alto:
'Terrarum leges et mundi foedera mecum
Defensura cohors, dignas insumite mentes

620 aegeos **P** ‖ 621 pinguis **P** | lycabesos **PB** *Beh.* **c** *Dan.* | olivae **B** olive *Beh.* **cG** ‖ 622 alecus **P** al/eas (u *superscr.*) **B** aleus G^2**SM** eleus **G** alcus **p** alaeos **r** alarus **b** lleus *edd.* Alaeus (Ἀλαεύς) *corr. Meursius* ‖ 623 vestitis **BG** *m. pr.* **T** ‖ 626 Cressia **PB** ‖ 627 salamin **P** salamin (s *superscr.*) **B** salamis G^2**M** ‖ 629 noviens **P** novies *ceteri* ‖ 630 orithyiae **PS** ori//thiae **B** orythiae G^2 ‖ 631 elisos (u *superscr.*) **P** elissos **B** elisos **G** elissos G^2**c** aelissos **S** Ilissos *edd. Cf. VIII 766 Paus. I 19, 5* ‖ 634 unda **BGc** ‖ 635 cadmeia **PGHTL** cadmaea **S** | *In hoc versu desinit Prag. 2* ‖ 637 rogat et **P** ‖ 639 Has *Menkius* ‖ 640 raptis **P** ‖ 643 cohors **PT** manus **B**G^2**M** | consumite **Pc** assumite *Burmannus Sec.* |

Coeptibus: hac omnem divumque hominumque favorem
Naturamque ducem coetusque silentis Averni
Stare palam est; illic Poenarum exercita Thebis
Agmina et sanguicomae ducunt vexilla Sorores.
Ite alacres tantaeque, precor, confidite causae.'
Dixit, et emissa praeceps iter incohat hasta:
Qualis Hyperboreos ubi nubilus institit axes
Iuppiter et prima tremefecit sidera bruma,
Rumpitur Aeolia et longam indignata quietem
Tollit hiems animos ventosaque sibilat Arctos;
Tunc montes undaeque fremunt, tunc proelia caecis
Nubibus et tonitrus insanaque fulmina gaudent.
  Icta gemit tellus, virides gravis ungula campos
Mutat, et innumeris peditumque equitumque catervis
Expirat protritus ager, nec pulvere crasso
Armorum lux victa perit, sed in aethera longum
Frangitur, et mediis ardent in nubibus hastae.
Noctem adeo placidasque operi iunxere tenebras,
Certamenque immane viris, quo concita tendant
Agmina, quis visas proclamet ab aggere Thebas,
Cuius in Ogygio stet princeps lancea muro.
At procul ingenti Neptunius agmina Theseus
Angustat clipeo, propriaeque exordia laudis
Centum urbes umbone gerit centenaque Cretae
Moenia, seque ipsum monstrosi ambagibus antri
Hispida torquentem luctantis colla iuvenci
Alternasque manus circum et nodosa ligantem
Bracchia et abducto vitantem cornua vultu.
Terror habet populos, cum saeptus imagine torva

amantes **P** ‖ 644 Coetibus **P** ‖ 645 coetibusque **P** ‖ 646 Thebarum exercita poenis *Zinzerlingius e cod.* ‖ 647 ducunt **PT** ducent **BM** educent **G**² ‖ 650 axe **P** ‖ 653 hiemps **PBp** ‖ 654 caecis **P** caesis *ceteri* quassis *Kochius* ‖ 657 peditum **P** | 658 grasso **P** ‖ 662 cui *Sandstroemius* | tendunt **P** ‖ 666 ex ordine laudis **P** ‖ 671 obducto **P** | luctu **P** ‖ 672 in agmine torvo **P**

Ingreditur pugnas: bis Thesea bisque cruentas
Caede videre manus; veteres reminiscitur actus
Ipse tuens sociumque gregem metuendaque quondam
Limina, et absumpto pallentem Gnosida filo.
  Saevus at interea ferro post terga revinctas
Antigonen viduamque Creon Adrastida leto
Admovet; ambae hilares et mortis amore superbae
Ensibus intentant iugulos regemque cruentum
Destituunt: cum dicta ferens Theseia Phegeus
Adstitit. Ille quidem ramis insontis olivae
Pacificus, sed bella ciet bellumque minatur,
Grande fremens, nimiumque memor mandantis et ipsum
Iam prope, iam medios operire cohortibus agros
Ingeminans. Stetit ambiguo Thebanus in aestu
Curarum, nutantque minae et prior ira tepescit.
Tunc firmat sese, fictumque ac triste renidens:
'Parvane prostratis' inquit, 'documenta Mycenis
Sanximus? en iterum, qui moenia nostra lacessant.
Accipimus, veniant; sed ne post bella querantur:
Lex eadem victis.' Dicit; sed pulvere crasso
Caligare diem et Tyrios iuga perdere montes
Aspicit; armari populos tamen armaque ferri
Ipse iubet pallens, mediaeque in sedibus aulae
Eumenidas subitas flentemque Menoecea cernit
Turbidus impositosque rogis gaudere Pelasgos.
Quis fuit ille dies? tanto cum sanguine Thebis
Pax inventa perit? Patriis modo fixa revellunt
Arma deis, clipeisque obducunt pectora fractis,
Et galeas humiles et adhuc sordentia tabo
Spicula: non pharetris quisquam, non ense decorus,
Non spectandus equo; cessat fiducia valli,

676 gnosia **PG** ‖ 631 phaegeus **P** phlegeus **G** pegeus *Beh. 2* ‖ 684 et ipsum *om.* **P** ‖ 692 dicit **PBG²ScpG** *Behh. Leid.* dixit **M** *edd. cf. VI 798* ‖ 694 populus *Sandstroemius* ‖ 697 ardere Pelasgos *Schraderus* ‖ 703 cessat **PBG²S** *Behh.* **H** *Leid.* **c** *al. m.* cessit **M** *edd.*

Murorum patet omne latus, munimina portae
Exposcunt: prior hostis habet; fastigia desunt,
Deiecit Capaneus; exanguis et aegra iuventus
Iam nec coniugibus suprema nec oscula natis
Iungit, et attoniti nil optavere parentes.
Atticus interea, iubar ut clarescere ruptis
Nubibus et solem primis aspexit in armis,
Desilit in campum, qui subter moenia nudos
Adversat manes, dirisque vaporibus aegrum
Aera pulverea penitus sub casside ducens
Ingemit et iustas belli flammatur in iras.
Hunc saltem miseris ductor Thebanus honorem
Largitus Danais, quod non super ipsa iacentum
Corpora belligeras acies Martemque secundum
Miscuit; at lacera ne quid de strage nefandus
Perderet, eligitur saevos potura cruores
Terra rudis. Iamque alternas in proelia gentes
Dissimilis Bellona ciet; non clamor utrimque,
Non utrimque tubae: stat debilis altera pubes
Submissos enses nequiquam amentaque dextris
Laxa tenens; cedunt tellure, armisque reductis
Ostentant veteres etiamnum in sanguine plagas.
Iam nec Cecropiis idem ductoribus ardor,
Languescuntque minae et virtus secura residit:
Ventorum velut ira minor, nisi silva furentes
Impedit, insanique tacent sine litore fluctus.
Ut vero aequoreus quercum Marathonida Theseus
Extulit, erectae cuius crudelis in hostes
Umbra cadit campumque trucem lux cuspidis implet:

708 simul expavere nil optavere **B** ‖ 709 interea contra **P** at contra *ceteri* interea *scripsi* ‖ 716 Largitus **P** Largitur **G^2SM** //argitu/ **B** ‖ 718 at **M** *Grotius* aut **PSc** *Leid.* **L** $\overset{h}{\text{a}}$ut **G^2** /ut **B** aut **g** ut **pT** ac *Behh.* an lacera *Sandstroemius, qui post* terra rudis (*v. 720*) *signum interrogationis ponendum esse censet* ‖ 723 enses *om.* **P** ‖ 727 residit **PB** resedit **G^2SM** ‖ 729 iacent *Baehrensius*

Ceu pater Edonos Haemi de vertice Mavors
Impulerit currus, rapido mortemque fugamque
Axe vehens, sic exanimes in terga reducit
Pallor Agenoridas; taedet fugientibus uti
Thesea, nec facilem dignatur dextra cruorem.
Cetera plebeio desaevit sanguine virtus.
Sic iuvat exanimis proiectaque praeda canesque
Degeneresque lupos: magnos alit ira leones.
Attamen Olenium Lamyrumque, hunc tela pharetra
Promentem, hunc saevi tollentem pondera saxi
Deicit, et triplici confisos robore gentis
Alcetidas fratres, totidem quos eminus hastis
Continuat; ferrum consumpsit pectore Phyleus,
Ore momordit Helops, umero transmisit Iapyx.
Iamque et quadriiugo celsum petit Haemona curru,
Horrendumque manu telum rotat: ille paventes
Obliquavit equos; longo perlata tenore
Transiit hasta duos, sitiebat vulnera nec non
Tertia, sed medio cuspis temone retenta est.
Sed solum votis, solum clamore tremendo
Omnibus in turmis optat vocitatque Creonta.
Atque hunc diversa bellorum in fronte maniplos
Hortantem dictis frustraque extrema minantem
Conspicit; abscedunt comites: sed Thesea iussi
Linquebant fretique deis atque ipsius armis;
Ille tenet revocatque suos; utque aequa notavit
Hinc atque hinc odia, extrema se colligit ira,
Iam letale furens, atque audax morte futura:

733 edonios **PB**(?)**G^2c** *cf. ad V 78* edomitos **SG** ‖ 735 exanimes **G^2GT** exanimis **PBM** ‖ 741 lamyrumque **P** thamirumq. **Bbr** tam//irūq; **G^2** thamyrumque **M** ‖ 744 Alcetidas **Pbr** Alcepidas **G^2SB** (d *ex* t *corr.*) **cg** Alceidas **M** Aloydas **R** Alcidas **T** ‖ 745 pyleus **B** peleus *Beh.* ‖ 746 iapix **G^2** iaspix **G** hiapax **H** hiapis **T** ‖ 752 tremendo **R** *Heinsius* premendo **Pp** fremendo **BG^2M** ‖ 753 optat vocitatque **P** optatque vocatque *ceteri* ‖ 756 sed **P** et *ceteri* ‖ 757 Destituunt fretique *Barthius*

'Non cum peltiferis' ait, 'haec tibi pugna puellis,
Virgineas ne crede manus: hic cruda virorum
Proelia, nos magnum qui Tydea quique furentem
Hippomedonta neci Capaneaque misimus umbris
Pectora. Quae bellum praeceps amentia suasit,
Improbe? nonne vides, quos ulciscare, iacentes?'
Sic ait, et frustra periturum missile summo
Adfixit clipeo. Risit vocesque manusque
Horridus Aegides, ferrataque arbore magnos
Molitur iactus, nec non prius ore superbo
Intonat: 'Argolici, quibus haec datur hostia, Manes,
Pandite Tartareum Chaos ultricesque parate
Eumenidas, venit ecce Creon!' Sic fatus, et auras
Dissipat hasta tremens; tunc qua subtemine duro
Multiplicem tenues iterant thoraca catenae,
Incidit: emicuit per mille foramina sanguis
Impius; ille oculis extremo errore solutis
Labitur. Adsistit Theseus gravis armaque tollens:
'Iamne dare extinctis iustos' ait, 'hostibus ignes,
Iam victos operire placet? vade atra dature
Supplicia extremique tamen secure sepulcri.'
  Accedunt utrimque pio vexilla tumultu
Permiscentque manus; medio iam foedera bello,
Iamque hospes Theseus; orant succedere muris
Dignarique domos. Nec tecta hostilia victor
Aspernatus init; gaudent matresque nurusque
Ogygiae, qualis thyrso bellante subactus
Mollia laudabat iam marcidus orgia Ganges.
Ecce per adversas Dircaei verticis umbras
Femineus quatit astra fragor, matresque Pelasgae
Decurrunt: quales Bacchea ad bella vocatae

762 nec **M** *edd.* ‖ 765 dementia **cG** *Barthius* ‖ 768 Adflixit **Pp** Afflixit **T** Adfixit **BG²g** Affixit **M** | manusque **P** manūsq; **g** manumque **BG²M** ‖ 769 ab arbore **P** ‖ 774 subtegmine **PB¹ScGHT** *cf. IV 174 VII 656* ‖ 780 aperire **P** ‖ 782 Accendunt **P** ‖ 788 gantes **P** gandes **S** *m. pr.*

Thyiades amentes, magnum quas poscere credas
Aut fecisse nefas; gaudent lamenta novaeque
Exultant lacrimae; rapit huc, rapit impetus illuc,
Thesea magnanimum quaerant prius, anne Creonta,
Anne suos: vidui ducunt ad corpora luctus.
  Non ego, centena si quis mea pectora laxet
Voce deus, tot busta simul vulgique ducumque,
Tot pariter gemitus dignis conatibus aequem:
Turbine quo sese caris instraverit audax
Ignibus Euadne fulmenque in pectore magno
Quaesierit; quo more iacens super oscula saevi
Corporis infelix excuset Tydea coniunx;
Ut saevos narret vigiles Argia sorori;
Arcada quo planctu genetrix Erymanthia clamet,
Arcada, consumpto servantem sanguine vultus,
Arcada, quem geminae pariter flevere cohortes.
Vix novus ista furor veniensque implesset Apollo,
Et mea iam longo meruit ratis aequore portum.
  Durabisne procul dominoque legere superstes,
O mihi bissenos multum vigilata per annos
Thebai? iam certe praesens tibi Fama benignum
Stravit iter coepitque novam monstrare futuris.
Iam te magnanimus dignatur noscere Caesar,
Itala iam studio discit memoratque iuventus.
Vive, precor; nec tu divinam Aeneida tempta,

811 sq. 'O mihi — Thebai' Priscian. VII 54 p. 331, 8 H. — 816. 'Vive — tempta' Priscian. II 38 p. 67, 20 H.

792 Thyades **PBM** Tiades **G²** Thyiades *corr. Weberus; cf. V 92 IX 794* ‖ 796 Anne suos viduae ducant *Bernartius* ‖ 800 impleuerit **P** instraverit **BG²M** instruxerit **H** ‖ 801 Ictibus **P** | euha/tne **B** euanne **GT** | fumenque pectore **P** ‖ 805 *versus in* **P** *post v. 807 legitur, signo tamen /. addito suo loco attributus* | genitrix **BS** | clamat **PG** *Beh* clamat (e supra a) **B** ‖ 808 vemensque *R. Ungerus* ‖ 810 Durauisne **P** ‖ 811 longum vigilata *Prisc.* ‖ 812 Thebais **Bc** ‖ 815 iamiam **P**

Sed longe sequere et vestigia semper adora.
Mox, tibi si quis adhuc praetendit nubila livor,
Occidet, et meriti post me referentur honores.

---

818 adhunc **P** | libor **P** ‖ 819 emeriti **P** meritis **S** | referuntur **P** ‖ STA · POETAE THEBAIDORVM . LIBRI . XII . EXPLICIVNT ⁜ INCIP · ACHILL . LIB . PRIM . **P**. P. PAPINI STATI THEBAIDOS LIBER XII · EXPLICIT **B**.

Index nominum

in Statii Silvas, Achilleida, Thebaida.

Corrigenda et Addenda.

In Achill. praef. p. XIV lin. 31 *scribe* Schraderus
lib. I vs. 124 *scribe* demissus
„ I „ 194 „ Pelion
„ I „ 317 *adn. scribe* 317
„ I „ 521 *adn.* „ 521
„ I „ 632 *scribe* derigis
„ I „ 676 *adn. adde* innumerae *codd.*
„ I „ 677 *adn. scribe* **Pc** *pro* **P**
„ I „ 772 *adn.* „ *prima m. om.,*
„ I „ 911 *scribe* Ulixes.
„ I „ 952 „ solacia
In Theb. lib. I „ 98 „ Atlans
„ VII „ 289 „ memorabunt
„ VII „ 524 „ Odrysiisve
„ VIII „ 124 „ Massyli
„ VIII „ 524 „ Derexit
„ IX „ 385 *adn. scribe* Heus *pro* ***Heus***
„ X „ 156 *scribe* Sopor
„ XII „ 126 „ Euadne
„ XII „ 301 „ Ternoctem
„ XII „ 647 „ anguicomae
In indice nom. p. 364 lin. 25 *scribe* cf. Creusa *pro* Sisyphi Aeolidae f.
p. 364. 370. 376 s. vv. Aepy, Amphigenia, Arene *scribe* Elidis *pro* Messenes *et* Messenias
p. 387 lin. 41 *scribe* urbs lasciva
p. 401 lin. 2 *scribe* S. III 2, 16.

VOLUME 3

P. PAPINIVS STATIV

VOL. III

LACTANTII PLACIDI

QVI DICITVR

COMMENTARIOS IN STATII THEBAIDA

ET

COMMENTARIVM IN ACHILLEIDA

RECENSVIT

RICARDVS JAHNKE

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCVIII

LACTANTII PLACIDI

QVI DICITVR

COMMENTARIOS IN STATII THEBAIDA

ET

COMMENTARIVM IN ACHILLEIDA

RECENSVIT

RICARDVS JAHNKE

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCVIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

HERMANNO · VSENER

L · M

PRAEFATIO.

Praefanti mihi hunc librum maxime id agendum uidetur, ne quis nimium exspectet. nam quamquam hos commentarios edendos abhinc sex fere annos suscepi, tamen quod mihi proposueram ut perfecerim, tantum abest, ut saepissime muneris aliisque officiis obrutus de opere perficiendo desperauerim. reuera hic liber nunquam confectus esset, nisi satis habuissem fundamentum iecisse, quo nixos alios plura inuestigaturos esse spero. nolui igitur aut omnes illos codices perlustrare, quibus horum commentariorum partes maiores uel minores continentur, aut illos, quorum marginibus haec scholia fere omnia adiectis nouis adscripta sunt. sed ad textum restituendum eos tantum adhibui libros, quibus soli commentarii traduntur. qui sunt codex Monacensis 19482 (**M**) et Parisini 8063 (**Pa**) et 8064 (**Pb**).

Codex Monacensis 19482, quem benigne transmissum Confluentiae contuli, in Philologi uol. XXIV p. 156 a Woelfflino laudatur.

Codicem Parisinum 8063, quem Kohlmannus in Philologi uol. XXXIII p. 129 sq. descripsit, ut Parisiis compararem, contigit mihi Vseneri magna erga me beneuolentia anno h. s. nonagesimo tertio.

Codicem Parisinum 8064, qui eodem loco quo prior descriptus est, in hac urbe Elberfeldensi contuli.

Praeter hos codices librum (**L**) adhibui, cui titulus hic est: 'Papinii Surculi Statii opera quae extant. Placidi

Lactantii in Thebaida et Achilleida commentarius. Ex Bibliotheca Fr. Pithoei. J. C. Collatis MSS, ueteribusque exemplaribus, recensuit; partim nunc primum edidit, Fr. Tiliobroga ..... Parisiis, Ex officina Plantiniana, Apud Hadrianum Perier, uia Jacobaea. M.D.C.' de codicibus, quibus usus sit, Tiliobroga in praefatione ipse haec affert: 'Lactantium ex Fr. Pithoei I. C. bibliotheca collatum habui, in quibusdam adiutus sum exemplari MS. Regio; sed quod integritate cedebat Pitheano'. qui fuerint hi codices, pro certo dicere non audeo, sed eos cum **Pa** et **Pb** codicibus summa coniunctos esse affinitate concedet, qui uarias lectiones percensuerit.

Horum fontium purissimum esse **M** codicem tam manifestum est, ut demonstrare supersedeam. hunc autem, quem potissimum secutus sum, non solum a me ipso collatum habebam, sed etiam ab Edmundo Kelter Hamburgensi, qui schedas suas benigne mihi tradiderat. praeterea Ricardus Klotz Treptouiensis apparatus critici lectiones cum eiusdem libri collatione, quam olim confecerat, accuratissime comparauit.

Nec tamen, quamquam libros quos dixi imprimis adhibendos esse putabam, alios fontes, qui quidem mihi suppeditarent, neglexi uelut codicem Monacensem 6396 (de quo conf. Philol. uol. XXIV p. 156), codicem Bambergensem M IV 11 (cf. eundem locum), codicem Gudianum 54, quorum lectiones idem Edmundus Kelter mecum communicauerat. ex quibus libris codex Monacensis 6396 eadem fere praebet, quae Monacensis 19482. codicem Casselanum Mscr. poet. fol. 8, in quo scholia leguntur a I 688 usque ad II 109, a Georgio Wissowa olim collatum ut adhiberem, benigne mihi permiserat Ricardus Klotz. ipse uero codicem Parisinum 10317 (**Pc**) — de quo conf. Philol. uol. XXXIII p. 130 sq. — quibusdam quidem locis comparaui. ne totum codicem perlustrarem, temporis breuitate impeditus sum, id quod eo magis doleo, quod hunc librum etiam ad Statii carmina emendanda summo usui esse mihi persuasi.

Praeter haec instrumenta praesto mihi fuerunt ex bibliotheca Bonnensi liberalissime credita ea, quae Philippus Kohlmann praematura morte absumptus reliquit. qui uir summa doctrina diligentiaque instructus postquam Statii Thebaida et Achilleida edidit, hos quoque commentarios edendos sibi proposuerat nec non tres priores commentariorum libros iam apparatu critico ornauerat. his aliisque ab eo relictis, quae Vsenero auctore bibliothecae Bonnensis facta sunt, quibus locis usus sim, accurate significaui. pro fundamento autem editionis ea non habui, quoniam Kohlmannum, qui codices non totos comparauisset, commentarios alia ratione editurum fuisse uerisimile est atque mihi ipsi uidebatur.

Mihi quidem id summopere agendum uisum est, ut tandem aliquando denuo horum commentariorum contextum proferrem, qualis antiquitus sub Lactantii Placidi nomine tradebatur. quae uero partes antiquissimae sint, quae postea quibusque temporibus additae sint, discernere ausus non sum. at quas partes compluribus de causis nouissime additas putabam, uncis seclusi, quamquam multo plura secludenda esse non ignoro. de his quidem rebus diiudicari posse spero, si omnium codicum Statianorum scholia cum his commentariis comparata erunt. tum fortasse etiam perspicietur, quis fuerit Lactantius ille Placidus quoue tempore uixerit, num commentarius in Achilleida, qui in **L** et **M** libris solis traditur, ab eodem auctore scriptus sit atque in Thebaida, quae ratio intercedat inter haec scholia aliosque rerum mythicarum scriptores, alia. ipse hoc quidem loco de his rebus agere nolui, sed postea alio loco me acturum esse spero. satis igitur habui tabulam addidisse locorum, qui aliquomodo cum Mythographis Vaticanis consentiunt. Seruianorum locorum tabulam addere omisi, quandoquidem Ricardum Klotz hanc rem tractaturum esse scio. In indicem neque ea nomina recepi, quae ex ipsis Statii carminibus exscripta sunt, neque quae in uersibus qui laudantur sunt commemorata. in scribendis autem nominibus ea usus sum ratione, ut non ad ueram formam

recederem, sed eam restituere studerem, quam a commentariorum auctore scriptam ésse credebam. quodsi in uocabulis scribendis non semper mihi constiti, ueniam mihi dabit, qui, per quantum temporis spatium huic libro edendo operam dederim, considerauerit.

Restat, ut gratias agam quam maximas uiris doctis, qui in elaboranda hac editione re atque consilio me adiuuerunt: Edmundo Kelter, qui collationes accuratissime factas mihi concessit, Ricardo Klotz, qui etiam in corrigendis plagulis mihi auxiliatus est, Friderico Vollmer, qui denuo officiosissimum in me amicum se praestitit. summas uero gratias ago Hermanno Vsener, cuius liberalitate adiutus Lutetiae Parisiorum uersatus sum. a quo, ut hunc librum pietatis documentum accipiat, peto pio gratoque animo.

Scribebam Elberfeldae mense Iulio anni MDCCCXCVIII.

COMMENTARII IN THEBAIDA

M codex Monacensis 19482.
Pa codex Parisinus 8063.
Pb codex Parisinus 8064.
P horum librorum consensus.
Pc codex Parisinus 10317.
L Tiliobrogae liber.
Lc coniecturae Tiliobrogae.
Lm codices manuscripti a Tiliobroga laudati.
Bamb. codex Bambergensis M IV 11.
Cassel. codex Casselanus Mscr. poet. fol. 8.
Gudian. codex Gudianus 54.
Mon. codex Monacensis 6396.

COMMENTARIVS IN LIBRVM I.

1 FRATERNAS ACIES ALTERNAQVE REGNA PROFANIS DECERTATA ODIIS quia pacti erant fratres, ut mutuis annis regnarent et sibi inuicem succederent. hoc dicit: narramus gesta certamina causa regnorum. ALTERNA ut placuerat, non ut possessa sunt. PROFANIS quia per eos uiolata sunt iura naturae, et bene profanis, quia nefas erat germanos odia retinere, ergo exsecrabilibus, contra naturam sumptis. Lind. p. 1

2 SONTESQVE E. T. uel propter bella praesentia uel propter Oedipoden, quia cum matre concubuit.

3 PIERIVS Musicus. VNDE IVBETIS IRE DEAE quia multa sunt principia Thebanae historiae, unde possimus inchoare narrationem.

5 SIDONIOS RAPTVS Europam dicit, quam Iuppiter rapuit et uitiauit. ET INEXORABILE PACTVM L. A. iusserat enim Cadmo filio suo Agenor, quem ad requirendam filiam Europam miserat, ut non nisi inuenta sorore rediret ad patrem.

7 TREPIDVM SI | MARTIS O. quia Cadmus Europam quaerens uenit ad ea loca, in quibus post Thebae constructae sunt, ubi inuento dracone qui Marti consecratus erat et eo perempto dentes draconis seuit, unde terrigenae nati Lind. p. 2

---

1 DECERTATA ODIIS *om.* **LP** ‖ 6 sint **Pa** fuerant **LPb** ‖ 8 germanis **Pb** ‖ 10 E. T. *om.* **LP** | 11 Oedipodem **Pa** | qui **LPa** ‖ 12 PIERIVS Musicus *sequitur post* narrationem **M** | Piericus **Pb** ‖ 13 sunt *om.* **Pa** | possemus **P** ‖ 16 et uitiauit *om.* **Pb** | L. A. *om.* **LP** ‖ 17 quaerendam **P** ‖ 20 O. *om.* **LP** ‖ 21 in quibus] ubi **Pb** ‖ 22 consacratus **Pb** ‖ 23 terrigine **Pb**

sunt, qui se mutuis uulneribus peremerunt. ergo M a r t i s o p e r t i id est pugnae terrigenarum latentis. TREPIDVM AGRICOLAM Cadmum.

10 IVSSERIT AMPHION T. A. M. hic Iouis filius fuit uel ut alii dicunt Mercurii. cuius lyra accepta canens muros Thebanos dicitur constituisse, ut eius cantu spontanea se saxa muris imponerent. unde Virgilius ⟨ecl. II 23 sq.⟩: 'canto quae solitus, si quando armenta uocabat, Amphion Dircaeus' et alibi Statius ⟨Theb. II 454 sq.⟩: 'aut triplices alio tibi carmine muros Amphion'. TYRIOS ACCEDERE MONTES ἐμφατικῶς dixit m o n t e s pro saxis.

11 VNDE GRAVES IRAE C. I. M. B. Pentheus aspernabatur Liberi patris mysteria. iratus Liber furorem eius matri immisit, quae armata furore Pentheum filium necauit. et bene dixit c o g n a t a. Agaue enim, Semele, Autonoe, Ino sorores fuerunt Thebanae.

12 QVOD SAEVAE IVNONIS OPVS Iuno dum uideret a Ioue Semelen diligi, in aniculam uersa est decoratam. dolum meditans Semeles limen ingressa est, cui ita locuta est: Si te, ut perhibent, integre amat Iuppiter, hoc ab eo impetra, ut talis ad te ueniat, qualis Iunoni solet uideri. quae ita inducta Iouem rogauit. qui cum negaret et diceret aspectum dei nullo modo ferre posse mortalem, tandem promisit tali se habitu ad eam esse uenturum, quali

---

4 IVSSERAT **L** *corr. in* IVSSERIT **M** | T. A. M. *om.* **LP** | filius Iouis **LP** | uel] *conieci* ut **Pb** *om.* **LMPa** ‖ 6 constituisse **LmM** construxisse **LP** ‖ 7 muris **LPb** humeris **MPa** | unde .... Amphion [2] *leguntur post* TYRIOS .... saxis **MP** ‖ 8 amphion ductus **Pb** ‖ 10 alio] o. **M** odio **LP** ‖ 11 MONTES *om.* **Pa** | emphasticos **Pb** enfasticos **Pa** enfaticos **M** | montes pro saxis *om.* **M** ‖ 12 C. I. M. B. *om.* **LP** ‖ 13 Liber] ergo **LPa** *om. add.* **M** | eius furorem **P** *transpos. corr.* **M** ei furorem **L** | matris **Pb** ‖ 14 vocauit **Pa** ‖ 15 agauen . semelen . autoen **M** ‖ 18 semelē **Pa** | est *om.* **L** | iuno decoratam **MPb** luna decorata **Lm** | decoratam *illud in suspicione mihi est. latetne* dedecoratam decoctam decrepitam *tale quid?* luna decima orta *Vnger.* | domum **LmM** ‖ 19 meditaris **M** ‖ 22 ita *om.* **LP** ////ita **M** | indocta *corr. in* inducta **M** | rogauit] cognouit **Pb** ‖ 23 posse ferre **L** ‖ 24 promittit **Pb**

ad Iunonem consueuit. qui cum uenisset cum fulmine, Semele sustinere non potuit et obiit. Iuppiter uero aperto eius uelocissime utero Liberum patrem aperto femore abdidisse dicitur, ut expletis nouem mensibus legitime nasceretur. CVI SVMPSERIT ARCVM INFELIX ATHAMAS Leucothea, quae et Ino, Liberi patris nutrix fuisse dicitur. huius marito Athamanti talem furorem Iuno immisit, ut filios suos uellet occidere, sperans quod Liberum patrem inuenire posset et simili sorte perimeret. qui Athamas unum filium suum Learchum arcu uel sagittis exstinxit. Leucothea uero, ubi maritum suum furere conspexit, cum Palaemone filio suo se dedit in mare. quae postmodum in marinam deam conuersa est et uocatur Mater Matuta, filius eius deus Portunus. unde Virgilius ⟨Aen. V 241 sq.⟩: 'manu magna Portunus euntem impulit'.

14 IONIVM quod se in Ionio mari Leucothea praecipitauerit.

15 GEMITVS ET PROSPERA id est infelicitates et felici- Lind. p. 8
tates Cadmi reticeo.

16 LIMES MIHI principium et finis dicitur l i m e s.

17 CONFVSA DOMVS quia idem filius et maritus, eadem mater et uxor, iidem filii qui nepotes.

18 SPERARE TRIVMPHOS ideo Graeca bella scribo, quia Latina non possum.

19 BISQVE IVGO RHENVM B. A. L. I. per fluuium gentem Gallorum bis a Vespasiano uictam ostendit.

20 ET CONIVRATO contra nos scilicet.

22 BELLA IOVIS pugnam quam in Capitolio Domitianus

---

3 aperto *delendum est* **Lc** | femori **LP** | addidisse **MP** ‖ 4 fertur **Pb** ‖ 5 sumpserat **Pa** | arcus **Pa** | leucothoea **Pa** leucothoe **LPb** ‖ 6 et *om.* **L** ‖ 7 inmisit *sic fere semper* **M** ‖ 8 sperans qui **Pb** ‖ 9 possit **M** | perimere? ‖ 10 suum filium **Pa** | learcum **P** ‖ 12 filio *om.* **Pa** ‖ 13 matri **Pb** | Matuta] naturae **Pa** ‖ 14 Portumnus **L** ‖ 15 magna manu **Pa** | impulit *om.* **P** ‖ 16 precipitauit **Pb** ‖ 18 id est *om.* **Pb** | et felicitates *om.* **L** ‖ 20 *schol. deest* **Pb** ‖ 22 ////idē **M** idem **Pa** | filii et nepotes **Pb** ‖ 23 bella Graeca **LPb** ‖ 25 B. A. L. I. *om.* **LP** ‖ 27 ET *om.* **MP**

gessit, quando patrem suum Vespasianum obsessum a Vitellio liberauit. ergo Vespasiano imperatori sui temporis adulatur. DECVS ADDITE FAMAE Titum Domitianum, filium Vespasiani, dicit.

23 SVBEVNTEM EXORSA PARENTIS ad imitationem patris.

24 LICET ARCTIOR quamuis densentur astra, dum spatiosus tibi locus paretur in caelo. licet omnes stellae se contrahant, ut tibi locum faciant quem uolueris, licet Sol te magis uelit diei implere curricula quam se et tibi suum cedat officium aut tecum Iuppiter aequa parte caelum partiri desideret: tamen melius tibi erit terrae regnare quam caelo, et sis terrae uel maris dominus et superis caeleste dones imperium.

25 PLAGA L. C. hoc est orientalis.

26 BOREAEQVE septentrionalis. ET HIVLCI FVLMINIS E. quia fulmen, quicquid percusserit, hiare facit. expers uero australem partem dicit, quia semper fulmine caret.

27 SOLLICITET tuo scilicet amore. LICET IGNIPEDVM FRENATOR EQVORVM id est Sol licet tibi cedat suam potestatem et tradat tibi currus suos. ut Lucanus ⟨I 48⟩: 'seu te flammigeros Phoebi conscendere currus'.

28 RADIANTEM CRINIBVS ARCVM circulum in quo sol suos cursus explet, quia ueluti arcus uidetur, quod sol ab oriente nascens usque in occidentalem partem desinit.

31 ET SIDERA DONES concedas numinibus uel locis suis esse sinas.

Lind. p. 4 32 [PIERIO Musico.] OESTRO instinctu, stimulo, quem

5 admirationem **L** ‖ 6 quamuis .... in caelo *om.* **Pb** ‖ 9 uelit te magis **LPa** | implere diei **L** | curriculo **Pa** ‖ 10 cedat officium suum **L** | suum *om.* **Pa** | credat *Mon.* | tecum] cum **MP** ‖ 11 terrae] terra **L** terra//// **M** ‖ 14 L. C. *om.* **LP** ‖ 15 Boreae **MP** | ET *om.* **MP** | FVLMINIS *om.* **Pb** ‖ 16 E. *om.* **LP** ‖ 17 $\overset{o}{v}$ *supra rasuram add.* **M** ‖ 18 scilicet tuo **Pb** | LICET *om.* **MP** ‖ 21 curros **MPa** | p. c. **LP** ‖ 22 a. arcum **M** | ARCVM circulum *om.* **Pb** ‖ 23 exercet cursus suos **Pb** ‖ 24 nascens *om.* **Pb** | occidentem **Pb** ‖ 25 *schol. in contextu om. in marg. inf. suppl.* **M** | donas **Pb** ‖ 27 PIERIO Musico *om.* **M** | instinctū **Pb**

Romani asilum dicunt, Graeci oestrum. [alii dicunt, quod fons isto nomine sit apud Siculos, ubi Musae coluntur.]

33 NVNC TENDO CHELYN citharam. Graece enim χέλυς testudo dicitur, cuius neruis sonantibus Apollo uel Mercurius citharam dicitur inuenisse. nunc hoc dicit: se adhuc Romana bella scribere non posse, nisi tunc cum maior pectore Phoebus aduenerit. SATIS sufficienter. ARMA REFERRE AONIA Thebana, ab Aone rege, filio Neptuni, uel a monte Boeotiae. nam ipsa est Aonia, quae et Boeotia, quae et Thebae.

34 ET GEMINIS SCEPTRVM E. T. Eteoclis et Polynicis.

35 NEC FVRIIS POST F. M. ut Lucanus ⟨I 551 sq.⟩: 'scinditur in partes geminoque c. s. T. i. r.' hunc autem sensum in duodecimo libro calcatius exsequitur.

37 ET EGESTAS euacuatas, populis exspoliatas. ALTERNIS MORTIBVS Thebani et Argiui. ⟨VRBES⟩ ciuitates id est Thebas et Argos.

38 CVM RVBVIT infecta est.

40 ISMENON fluuius.

41 QVEM PRIVS HEROVM ad inuocationem redit poeta. interrogatiue quaerit a Musa, quem uelit a se primum heroum describi. figura διαπόρησις id est addubitatio.

1 asylum **LM** | dicunt *om.* **Pb** | oestrum uocant **Pb** | alii ... coluntur *post u.* 33 Thebae *posuit Kohlm.* | quod *om.* **Pb** ‖ 2 apud siculos sit isto nomine **Pb** | hoc nomine **L** ‖ 3 NVNC *om.* **L** | chelin **Pa** chelim **Pb** c. chelin **M** | chelon **MP** ‖ 4 Apollo *om.* **Pb** | uel Mercurius *om.* **LM** ‖ 5 inuenisse dicitur **Pb** ‖ 6 romana bella adhuc **Pb** ‖ 7 SATIS sufficienter *om.* **Pa** ‖ 9 boetie *sic fere semper libri* | nam *om.* **M** | ē////aonia **M** ‖ 11 ET *om.* **MP** | geminum **Pa** | E. T. *om.* **LP** ‖ 12 F. M. *om.* **LP** ‖ 13 geminoque cis. t. i. r. **LMPa** geminoque cis. t. i. & **Pb** ‖ 14 calcatius **M** *superscr. al. m.* enucleatius ‖ 15 ET *om.* **M** | populis exspoliatas *om.* **M** | spoliatas **Pb** ‖ 16 thebanorum **L** thebarum **P** | argiui *corr. in* argiuorum **M** argiuorum **LP** | VRBES *suppl. Grotius* ‖ 17 id est] uelut **L** uel **Pa** | et] uel **L** ‖ *scholia* 38 *et* 40 *secuntur in libris post* laudibus ‖ 18 id est infecta est **L** ‖ 19 hismeñ **Pa** hic menon **Pb** Hismenon **L** | fluuius est **L** ‖ 20 eorum **Pa** | ad interogationem **Pb** ‖ 21 ex Musa **LP** ‖ 22 eorum **P** | diaporisis **MPa** dyaporosis **Pb** | ////dubitatio **M**

ut Horatius ⟨carm. I 12, 13 sq.⟩: 'quid prius dicam solitis parentis laudibus'. IMMODICVM IRAE T. Tydeus Oenei et Euriboeae filius, gener Adrasti. et bene immodicum irae, quia auctoris suae necis cerebro dicitur immoriens pastus.

42 LAVRIGERI S. A. V. H. Amphiaraum Lyncei et Hypermestrae filium dicit, qui hiatu terrae, dum curru dimicaret, absumptus est. quem laurigerum dixit eo quod Apollinis esset antistes.

43 VRGET ET HOSTILEM PROPELLENS CAEDIBVS AMNEM TVRBIDVS HIPPOMEDON compellit ad scribendum.

44 HIPPOMEDON Nesimachi et Nasicae filius. qui, dum in Ismeneta fluuio dimicaret, exstinctus est. PLORANDAQVE BELLA P. miseratione digna et in puerili aetate praesumpta. bella Parthenopaei, Meleagri et Atalantes filii, dicit.

45 ALIO CAPANEVS HORRORE C. bene alio horrore, maiore impetu dictionis. ut ipse alibi ⟨Theb. V 585⟩ de Capaneo 'grauioraque tela mereri'. Capaneus, ut alii putant, Hippotae et Astynomiae filius.

46 IMPIA IAM MERITA S. L. D. merito impia. dextra parricidae bene merita, quae uindicauit.

2 T. *om.* **LP** ‖ 3 euriboe **MPa** ‖ 4 dicitur *om.* **M** ‖ 5 moriens **LPb** ‖ 6 A. V. H. *om.* **Pa** subitos an **Pb** hoc est **L** | Amphiarai **LPa** | Lyncaei **L** | Hipermenestrae **L** ‖ 7 dicitur quia **Pb** ‖ 11 HIPP. *om.* **P** ‖ 12 nessimaci **MP** | nessice **Pb** | filiū **M** dicit *add. man. 2* ‖ 13 in *om.* **Pb** | Ismeneta *corrigere nolui.* Hismeneta **L** ismenonta **MPb** ismeñta **Pa** ismenone al. ismenonta **Lm** *cf. Vnger. p.* 21 *sq.* ‖ 14 P. *om.* **LP** | miseratione ... bella *om.* **Pb** | pueri *corr. in* puerili **M** ‖ 15 Parthenoi **L** parthenone **Pa** parthonopei **Pb** | atalantis **MPa** atlantis **Pb** ‖ 16 dicit] pici **Pb** ‖ 17 C. *om.* **L** ca. **Pb** | honore **M** ‖ 18 inspectu *corr. in* inp&u *man. 2* **M** ‖ 19 grauioraque ... Capaneus *om.* **M** | magis ut **M** ‖ 20 ippote **MPa** | astinomeae *Mon.* Astimoniae **L** astinonie **M** astimone **P** *cf. Vnger. p.* 22 | Hipponoi et Astimones **Lm** | filio **MP** ‖ 21 MERITA *om.* **L** | S. L. D. *om.* **LP** | dextera **MPa** ‖ 22 uendicauit **Pb** indicauit **Pa**

47 MERSERAT A. D. N. P. O. absconderat pudorem. omnis enim uerecundia de aspectu est.

49 ILLVM INDVLGENTEM operam dantem. ut Virgilius ⟨Aen. IX 165⟩: 'indulgent uino'.

51 CIRCVMVOLAT ALIS SAEVA DIES ANIMI lux conscientiae atque Furiarum. nam quamuis caecus esset, facinora sua conscientia arguente cernebat.

55 PVLSAT INANE SOLVM bene inania Tartara, ut Virgilius ⟨Aen. VI 269⟩: 'perque domos Ditis uacuas et inania regna'.

56 DI SONTES ANIMAS ANGVSTAQVE TARTARA POENIS Q. R. Lind. p. 5
in hac prece orantis artem et ordinem seruat. primo meritum suum memorat, cum dicit ⟨u. 60⟩: 'si bene quid merui', exponit iniuriam ⟨u. 74⟩: 'orbum uisu regnisque carentem', uindictam quaerit ⟨u. 80 sq.⟩: 'tu saltem, debita uindex, huc ades e. t. i. p. o. n.'. angusta autem Tartara merito, quippe cum scelera sobolis suae Eteoclis et Polynicis poenarum numerum uincant.

57 TVQVE VMBRIFERO STYX LIVIDA FVNDO [nihil omnino apud superos cernere hoc est reuera Stygem uidere. Styx liuida] id est nigra, ut Virgilius ⟨Aen. VII 687⟩: 'liuentis plumbi'. unde et liuidos dixere inuidos id est nigros, ut Horatius ⟨sat. I 4, 85⟩: 'hic niger est, hunc tu, Romane, caueto'.

58 QVAM VIDEO paene oxymoron. quid enim caecus uidet? sed tenebras se uidere credit. nihil enim apud superos uidere hoc est reuera Stygem uidere.

59 PERVERSAQVE VOTA S. id est mala, quae opto,

1 A. D. N. P. O. *om.* **LP** ‖ 11 Dii **LP** | POENIS *om.* **P** | Q. R. *om.* **LP** ‖ 14 merui etc. **L** ‖ 15 parentem **MPa** | Tu] cum **Pb** ‖ 16 e. t. i. p. o. n.] &c **L** et **Pa** &t **Pb** ‖ 17 subolis **Pa** | Eteoclis et Polynicis *om.* **M** ‖ 19 LIVIDA *om.* **Pa** | FVNDO *om.* **LPa** | nihil ... liuida *om.* **LPb** ‖ 20 reuera est **Pa** ‖ 22 dixisse **Pb** | id est] et **L** | *scribere malim* inuidos dixere liuidos uel nigros | ut] unde **Pb** ‖ 23 Horatius *om.* **Pb** ‖ 25 eximeron **MPb** oximeron asperum uel accutum **Pa** ‖ 26 uidere se **M** | nihil ... Stygem uidere *om.* **MP** ‖ 28 S. *om.* **LP**

comple. [quia pater filiis imprecabatur. nam ipsi sunt secunda, quae sunt aduersa felicibus.]

60 SI BENE QVID MERVI se increpat, [condemnat oracula] quia non contentus generis falsitate responsa consuluit. nam ei cautio diuinationis fuit occasio parricidii.

61 ET TRAIECTVM VVLNERE PLANTAS responderat oraculum Laio, quod a filio suo posset occidi. unde natum Oedipum iussit proici transfixis cruribus. harum omnium seriem fabularum in argumento digessimus.

62 CIRRHAEA ista enim ciuitas iuxta Parnasum est montem, qui in duo iuga diuiditur, in Heliconem et Cithaeronem. BICORNI id est bicipiti Parnaso, ut Persius ⟨prol. 2 sq.⟩: 'nec in bicipiti somniasse Parnaso memini'. item Lucanus ⟨V 78⟩: 'unoque iugo, Parnase, latebas'.

64 POLYBO rex Phocidis fuit, qui Oedipum pro filio suo aluit. TRIFIDAEQVE IN PHOCIDOS uel propter tria promunturia, quae sunt ibi, uel quia in confinio regionum ipsa ciuitas est sita, uel quia habet tres uias, quae post multa spatia in unam se iungunt plateam. ideo ait trifidae.

65 LONGAEVVM IMPLICVI REGEM bene regem, hoc enim solum parricidii tempore recognouit.

66 SI SPHINGOS INIQVAE CALLIDVS A. T. P. R. callidus non ignarus: si Sphingos uideor soluisse ambages, o Furia,

1 comple/// M compleri LP | *quae secuntur, mendosa sunt. fortasse suppleri debet* peruersa *et pro* quia *scribi oportet* quae. *is uero qui* nam . . . felicibus *scripsit*, secunda *imperatiuum qui* comple *uocabulo declaratur male intellexisse uidetur. denique pro* felicibus *exspectamus* filiis ‖ 2 uersa Pb ‖ 4 qui MPb | contemptus Pa | consuluit] contempsit LM ‖ 5 caucio M causa LP | causa paricidū Pb ‖ 6 ET *om.* MP ‖ 7 lai MP ‖ 8 proici *om.* Pb | trasfixis cruribus perditum iri Pb ‖ 11 montem est L ‖ 13 Parnasso sompniasse Pa | memini me Pb m. m. M ‖ 14 item . . . latebas *om.* M | parnasse latebras Pa ‖ 15 POLYBO Polybus L | fuit *om.* Pa ‖ 16 TRIFIDAE L | TRIFIDAEQVE . . . trifidae *om.* M ‖ 17 promoutoria L promuntoria P | uel quae in confinio Pa ‖ 19 iungant LPa ‖ 22 cognouit LP ‖ 23 SPHYNGOS L spingos MPb | iniq̃ʒ Pa | A. T. P. R. callidus *om.* LP ‖ 24 si *om.* MPb sis Pa

ut bene de te merito parricidae tuo incestum praemium dares. dicta Sphinx, quod ita stringeret homines suis quaestionibus, ut se expedire non possent — nam Graece *σφίγγειν* constringere dicitur uel uincire — quod quasi omnium mentes suis propositionibus ligaret. Sphinx monstrum erat alas et ungues habens in similitudinem Harpyiarum, quod insidens scopulo uiae imminenti insolubilia aenigmata transeuntibus proponebat. quae cum soluere non possent, ex improuiso ueniens alis et unguibus ad se in rupem trahebat. cuius locutionis ambages Oedipodes sua calliditate soluit. quod factum beneficio Furiae imputat. alii dicunt, quod Sphinx simia uillosa sit, quod hoc loco non congruit.

69 CONVBIVM concubitum matris dulces furias dixit. et bene totum, etiam quod ignarus admisit, imputat Furiae, ut beneficiorum assiduitate suffulta tamquam suum sibi uindicet parricidam. GAVISVS INII hic uis | sceleris con- Lind. p. 6 scientia probatur admissi, quod tali conubio sit gauisus.

70 SAEPE TVLI facile enim purgatur, quicquid semel uel casu committitur.

71 MOX AVIDVS POENAE DIGITIS CAEDENTIBVS VLTRO INCVBVI id est festinaui edere de me ipse supplicium, ne ulterius tanta scelera celarem. nam cum caederent digiti, poenae magis quam mortis auidus pronus incubui. nam desiderasse mortem hoc fuerat fugisse supplicium.

73 EXAVDI SI DIGNA PRECOR QVAEQVE IPSA FVRENTI id est quae tu suadere potuisti. Furiarum est enim semper

1 ut t tu M | parricide tuo merito MP ‖ 2 dicta Sphinx . . . congruit *om.* M ‖ 3 posset Pb ‖ 4 *σφίγγειν*] sphinx Pb spinx Pa | stringere Pb | uel *om.* Pb | uinculum P ‖ 6 harpyarum L harpiarum Pa arpiarum Pb ‖ 8 preponebat Pb ‖ 10 rupe Pb ‖ 11 sed hoc factum Pb ‖ 12 sed hoc loco Pa ‖ 14 CONNVBIVM L Comnubium Pb ‖ 15 que *corr. in* qđ M | inputat M ‖ 16 tanquam L ‖ 17 iudicet Pb | INII *om.* L ini P id est *in rasura* M | huius sceleris admissi Pb ‖ 18 probatum Pb | qui *corr. in* qđ M | connubio Pb ‖ 21 CAEDENTIBVS *om.* P ‖ 22 INCVBVI *om.* M | festinaui . . . digiti *om.* Lm ‖ 24 hoc f. pronius Pb ‖ 26 QVAEQVE IPSA *om.* M | FVRENTI *om.* LM furentem Pb s. Pa ‖ 27 enim est L

suadere crudelia. ut Virgilius ⟨Aen. VII 335⟩: 'tu potes unanimos armare in proelia fratres'.

74 ORBVM VISV REGNISQVE PARENTEM NON REGERE id est orbatum regnis et uisu non regere ut caecum.

76 QVOS GENVI QVOCVMQVE TORO licet sint de incesto progeniti.

80 IGNAVVS GENITOR uel cum sacrilegio optat audiri. ut Virgilius ⟨Aen. II 326⟩: 'ferus omnia Iuppiter Argos'.

TV SALTEM DEBITA VINDEX ut Virgilius ⟨Aen. XII 646 sq.⟩: 'vos o mihi manes este boni, quoniam superis auersa uoluntas'.

81 HVC ADES ET TOTOS IN POENAM ORDIRE NEPOTES ordire dispone. hoc est: persequere genus meum omne usque ad nepotes. notandum sane quod totos pro omnibus dicit. cum numerum significare uolumus, omnes dicimus, cum corpus, totum. usurpatiue tamen poeta posuit totos pro omnibus. ut Virgilius ⟨Aen. I 185⟩: 'hos tota armenta secuntur', et econtra pro toto omne ut ⟨Aen. II 750 sq.⟩: 'omnemque reuerti per Troiam' atque ⟨Aen. III 3⟩: 'omnis humo fumat Neptunia Troia'.

82 INDVE QVOD MADIDVM TABO indue liberis meis diadema, quod ego Laio abripui cruore pollutum.

84 I MEDIA IN FRATRES signum est discordiae. ut Virgilius ⟨Aen. I 348⟩: 'quos inter medius uenit furor'.

85 DISSILIANT multi 'dissiciant' legunt. est autem

---

1 ut *om.* **L** | potens **Pa** ‖ 2 unanimeis **L** unanimes **P** | unanimos p. n. r. **M** ‖ 3 VISV] iussum **Pb** | CARENTEM **L** ‖ 4 regnare **M** *corr. in* regere *man. 2* | ut caecum *om.* **M** *add. man. 2* ‖ 5 THORO **L** | de incerto **M** de scesto **Pb** ‖ 8 ut . . . SALTEM *om.* **Pa** ‖ 9 DEBITA VINDEX *om.* **LPa** ‖ 10 mihi *om.* **Pb** ‖ 12 impoena **Pb** | NEPOTES *om.* **P** ‖ 13 ordire *om.* **LP** | dispone *om.* **Pb** | prosequere **LPa** ‖ 14 sane *om. suppl. ante* totos **M** ‖ 15 dixit **L** ‖ 17 totos *om.* **L** ‖ 18 sequuntur **L** *s.* **MPa** ‖ 21 libris **Pb** ‖ 22 abrupi **Pb** ‖ 23 I *om.* **L** | IN *om.* **L** | discordia **Pa** ‖ 24 medios *corr. in* medius **M** medios *Mon.* ‖ 25 dissiciant *scripsi* (*cf.* Neue *lat. Formenl.*[2] II 921 *sqq.*) dissentiant **L** dissitiant **MPa** disuciant **Pb**

sensus: aut ipsi filii germanitatem suam ferro dissipent aut ipsa germanitas ferro dissipetur. TARTAREI REGINA BARATHRI Tartarus est profunditas inferorum, barathrum uero squaloris altitudo. dicit autem hoc: fac ut tantum scelus filii audeant, quod optet etiam pater caecus uidere.

87 MEA PIGNORA NOSCES quos ad facinora scelerum tam pronos inuenies, ut meos filios esse non dubites.

88 SEVEROS tristes, ut Virgilius ⟨Aen. VI 374⟩: 'amnemque seuerum'. Lind. p. 7

89 ADVERTIT VVLTVS bene uultus, non faciem dixit. uultus enim mutatur ex animi qualitate, facies semper est simplex. INAMOENVM a quibusdam tapinosis creditur, qui putant poetam 'squalidissimum' debuisse dicere. inamoenum ergo dixit, sine ulla amoenitate, et est una pars orationis. ut Virgilius ⟨Aen. VI 438⟩: 'tristisque palus inamabalis unda'.

90 RESOLVTAQVE VERTICE CRINES ut Virgilius ⟨Aen. IV 509⟩: 'crinis effusa sacerdos'.

91 SVLPHVREAS id est ardentes. nunquam sulphur defluit nisi de loco flagranti. sulphur enim terrae ebullientis spuma est.

93 TRISTIBVS bene ad nefas: tristibus locis exsiluit, quia habent etiam inferi loca amoena. DISCEDIT INANE V. discedunt umbrae, quae solidis corporibus carent.

95 ET CALIGANTES A. E. C. obscuros campos illa petit, in quibus est turba animarum.

96 TAENARIAE LIMEN Malea promunturium est Laconicae, in cuius radicibus locum quendam profundum Taena-

---

1 suam *om.* **Pb** ‖ 2 aut ipsa . . . dissipetur *om.* **Pb** ‖ 5 quod] q **M** | optat **Pb** | patri **Pb** ‖ 10 Auertit **Pb** ‖ 11 imitatur **Pb** ‖ 12 est *om.* **LPa** | inamoeno **M** | enim a **Pa** ‖ 13 dicere debuisse **Pb** ‖ 14 una est orationis pars **L** ‖ 15 tristique **Pb** ‖ 16 palus *om.* **Pb** | undae **LPa** ‖ 17 cernes **Pb** ‖ 18 crines **L** ‖ 19 sulfur **Pb** ‖ 20 bullientis **L** ebulientis **Pb** ‖ 23 quia] q̃ **Pa** | inferi etiam **L** | inferiora **LmM** inferiori **Pb** | DISCEDIT *om.* **Pa** | INANE *om.* **P** | V. *om.* **LP** ‖ 24 discedunt *om.* **MPb** | quam **Pb** | solide **Pa** ‖ 25 A. E. C. *om.* **LP** ‖ 27 tenaree **MP** | laconiae **LP** ‖ 28 in quibus radicibus **Pb**

rum uocant, in quo dicitur esse aditus inferorum. Virgilius ⟨georg. IV 467⟩: 'Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis'. IRREMEABILE eo quod ab inferis ad superos mortalium nullus remeat naturaliter. ut Virgilius ⟨Aen. VI 128 sq.⟩: 'sed reuocare gradum superasque euadere ad auras hoc opus, hic labor est'.

97 SENSIT ADESSE DIES id est: Furiae aspectu turbatus est.

98 PROCVL ARDVVS ATLAS procul: longe est enim nimis occasus a Thessalia, in quo Atlas est positus. Atlas, Iapeti filius et Clymenes, cum hospitio non susciperet Perseum, Iouis et Danaes filium, qui a Polydecte rege missus fuerat ad Medusam Gorgonam occidendam, quam Perseus Minerua monstrante interfecit, rediens, cum ab Atlante Libyae finibus prohiberetur, monstrato Gorgonis capite in montem eum mutavit. [qui postquam Furiam uidit, territus est.]

99 ET DVBIA CAELVM C. R. dubia ad timorem rettulit Furiae uenientis: quam dubiam metus fecerat. et deest prope, ut Virgilius [nimis poetice usque ad credibilia] ⟨Aen. VIII 657⟩: 'Galli per dumos aderant arcemque tenebant'. deest paene, nam prope tenuerant.

Lind. p. 8 101 NOTVM ITER carum, ut Virgilius ⟨ecl. I 51⟩: 'hic inter flumina nota'. VELOCIOR ad assiduitatem rettulit ueniendi. nam nouitas itineris moras solet afferre erroris.

---

1 Virgilius ... Ditis *om.* **M** ‖ 4 ut *om.* **L** ‖ 5 s. a. e. **Pa** ‖ 6 hoc ... est *om.* **LPa** hoc h. l. e. **M** ‖ 7 et esse **Pa** e. e. **M** | diem **Pb** d. **M** ‖ 9 *totum schol. corruptum esse apparet. corrigere nolui* | ATLAS *om.* **Pb** | procul *om.* **LPa** | nimius **M** ‖ 10 est atlas **Pb** | positus *om.* **Pb** ‖ 11 climene **P** clemenę **M** ‖ 12 danare **M** damne **Pb** dane **Pa** ‖ 13 Gorgona **L** Gorgoneti **Pb** | monstrante minerua **Pb** | Minerua monstrante Perseus **L** minerua monstrante ipse Perseus **Pa** ‖ 14 ab *om.* **Pb** ‖ 15 monstrato *om. in marg. add. corr.* **M** monstratur **Pb** ‖ 16 posteaquam **L** ‖ 17 ET *om.* **M** | C. R. *om.* **LP** | dubia *om.* **L** | retulit **MPa** | furie retulit **Pb** ‖ 18 quem dubium *Mon.* ‖ 19 nimis ... credibilia *om.* **LP** ‖ 20 arcemque tenebant *om.* **L** at **P** ‖ 21 deest paene *om.* **L** | penā **M** ‖ 22 Nouum *corr. in* Notum **M** ‖ 23 retulit *libri* ‖ 24 morā **M**

102 ITQVE REDITQVE ad crimen pertinet Thebanorum, quorum pro suis Furia finibus utebatur. COGNATAQVE TARTARA MAVVLT neque bis accipiendum. hoc est: neque uelocior neque mauult. ut Virgilius ⟨Aen. XII 541⟩: 'nec misero clipei mora profuit aeris', id est nec clipei nec aeris. MAVVLT nec magis uult habitare Tartara quam Thebas, postquam illic probauit parricidium et incestum libenter admissum.

103 CENTVM pro innumerabilibus posuit.

104 SEDET polysemus sermo est. significat enim placet, ut ⟨Aen. II 660⟩: 'sedet hoc animo', aliquando cogito, ut ⟨Aen. IX 4⟩: 'Turnus secreta ualle sedebat', aliquando positum est ut hoc loco, et aliquando curat ut ⟨Aen. I 56⟩: 'celsa sedet Aeolus arce', et reuera sedet.

105 QVALIS talis erat lux illi, qualis est luna, cum laborat magica arte. nam pagani magicis artibus credebant lunam posse mutari. unde Virgilius ⟨ecl. VIII 69⟩: 'carmina uel lunam caelo deducere possunt'.

106 ATRACIA RVBET ARTE L. Atracis, qui fuit rex Thessaliae et pater Hippocatiae, quam Pirithous duxit uxorem, qui primus artem magicam apud Thraciam constituit. ergo Atracia est magica scientia. RVBET ARTE LABOR hoc est: qualis color est lunae deficientis arte magica.

108 QVO LONGA SITIS MORBIQVE FAMESQVE quasi in

---

1 thebanarum *corr. in* thebanorum **M** ‖ 2 finibus furia **Pb** ‖ 3 nec . . nec . . nec **Pb** ‖ 6 MAVVLT *om.* **M** | neque **L** ‖ 7 primo quam **Pa** | patricidium **Pa** parciduum **Pb** | non cestum **Pb** ‖ 10 *scholion om.* **M** ‖ 12 sacrata *Vergilius* ‖ 13 est *om.* **Pa** | et *om.* **Pb** ‖ 15 *scholion om.* **M** | talis qualis **L** | illa **L** | est] & **L** ‖ 16 paganis **Pb** ‖ 18 carmine **Pa** | luna **Pa** | caelo . . . possunt *om.* **Pa** | uel coelo p. d. l. **Pb** ‖ 19 rebet arte **Pb** r. a. l. **MPa** *om.* **L** | Atracięs **MPa** athracias **Pb** Athracies **L** Atracis ars *Vnger.* Atracis *Kohlm.* | rex *suppleui cum Bodio* ‖ 20 et *om.* **L** | pater *om.* **Pb** | pater et **MPa** | ippocatie **MPa** hipeccatie **Pb** Hippodamiae (s. Hippocratiae) *Bodius* | Perithous **L** ‖ 21 apud Atraciam *Vnger., fortasse scribendumst* uel Atraciam *tale quid* ‖ 22 RVBET ARTE LABOR *om.* **MP** ‖ 25 m. fi. q. **Pa** m. f. r. q. **Pb**

pestilentia nulla sit mortis discretio. ut Virgilius ⟨georg. III 471 sqq.⟩: 'nec singula morbi corpora corripiunt, sed tota aestiua repente, spemque gregemque simul cunctamque ab origine gentem'. trium ergo Furiarum tres memorat potestates: sitis, morbi famesque'.

109 ET POPVLIS MORS VNA VENIT ut item Maro ⟨Aen. XII 851 sq.⟩: 'siquando letum horrificum morbosque deum rex molitur meritas aut bello territat urbes'. RIGET HORRIDA TERGO P. riget dura est. horrida sordida. ut Virgilius ⟨Aen. VI 555⟩: 'palla succincta cruenta'. ⟨palla⟩ amictum significat, ut idem Maro ⟨Aen. VI 301⟩: 'horridus ex humeris nodo dependet amictus'.

110 REDEVNT IN PECTORA NODI redeunt ad duplicationem rettulit alterius nodi.

111 ATROPOS HOS A. I. N. P. C. ut ostenderet Furiarum ministerio et fatorum decreta compleri et Proserpinae uoluntatem. NOVAT nouos retexendo facit.

112 TVM GEMINAS ut fratres utraque manu armaret. HAEC IGNE ROGALI FVLGVRAT HAEC VIVO MANVS AERA VERBERAT HYDRO ut Virgilius ⟨Aen. VI 570 sqq.⟩: 'continuo sontes ultrix succincta flagello Tisiphone quatit insultans toruosque sinistra intentans angues'.

Lind. p. 9 114 VT STETIT postquam stetit. PLVRIMVS longus. ut Virgilius ⟨georg. III 52⟩: 'plurima ceruix'. ARCE

---

1 nullo **Pb** ‖ 2 corpora o. s. t. a. r. s. g. c. q. a. o. g. **M** | corripuit **Pa** ‖ 3 cunctam **Pb** ‖ 4 memoras **Pb** ‖ 5 sitis *om.* **M** | famisque **LPb** ‖ 6 ET *om.* **L** | uạna **M** ‖ 7 loetum **M** lectum **Pa** | orificum **MPb** ‖ 9 TERGO *om.* **L** | P. *om.* **LP** | riget *om.* **Pb** | est dura **L** | horrida est dura **Pa** | est horrida *om.* **Pb** ‖ 10 palla *suppleui ex coniectura. hoc loco* **L** *praebet* REDEVNT ... NODI ‖ 11 horridus] sordidus *Vergilius* ‖ 12 ex *om.* **Pa** ‖ 13 REDEVNT ... NODI *hoc loco om.* **L** | NODI *om.* **P** ‖ 15 HOS A. I. N. P. C. *om.* **LP** | ostenderet iustitiam Furiarum **L** ‖ 16 ministerio **M** *superscr.* a *man. 2* | decreto **L** ‖ 17 uoluntate **L** | nouas **L** ‖ 18 ut'que **Pa** ‖ 19 regali **Pa** | HAEC VIVO ... HYDRO *om.* **MPb** ‖ 20 sqq. accincta **Pb** *Vergilius* | flagello *om.* **Pa** | intentat **Pa** | continuo suṇccincta u. f. t. q. i. t. q. s. i. a. **M** ‖ 23 posteaquam **L** ‖ 24 plurima ceruix *om.* **Pb**

altitudine siue cacumine. CITHAERON mons Baccho sacer, ut Maro ⟨Aen. IV 302 sq.⟩: 'Baccho orgia nocturnusque uocat clamore Cithaeron'.

115 CRINE VIRENTI uenenato siue anguibus texto, quae dicuntur sibilare. ut Virgilius ⟨Aen. VII 447⟩: 'tot Erinys sibilat hydris'.

116 VNDE OMNIS ACHAEI O. M. L. sicut Virgilius ⟨Aen. VII 514 sq.⟩: 'Tartaream intendit uocem, qua protinus omne intremuit nemus et siluae insonuere profundae.

117 PELOPEAQVE REGNA R. regna Peloponnesum dicit [a Pelope] et Argos. ut Virgilius ⟨Aen. II 193 sq.⟩: 'magno Pelopea ad moenia bello uenturos'.

118 AVDIIT ET MEDIVS CAELI PARNASVS bene medius, quia umbilicus terrae Parnasus dicitur. nam cum Iuppiter medium mundi locum uellet agnoscere, ex ortu atque occasu duas aquilas dimisisse fertur, quae pari uolatu lapsae in Parnasi uertice consederunt. uel quod cataclysmi tempore terrae fuerat discrimen et astris. ut Lucanus ⟨V 75 sq.⟩: 'hoc solum fluctu terras mergente cacumen emicuit pontoque fuit discrimen et astris'. ET ASPER EVROTAS asper, quod bello acres procreet uiros, uel propter *μαστίγωσιν.* quibus uirtuti est in sacris caedi uerberibus

---

2 bachi **M** barchi **Pa** ‖ 3 clamore *om.* **P** | Cithaeron *om.* **Pb** ‖ 4 CRINE] come **Pb** | quia **MPb** quem **L** ‖ 5 dicunt **L** | Erynnis **L** erinis **MPa** erimis **Pb** ‖ 6 si hi **Pb** | idris **M** ‖ 7 OMNES **L** | O. M. L. *om.* **L** | M. L. *om.* **P** ‖ 9 sil. intremu est coruste **Pb** | sonuere **LPa** ‖ 10 *supra* Pelopeaqȝ *rasuram longioris spatii praebet* **M** | PELOPEIAQVE **L** | R. *om.* **LP** | regna *om.* **LP** | Peloponesum **L** pelopenesum **Pa** Pelopenesia *add. man. 2* **M** | regna Peloponnesia *Vnger.* | a Pelope *om.* **LM** ‖ 11 id est et **Pa** idem est et **Pb** | magno **M** *superscr. man. 2* ic ‖ 12 pelea **Pa** | uenturam *Vergilius* ‖ 13 AVDIT **L** | meridius **Pb** | CAELI ... medius *om.* **Pb** ‖ 14 quia] q̃ **Pa** | Parnassus **L** | dicitur parnasus **Pb** ‖ 15 mundi medium **L** | ab exortu **Pa** ab ortu **Pb** | ab occasu **Pa** ‖ 16 pari *om.* **LPa** ‖ 17 lassae **L** | Parnassi **L** | cataclismi **MPa** cont'aclisimi **Pb** ‖ 18 et astris *om.* **Pa** ‖ 20 ET *om.* **MPb** ‖ 21 uiros *om.* **Pb** ‖ 22 martigos in **M** manti ... uel in **Pb** martires gof. in **Pa** | uirtus **P** | dedi **Pb**

sine corporis motu. Eurotas autem fluuius est Lacedaemoniae.

119 DVBIAMQVE IVGO dubiam Oeten dixit, quia inter Thessaliam et Thraciam hic mons interiacet, ut, cuius esse uideatur, incertum sit. IMPVLIT hyperbole. quasi casuram impulit ac dubiam fecit.

120 ET GEMINIS VIX FLVCTIBVS OBSTITIT ISTHMOS Cenchreis et Lechaei, inter quos angusto tractu in mare terra porrigitur, quam Isthmon poeta significat. huic contrarius πορθμός, quod Latine fretum dicitur, inter uicinas terras angustum mare. unde Virgilius ⟨Aen. III 127⟩: 'et crebris legimus freta concita terris'. Isthmos dicitur terra angusta in mari. ut Lucanus ⟨I 101⟩: 'et gracilis medium mare separat Isthmos'.

121 IPSA SVVM GENITRIX Leucotheam dicit et bene ipsam elegit hoc loco ponere, quae iam malum didicerat Furiarum. et iocunde dictum ⟨u. 122⟩ pressit. et a Thebanis numinibus non recessit, quae ueluti praescia magis metuunt patriae quam Furiarum sonitus perhorrescunt. et mire dicendo pressit affectionem maternam explicuit.

124 CONSTITIT ut Virgilius ⟨Aen. IV 252 sq.⟩: 'hic primum paribus nitens Cyllenius alis constitit'. ASSVETAQVE INFECIT NVBE PENATES assueta nube solito furore, quia multa scelera facta erant Thebis.

---

1 corporibus **Pa** | Laconiae **LP** ‖ 3 Dubiaqꝫ **Pa** | dixit Oetem **L** | quia] que **Pa** ‖ 4 ut] et **M** | esse *om.* **Pb** ‖ 5 hipbole **M** yperbole **Pb** | casurum **L** ‖ 7 VIX FLVCTIBVS GEMINIS **LPa** | VIX . . . ISTHMOS *om.* **Pb** | ISTHMOS] Id est **L** | Cenchrei **L** cencherei **Pa** cenc^{h}erei **M** cent^{t}erei **Pb** citherei *Mon.* ‖ 8 et *non legitur in libris* | Siletei **LPa** silethei **MPb** silthei *Mon.* | sinus Cenchrei et Lechaei *Vnger., ipse scribere malim* Cenchrei sinus et Lechaei ‖ 9 huius **L** | contrarium **Pb** ‖ 10 prothinus **LmM** *Mon.* protinus **Pa** protinos **Pb** Porthmos **L** ‖ 14 geminum gracilis *Lucanus* | mare *om.* **L** se mare **Pb** ‖ 15 genetrix **Pb** | Leucothoen **L** ‖ 16 eligit **L** | quia iam **L** quantam **Pb** ‖ 17 iracunde **L** iucunde **Lm** iocundū **M** ‖ 19 metuit **P** | perhorruerit **Pb** perorruerint **Pa** ‖ 21 ut *om.* **L** ‖ 23 assuetaque **Pa** ‖ 24 quia] que **Pa**

125 PROTINVS ATTONITI F. S. P. M. hoc est: statim perturbationes discordiarum esse coeperunt. figura ὑπαλλαγή. non attoniti motus, sed attonito sub pectore. ut Virgilius ⟨Aen. VI 268⟩: 'ibant obscuri sola sub nocte per umbram'.

126 GENTILESQVE ANIMOS SVBIIT F. id est quali furore illi fuerunt de terra progeniti, qui se ipsi interemerunt. et est eiusdem familiae maximum signum, ut in se suorum furerent more maiorum.

127 INVIDIA subiit inuidia fratrum animos, quae semper laetis rebus infesta est. ut Horatius ⟨epist. I 2, 57⟩: 'inuidus alterius macrescit rebus opimis'. ATQVE PARENS ODII METVS quia de timore semper odium nascitur. eos enim odio habemus, quos timemus. ut Virgilius ⟨Aen. I 361 sq.⟩: 'conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni aut metus acer erat'.

128 SAEVVS AMOR fortissimus. aut certe proprie dixit, quia reuera saeuum est imperare uelle germano.

130 [DISCORDIA in collegio namque duorum regum uix discordia abest, si unius regni simul iura gubernent. nam semper alter ueretur, ne se spreto alter singulariter eligatur. haec enim inter Pompeium et Iulium Caesarem ciuile bellum mouit. et hoc est quod sequitur] SOCIISQVE COMES D. R. ut Lucanus ⟨I 92 sq.⟩: 'nulla fides regni sociis omnisque potestas impatiens consortis erit'.

134 ARDVA CERVIX DESCENDIT IN ARMOS secundum situm Lind. p. 10
Italiae loquitur, ubi boues trahunt collo. nam dum nisu trahendi anteriora petunt, ceruix in armos reflectitur.

---

1 attonitu **Pa** | F. S. P. M. *om.* **LP** ‖ 2 hippalage **Pb** ypallage **MPa** ‖ 3 attoniti sub **Pa** ‖ 5 GENTILES **L** | subdit **Pa** sbīt **Pb** *om.* **L** | F. *om.* **LP** ‖ 6 ipsos **LPb** ‖ 7 est *om.* **Pb** | in suos **Pb** in suorum **M** *deleuit man. 2* in ‖ 9 Inuidia fratrum animos subiit **L** ‖ 11 macrescit *om.* **M** | rebus emarcescit **L** | opimis *om.* **M** ‖ 12 ODII] AVDI **L** ‖ 16 *scholion om.* **Pb** ‖ 17 germanos. princeps **Pa** ‖ 18 DISCORDIA . . . . sequitur *om.* **MPb** *Mon.* ‖ 20 spretus **Pa** ‖ 21 Caesarem *om.* **Pa** ‖ 22 hec **Pa** | SOCIISQVE . . . erit *om.* **Pb** ‖ 23 D. R. *om.* **LPa** ‖ 25 IN ARMOS DESCENDIT **L** ‖ 26 Italiae situm **L** | *cogitaui de scribendo* ritum ‖ 27 in armore flectitur **Pb** | *totum scholion om.* **M** *Mon.*

139 EXILIO MVTARE DVCEM ut altero regnante alter esset extra urbem in exilio constitutus et completo anno rediret ad regnum, et cui successum fuerat, iret in exilium rediturus anno completo. SIC IVRE MALIGNO F. T. I. iniqua commutatione felicitatem imperii exilii infelicitate commutant.

143 NEC IN REGEM PERDVRATVRA S. licet iniqua esset ista diuisio, tamen ad secundum regem peruenire non potuit, quia expleto anno cum Polynices repeteret regnum, negante Eteocle mota sunt bella.

144 ET NONDVM CRASSO L. F. METALLO haec cum stomacho pronuntianda. Lucanus ⟨I 96 sq.⟩: 'nec pretium tanti tellus pontusque furoris tunc erat; exiguum dominos . . .'

145 MONTIBVS AVT ALTE GRAIIS Lacedaemonio marmore et aliis Graeciae metallis.

146 CONGESTOS SATIS E. C. id est condentia satis uenientium turbam. imitatus Virgilium, ut est ⟨georg. II 462⟩: 'mane salutantum totis uomit aedibus undam'.

EXPLICITVRA large admissura, quae multos caperent clientes et extenderent, nondum erant.

147 NON IMPACATIS REGVM quibus suspectus dormiat imperator habens circa atria semper armatos. et est sensus: non regum somnis impacatis pila uigilantia erant scilicet ad custodiam regum. pila uigilantia pro ipsis,

1 EXILIO ... urbem in *om.* **Pa** ‖ 2 orbem *corr. in* vrbem **M** ‖ 4 SIC] Hic **P** | F. T. I. *om.* **LP** | īqua **Pb** ‖ 6 commutat **Pb** ‖ 7 S. *om.* **L** secundum **Pb** | licet *om.* **Pb** | esset iniqua **L** | inique **Pb** ‖ 9 regnante **LMPa** ‖ 11 L. F. *om.* **P** | METALLO *om.* **Pb** | haec *om.* **M** ‖ 13 exiguum dominos *om.* **LMPa** ‖ 15 Monti **Pb** | AVT *om.* **Pa** | grais **P** ‖ 16 Graeciae] geīmīe **Pa** ‖ 17 Congesto **P** | E. C. *om.* **LP** | adest **Pb** | condens **Pa** *om.* **LPb** | satis *om.* **Pb** ‖ 18 uenientum **LP** | turba **Pa** | *scribere malim* imitatur ‖ 19 salutantium **M** salutatum **Pb** | uomat **Pb** uomis **Pa** | undam *om.* **Pb** ‖ 20 caperet *libri* ‖ 21 extenderet *libri* | nondum enim erant **LPb** ‖ 22 inpacatis **M** ‖ 24 somnis] sensus **Pb** | erant *om.* **M** ‖ 25 scilicet] sed **MPb** si **Pa** | custodias **Pa** | pila uigilantia *om. libri praeter Mon.*

qui uigilant, dixit μετωνυμικῶς: per id, quod continet, id, quod continetur.

149 NEC CVRA MERO COMMITTERE GEMMAS A. A. V. C. nondum eis luxuria suaserat pocula habere gemmata, ut Virgilius ⟨georg. II 506⟩: 'ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro'. committere autem mire dictum est quasi ad periculum: quae possent frangi inter trepidantes ministros et semigraues uino conuiuas.

151 DE PAVPERE REGNO Eteocli et Polynici, qui ciuilia bella gesserunt, dicit non esse idoneum regnum, propter quod fratres odia suscitauerunt. et exsequitur potentissima regna uaria descriptione.

152 DVMQVE VTER ANGVSTAE S. I. D. V. Boeotiam dicit Lind. p. 11
Cadmi, qui a patre pulsus peracto exilio condidit Thebas. ergo: dum uter squalentia arua uerteret .... SQVALENTIA inculta, ut Virgilius ⟨georg. I 507⟩: 'squalent abductis arua colonis'. VERTERET araret, ut Virgilius ⟨georg. III 161⟩: 'et campum horrentem fractis inuertere glæbis'.

153 NON ALTVS OVARET altus magnus. et est ordo: et dum ambigitur, uter fratrum ouaret in solio Tyrii

1 uigilabant **Pb** | metonimicos **MPa** metonomicos **L** Methonomicos **Pb** | continetur **Pa** | id[2] *om.* **Pb** | *propono*: per id quod continetur id quod continet. *cf.* Charis. p. 273, 19 sq. *aut transponendum est* per ‖ 3 GEMMAS *om.* **Pa** | A. A. V. C. *om.* **LP** ‖ 5 pocula ut gemma **Pb** ‖ 6 mare **Pa** | mire dictum est *om. spatio uacuo relicto* **Pb** ‖ 7 frangi *om.* **MPa** ‖ 8 semigraues uino conuiuas *estne uersiculus?* ‖ 9 regio **Pa** | propter Etheocles & Polynices **L** etheoclen et polinicem **Pa** etheoclen enim et polinicen **Pb** ‖ 10 regnum non esse idoneum **L** | regnum *om.* **Pa** | nondum esse **Pb** ‖ 11 fratris **Pa** | suscitauerit **Pb** *scribere malim* suscitarent | et *om.* **LPa** ‖ 13 iter **Pb** | ANGVSTVM **L** | S. I. D. V. *om.* **LP** | boetiam **P** ‖ 14 consilio *corr. in* exsilio **M** ‖ 15 uter s. frater **Pb** | SQVALENTIA ARVA **L** | uerteret. SQVALENTIA *om.* **L** ‖ 16 ut luč. **M** *excidit fortasse Lucani uersiculus uelut* I 205 V 39 IX 735, 939 | adductis **Pb** ‖ 20 alter **Pb** | alter **Pb** | est *om.* **Pa** ‖ 21 et *om.* **L** | utrum **Pa** | ouare **Pa** | tirii **Pa** tyriis et **Pb**

exulis hoc est Cadmi. non altus, quoniam modicum erat regnum.

154 PERIIT IVS FASQVE BONVMQVE E. V. M. P. ius legum est, quia unus foedus laesit; fas hominum, quia fratres contra se arma sumpserunt; bonum, quia usque ad interitum pugnauerunt; et vitae mortisque pudor, quia mutuis periere uulneribus et cremati sunt rogorum discrepantibus flammis.

155 QVO TENDITIS IRAS apostropha ad fratres.

156 QVID SI PETERETVR CRIMINE TANTO dicit non oportuisse a fratribus arma sumi nec si ideo pugnaretur, ut unus orbis imperium possideret, uel si caeli possessio peteretur. CRIMINE non dicam bello. inter fratres enim uel leue odium crimen est.

157 VTERQVE POLI utrumque complexus est mundi cardinem. nam sol oriens respicit occasum, cum occidit prospectat orientem. ut Lucanus ⟨I 15 sq.⟩: 'unde uenit Titan et nox ubi sidera condit, quaque dies medius flagrantibus aestuat horis'.

159 QVASQVE PROCVL TERRAS OBLIQVO SIDERE TANGIT AVIVS utique sol auius quasi sine uia, quia ab hac mundi parte semotus est.

160 AVT BOREA GELIDAS MADIDIVE TEPENTES I. N. gelidas et tepentes septentrionalis et meridianae plagae partes ostendit.

---

1 ex illis *corr. in* exulis **M** | hec **Pa** | quoniam] quia **L** || 2 regem **Pb** || *sequitur in* **Pa** *denuo schol. ad* I 130: Hec. p. preceps discordia. In collegio . . . spretus . . . hoc . . . [Caesarem] . . . comes discordia regnis. *in* **Pb** *hic leguntur haec*: uix discordia abest si unus . . . gubernet . . . nec se spreto alter sigulariter obligatur hoc enim inter pom. et Iulius caeciuile . . . di regnis || 3 E. V. M. P. *om.* **LP** || 4 laesit foedus **LP** | fratres . . . bonum quia *om.* **Pb** || 6 quia] qꝫ **Pb** || 9 Apostrophe **L** || 13 ///peteret^γ **M** *scriptum fuisse uidetur* expeteretur | non dicam] tanto **L** || 15 Vtrunque **L** | compressus **Pb** | mundum carmine **L** || 16 occasum respicit **LP** || 19 oris **L** || 20 QVASQVE . . . TANGIT *ad Lucani uersus traxit* **L** || 21 qui ab **M** || 23 boreę gelidus **Pb** | TEPENTES *om.* **LPa** | I. N. *om.* **LP** || 24 septētrionales et meridionales **Pb** | partes plagae **L**

161 NON SI TYRIAE PHRYGIAEVE SVB VNVM CONVECTENTVR OPES non si unus possideat opes Phrygias et Tyrias. opes autem Tyrias dixit, ut ostenderet Tyrios semper diuites fuisse, secutus Virgilium dicentem ⟨Aen. I 363 sq.⟩: 'portantur auari Pygmalionis opes pelago; dux femina facti'. item Horatius ⟨carm. II 12, 22⟩: 'aut pingues Phrygiae Mygdonias opes'.

162 LOCA DIRA ARCESQVE NEFANDAE S. O. F. I. E. O. S. L. declamatio, quae significat eas causas mouisse odia, quae restinguere debuissent. fugere enim debuerant hi fratres loca dira et sceptra Oedipi parricidae potius quam ad haec bellorum crimina properarent.

166 VACVA CVM SOLVS IN AVLA non uere solus, sed quia is sine turba prae turba est homo, qui aliis est odiosus.

168 ET NVSQVAM PAR STARE CAPVT id est tui consortem diadematis. IAM MVRMVRA SERPVNT P. E. Thebani populi. Echionis enim et Agaues filius Pentheus rex Thebanorum fuit.

169 TACITVMQVE A PRINCIPE VVLGVS DISSIDET tacitum id est tacite, siue tacitum dixit timore perculsum.

170 ET QVI MOS POPVLIS VENTVRVS AMATVR hoc uult intellegi: non praesens diligitur Eteocles, sed desideratur futurus Polynices.

---

1 Non si tirię frigię c. o. **M** TYRIAEVE SVB VNVM CONVECTENTVR OPES **L** Non Frigiae **Pa** Non si phrigie **Pa** || 4 secundum Virgilium **L** || 5 portantem auri **Pb** | pigmaliolis **M** | pelago . . . facti *om.* **LMPa** || 6 aut *om.* **L** || 7 migdonides opẹrtes **Pb** || 8 NEFANDAE *om.* **Pa** | S. *om.* **LPa** | O. F. I. E. *om.* **LP** | O. S. L. *om.* **LP** e. s. l. **M** || 9 quae *om.* **Pb** | sig̃t **Pa** || 10 restringere **Pa** restringuere **M** | enim *om.* **Pa** || 11 dura **Pb** || 12 crimine **M** || 13 CVM] est **Pb** || 14 is *om.* **Pb** | sine turba *om.* **LM** sine fine turba **Pa** | prae **P** pro **LM** | est] in **Pb** || 15 odio solus **LP** odio ///sus **M** s[1] *correcta uidetur ex* l || 16 PAR] pars **M** p̃ **P** | STARE] tale **M** || 17 P. E. *om.* **LP** || 18 agaue **MP** *scribendum uidetur* Agauae. *cf.* I 98 Clymenes | Pentheus] penitus **Pa** || 20 disidet **Pa** dissidet *corr. ex* dissedit **M** *om.* **Pb** || 22 MOX **L** || 23 intelligi **LP** | ñ *corr. ex* nã **M** | etheocles diligitur **Pb**

Lind. p. 13 171 ATQVE ALIQVIS CVI MENS HVMILI L. V. S. utique unus ex plebe, cui erat mens laedendi summa. HVMILI VENENO id est maledictionibus carpere meliores ut apud Homerum ⟨Thersites⟩. dicit autem illum locutum, cui mos erat in dignitate regia positos maleloquii ueneno perstringere et impositum iugum seruitutis indomita ceruice deicere, cui est uotum uel modice laedere id est inuidere potentibus.

173 HANCNE OGYGIIS AIT A. R. F. T. V. Ogyges, ut Varro docet in libris de gente populi Romani, rex fuit Thebanorum, sub quo primum diluuium est factum longe ante quam illud, quod sub Deucalione factum esse narratur. aut certe ab Ogygio uno terrigena, Thebanorum primo rege, a quo Thebani antiquas res Ogygias nominabant, qui primus eis imperauit.

174 TOTIENS MVTARE TIMENDOS quia uicissim placuerat imperare. illi, inquit, ut imperent, uices mutant, nos seruitia non mutamus.

176 PARTITI VERSANT POPVLORVM FATA id est sub imperio et dicione habent. MANVQVE FORTVNAM FECERE LEVEM id est contemptibilem. nam Fortuna solet reges facere et exules. isti fecerunt, ut circa reges et exules ea fortuna seruetur, ut ex illorum uoluntate constitutum sit, quando debeant exilium petere, quando ad imperium remeare. itaque in illis Fortuna, quae semper solet esse dubia, non habet potestatem, quippe cum de futuris certi sint. et ipsi regunt fata populi, dum excluserunt fortunam.

1 humilis *libri* | L. V. S. *om.* **LP** ‖ 2 unus] ũr **Pb** | Thersites *suppleui cum Kohlm.* ‖ 5 mens erat **Pb** | posito **MPa** posita **Pb** | male loqui **MP** | p̃stringere **M** prestingere **Pb** ‖ 7 deiicere **L** | est *om.* **P** | inuidere *corr. ex* inodire **M** ‖ 9 Hancne ait o. s. a. r. f. t. u. **M** | AIT . . . V. *om.* **LP** ‖ 11 factum est **LP** ‖ 12 esse *om.* **Pb** | narratur] naturaliter **Pb** ‖ 13 oggio **M** ogio **Pa** ‖ 15 imperium **Pa** ‖ 16 placuerat uicissim **Pb** ‖ 17 ut imperent *om. in marg. add. man. 2* **M** | uires **Pb** ‖ 20 ditione **L** | FORTVNAM FECERE LEVEM *om.* **P** (*in* **Pb** *exstat lacuna*) ‖ 21 id est *om.* **M** ‖ 22 facere reges **L** | isti . . . exules *om.* **Pb** ‖ 24 debeat **Pb** | quando[2]] episcopi **Pb** ‖ 26 dubiam **Pb** ‖ 27 regũ ut **M** | facta **Pa**

177 SEMPERNE VICISSIM E. S. D. quia semper dux erat mutandus exilio. et licet sit grauis omnis seruitus, grauior tamen est, quae subiacet indignis. uicissim rerum omnium mutabilitate aut uice seruiendi. nam uere uicem pro poena posuit.

179 SOCIIS propter Harmoniam, quae fuit filia Martis et Veneris.

180 SEDIT placuit.

181 EX QVO SIDONII NEQVIQVAM BLANDA IVVENCI non Sidonius iuuencus, sed Sidonium pondus. de Sidone enim fuit Europa, quam pater Agenor Cadmo inquirendam mandauit. ille cum pererrasset mare Carpathium id est Aegyptium — nam Carpathus insula est inter Aegyptum et Rhodon — cum nec sororem reperire potuisset, secundum praecepta patris in exilio remansit et duce Apolline peruenit ad Thebas Boeotiae, quas Hyanteas uocant a nympha, quae illic colitur.

184 FRATERNASQVE ACIES eo quod illic draco fuit, cuius sati sunt dentes.

185 AVGVRIVM S. D. A. V. N. ut Horatius ⟨ep. VII 17 sq.⟩: ʻacerba fata Romanos premunt scelusque fraternae necis'.

186 CERNIS VT ERECTVM T. S. F. M. [nomen pro aduerbio.] ad Iouem hoc [autem] aut ad aliquem de plebe, quasi Eteoclem ostendat, eloquitur. Lind. p. 13

1 Semper **Pa** | uicisset **Pb** | E. S. D. *om.* **LP** | dixerat **Pb** ‖ 3 omnium *om.* **L** ‖ 4 mutabilitatem **Pb** | uere *om.* **L** uilem **Pa** ‖ 6 per] propter **Pb** | hermionam **P** ermionam **M** | et martis **Pb** | filia *post* Veneris *posuerunt* **LP** ‖ 9 sido **Pa** | NEQVIQVAM . . . IVVENCI *om.* **MP** | NEQVICQVAM **L** ‖ 10 Sidonii iuuenci **MP** | pondẽ (= pondere) **M** | autem fuit **Pb** ‖ 11 europaȝ **Pa** ‖ 12 carphatium **M** ‖ 13 egiptum **M** | aęgiptũ ///ι rodon **M** ‖ 14 et *om.* **Pb** | Rhodum **L** | potuit *corr. in* potuisset **M** ‖ 16 boetię ciuitatem **Pb** ‖ 18 FRATERNAS ACIES *om.* **LMP** *seruauit Mon.* | uel eo **LPa** uel **Pb** | fuerit **LMP** fuit *Mon.* | fuerit interfectus **LPb** ‖ 19 seuit **LP** *Mon.* ‖ 20 S. D. A. V. N. *om.* **LP** ‖ 21 facta **L** | agunt *Horatius* ‖ 23 CERNIS VT *om.* **L** | T. S. F. M. *om.* **LP** | nomen pro aduerbio *om.* **MP** ‖ 24 autem *om.* **MP** ‖ 25 etheoclen **Pa** | et loquitur **Pa** loquitur **LPb**

188 QVAS GERIT ORE MINAS aut ore loquitur cum superbia aut minas gerit in facie.

190 MITIS ET AFFATV BONVS 'erat' subaudimus. ubique iam hoc queritur, quod nemo succedit, cum superius uices gemeret seruitutis. et dicit Eteoclen quondam circa rogantes fuisse clementem, quae laus imperatoris est maxima. quae omnia dicit esse conuersa, quia successor exclusus est, qui iustitiam pateretur et esset in sermone comis.

191 QVID MIRVM NON SOLVS ERAT ideo bonus, quia non erat solus. NOS VILIS IN OMNES P. M. C. ut Virgilius ⟨Aen. XI 372⟩: 'nos animae uiles'.

192 CVICVMQVE non lecto.

193 QVALITER HINC GELIDVS BOREAS optima comparatio: ignotae rei descriptio per similitudinem notae. et egregie rempublicam naui iactatae tempestatibus similat, sicut Tullius ⟨pro Roscio § 51⟩: 'ad gubernacula reipublicae' et Horatius ⟨carm. I 14, 1 sq.⟩: 'o nauis, referent in mare te noui fluctus?' etiam ita et iste fecit comparationem contra artem poeticam. nam comparatio a persona poetae debet induci. simul uentos fratribus comparauit, nauem reipublicae, cum bellis ciuilibus turbaretur.

196 HIC IMPERAT ILLE MINATVR id est imperat Eteocles, quia fidem fregit, minatur Polynices, quia amisit imperium. et necesse est populis Thebanorum sub unius imperio duorum timere saeuitiam, quoniam

1 QVAS GERIT *om.* **LPb** | MINAS aut ore *om.* **Pb** | loquitur *om.* **P** ‖ 3 MITIS ET *om.* **L** | affatus **Pb** | subaudiuimus **Pa** ‖ 4 succendit **M** ‖ 5 condam **P** | contra rogantes **Pb** ‖ 7 esse *om.* **Pa** ‖ 8 esse *om.* t **Pa** ‖ 9 cōmunis **M** ‖ 10 solum **Pb** | erat etheocles bonus ideo **Pb** ‖ 11 uides **Pa** | P. M. C. *om.* **LP** ‖ 13 lectu **M** ‖ 14 in gelidos **P** | BOREAS *om.* **P** ‖ 15 id est ignote **Pa** sed ignotae **L** | egregiae **M** ‖ 16 simulat **Pa** ‖ 17 ad gubernandam **Pb** | rem publicam **MP** ‖ 18 o *om.* **Pb** | in mari noui te **MPa** in mare nouiter **Pb** ‖ 19 etiam *om.* **L** | facit **Pb** ‖ 21 nauim **Pb** ‖ 23 imperat *om.* **M** impera **Pa** ‖ 24 quia^2] qui **Pa** ‖ 25 imperium amisit **Pb** ‖ 26 tēnere **M** teñere **Pb** temnere **Lm** tenere al. timere **Pa**

alter speratur uenire. [aut generaliter explicuit: modo hic, modo ille.]

197 RAPIDI SVPER ATRIA CAELI L. C. D. C. O. concilium deorum describit. rapidi autem caeli uolubilis, ut Virgilius ⟨georg. I 92⟩: 'rapidiue potentia solis'. atria caeli poetice, ut est ⟨Aen. X 1⟩: 'domus omnipotentis Olympi'. Lind. p. 14

199 INTERIORE POLO id est secretiore, ut Virgilius ⟨Aen. IV 494 sq.⟩: 'tu secreta pyram tecto interiore sub auras erige', siue medio, ut ab ortu et occasu conuenturis numinibus spatiorum esset aequa distantia, quasi ad quoddam caeli secretum numinum ordo conueniat. SPATIIS HINC OMNIA IVXTA ut ostendat ad eum caeli locum numina conuenisse, cui iuxta sunt omnia, id est unde sic uideantur omnia tamquam iuxta. ergo medium caeli locum dixit.

200 PRIMAEQVE OCCIDVAEQVE DOMVS orientis occasusque loca describit. EFFVSA SVB OMNI TERRA ATQVE V. D. effusa patens. sub omni die sub omni caelo.

201 MEDIIS SESE ARDVVS I. I. D. id est Iuppiter. ut Virgilius ⟨Aen. IX 28 et VII 784⟩: 'medio dux agmine Turnus uertitur arma gerens et toto uertice supra est'. mediis ut idem ⟨Aen. X 117⟩: 'caelicolae medium quem ad limina ducunt'.

204 CAELICOLAE VENIAM D. P. I. S. hoc est: donec Iuppiter protenta manu hortaretur ueniam sedendi id est beneficium. ut Virgilius ⟨Aen. I 519⟩: 'orantes ueniam'.

1 minatur modo hic **LP** ‖ 3 L. C. D. C. O. *om.* **LP** ‖ 4 scribit **Pa** | caeli *om.* **Pb** | i. volubilis **L** ‖ 6 poetice] potentiae **Pb** ‖ 10 uenturis **Pb** ‖ 13 HINC] huic **Pa** ‖ 14 nomina **M** | cui] quia **Pb** | unde *om.* **M** ‖ 18 Effusaqȝ **Pb** | SVB *om.* **Pb** | ATQVE *om.* **LPb** | V. D. *om.* **LP** ‖ 19 die id est **L** ‖ 20 medius **Pa** | I. I. D. *om.* **LP** | id est *om.* **Pb** ‖ 21 medio . . . et *om.* **LmMP** ‖ 22 gerens] tenens *Vergilius* ‖ 23 Medius. & ut **L** medius ut **Pa** ‖ 24 ducunt *corr. in* dicunt **M** ‖ 25 d. p. i. s. h. **M** *om.* **LP** | id est **LP** ‖ 26 protensa **L** | *pro* hortaretur *scribere malim* profaretur *tale quid*

206 SEMIDEVM qui in inferioribus zonis degunt, id est qui nec mortales nec superi sunt. ET SVMMIS COGNATI NVBIBVS AMNES secundum Lucretium, qui ⟨VI 476 sqq.⟩ dicit ex sudore terrae nebulas oriri, ex nebulis nubes, ex nubibus pluuias, e quibus amnes augentur. hinc Virgilius ⟨Aen. VIII 64⟩: 'caelo gratissimus amnis'. dicit enim occulto tractu aquas in caelum reuerti et inde in nubibus imbrem esse.

207 ET COMPRESSA METV SERVANTES MVRMVRA VENTI ut Virgilius ⟨Aen. VII 27 sq.⟩: 'tum uenti posuere omnisque repente r. f.'

209 RADIANT MAIORE SERENO quasi serenitas caelo maior illuxerit.

213 ET VOCEM FATA SECVNTVR quasi, quicquid dixerit Iuppiter, fata sint. ut Lucanus ⟨V 92 sq.⟩: 'siue canit fatum, seu, quod iubet ille, canendo fit fatum'.

214 TERRARVM DELICTA N. E. D. I. M. Q. quae homines deliquerunt. DIRIS Furiis, unde et Furiae Dirae sunt appellatae. queritur ergo Iuppiter de hominum peccatis, quos dicit superasse se malis. nam fortiores eos dicit esse ad committenda peccata quam se ad uindicandum, et commemorat, quae mala commiserint.

215 QVONAM VSQVE N. E. I. P. hoc est: quousque cogor laborare, dum suppliciis criminosos afficio.

217 IAM PRIDEM CYCLOPVM O. F. B. ὑπερβολή. dixerat uti fulminibus non libere. addidit augmentum, ut dicat deesse fulmina. Cyclopes enim fatigati sunt suggerendo

---

1 Semedium **Pa** | qui] q; **Pb** quia **L** | in *om.* **M** | inferiori **Pa** | uel id est **LPa** ‖ 2 cognati/// **Pb** cognita **Pa** ‖ 3 Lucretium secundum **Pb** ‖ 4 udore **L** odore **Pa** ‖ 5 ex quibus **L** | hic **Pb** ‖ 6 grandissimus **Pa** ‖ 11 r. f. *om.* **Pb** ‖ 13 inluxerit **M** | maior cęlo illuxerat **Pb** ‖ 14 fc̃a **Pa** | sequntur **Pb** sequuntur **LM** ‖ 15 fc̃a **Pa** ‖ 16 quod] quā **M** que **Pb** | illa **MPa** | Sit fatum **L** f. s. **Pa** ‖ 17 Terrorum **Pa** | N. . . . Q. *om.* **LP** ‖ 20 eos **M** illos **LP** ‖ 21 esse *om.* **Pb** ‖ 22 memorat **Pb** | obmiserit **P** ‖ 23 Qm̃ **Pa** | N. E. I. P. *om.* **LP** | id est **LP** ‖ 24 criminosis **Pa** ‖ 25 O. F. B. *om.* **LP** | hiperbole **Pb** yperbole **Pa** iperbole **M** ‖ 26 addidit *om.* **Pb** ‖ 27 fati *om.* gati **Pa**

fulmina. ergo hoc taedet et quod intulit desunt. FATISCVNT autem lassata sunt.

218 ET AEOLIIS DESVNT INCVDIBVS IGNES ad fulmina fabricanda ignem non posse sufficere.

219 ATQVE ADEO TVLERAM F. R. S. S. E. deest patienter: ut mundum Phaethon incendio concremaret. SOLVTOS SOLIS EQVOS non sine frenis, sed, quia regi non poterant, licenter errantes.

220 ROTIS ERRANTIBVS quasi a legitimo cursu deuiantibus. dicit ergo Iuppiter nil illud incendium profuisse, quoniam humanum genus emendari non potuit.

221 ET PHAETHONTEA MVNDVM S. F. Phaethon, Solis et Lind. p. 15 Clymenes filius, patris currus petiuit. quos cum regere non potuisset, fulmine est praecipitatus in Padum.

222 NIL ACTVM NEQVE TV V. Q. C. L. I. P. I. P. G. D. id est: nec illud profuit ad emendationem humani generis, quod diluuium factum est. Neptunus enim impulsu cuspidis coegit excedere fluctus litorum legem et uniuersas terras obruere. dicit ergo Iuppiter nihil emendationi humani generis profuisse supplicia, cum nihilominus peccare non desinant.

224 NVNC GEMINAS PVNIRE DOMOS duas familias significat Thebanorum et Argiuorum, quorum se originem dicit existere, id est Argiuorum a Perseo — Perseus autem Iouis et Danaes filius fuit — Thebanorum per Cadmum, qui ab Epapho ex Iouis origine uenit. constat ergo utrique genti Iouem esse auctorem.

---

1 et *om.* **Pb** eo **M** ‖ 3 ET *om.* **Pb** | iocundibus **Pb** ‖ 4 negat ignem posse **LP** ‖ 5 IDEO **LP** | F. . . . E. *om.* **LP** ‖ 6 pheton **MP** ‖ 11 quoniam *Mon.* quo **LMP** ‖ 12 S. F. *om.* **LP** ‖ 13 climene **MP** | patrem **MP** *fortasse recte* ‖ 15 actum est **Pb** | NEQVE TV *om.* **L** | V. . . . D. *om.* **LP** ‖ 16 neque illud **L** ‖ 17 quod diluuium . . . supplicia *om.* **Pb** | inpulsu *om. superscr.* **M** ‖ 18 littorum **L** ‖ 19 nil **L** ‖ 20 profuisse *om.* **M** ‖ 22 thebano **Pb** | quorum . . . existere *om.* **Pb** | dixit **MPa** ‖ 23 id est *om.* **LP** | thebanorum a Cadmon argiuorum **Pb** ‖ 24 damnes **Pb** danę **M** diane **Pa** | cadim **Pa** ‖ 25 qui *om.* **P** | per Epaphum **LP** | et a iouis **Pa** a iouis **Pb** | per Epaphum originem ducit a Ioue **L** | ergo aut **Pa** autem **Pb** | utrīque **Pa** ‖ 26 geniti **Pa**

225 PERSEOS ALTER IN ARGOS Perseos pro Perseios, principale pro deriuatiuo, atque ideo media syllaba producta est, quamuis et alio ordine produci posse uideatur, ut ⟨Aen. I 611⟩: 'Ilionea petit dextra'. nam paenultima huius nominis longa est, quae secundum communem regulam breuis esse debuerat.

229 MALA GAVDIA MATRVM aut propter Agauen, quae parricidio suo insana gaudebat, aut propter Iocastam, quae cum filio laeta concubuit.

230 ERRORESQVE FEROS NEMORVM Athamantis scilicet, qui furiata mente cum Learchum filium iugularet, leonem se putauit occidere. ET RETICENDA DEORVM CRIMINA et hoc ἀμφίβολον: aut quae homines in deos commiserunt Lind. p. 16 aut quae | dei irrogauere mortalibus. si hominum in deos, haec sunt: quia praetulit se in pulchritudine Niobe Latonae, Pentheus Libero, Semele Iunoni; uel propter Tantalum, qui uolens deorum mentes inquirere Pelopem filium suum diis posuit epulandum. haec enim deorum crimina. quae a Pentheo inlata sunt in Liberum, Ouidius refert.

231 VIX LVCIS SPATIO V. N. A. ut Virgilius ⟨Aen. I 374⟩: 'ante diem clauso componet Vesper Olympo'.

233 HIC IMPIVS HERES Oedipum dicit, qui matris gremium ut incestaret, appetiuit.

235 PROPRIOS MONSTRO R. I. O. nomine usus est pro

1 PERSEOS . . . ARGOS *om.* **M** | ALTER *om.* **P** | agros **Pb** | Perseos *om.* **Pb** Perseus **M** | persios **Pb** ‖ 2 diriuatiuo **MPa** ‖ 3 est *om.* **L** | tali *corr. in* alio **M** ‖ 4 ilione appetit **Pb** Dionea petit **Pa** | dextra *om.* **L** ‖ 5 regulam communem **LPa** ‖ 7 MATRVM *om.* **P** ‖ 8 parridio **Pa** ‖ 10 scilicet *om.* **Pb** ‖ 11 learcum **MP** | credidit leonem se **Pb** ‖ 12 occidere *om.* **Pa** | et *om.* **L** ‖ 13 hoc *om.* **LPa** | amphiarabolon **Pb** | homines] o͠s (= omnes) **Pa** | commisere **Pb** ‖ 14 dii **P** | inrogauere **M** īrogauere **Pa** ‖ 15 se ei in pulcritudine **Pa** | quia . . . pulchritudine *om.* **M** ‖ 17 quia uolens **Pa** | polepen **Pa** Pelopen **L** ‖ 18 haec enim . . . Liberum *om.* **Pa** ‖ 19 illata **Pb** | ut Ouidius refert **LP** ‖ 20 Lux lucis **Pb** | V. N. A. *om.* **LP** ‖ 22 HIC *om.* **P** ‖ 23 appetiit **LPa** appetii **Pb** ‖ 24 PROPRIOS *om.* **Pb** | R. I. O. *om.* **LP** | pro monstruose nomine **Pb** | est *om.* **LP**

aduerbio, id est: monstro pro monstrose. quia reuocauit semina in ortus suos.

237 PROIECITQVE DIEM induxit sibi caecitatem, ut cito uindicta sequeretur. AETHERE NOSTRO id est: luce, quam nos largimur. ut est ⟨Aen. I 546 sq.⟩: 'uescitur aura aetheria'.

238 FACINVS SINE MORE facinus separandum, ut sit irascentis exclamatio. sine more iniuste, sine exemplo.

239 CALCAVERE OCVLOS insultauere caecitati patris. IAM IAM RATA V. T. apostropha ad ipsum Oedipum. rata sensu uocis regentem.

244 ADRASTVS SOCER qui pro genero Polynice pugnauit. atqui adhuc non erat socer, sed quia deus est, futura praedicit. ADIVNCTA SINISTRIS adiuncta pro adiungenda. nondum enim adiuncta erant. sinistris infensis numinibus et contrariis, quia morituri sunt.

246 NEQVE ENIM ARCANO D. P. F. T. reddit causas, cur etiam Argiuos uelit euertere: scilicet propter Tantali scelus, qui decipere se credidit deos, quando epulandum his apposuit filium, uel quod epulando cum diis secreta eorum mortalibus prodidit. ob quod facinus dignas apud inferos poenas soluit. fallax autem quia deorum prodebat consilia.

248 SAVCIA pro sauciata.

249 FLAMMATO VERSANS ut Virgilius ⟨Aen. I 50⟩: 'talia flammato secum dea corde uolutans'. INOPINVM quod Thebarum gaudebat exitio de suis urbibus iam secura.

1 id est . . . monstrose *om.* **Pb** | monstruose **L** monstrasse **Pa** | qua reuocant **Pb** ‖ 3 Proiectoque **Pa** | inluxit **M** ‖ 5 sq. Aetherea uescitur aura **LPb** etheria uexitur aura **Pa** aetheria uescitur aura **M** *transposui* ‖ 7 Facimus **Pb** | mo͠a **Pa** | facinus *om.* **Pb** ‖ 9 cecitate **Pa** occitati **Pb** ‖ 10 IAM[1] *om.* **M** | V. T. *om.* **LP** | anastrophe **L** anastrophē **Pb** anastrophen **Pa** | RATA VOTA **LP** ‖ 11 sensus **M** | vocē sensu regentē *Mon.* | *schol. non intellego* ‖ 12 pugnauerit atqȝ **Pb** ‖ 14 adiuncta . . . sinistris *om.* **Pb** ‖ 15 enim *om.* **Pa** ‖ 16 qua morituri **Pa** ‖ 17 ENIM *om.* **L** | D. P. F. T. *om.* **LP** ‖ 21 tradidit **Pb** ‖ 22 autem *om.* **L** | concilia **M** ‖ 24 FLAMMATO . . . uolutans *hoc loco om.* **MP** *cf. ad u.* 258 ‖ 26 quod **M** quo **Pa** quia **L** ergo **Pb** | exilio *libri, corr. Vnger.*

250 MENE O IVSTISSIME DIVVM inuidiose se pro Argis dixit. ut Virgilius ⟨Aen. I 250⟩: 'nos, tua progenies, caeli quibus adnuis arcem'.

251 SCIS SEMPER VT ARCES CYCLOPVM quia semper Iuno fauit Argiuis. ut Virgilius ⟨Aen. I 24⟩: 'prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis'. Cyclopum autem: aut quas Cyclopes fecerunt, aut magni ac miri operis. nam quicquid magnitudine sua nobile est, Cyclopum manu dicitur fabricatum.

Lind. p. 17 252 MAGNIQVE PHORONEOS I. F. | rex Argiuorum, qui primus dicitur Iunoni templa dicasse et sacrificiorum instituisse sollemnia.

254 CVSTODEM PHARIAE S. L. I. bene prius somno. nam hic, qui centum habebat oculos, nisi somno oppressus occidi non poterat. Argum describit, quem Mercurius dicitur occidisse.

255 RESTINGVAS perimas. bene restinguas, quia anima ignis est. ut Terentius in Adelphis ⟨u. 314 F.⟩: 'primo ipsi seni animam exstinguerem' et Virgilius ⟨Aen. VI 730⟩: 'igneus est ollis uigor et caelestis origo'. SAEPTIS ET TVRRIBVS AVREVS INTRES Acrisius, pater Danaes, oraculum accepit causam mortis sibi futurum, qui ex filia nasceretur .... sed Iuppiter conuersus in aurum

---

1 DIVVM *om.* **Pb** | inuidiose sēp **M** inuidiose pro **L** inuidiase pro **Pa** | agris **Pb** ‖ 3 caeli ... arcem *om.* **MP** ‖ 4 arce **Pb** ‖ 5 Iuno semper **L** | fauet **LP** | primo **Pa** ‖ 7 aut¹ *om.* **MPb** | ac] aut **Pb** ‖ 8 manibus **Pb** man' **Pa** ‖ 10 Magisque **Pb** | faroneos **Pb** pharonoes **Pa** | I. F. *om.* **LP** | Phoroneus rex **L** ‖ 11 iunonis **Pb** ‖ 12 solemnia **LPb** ‖ 13 PHARIAE] famę **Pb** | S. L. I. *om.* **LP** ‖ 14 hic] homo **LP** | habet **Pb** ‖ 15 poterit **Pb** | Argum] ergo **Pb** Argum ergo **LPa** ‖ 18 ignea **LP** ‖ 19 primum **Pb** | extinguerent **Pa** ‖ 20 est *om.* **Pa** | sollis *corr. in* solis **M** illi **Pa** olis **Pb** | et caelestis origo *om.* **MP** ‖ 21 INTRES *om.* **L** | Acrius **Pb** | danes **M** damnes **Pb** clanaes **Pa** ‖ 22 qui oraculum **LP** | futuram **LM** | quia **L** ‖ 23 *post* nasceretur *scholii partem excidisse manifestum est. quam lacunam expleas ex mythographi uerbis:* „unde sollicitus turrem aeneam fecit et in ea filiam Danaen posuit adhibens intus puellas custodes, foris uero satellites canesque uigiles.“ | in taurum **M** in imbrem aureum **L**

uitiauit Danaen. ex quo coitu Perseus natus dicitur, qui Acrisium obiecto Gorgonis capite conuertit in saxum.

256 MENTITIS IGNOSCO TORIS id est: non irascor illi ciuitati, ubi mutatus adulteria commisisti. cum aliis enim maiestate dissimulata concumbis, ad Semelen uero professus numen intrasti.

257 VBI CONSCIA MAGNI SIGNA TORI T. A. hoc est: quibus mecum coire consuesti. tonitrus genere masculino protulit, cum Lucanus neutro ut ⟨VI 692⟩: 'fractaeque tonitrua nubis'.

258 ET MEA FVLMINA TORQVES id est: insignia matrimonii mei, quae debui sola sentire, uel mihi soli nota et mihi tantum obnoxia. mea fulmina physicum est. nam simplici ratione si intellegis, uxorem respicis. ceterum fulmen esse sine aere non potest, quia ipse aer Iuno est. etenim si non fuerint nubes aere collisae, fulmen nullum est. ut Lucanus ⟨I 151⟩: 'qualiter expressum uentis per nubila fulmen'. mea fulmina: hoc est secundum pontifices, qui aiunt certa cuique fulmina deo ascripta, in quibus et Mineruae.

260 QVIN AGE figurate: concedimus, quod fieri nolumus. ut Virgilius ⟨georg. IV 329⟩: 'quin age et ipsa manu felices erue siluas'.

---

1 danaem **Pa** //////eam **Pb** | ex *om.* **Pb** | dicitur] est **Pb** ‖ 2 acrisius **Pa** | conuertit] conterit **Lm** ‖ 4 mutatas **Pa** ‖ 5 cumcubis **Pb** concubuisti *Schottky* | Semelē **L** ‖ 7 signa m̃. **Pa** signa magis **Pb** | T. A. *om.* **LP** | id est **L** ‖ 8 consueuisti **Pb** ‖ 9 cum Lucanus ... nubis *om.* **M** | fractaque **LP** ‖ 10 tonitruaque **Pa** | nubis *om.* **LP** *sequitur* in fulmen quae cogitur aer **L** in fulmen cogitur aer **Pa** atque ut fulmen cogitur aer **Pb** *cf. Verg. Aen.* V 20: *atque in nubem cogitur aer* ‖ 11 ET *om.* **MPa** | insigna **Pb** ‖ 12 mihi *om.* **Pa** ‖ 13 me fulmina **Pb** | phisica *corr. in* phisicū **M** ‖ 14 intelligis **LP** ‖ 17 *post* per nubila fulmen *sequitur in* **P** *scholion ad u.* 249 *supra omissum* Flammato v. (enim **Pb**) . . d. c. u. ‖ 18 mea *om.* **M** | hec **Pa** | est *om.* **MP** ‖ 21 figuratae **M** ‖ 22 ipse **LP** ‖ 23 *post* siluas *sequitur in* **M** f. n. i. i. *sunt Vergilii uerba* fer stabulis inimicum ignem

261 ET SAMON ET VETERES ARMIS EXSCINDE MYCENAS v. s. s. Samos et Mycenae atque Sparta, Graeciae ciuitates, Iunoni sacratae sunt. Samos enim cara Iunoni; haec enim prima Iunonis nuptias uidisse dicitur. ideo cara insula attestante Virgilio ⟨Aen. I 16⟩: 'posthabita coluisse Samo'. Spartam uero dixit ciuitatem Laconicae regionis ut Virgilius ⟨Aen. I 316⟩: 'Spartanae uel qualis equos Threissa fatigat'.

262 SANGVINE FESTO uictima sacrificiorum.

263 TVRIS EOI id est Sabaei. ut Virgilius ⟨Aen. I 416 sq.⟩: 'centumque Sabaeo ture calent arae sertisque recentibus halant'.

265 COPTOS ciuitas Mareotica Aegypti, in qua Io uersa in Isidem colitur, cuius sacris sistro celebratis Nilus exaestuat. ET AERISONI LVGENTIA F. N. de sacris Isidis tractum, quia prouentum fructuum quaerunt Aegyptii usque ad ueros planctus. nam irrigatio Nili supra dictorum fletibus imploratur. siue lugentia dicit propter Osirin, quem planctibus quaerunt et inueniunt; eundemque Solem dicunt. Martianus ⟨II 191 sq.⟩: 'Iseum te Serapim Nilus, Memphis ueneratur Osirim'. aerisoni ait: aeris sonum dantis propter sistrum.

Lind. p. 18 267 SVBVENIT in mentem uenit.

269 FVRIAS pro criminibus posuit et peccatis ut illud Virgilii ⟨Aen. I 41⟩: 'et furias Aiacis Oilei'.

1 ET^2 *om.* **P** | ueteresqȝ **Pb** uet'isqȝ **Pa** ‖ 2 V. S. S. *om.* **LP** | samo **MPa** samus **Pb** | atque] et **Pb** | Spartae **L** sparte **P** ‖ 3 samos etiā **M** haec enim . . . dicitur *om. in marg. add.* **M** ‖ 5 etiam Virgilio **L** ‖ 6 Laconiae ciuitatem **L** laconice ciuitatem **Pa** | laconię **Pb** | ut Virgilius . . . fatigat *om.* **M** ‖ 7 Threissa fatigat *om.* **Pb** ‖ 10 id est orientalis siue sabei **Pb** ‖ 11 sertisque . . . halant *om.* **MP** ‖ 13 meotica **Pb** ‖ 14 inisdem **Pb** ‖ 15 exestruat **Pa** | ET *om.* **MP** | F. N. *om.* **LP** | isidē **Pa** ‖ 16 queritur **Pa** quer̃ **M** ‖ 17 supre **Pb** ‖ 18 Osirim **LPb** ‖ 19 queritur **Pa** quer̃ **M** ‖ 20 Martianus . . . Osirim *om.* **M** | Martial. **L** Martianis **Pb** | Isaeum **L** | te *om.* **LPb** | seraphī **Pb** Seraphin **LPa** ‖ 21 Memphis *om.* **L** | Osyrim **LPa** | ait] id est **Pb** ‖ 22 dantis sonum aerius per sistrum **Pb** ‖ 24 ut et illud **Pb** | illud *om.* **L** ‖ 25 Virgilius **Pb** *om.* **LMPa** | et *om.* **LMPa** | Oilei *om.* **Pa**

271 SVBTERLABITVR VNDA fabulam tangit. nam dicunt Alpheum fluuium Elidis et Pisarum, quae ciuitates sunt Arcadiae, ad Arethusam nympham Siciliae per occultos maris meatus uenire. ideoque dicit 'praeterlabitur uaga unda'. alii autem dicunt, quod Arethusa uenatrix fuerit, quae cum se in Alpheo post laborem ablueret, ab eo adamata est. et diu fugiens deorum miseratione in fontem mutata ad Siciliam per secretos meatus uenit. quam Alpheus dicitur persequi usque ad Siciliam. quod Virgilius exsequens ait ⟨georg. IV 344⟩: 'et tandem positis uelox Arethusa sagittis'. ideoque Iuno precatur Iouem, ut si placeat sibi emendare saecula, retro ⟨269⟩ id est a sedibus illis incipiat parcens interim Argiuis.

274 ILLIC MAVORTIVS AXIS OENOMAI Elidem dicit et Pisas, ubi Oenomaus regnauit, rex crudelissimus. [notissima fabula Oenomai in Seruio.]

post schol. u. 269 in **P** *secuntur haec:* De Atreo et Thyeste notissima est fabula. nam Atreus et Thyestes cum in dissensioneȝ sibi nocere non possent, in simulatam gratiam uenisse. Thyestes cum fratris uxore concubuit. Atreus uero epulandum filium ei (sibi filium **Pb**) apposuit. quem (quam **Pb**) sol ne pollueretur, aufugit. sed ueritas hic (h' **Pb**) est: Atreus apud Mycenas primum solis eclipsin (eclipsim **Pb**) inuenisse dicitur (*om.* **Pb**). cui inuidens frater ex urbe discessit tempore quo probata sunt dicta. *eadem leguntur in* **L** *p. 499 sq. cum his discrepantiis:* notissima [est] . . . venerunt. qua occasione Thyestes . . . quo sol . . . veritas haec . . . eius dicta ‖ *deinde in* **P** *scholia secuntur hoc ordine:* 274 sq. ILLIC . . . crudelissimus. 275 sq. GETICOQVE . . . carne pascebantur. 282 MELIVS . . . occiderat. 271 SVBTERLABITVR . . . Argiuis. 274 sq. notissima . . . Seruio. 275 sq. notandum . . . locis. ‖ 1 *scholion om.* **M** | Subterlabit **Pb** | fabula **Pa** ‖ 2 sunt ciuitates **L** ‖ 3 nympha **Pb** | occultas **Pa** ‖ 4 preter labent **Pb** ‖ 5 fuit **L** ‖ 6 in flumine Alpheo **L** | abluerat **Pa** ‖ 7 miseratione deorum **Pb** ‖ 8 in siciliam **Pb** ‖ 9 usque in **L** | quod] ut **Pb** ‖ 10 uelox positis **LP** ‖ 11 Arethusa sagittis *om.* **P** ‖ 12 placet **P** | id est *om.* **P** ‖ 13 iterum **Pb** | *post* Argiuis *sequitur in* **Pb**: hic omittit exponem (= exponere) uersum illum dubium (273 sq.): Archades hic tua nec pudor est delubra nephastis imposuere locis. ‖ 14 Eliden **LMPa** | et] ut **M** ‖ 15 notissima . . . Seruio *om.* **M** ‖ 16 in Seruio *om.* **L**

275 GETICOQVE PECVS STABVLARE SVB HAEMO DIGNIVS id est: equi digni erant stabulare in Scythia, ubi equi Diomedis erant, qui humana carne pascebantur. notandum autem, quia equos illos, quibus prouocabantur proci ad curule certamen, poeta **pecus** uocat, quod est generale nomen omnium animalium effigie humana carentium. quos equos dicit Iuno digniores esse ad stabulandum in Haemo, monte frigidissimo Graeciae, quam in praefatis locis.

282 MELIVS GENEROS PASSVRA NOCENTES Polynicen per patris incestum et Tydeum, qui fratrem suum Toxeum occiderat.

288 AVSVRAMQVE DIONEN Veneris matrem dicit sollicitam futuram propter Harmoniam, Veneris et Martis filiam, Cadmi uxorem.

Lind p. 19 294 REGNISQVE ILLAPSVS OPACIS umbro|sis, sine sole. Virgilius ⟨Aen. VI 534⟩: 'et tristes sine sole domos'.

298 LEGE EREBI quia dicuntur inhumatorum animae multis errare temporibus. Virgilius ⟨Aen. VI 329⟩: 'centum errant annos'.

---

1 dignus **LMP** ‖ 2 equi qui **LP** | stabulari **LP** | in Thracia **L** ‖ 3 carne *om.* **Pb** | notandum . . . locis *om.* **M** *om. etiam Monac., qui post* pascebantur *haec praebet:* (278) Placet i. n. uel propter Graecos ⟨qui⟩ ibi latuerunt, quando Troia capta est. uel — quod melius huic loco conuenit — propter Ganymedem, qui dum uenaretur in Ida silua, raptus est a Ioue et appositus est in ministerium domus remota Hebe filia Iunonis. (278 sq.) Mentita m. c. t. quae mentitur se habere sepulchrum tuum. *cf. Seru. ad Aen.* I 28 *et infra ad Theb.* I 548 ‖ 5 uocat pecus **Pb** ‖ 6 nomen *om.* **Pb** ‖ 7 digniores dicit ad ad **Pb** ‖ 8 montes **Pa** | Thraciae **L** | quam ad standum in dictis locis **Pb** ‖ 10 melios **M** | n. Nocentes **M** | per] propter **L** qui **Pb** ‖ 11 Toxeum **LPa** doxeum **M** tossico **Pb** *latetne* toxico? ‖ 13 Ausuram **Pb** | Dionam **M** DIONEM **LPa** dionenque **Pb** ‖ 14 Hermionem **LPb** ermionē **Pa** ormoniem *corr. in* ermionem **M** | et Martis *om.* **Pb** ‖ 16 inlapsus **M** ‖ 17 Virgilius ... domos *om.* **M** | tristis **Pb** | ut tristis *Vergilius* ‖ 18 ///ege (l *suprascr.*) **M** | herebi **LMPa** | quę **Pb** ‖ 19 Virgilius . . . annos *om.* **M** ‖ 20 erant **Pa**

299 TVMENTEM iactantem se exilio propter cognationem Adrasti. et hoc quasi deus ad eum dicit, nam futura sunt haec. Virgilius ⟨Aen. IV 235⟩: 'qua spe inimica in gente moraris'.

303 PARET ATLANTIADES non respondit, quasi numen inferius, sed paruit iussis.

304 SVMMA PEDVM petasum dicit id est alatum calciamentum Mercurii. Virgilius ⟨Aen. IV 239 sq.⟩: 'pedibus talaria nectit aurea'.

305 OBNVBITQVE COMAS ET TEMPERAT A. G. ordo est: obnubit comas galero et temperat astra, quasi uniuscuiusque dei caput astrum sit. igitur **obnubit**, obscurat, ne nudo capite descendens terras fulgore percuteret. **temperat**, uel quia benefica stella Mercurii maleficarum temperat flammas, uel — certe occulte — nobis exponit quinque plagas caeli ex istis constare sideribus: Saturni, Iouis, Martis, Mercurii, Veneris. Saturni frigida est stella id est nocens, [ut ⟨georg. I 336⟩: 'frigida Saturni sese quo stella receptet'. et **frigidus** nocens, ut ⟨ecl. VIII 71⟩: 'frigidus in pratis cantando rumpitur anguis']. Martis calida, Mercurii frigida, Iouis et Veneris temperata. ergo quia per mediam zonam uolabat, Iouis et Veneris uicina sidera frigido transitu temperabat. GALERO pilleo. ut Virgilius ⟨Aen. VII 688⟩: 'fuluosque lupi de pelle galeros'.

306 TVM DEXTRAE VIRGAM INSERVIT ut Virgilius ⟨Aen. IV 242⟩: 'tum uirgam capit'. QVA PELLERE DVLCES AVT SVADERE ITERVM SOMNOS mortis somnos dulces dixit,

---

1 lactantem **MPa** ‖ 2 ad Deum **LPa** ‖ 3 hic **Pb** | Virgilius ... moraris *om.* **M** | in gente inimica **L** ‖ 4 moratur *Verg.* ‖ 5 *scholion om.* **LmM** | athalantiades **Pa** atlantides **Pb** | respondet **L** | quia **L** ‖ 6 iussis *om.* **Pb** | 7 *scholion om.* **LmM** | *per mythogr.* petasum *mutare non licet* | dixit **L** | id est] et **L** ‖ 10 ET TEMPERAT A. G. *om.* **LP** ‖ 11 obnubit~/ **M** Obnubitque **L** ‖ 12 diei **M** | astrum caput **Pb** | igitur **M** legitur **LPa** ideo **Pb** ‖ 13 fulgure *corr. in* fulgore **M** | & temperat **L** ‖ 17 stella *om.* **M** ‖ 18 ut . . . anguis *om.* **M** | ut *om.* **Pb** | qua sese **L** | sese . . . receptet] s. q. **Pa** s. g. **Pb** ‖ 19 et .. anguis *om.* **Lm** ‖ 23 pileo **LPb** ‖ 25 dextro **Pa** dextram **Pb** ‖ 27 AVT . . . SOMNOS *om.* **LPa** | mortis somnos dulces *om.* **Pa**

nam in uita dulces non sunt. ut Cicero ⟨fragm. inc. sed.⟩: 'hoc iter uitae tam confragosum putamus, tam plenum iniuriarum ac miseriarum atque laborum' et Virgilius ⟨Aen. VI 721⟩: 'quae lucis miseris tam dira cupido?'

309 DESILVIT cum saltu descendit. ut ⟨Aen. X 453⟩: 'desiluit Turnus biiugis'. TENVIQVE EXCEPTVS I. A. tenui aura, qua mortales fruuntur. ut Virgilius ⟨Aen. I 387 sq.⟩: 'auras uitales carpis'. nam aer crassior est aethere. inhorruit autem, quia ab aere calido in aerem frigidum descendit. alii inhorruit ad stridorem referunt alarum.

311 CARPIT transit. DESIGNAT NVBILA GYRO quasi more auium, ut uolatus ipsius uideretur esse descensus in gyrum, siue gyrum Irim dicit. transitus enim nubium necesse est ut leuem concitet rorem. nubilum autem ex transitu nubium fit et astrorum motu. sol uero cum aduersam tetigerit radiis nubem aquosam, Irim facit. nam ipsa est transitus deorum.

Lind. p. 20 312 OLIM VAGVS EXVL quia superius ⟨u. 164 sq.⟩ dixit: 'iam sorte carebat dilatus Polynicis honos'. hinc ergo incipit poeta describere, quemadmodum exul ad Adrastum peruenerit.

313 FVRTO clam. exulem enim nisi furtim non licebat eos fines attingere, quibus fuerat expulsus.

314 AONIAE Thebanae regionis. ut Virgilius ⟨ecl. VI 65⟩: 'Aonas in montes'. MALE DEBITA REGNA non in-

1 in *om.* **Pa** | non sunt *om.* **Pa** ‖ 2 uitae] iure **L** | tam plenum] uitam plenam esse **L** uitam plenum **MPa** ‖ 3 atque *om.* **MPa** et **L** | et] ut **LP** ‖ 4 cupido est **Pb** ‖ 5 Dissiluit **Pb** *corr. in* desiluit **M** ‖ 6 desiluut **M** dissiluit **Pb** | I. A. *om.* **LP** ‖ 7 tenum aura quę **Pb** | ut . . . carpis *om.* **M** ‖ 8 aer] ęther **M** ‖ 9 aethere *om.* **M** in aethere **L** ‖ 11 aliarum **Pb** ‖ 12 gico *corr. ex* bico **Pb** | quasi] quia si **Pa** ‖ 13 in gyrum *om.* **MPa** ‖ 14 siue in girum **Pb** ‖ 16 niuium fit **Pb** numinum fit **LmMPa** | motum **Pa** ‖ 20 Delatus **L** | honor **M** ‖ 21 ad *om.* **Pb** ‖ 23 FVRTIM **L** | nili **Pa** ‖ 24 fines *om.* **M** | a quibus **L** ‖ 25 regionis *corr. in* regiones **M** | ut . . . montes *om.* **M** ‖ 26 Aonios **LPb**

debita ut ⟨Aen. IV 8⟩ 'male sana', sed male debita dixit, quae esset proeliorum incommodis petiturus. aut certe male concipit animo regna sibi debita, quae sciebat germanum nunquam sibi redditurum sponte.

315 SIGNIS CVNCTANTIBVS tarde procedentibus. ad desiderium rettulit spem gerentis.

317 CVRA VIRVM recursans ad cogitationem eius rettulit, non ad diem.

319 HAC AEVVM CVPIAT PRO LVCE PACISCI id est: pro illo die, quo cupit se uidere regnantem, libenter totius uitae suae offert tempora. ut Virgilius ⟨Aen. V 230⟩: 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

320 NVNC QVERITVR CEV TARDA FVGAE D. descriptio hominis anxii: nunc superbiam secum regnantis reputat fratris, modo uotis erigitur in regio spiritu.

321 ET SEDISSE SVPERBVS sibi effectum uoti frustra gaudebat.

323 CONSVMIT GAVDIA VOTO semper optando regnum consumit gaudium. de rebus enim inopinatis magis laetamur quam de his, quae mente semper tractauimus.

324 TVM SEDET INACHIAS VRBES sedet placet. ut ⟨Aen. II 660⟩ 'sedet hoc animo'. Inachias sine praepositione: ad Inachias urbes, ad arua Danai id est Argolica. ut ⟨Aen. VII 286⟩ 'Inachiis sese referebat ab Argis'. DANAIAQVE ARVA Danaus et Aegyptus fratres

2 quae] quia **Pb** propter q; *superscr.* quę **M** | incommode **Pa** | periturus **Pa** perituros **Pb** ‖ 4 numquam **Pb** | sibi *om.* **LMPa** ‖ 5 ad *om.* **Pb** ‖ 6 retulit **MPa** ‖ 7 recursans *om.* **MP** | contagionem **Pa** | retulit **MPa** ‖ 8 *post* diem *leguntur in* **LmM** *Mon.:* id est si regni (*corr. in* regna **M**) cupiditas ad finem ‖ 9 ac **Pb** | AEVVM] ei͡ **Pa** ‖ 11 offerret **L** | ut *om.* **L** ‖ 12 vitaque **M** ‖ 13 D. *om.* **LP** ‖ 15 spiritu regio **L** ‖ 16 ET *om.* **MP** | sibi *om.* **L** ‖ effectum uoti compotem **L** ‖ 18 VOTA **L** | semper . . . gaudium *om.* **M** ‖ 19 enim] autem **Pb** | laetatur **Pa** ‖ 20 semper mente **L** | mente *om.* **Pb** | semper *om.* **M** ‖ 21 TVNC **L** ‖ 22 Inachia sine **Pb** | 23 ad arua *om.* **L** | Danai *om.* **L** campi **MP** *an scribendumst* Inachi? | id est Argolica *hoc loco om.* **L** ‖ 24 aut inachias **Pb** | ab *om.* **Pb** ‖ 25 Argis *om.* **P** | *post* ARVA *secuntur quae supra*

fuerunt Beli filii. Danao fuit uirilis sexus quinquaginta numerus filiorum, e diuerso Aegypto par numerus filiarum. uoluit ergo Danaus fratris filias liberis suis matrimonio sociare. at Aegyptus oraculo cognouerat, quod generi sui manibus interiret. iussit ergo filiabus, ut sponsos occiderent. sola Hypermestra, dum ceterae facinus perpetrassent, Lynceo pepercit.

325 ET CALIGANTES ABRVPTO SOLE M. de Atreo et Thyeste notissima historia est, quod alter alterius liberos interfecit, quo aspectu Sol dicitur refugisse, unde Virgilius ⟨Aen. I 568⟩: ‘nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe’. abrupto autem sole dixit subducto lumine et a cursu suo reuocato.

326 FERRE ITER IMPAVIDVM non iter impauidum, sed ipse impauidus. PRAEVIA dux uiae. praeuii enim di-
Lind. p. 21 cuntur duces | uiarum.

327 SEV FORS ILLA VIAE hoc est: illud iter aut furor suasit aut casus aut fatum.

328 VLVLATA FVRORIBVS ANTRA in quibus Liber pater colitur ululatu Baccharum. descriptio itineris illius. ululata participium sine uerbi substantia ut regnata, triumphata, nupta.

---

omissa sunt: campi id est agricolae **L** | Egyptus **L** egistus **MP** *cf. mythogr.*

1 Beli filii *om.* **M** | belli **Pa** | filiis **Pb** | fuerunt **Pb** | uirilis sexus *om.* **Pb** ‖ 2 numerus *om.* **Pb** numerꝫ **Pa** | filie et ediuerso egisto quinquaginta filii **Pb** | egisto **MPa** ‖ 3 filios **Pb** | copulare seu sociare**Pb** ‖ 4 at *coniecit Schottky* et **LPa** *om.* **MPb** | Egyptus **L** egistus **MP** | cognouerat oraculo **Pb** ‖ 5 ergo *om.* **MPb** ‖ 6 Hypermnestra **L** īpernestra **Pa** hipermestre **M** | lino linceo **Pb** | *fabulam in* **LMPa** *plane peruersam esse quamuis manifestum sit, tamen* **Pb** *codicem, qui priorem quidem partem rectiorem praebet, ut sequerer animum non induxi* ‖ 8 SOLE *om.* **P** | M. *om.* **LP** | de . . . refugisse abrupto *in contextu om. in marg. sup. add.* **M** ‖ 9 est *om.* **L** | alter] unus **LP** | epulas fecit **LP** ‖ 10 aspecto **Pb** | unde . . . urbe *om.* **M** ‖ 11 tam *om.* **Pa** | aduersus **Pa** | iungit ab urbe *om.* **Pa** ‖ 14 inpauidū **M** | impauidum *om.* **MP** | sed *om.* **P** ‖ 15 inpauidus **M** | DVCIT **L** dux uie **MP** ‖ 19 baccharum in quibus **Pb** ‖ 20 bacharum **M** bachorum **Pa** | descriptio *om.* **Pb** ‖ 21 substantia] subea **Pb** sub'a **Pa**

329 BACCHEO SANGVINE COLLES sanguine, quem perempto Pentheo Agaue mater effudit. Cithaeronem significat, ubi se Bacchae secant in honorem Liberi. ut Virgilius ⟨Aen. IV 303⟩: ‘orgia nocturnusque uocat clamore Cithaeron’.

330 INDE PLAGAM id est regionem. QVA MOLLE SEDENS id est: qua paulatim tumores collium in planum relaxantur. molle pro molliter: ubi in campum effunditur nimis extensum.

331 LASSVM utique fluctibus caesum, uel quia in hanc partem deuexus uires amiserit in excelsa crescendi.

332 ARTE anguste siue doctrina, hoc est quadam sollertiae leuitate iter faciens. PENDENS quicquid enim in praecipiti stat, uidetur pendere. nam qui per angustias ardui montis incedit, quasi pendeat, eminus cernentibus sic uidetur.

333 INFAMES SCIRONE PETRAS notas dixit infames, ut est ⟨Horat. carm. I 3, 20⟩ ‘infames scopulos Acroceraunia’. hic Sciron hospites suos uel transeuntes saxo residens cogebat pedes sibi lauare et eos ex improuiso praecipitabat, quem tamen Theseus dicitur peremisse. SCYLLAEAQVE RVRA Megaram significat ciuitatem, in qua Nisus regnasse dicitur crinem purpureum atque fatalem habens, quem dormienti patri Scylla filia secuit. nam ut Virgilius utrumque monstraret, ⟨georg. I 405⟩ ait: ‘et pro purpureo poenas dat Scylla capillo’. item alibi ⟨ecl. VI 74 sq.⟩: ‘quid loquar aut Scyllam Nisi aut quam

---

6 plaga **Pb** | sedem **Pb** ‖ 7 id est qua *om.* **L** ‖ 8 relaxans **LP** | effunditur *om.* **Pb** ‖ 10 censum **Pb** exesum **Lc** ‖ 11 diuexus **M** | uires *om.* **Pa** *post* excelsa *transpos.* **L** ‖ 12 ARCTE **L** | siue arte doctrina **L** | id est **L** | solertiae **L** solertia **Pb** soller////// *man. 2 superscr.* cie **M** ‖ 13 leuitati **M** | iter] id **LPa** ‖ 14 angustas **M** ‖ 15 pendat **Pb** ‖ 17 PETRAS *om.* **MP** | nota **L** ‖ 18 scopulosa croceraonea **M** scopulosa sa ceraunia **Pb** ‖ 19 Scyron hic **Pb** | suo **Pb** ‖ 20 sibi pedes **Pb** | leuare *corr. in* lauare **M** | inprouiso **M** ‖ 21 tandem **L** | peremisse . . . dicitur *om. in marg. sup. add.* **M** ‖ 22 megara **Pb** megerā **M** ‖ 24 habentes **Pa** ‖ 25 utramque **MPa** namque **Pb** ‖ 26 alibi *om.* **Pb** ‖ 27 an silla nisi **Pb**

fama secuta est candida succinctam latrantibus inguina monstris'.

334 MITEMQVE CORINTHON tranquillum siue otiosum.

335 ET IN MEDIIS AVDIT D. L. C. Isthmon significat, qui inter duo sit maria constitutus, ut Horatius ⟨carm. I 7, 2 sq.⟩: 'bimarisque Corinthi moenia', id est inter Ionium et Aegeum describit Corinthum positam ciuitatem.

336 IAMQVE PER EMERITI SVRGENS CONFINIA PHOEBI a re militari, quasi et sol diei militare uideatur. emeriti occidentis. confinia bene dixit, quia iuxta ipsum surgit, oritur. quomodo emeritos dicimus simili labore [Lind. p. 22] donatos, sic et emeritus sol occidens dicitur | post laborem, cui noctis astra succedunt, ut Virgilius ⟨Aen. V 70⟩: 'emeritaeque exspectant praemia palmae'.

337 TITANIS luna. ut Virgilius ⟨Aen. VI 725⟩: 'lucentemque globum lunae Titaniaque astra'. sic autem Titan et Titanis dicitur, quemadmodum Phoebus et Phoebe. MVNDO SVBIECTA SILENTI id est superiecta. ut Virgilius ⟨Aen. XII 287 sq.⟩: 'et corpora saltu subiciunt in equos'.

338 TENVAVERAT AERA BIGA bene tenuauerat, quia diei aer crassior est, noctis tenuis.

339 IAM PECVDES V. T. sic Virgilius ⟨Aen. IV 525⟩: 'cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque uolucres'. IAM SOMNVS AVARIS INSERPIT CVRIS auaris indefessis.

1 secuta est *om.* **Pb** | candida . . . monstris *om.* **LP** ‖ 3 chorintho **Pb** | tranquillam . . . otiosam *Vnger.* ‖ 4 ET *om.* **MP** | D. L. C. *om.* **LP** | ismon **Pa** ‖ 5 qui] qđ **M** | maria sit **LP** | constitutū **MP** ‖ 6 bimarisue *Hor.* | Corinthi *om.* **P** ‖ 9 et diei **Pb** ‖ 10 iusta ipsum ////// oritur **M** ‖ 11 surgit *om.* **L(M)P** *suppl. Vnger.* ‖ 12 sic *om.* **Pb** | et *om.* **L** | emeritos **M** emeritis **Pb** | senili languore damnatos *Vnger.* ‖ dicitur occidentis **Pb** | post] primo **Pa** ‖ 13 succe///dunt **M** ‖ 14 meritaeque exspectent *Vergilius* ‖ 15 Titanes **M** | lucentem **Pa** ‖ 16 aut **Pa** ‖ 17 et[1] *om.* **L** ‖ 18 SILENTI *om.* **LMPa** | id est *om.* **MP** | superiecta *om.* **Pb** ‖ 19 subiiciunt **L** ‖ 21 Tenuerat *superscr.* au **M** tenuant **Pb** | aere **Pa** | tenuerat *superscr.* au **M** tenuant **Pb** ‖ 22 aer *om.* **Pb** | curssior **Pa** | tenuis noctis **LP** ‖ 23 V. T. *om.* **LP** u. q. t. **M** ‖ 25 AVARIS] auarus **Pa**

auarus enim animus difficile fatigatur. ut Horatius ⟨carm. III 29, 61⟩: 'addunt auaro diuitias mari'.

340 NVTAT pendet.

341 LABORATAE VITAE per laborem peractae.

342 SED NEC PVNICEO R. N. C. hoc uult poeta monstrare: serenum diem non contigisse Polynici. nec enim ulla serenitatis signa promiserat solis occasus. puniceo ergo sereno dixit. ut Virgilius ⟨georg. I 453⟩: 'caeruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros'.

344 NITVERE CREPVSCVLA PHOEBO crepusculum dicitur, quod inter diei finem est et exordium noctis. unde et decrepiti senes dicuntur esse iam prope occasum salutis et initium mortis. utrumque enim tempus ostendit: et diei initium et extremum noctis. siue crepuscula, quia praecedentis solis radii percutiuntur a crepusculo, id est ab extrema parte noctis.

345 DENSIOR A TERRIS densiorem noctem nebulam dicit, quod quando ima petunt nebulae, serenitas est [Virgilius ⟨georg. I 401⟩: 'at nebulae magis ima petunt campoque recumbunt'], quando altum, sine dubio imbres futuros ostendunt. ET NVLLI PERVIA FLAMMAE quam neque Solis neque Aurorae ualeat flamma penetrare.

346 IAM CLAVSTRA RIGENTIS AEOLIAE frigidae, quia prope est, ubi habitant uenti.

347 PERCVSSA SONANT certamine uentorum exire uolentium.

348 VENTI TRANSVERSA FREMENTES ut Virgilius ⟨Aen. V 19⟩: 'mutati transuersa fremunt'.

1 auaro *corr. in* auari **M** ‖ 5 Set **Pa** | NE **L** | R. N. C. *om.* **LP** | hoc] Hic **L** | modo stare **Pb** ‖ 7 nulla **Pb** | promiserat signa **Pb** praemiserat **L** ‖ 10 Nitare **Pb** ‖ 11 finem diei **L** | et[1] *om.* **Pb** | unde . . . mortis *om.* **Lm** ‖ 12 senes *om.* **Pb** | esse *om.* **LPa** qui **Pb** | mortis . . . diei initium *om.* **Pb** ‖ 14 siue crepuscula] *scribendum esse puto* sole repercusso *tale quid* ‖ 18 nebulae . . . petunt *om.* **Pb** | Virgilius . . . recumbunt *om.* **M** ‖ 19 campoque *corr. ex* campūque **Pb** ‖ 23 rigendis **MPa** | AEOLIAE *om.* **MP** ‖ 25 PERCLVSA **L** | certamina **LPa** ‖ 27 *schol. om.* **M** | fremunt confligunt ut **P** | ut et **Pb** ‖ 28 transuersa] tñsū **Pa** | fremunt *om.* **Pa**

349 CONFLIGVNT ut ⟨Aen. II 417⟩ 'confligunt Zephyrusque Notusque'.

350 DVM CAELVM caelum pro nubibus posuit, [ut Virgilius ⟨Aen. II 416⟩: 'aduersi rupto ceu quondam ....']

352 SICCO QVOS ASPER HIATV physicam rationem secutus est. nam si primo Auster pluuias faciat, mox sequitur Boreas et easdem aut in niuem aut in grandinem mutat. inde Ouidius ⟨met. IX 220⟩: 'utque ferunt imbres gelidis concrescere uentis' id est gelari.

353 NEC NON ABRVPTA TREMESCVNT FVLGVRA coruscationes enim quasi ruptis nubibus tremunt. *fulgura* a fulgore dicta sunt.

354 RVMPITVR AETHER quasi ex collisione nubium.

355 IAM NEMEA silua uel mons iuxta Cleonam, Graeciae ciuitatem, ubi Hercules leonem uicit. ut Lucanus ⟨IV 612⟩: 'ille Cleonaei proiecit terga leonis' et Virgilius ⟨Aen. VIII 295⟩: 'et uastum Nemeae sub rupe leonem'. Lind. p. 23 notandum autem, quod nomen *a* litera terminatum longum est. Latinitas hoc non habet, sed ideo, quoniam est nomen Graecum, in quo melius Graeca ratio considerabitur. CONTERMINA LVCIS confinia atque uicina his lucis montium Argiuorum.

356 ARCADIAE CAPITA ALTA MADENT quinque montium cacumina Arcadiae regionis ostendit id est Cylleni, Lycaei, Licornis, Argolionis, Maenali. RVIT festinat impetu exire. ut Virgilius ⟨Aen. I 83⟩: 'qua data porta, ruunt'. AGMINE multitudine aquarum. ut Virgilius ⟨georg. I 322⟩: 'ruit agmen aquarum'.

357 INACHVS fluuius regionis Argiuae. ERASINVS fluuius in septentrione.

358 CALCANDAQVE FLVMINA NVLLAE si his fluminibus, quae ante aquae penuria calcabantur hoc est pedibus transiri poterant, riparum aggestiones opponeres, quo minus effunderentur, nullam faceres moram.

359 REFVSA commota, ut Virgilius ⟨Aen. I 126⟩: 'stagna refusa uadis'.

360 LERNA lacus est apud Argos, in quo Hydram superasse Hercules dicitur. ait ergo in hoc stagno tantam uim undarum fuisse, ut iterum ueneno scatere uideretur. notandum autem, quod *ueteri* dixit, cum omne nomen generis neutri, quod in *us* exit, nunquam nisi *e* litera terminetur, ut pecus pecore, nemus nemore.

361 RAPIVNT ANTIQVA P. B. S. ut Virgilius ⟨georg. I 483⟩: 'cum stabulis a. t.' *bracchia silvarum* ramos arborum dixit. ut Virgilius ⟨Aen. VI 282⟩: 'in medio ramos annosaque bracchia pandens'.

362 NVLLISQVE ASPECTA PER AEVVM SOLIBVS hoc est: inuisa soli multis temporibus. ut est ⟨Aen. VIII 195⟩ 'solis inaspectam radiis'.

363 VMBROSI PATVERE A. L. euersis scilicet arboribus

---

1 *schol. om.* **M** | CONFLIGVNT ut confligunt *om.* **Pb** | erusqȝ noctusqȝ **Pb** ‖ 3 caelum *om.* **LMP** *seru. Mon.* | ut ... quondam *om.* **M** | quondam &c. **L** *om.* **Pb** ‖ 5 Sic quo uos **Pa** ‖ 6 facit **L** ‖ 7 et *om.* **Pb** qui **L** nočs **Pa** | niues **Pb** ‖ 8 Vnde **L** | utique **Pb** | fert^√ **Pa** fer///// *superscr.* t **M** ‖ 9 gelide **Pa** | congelari **LPb** ‖ 10 abrupte **Pb** | TREMISCVNT **LPb** | fulgora **M** | corusc. ... fulgura *om. in marg. inf. add.* **M** ‖ 11 enim] aũ **M** ‖ 12 fulgẽ **Pa** ‖ 13 AETHER *om.* **MP** | quasi *om.* **Pb** ‖ 14 silua *om.* **Pb** | silua uel mons] palus **M** | cleonum **Pb** cleoniā **M** ‖ 16 et Virgilius ... leonem *om.* **M** ‖ 18 notandum .... considerabitur *hoc loco omissum sequitur in* **MP** *post* Argiuorum | littera **LP** ‖ 19 est *om.* **LPa** | hoc *om.* **LPa** | quia **L** ‖ 20 grecum est nomen **Pb** ‖ 21 his *om.* **L** ‖ 22 argiuorum montium **Pb** ‖ 24 *cf.* Plin. n. h. IV 6, Strabon. VIII 8. Cylleni **L** quillei **MPa** | licei quilei **Pb**

1 Licornis **LPb** licoronis **Pa** lycononis **M** | Argolionis **L** agolionis **MP** | menelai **Pb** ‖ 2 porta ruunt] porcaꝝ **Pa** ‖ 4 ut ruit **MPa** | ruit] uenit *Vergilius* ‖ 7 NVLLAE *om.* **MP** | si in his **LP** ‖ 8 transire **L** ‖ 10 effunderent^√ **M** | nullum **M** ut nullam **Pb** | feceras **Pa** ‖ 13 palus **LP** | in qua **LP** | idram **MPa** ‖ 15 ueneno] uenis **L** | scaturire **Pb** ‖ 16 dixit] dixerit **M** ‖ 17 neutri generis **Pb** | in u exit **Pb** | in e **Pb** | ạ^e litera **M** ‖ 19 antiquam **Pb** | P. B. S. *om.* **LP** ‖ 20 stabilis *corr. in* stabulis **M** | a. t.] &c. **L** *om.* **Pa** | brachia *libri* ‖ 22 pandit *Vergilius* pendens **Pa** pendent **L** p. **Pb** ‖ 23 AEVVM] euē **Pa** ‖ 25 in aspectum **L** inaccessam *Vergilius* ‖ 26 patiere **Pb** | A. L. *om.* **LP** | euersis *om.* **L**

Lycaei, montis Arcadiae, aestiua patuerunt. aestiua autem dicuntur pecorum stabula tempore aestatis umbrosa.

364 FVGIENTIA dilabentia.

365 NVBIGENAS qui pluuiis augentur, ut ⟨Theb. I 206⟩ 'et summis cognati nubibus amnes'.

366 AVRE PAVENS auditu timens. ut Virgilius ⟨Aen. II 728 sq.⟩: 'sonus excitat omnis suspensum'.

367 NON SEGNIVS AMENS id est non segnior.

368 PER NIGRA SILENTIA terribilia. [ut Virgilius ⟨Aen. II 755⟩: 'nunc ipsa silentia terrent'.]

369 HAVRIT ITER consumit. [ut Virgilius ⟨Aen. X 314⟩: 'latus haurit apertum'.] METVS VNDIQVE ET VNDIQVE FRATER aut cuius solius timet insidias, aut cuius inuidet regno. haurit ergo accipit, id est: terribile iter oculis, auribus et omni percipit sensu et ubique sic terretur, tamquam ibi sit frater. ut est ⟨Cic. Cat. I 18⟩ 'quicquid increpuerit, Catilinam timeri'.

Lind. p. 24 370 HIBERNO PONTO tempestuoso. ut Virgilius ⟨Aen. I 125⟩: 'emissamque hiemem sensit Neptunus' id est tempestatem.

371 CVI NEQVE TEMO PIGER pigrum temonem septentrionem dixit, qui nunquam mergitur. ut Virgilius ⟨georg. I 246⟩: 'Arctos oceani metuentes aequore tingi'.

373 MALIGNIS latentibus siue dubiis. ut Virgilius ⟨Aen. VI 270⟩: 'sub luce maligna'.

---

1 Lycaei *om.* **MP** | montibus **Pa** ‖ 4 Nubiginas **Pa** | augerētur **Pb** agerentur (u *suprascr.*) **Pa** augerentur **M** ‖ 5 et *om.* **Pb** | cognatis **MPa** ‖ 6 fauēs **Pb** ‖ 8 AMENS *om.* **MP** ‖ 9 ut . . . terrent *om.* **M** ‖ 10 nunc] simul *Vergilius; cf. infra ad u.* 494 ‖ 11 ut . . . apertum *om.* **LM** ‖ 12 nunc latus **Pb** | ET VNDIQVE *om.* **Pb** ‖ 14 accipit *corr. in* accepit **M** | terribil/// it̃ **M** | *pro* iter *in* **Pb** *semper fere legitur* inter ‖ 16 ibi] ubiqꝫ **LP** | frater *om.* **Pb** ‖ 17 catilina **Pb** | timeri aut uideri **LPa** ‖ 18 PONTO *om.* **M** | id est tempestiuo **L** tempestiuo **MPa** uel tempestuoso **Pb** ‖ 19 hiemem *om.* **M** | sensit neptunus yeme **Pa** | neptumnus **Pb** ‖ 22 emergitur **Pb** ‖ 23 artos **Pa** antros **Pb**

376 TALIS OPACA id est qualis nauta timens, tamen nulla segnitie uir fortis ingressum iter emetiebatur.

377 VASTO METVENDA VMBONE pro clipeo, a parte totum. [ut Virgilius ⟨Aen. II 546⟩: 'summo clipei nequiquam umbone pependit'.] FERARVM EXCVTIENS STABVLA id est siluas. nunc clipeo ferarum lustra discutit aut certe dirumpit, nunc pectoris impulsu. [ut Virgilius ⟨Aen. VI 7 sq.⟩: 'pars densa ferarum tecta rapit siluas'.]

379 DAT STIMVLOS ANIMO V. M. T. id est: nimium timendo non timet. sic enim tunc timent, dum non timent. ut Cicero ⟨pro Mil. 2⟩: 'non timere sine aliquo timore possumus'. VIS MAESTA TIMORIS tristitia est. huic loco congruit illud Virgilii ⟨Aen. II 354⟩: 'una salus uictis nullam sperare salutem'.

380 DONEC AB INACHIIS Argiuis, ab Inacho fluuio. [ut Virgilius ⟨Aen. VII 286⟩: 'ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis'.] dicit tam diu errasse Polynicen, quam diu de Inachiis tectis id est de Argiua ciuitate uictis tenebris lux emicuisset: de ciuitatis arce, quae Larissa nominatur. non nos autem debet confundere, quod et Thessaliae ciuitas Larissa dicitur. [a qua et ⟨Aen. II 197⟩ 'Larissaeus Achilles'.] haec enim, quam nunc commemorat, arx est ciuitatis Argiuae, quae Larissa dicitur.

---

1 talis //// nauta **Pb** | tamen] tantum **L** bene **Pb** ‖ 2 sine ulla **LP** ‖ 3 clippeo **Pa** *sic fere semper* | apte *corr. in* a parte **M** | a patre **Pb** ‖ 4 ut . . . pependit *om.* **M** | nequicquam **LP** ‖ 6 ut nunc **Pb** | aut certe dirumpit *om.* **L** ‖ 7 impulsu stabula id est siluas **L** impulsu stabula siluas **Pb** impulsu stabulas siluas **Pa** | ut . . . . siluas *om.* **M** ‖ 8 tecta] excutiens stabula **L** *om.* **Pa** ‖ 9 stumulos **Pa** | V. M. T. *om.* **LP** ‖ 10 sic] si **M** | enim tunc timent *om.* **Pb** | timet **Pb** ‖ 11 ne non timere **L** *Cic.* | timeri **MP** ‖ 12 possimus **L** *Cic.* | MAESTA *om.* **MP** | est tristitia **LPa** ‖ 13 huic . . . salutem *om.* **M** | contiguit **Pb** | Virgilii *scripsi* Virg. **LPa** uirgilius **Pb** ‖ 14 nullam *om.* **Pa** | sperare *om.* **P** | salutem *om.* **Pa** ‖ 15 Argiuis . . . autem Inachiis *om.* **Pb** ‖ 16 ut . . . ab Argis *om.* **M** | ecce] eo **Pa** | autem ab **Pa** ‖ 17 ab Argis] a. **Pa** | policen **Pa** ‖ 20 non uos **P** | autem] aut **Pb** ‖ 21 ciuitatis **Pa** | a qua . . . Achilles *om.* **M** ‖ 22 et Larissaeus . . . quam *om.* **Pb**

381 DEVEXA IN MOENIA FVNDENS quasi imaginem lucis accipere debeat. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 280⟩: 'deuexo interea propior fit Vesper Olympo'. deuexa in latere montis posita.

382 LARISSAEVS APEX arx ciuitatis Argiuae, ut est superius adnotatum. ILLO SPE CONCITVS OMNI E. id est ad illam partem. unde posteaquam lumen emicuisse uidit, desiit timere.

383 IVNONIA TEMPLA PROSYMNAE Prosymna ciuitas est, ubi colitur Iuno.

384 LAEVVS HABENS id est sinistro latere praeteriens. HINC HERCVLEO SIGNATA VAPORE L. S. ad dextrum latus Lernae stagna. Herculeo uapore signata quasi in famam dimissa. si ueram quaeramus historiam, Lerna palus fuit, quae cum frequenter siccaretur ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit uenas terrae incendio posse praecludi atque ideo, postquam exhausit eam, ignem adhibuit, et si qua unda prorumpebat, obstruxit. nam Hydram monstrum fuisse ἀπὸ τῶν ὑδάτων fabula nomen obtinuit.

385 TANDEMQVE RECLVSIS I. P. signum est pacificae ciuitatis.

386 ACTVTVM confestim. ut Terentius ⟨Adelph. 634 F.⟩: 'aperite aliquis actutum'.

389 TENVES A. D. C. S. leues. subtiliter: in paupere magnus est somnus. Lucanus ⟨V 505 sq.⟩: 'in quorum

1 IN *om.* **Pa** ‖ 3 fit] sit **M** ‖ 6 annotatum **L** adnotandū *corr. in* adnotatū **M** | E. *om.* **LP** ‖ 8 uidet **L** ‖ 9 Iuno tua **Pa** | PROSYMNAE *om.* **Pa** prosinne **Pb** | prosinna **Pb** ‖ 11 habet **MPb** | id est *om.* **P** | p̃terit **M** ‖ 12 HIC **L** | VAPORE SIGNATA **L** | VAPORE *om.* **P** | L. S. *om.* **LP** ‖ 14 infamia **LPb** in infamia **Pa** | lercia **Pb** ‖ 15 ac] et **L** | 17 posteaquam **L** ‖ 19 hydra **Pb** | ἀπὸ τοῦ ὕδατος **L** apothonydaton **MPa** apotonidaton **Pb** | fabulae **L** ‖ 20 nomine *Vnger.* | optinuit **Pa** ‖ 21 RECLVSIS *om.* **P** | I. P. *om.* **LP** ‖ 24 actutum aperite aliquis **L** *eod. ord.* **P** | aperite] periet **Pb** perite **Pa** ‖ 25 TENVIS **L** | A. D. C. S. *om.* **LP** | subtiles **L** suptilites **M** futtiles **Pb**

pectora somno dat uires fortuna minor'. Iuuenalis ⟨I 16 sq.⟩: 'consilium Sullae dedimus, priuatus ut altum dormiret'.

390 REX IBI TRANQVILLE MEDIO DE LIMITE VITAE id est tunc, cum aetatis esset mediae.

391 ADRASTVS Talai filius et Eurynomes.

392 DIVES AVIS hoc est a maioribus nobilis. ut Virgilius ⟨Aen. VII 56⟩: 'Turnus auis ata|uisque potens'. Lind. p. 25
ET VTROQVE IOVEM DE SANGVINE DVCENS paterni maternique generis nobilitatem explicuit.

393 HIC SEXVS MELIORIS INOPS ut Virgilius ⟨Aen. VII 50 sq.⟩: 'filius huic fato diuum prolesque uirilis nulla fuit'. [sed et alibi ⟨ib. 52⟩: 'sola domum et tantas seruabat filia sedes'.

394 NATARVM ut ⟨Aen. I 654⟩ 'maxima natarum'.]

400 AEGRESCIT CVRA PARENTIS aegritudinem indicat. ut Virgilius ⟨Aen. XII 46⟩: 'aegrescitque medendo'. hoc est: responsi quidem nesciebat euentum, cura autem torquebatur ancipiti.

401 ECCE AVTEM ANTIQVAM FATO CALYDONA RELINQVENS Calydon, Pleuron et Olenos ciuitates sunt Aetoliae, unde fuit Tydeus. atque ideo modo Olenium dicit, modo Calydonium, modo Pleuronium. hic autem Tydeus fratrem suum interemit. moris autem fuit antiqui, sicut etiam Homerus dicit, ut reus homicidii exularet. ergo Tydeus conscius parricidii dimisit paternum regnum et casu eadem nocte

2 Syllae **L** sille **P** si ille **M** ‖ 4 IBI TRANQVILLE *om.* **L** | MEDIO . . . VITAE *om.* **P** ‖ 5 tunc *om.* **L** | cum *om* **Pa** | esset aetatis **L** essem etatis **Pb** ‖ 6 thalai **MPa** talaonis **Pb** | eurinomes **MPa** eurimones **Pb** ‖ 8 Turnus *om.* **MPa** ‖ 9 ET *om.* **MP** ‖ 10 generis] sanguinis **L** ‖ 12 filius *om.* **P** | diui **Pa** ‖ 13 sed et . . . sedes *om.* **M** | domos **Pb** ‖ sedes] sed **Pa** ‖ 15 *scholion om.* **M** *in* **L** *legitur sic:* natorum n. d. *quasi Vergilii essent uerba.* **Pa** *praebet haec:* natorum est maxima n. l. sedes ‖ 16 inducit **Pb** indič *add.* at *man. 2* **M** producit **L** ‖ 17 egrescit **Pa** ‖ 20 antiqua **Pa** ‖ 21 pleuros **LMP** | olenus **Pb** oleonos **M** ‖ 23 pleurenium **Pb** | fratrem suum focum **LmM** *cf. u.* 282 ‖ 24 antiquis **LP** | et homerus **Pb** ‖ 26 parricidii *om.* **Pb**

iisdem confectus imbribus, quibus Polynices, Argos uenit. Calydona uero urbem esse Aetoliae Virgilius loquitur dicendo ⟨Aen. VII 307⟩: ʻquod scelus aut Lapithis tantum aut Calydona merentem'.

402 FRATERNI SANGVINIS quia occiderat auunculum suum Thoantem, Althaeae matris fratrem, uel, ut quidam uolunt, Apharea. manifestius tamen est, quod Menalippum fratrem suum, dum uenatur, occidit.

403 AGIT insequitur. EADEM SVB NOCTE pari tempestate uexatus.

404 LVSTRA hoc est ferarum cubilia. [ut Virgilius ⟨Aen. III 647⟩: ʻlustra domosque traho uastosque a rupe Cyclopas'.]

405 LIQVENTIA distillantia.

406 VNO TEGMINE tecti scilicet, quo Polynices.

408 RABIEM litem.

409 DEFENDERE NOCTEM prohibere iniuriam tempestatis non passi sunt. ut Virgilius ⟨Aen. X 905⟩: ʻhunc, oro, defende furorem' id est prohibe.

410 ALTERNIS mutua uice uerborum. aduerbium pro inuicem. [Virgilius ⟨ecl. III 59⟩: ʻalternis dicetis'.]

411 VT IACTIS SERMONIBVS quasi si uulnus facerent. ut Sallustius ⟨Iug. XI 5⟩: ʻIugurtha inter alias res iacit'.

413 EXERTARE nudare. ut ⟨Lucan. II 543⟩: ʻexertique manus uesana Cethegi'. NVDAMQVE sine ferro.

---

1 hisdem **L** hijsdem **Pa** ĩstẽ **M** | quibus] quidem **Pb** ‖ 2 calidonã **M** calidonam **Pb** Calydoniam **LPa** | uero etiam **Pb** | esse *om.* **Pb** ‖ 3 laphitis **M** | tantum *om.* **Pb** ‖ 5 materni **Pb** ‖ 6 thoas saltem **Pb** toasa alteẹ (r *superscr.*) **M** | Althaeae *om.* **LPa** | uelud **M** ‖ 7 aserea ł afarea **M** ‖ 8 suum . . . uenatur *om.* **Pb** | uenaretur **L** ‖ 9 argit **Pb** auet **Pa** ‖ 10 uṭexatos **M** ‖ 11 hoc est *om.* **Pb** | cubicula **Pa** | ut . . . Cyclopas *om.* **M** ‖ 14 distilantia **P** ‖ 17 prohibere *om.* **Pb** | iniustis *del.* iniuriã *superscr.* **M** iniuriamqȝ **Pb** ‖ 18 oro *om.* **M** ‖ 19 defende *in marg. praeb.* **M** ‖ 20 uoce **Pb** ‖ 21 inuice ut **Pb** | Virgilius . . . dicetis *om.* **M** | dicetis &c. **L** ‖ 22 VT *om.* **MP** | quasi qui **LPa** ‖ 24 exertique] exerta **M** extraqȝ **Pb** ‖ 25 uenenosa **M** | cethes **Pb** | nudam **MP**

414 CELSIOR ILLE GRADV Polynices pedibus longior et membris decorus.

415 INTEGER ANNORVM id | est iuuentute firmissima. Lind. p. 26 Virgilius ⟨Aen. IX 255 sq.⟩: ʻatque integer aeui Ascanius'.

417 MAIOR IN EXIGVO REGNABAT CORPORE VIRTVS ut Virgilius ⟨georg. IV 83⟩: ʻingentis animos angusto in pectore uersant'. uiribus ergo compensauit, quod proceritati natura non concessit, ut paruo corpori ingens robur infunderet.

419 TELORVM AVT GRANDINIS INSTAR R. telorum propterea, quod uulnera infligebant, grandinis, quod assidue. Riphaeae id est Scythicae. Riphaeus mons Scythiae, in quo semper nimiae tempestates sunt. ut Virgilius ⟨georg. III 382⟩: ʻRiphaeo tunditur Euro'.

420 FLEXOQVE GENV duplicato, quod Graeci διπλογόνασιν uocant.

421 NON ALITER QVAM PISAEO S. L. T. Pisae ciuitas Elidis, ubi Olympica corona est, hoc est: ubi agon in honorem Olympici Iouis celebratur finito quinquennio.

422 CRVDIS SVDORIBVS duris aut magnis siue uehementibus.

423 TENEROS . . . . . . EPHEBOS imprudentes. CAVEAE DISSENSVS id est: fauor populi dissidentis instigat ephebos. et expressit fauentum studia.

424 EXCLVSAEQVE EXSPECTANT PRAEMIA MATRES sacro-

---

5 regnabit corpore uirtus **Pa** *om.* **L** ‖ 6 lugentis **M** ingentes **LP** ‖ 7 uersans **L** u. **MP** | proceritate **M** ‖ 8 cessit **MPa** ‖ 10 AVT ... INSTAR *om.* **L** | R. *om.* **LP** | telorum *om.* **L** ‖ 12 Scythie **Pb** | mons tracie **MPa** ‖ 13 sunt *om.* **L** ‖ 15 *δυπλογόνασιν* **L** cuploginu **Pa** dyplogumitinị **Pb** dyplogo natĩ *corr. in* dyploganatĩ **M** *latetne διπλοῖς γόνασιν tale quid? διπλοῦν γόνασιν Vnger.* ‖ 17 alter **Pb** | QVEM **L** | S. L. T. *om.* **LP** ‖ 18 helidis **MPa** | hoc est] id est **L** hic **Pb** | ubi *om.* **L** ‖ 22 Teneriṣ (o *superscr.*) ephoebus **M** | inprudentes **M** impudentes **Pb** ‖ 23 discessus **Pb** | discedentis **Pb** dissidens *corr. in* dissidentis **M** | infugat **Pa** | ephoebus **M** ‖ 24 et *om.* **Pb** | fauentum **P** fauentium **L** uauentũ *corr. in* fauentiũ **M**

rum lege prohibitum est Olympicum certamen spectare mulieres.

425 NVLLAQVE CVPIDINE LAVDIS non pecunia aut praemii nimietate certabant, sed laudis auidis solius erat uirtutis intentio.

426 INTIMA VVLTVS genetiuus est singularis.

430 IVVENIS THEBANE apostropha ad Polynicen.

433 MAGNIS CVI SOBRIA CVRIS PENDEBAT S. I. D. S. pendebat sollicita erat. ut Virgilius ⟨Aen. VI 614⟩: 'suspensi poenam exspectant'.

434 SOMNO IAM DETERIORE SENECTVS deficiente calore sanguinis minimum quietis senectus capit. ordo: cui magnis curis pendebat somnus. quia in ingenti cura minor est somnus.

Lind. p. 27 435 NVMEROSA LVCE cum multis lampadibus.

439 EXTERNI IVVENES alterius generis. ut Virgilius ⟨Aen. III 42 sq.⟩: 'non me tibi Troia externum tulit'. aut certe illud uult magis intellegi: tantam ciuium suorum metu regis esse formidinem, ut nullus audeat manu litem conserere. talis est ergo sensus: externi estis, o iuuenes. nam ciuis meus nunquam usque adeo finem litis suae audet extendere, ut transferat in manus furorem.

442 ANGVSTA DIES ad discordiam conserendam. TRISTE tristis res. PARVMPER PACEM ANIMO et animo triste est

---

1 certatā **Pa** | spectare //// **M** ‖ 3 laude **Pa** ‖ 4 laude **Pa** | auidi **LP** audiui *corr. in* auidis **M** ‖ 5 contentio **L** ‖ 6 genitiuus **LMPa** ‖ 7 apostrophe **L** ‖ 8 S. I. D. S. *om.* **LP** ‖ 9 pendebat *om.* **LPa** | solita **Pb** ‖ 10 suspendi *corr. in* suspensi **M** inclusi *Vergilius* | poena **Pa** ‖ 11 SENECTVS *om.* **MP** ‖ 12 nimium **LP** minimum *superscr.* † nimium **M** | quietus **Pb** | cui] cū **M** ‖ 13 pendebat curis **Pb** | in *om.* **MP** ‖ 16 Extremi **Pb** | alius gentis *ed. Veneta Schottky p. 10* ‖ 17 non] namque haud **Pb** | tibi tibi **L** | extremum **Pb** ‖ 18 aut . . . conserere *seclus. Schottky p. 10* | intelligi **LP** ‖ 20 ergo sensus] ordo **LP** ‖ 21 meus ciuis **Pb** cui' mēs **Pa** | litis suę audet finem **M** | fine **Pa** | litis suae audet *om.* **Pb** ‖ 22 īmanis **Pb** ‖ 24 PARVMPER *om.* **MP** | et] id est **L** | tristi **L** tristis **P** | est *om* **L**

pacem paulisper pati. adeo dies uestrae pugnae non suffecit, ut noctem quieti non daretis?

443 PRODITE dicite.

445 HAVT HVMILES [ignobiles] ut Virgilius ⟨Aen. IV 13⟩: 'degeneres animos timor arguit'. quisquis enim timet in discrimine, degener est. econtra qui imperterritus fuerit, generosi sanguinis indolem profitetur.

447 OBLIQVA TVENTES id est: inuicem se iuuenes male Lind. p. 28 obliquis oculis intuentes.

451 CONFVDERE SONIS pariter dicendo significationem turbauere uerborum. IN ORDINE iam non turbato sono.

452 SOLACIA CASVS quia fratrem occidit. casus, quia parricidium ignarus admisit. dicitur enim uenationis fortuito peremisse germanum.

453 MONSTRIFERAE CALYDONIS propter aprum, qui illic monstri similis natus est et iracundia Dianae regionem Calydoniam totam uastabat. [quem postea Meleagrus occidit.] ACHELOIAQVE ARVA Achelous amnis Thessaliae oriens Aetoliam perfluit, Thetidis filius, qui primus uinum poculis miscuit. ut Virgilius ⟨georg. I 9⟩: 'poculaque inuentis Acheloia miscuit uuis'.

455 CAELVM PROHIBERE caelum pro aere et nimbis posuit. id est pluuiam tecto declinare. QVIS ISTE id est: quam gerit potestatem, qui hospitalitatis communionem sic prohibet?

457 BIMEMBRES duplicium membrorum. ut Iuuenalis

---

2 sufficit **LPa** *corr. ex* suffeč **M** | detis **L** ‖ 4 Haud **LPb** | ignobiles *om.* **MP** ‖ 6 in certamine **LP** | qui *om.* **Pb** | inperterritus **Pa** ‖ 7 generosis **Pb** | indole **Pb** ‖ 10 somnis **Pb** ‖ 12 SOLATIA **LPa** | quia[1]] qui **Pb** ‖ 13 fortuito uenationis **L** | uenatoris **Pb** ‖ 16 monstro **Pb** | et] ex **L** | diana **M** | qui regionem **L** ‖ 17 quem . . . occidit *om.* **M** | Meleager **L** | occisit **Pa** ‖ 18 in Thessalia **L** *rectius uidetur* ‖ 19 praeterfluit **L** | Thetidis *mutare nolui. est uero Thetis illa maior, quae laudatur a myth.* (I 204). tetide **Pa** ‖ 23 declinarunt **Pb** | id est] deest **L** ‖ 24 quam] quadam **Pb**

in quinto ⟨XIII 64 sq.⟩: 'egregium sanctumque uirum si cerno, bimembri hoc monstrum puero'.

459 COMPOSITOS ex uariis gentibus. SVNT ET RABIDIS Iuuenalis ⟨XV 163⟩: 'Indica tigris agit rabida cum tigride pacem.'

460 FASQVE SVVM iura humanitatis atque concordiae. SOCIARE CVBILIA TERRAE 'et' deest. non licuit per iracundiam. [iratis enim sermo deficit. Virgilius ⟨Aen. I 135⟩: 'quos ego'.]

461 AVT HODIE SPOLIIS GAVISVS ABIBIS ut Virgilius ⟨Aen. X 862 sq.⟩: 'aut hodie uictor spolia illa cruenta et caput Aeneae referes Lausique dolorum'.

463 SANGVIS HEBET stupet originis uirtus horrore parricidii perpetrati. DE STIRPE CREATVM OENEOS Mars Meleagri pater, Meleager Oenei, Oeneus Tydei, quamuis plerique dicant eum Marte procreatum conuerso in uultum Oenei. ordo talis: accipies non degenerasse me a paterna uirtute.

465 ACCIPIES senties siue experieris.

466 ILLE REFERT CONTRA Polynices respondet iniuriis, sed incesti conscius celauit nomen parentis. ergo si accusabis, f a c t i legis, si purgas, f a t i.

467 CVNCTATVR PROFERRE PATREM timet Oedipum nominare, quia frater est et pater.

470 COEANT DEXTRAE haec apud ueteres foedera fuisse

1 in quinto *om.* **L** in u **MPa** | sicerno *corr. in* secerno **M** || 2 hoc ē **M** *corr. deleu.* ē || 3 SVNT . . . pacem *om.* **M** | rabide **Pa** || 4 rapida **Pa** || 6 iura **L** hora **MP** | concordia **Pb** || 7 SOCIARE . . . TERRAE *om.* **MP** | et *om.* **L** | per] propter **L** || 8 in iratis **Pa** | iratis . . . ego *om.* **M** | defecit **Pb** || 10 HAVT **L** | ABIBIS. Spolia illa. ut **LPa** abibis et item ut **Pb** | Virgilius *om.* **Pb** || 11 haut **L** *om.* **Pb** | uictor *om.* **MP** || 12 Lausique dolorum *om.* **L** || 13 habet **M** | uiribus **Pb** uictus **L** || 14 DE *om.* **MP** | creatum oeneus **M** || 16 plerique] multi **Pb** | Marte *om.* **Pa** || 17 degenerare **L** | me *om.* **MP** | patria **L** || 20 Ille *corr. in* Illi **M** | polinicem **Pb** | respondet *mut. man. 2 in* respondens **M** || 21 ergo . . . fati *om.* **P** || 22 facti legis *superscr. man. 2* sacrilegii **M** || 23 edippodum **Pb** oedipeduӡ **Pa** || 24 frater et pater est **LPa** || 25 foedera *om.* **Pb**

et Virgilius testatur, ut ⟨Aen. VIII 124⟩: 'excepitque manu dextramque amplexus inhaesit'.

474 FATA SENEX bene dixit f a t a. quicquid enim senex loquitur, propemodum fatum est. et reuera quasi instinctu numinis locutus est. nam ex discordia magna familiaritas conflata est inter Tydeum et Polynicem.

475 EXTREMA extreme. nomen pro aduerbio. PROTERVO quod amore Proserpinae inferos penetrare non timuit. e s s e ergo pro f u i s s e dixit et recte. nam omnia, quae nimis bona aut mala sunt, pro praesentibus ascribuntur. e x t r e m a ergo, quia fides extrema erat usque ad inferos. id est: quanta fide perhibent fuisse extrema partitum Pirithoo Thesea.

476 THESEA PIRITHOO hanc talem fidem uult esse, qualem colebat antiquitas. quatuor namque amicitiarum exempla fuisse certissimum est: Thesei et Pirithoi, Orestis et Pyladis, Achillis et Patrocli, Tydei et Polynicis. Theseus et Pirithous conspirauerunt filias Iouis uxores ducere: Theseo rapuerunt Helenam adhuc paruam, Pirithous cum filiam Iouis quaereret et non inueniret, quia apud inferos erat Proserpina, conuenerunt, ut descenderent pariter. qui deprehensi poenas dederunt. — Orestes post necem matris furias passus est. ut Virgilius ⟨Aen. IV 471⟩: 'Agamemnonius scenis agitatus Orestes'. huic Pylades tulit in calamitate solacium, cuius auxilio furiis liberatus est.

1 et *om.* **LPb** || 2 dextraqӡ **LMPa** || 4 factum **P** || 5 institutum **Pb** || 6 polinicen **Pa** policem **Pb** || 9 esse] uere **Pb** || 10 mala et bona **L** | sunt aut mala **Pb** | adscribuntur **L** || 12 prohibent **Pb** | extrema. PARTITVM EXT. P. **L** || 13 piritho *corr. in* perithoo **M** pyrithoo **Pa** peritoo **Pb** | Thesea *om.* **L** || 14 THESEA PIRITHOO *om.* **Pb** | talem *suo loco deletum posuit post* esse **Pb** || 16 exemplū **M** extra **Pb** | hoĩstis pilade (*om.* et) **Pb** || 17 Pyladae **LPa** | patrocle **Pb** || 19 Theseus rapuit **LP** || 20 aput **M** | in inferos esset **Pb** || 21 conuenerunt **M** coniurauerunt **LP** || 22 ponas descenderunt **Pa** || 23 est *om. libri, seruauit Monac.* | Agamemnonis senis **Pb** || 24 agitatur *Vergilius* | *pro hoc uersu in* **L** *legitur Aen.* III 331: 'et scelerum furiis agitatus Orestes'

— Patroclus deside Achille causa Briseidis armis ipsius indutus uenit ad Troiam atque ibi manu procubuit Hectoris. — Tydeus uero causa Polynicis pergit ad Thebas ibique dimicans periit.

[477 RABIDAM id est contra eum furentem. nam tres esse Furiae dicuntur Plutoni deseruientes, quarum prima Alecto, quae impausabilis dicitur, altera Tisiphone quasi τούτων φωνή id est istarum uox, tertia Megaera quasi μεγάλη ἔρις. primum est ergo non pausando furiam concipere, secundum est in uocem prorumpere, tertium iurgium protelare.]

Lind. p. 29 479 VENTIS VT DECERTATA parenthesis per similitudinem. Lucanus ⟨V 217 sq.⟩: 'sed ut timidus Boreas post flamina uentus rauca gemit'.

480 LAXATIS id est cessante uento distentis.

481 PASSI SVBIERE PENATES ordo est: tunc passi subiere penates, id est tunc permiserunt sibi, ut pariter Adrasti domum subirent.

483 INANEM LEONEM hoc est pellem leonis. ut ipse alibi ⟨VI 697⟩ inanem tigridem dicit.

484 IMPEXIS compositis aut non compositis. VTRIMQVE ex utroque humero.

485 QVEM PER TEVMESIA [TEMPE] oppidum Thessaliae. tempe aut loca amoena a caeli temperamento dicta aut Boeotiae montem designat. illius leonis scilicet, quem in Teumeso Hercules occidit. nam idem duos superasse

1 reside **Pb** | briseide **MPb** breseidē **Pa** | ipsis **Pb** ‖ 2 ibi *om.* **Pa** | occubuit **Pb** ‖ 3 ad *om. superscr.* **M** ‖ 5 *scholion om.* **M** ‖ 7 impassibilis **Pb** impossibilis **Pa** ‖ 8 *τούτων*] toton **Pa** tanto **Pb** ‖ 9 ἔρις] aeris **Pa** | ergo est **L** | pausando **L** pulsandum **P** ‖ 10 in uoce **Pa** | tertium est **Pb** ‖ 11 procelare **Pb** | **L** p. 500: *ita ex Fulgentio Planciade mytholog. hunc locum restituimus* ‖ 13 sed *om.* **L** | timidis borea **Pb** | tumidus Boreae post ... pontus *Lucanus* ‖ 16 subiecere **Pb** | pacti *Grotius* ‖ 17 ꝓmiserunt **Pa** permiserant **Pb** promiserunt **LM** ‖ 21 inpexis **MPa** | utrinque **LP** ‖ 22 numero **Pa** ‖ 23 TEMPE *om.* **MP** ‖ 24 tempe *om.* **L** | aut¹] autem **Pb** ‖ 25 significat **LmPb** ‖ 26 Theumesia **L** t(h)eumesio **MP**

dicitur: primum Teumesium, secundum Cleonaeum. Teumesus mons Boeotiae est, Nemaeus mons Arcadiae, qui est Cleonaeus.

489 AMBIRE uelare seu cingere.

490 CALYDONIS HONOS quasi ipse aper Calydonius esset appellatus.

492 VOCALIBVS ANTRIS fatidico Apollinis specu. ⟨uocalibus⟩ responsa promentibus.

493 OBTVTV fixo aspectu, id est aut stupore animi aut senectute. ut ⟨Aen. VII 250⟩ 'obtutu tenet ora soloque immobilis haeret'.

494 HORROR IIT medie dictum. horror enim aut gaudiorum est aut maeroris. sed modo gaudii intellegendum. timoris horror est, quem Virgilius ⟨Aen. II 755⟩ dicit: 'horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent', laetitiae, ut Terentius ⟨Eun. 83 sq. F.⟩: 'totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam aspexi hanc'.

495 AFFORE adesse. NEXIS AMBAGIBVS obscuris responsis. ut Virgilius ⟨Aen. VI 100⟩: 'obscuris uera inuoluens'.

496 VVLTV FALLENTE superficie sola.

498 NOX QVAE TERRARVM C. A. L. laus noctis, quia habet officium suum caelum, lunae uel siderum cursus amplexa. ut Maro ⟨Aen. II 251⟩: 'inuoluens umbra magna terramque polumque'. Lind. p. 30

1 Teumesus] themeus **P** the////mesius **M** ‖ 2 mons¹ *om.* **Pb** | qui est] qui etiam **L**, *scribere malim cum mythogr.* (II 160) qui et ‖ 3 oleneus **MPa** eleoneus **Pb** ‖ 5 Calidonus horos **Pb** | Calydonius *mendosum uidetur, fortasse scribendumst* Calydon ‖ 7 Apollonis **Pa** | *ante* responsa *supplendum putaui* uocalibus ‖ 12 Orror *add.* H *man. 2* **M** Error **Pb** Orror **Pa** | orror **P** | gaudii **Pb** ‖ 13 est *om.* **LPa** | sed modo ... horror est *om.* **Pb** ‖ 14 quam **Pb** quem **M** *add. man. 2* admodum ‖ 15 animum **L** animos **P** | ipsa . . . terrent *om.* **Pb** ‖ 16 tremori **Pa** tremor **Pb** ‖ 17 horriorque **Pb** ‖ 18 Afore *superscr.* f *man. 2* **M** | nextis **Pa** | ut *om.* **L** ‖ 21 scola **Pa** ‖ 22 QVAE] q̄qʒ **Pa** | C. A. L. *om.* **LP** | quia] que **Pb** ‖ 23 lunam **LPb** luna **Pa** | cursus syderum disponere. AMPLEXA **L** ‖ 24 mare **Pb** | magna *om.* **Pb**

499 TRANSMITTIS SIDERA aut transire facis per te, aut cum ipsa transis. quia fixa sunt sidera.

500 INDVLGENS REPARARE ANIMVM dixit, quid sideribus praestet; quid etiam mortalibus praebeat, dicit. hoc est: indulgens otium, quo animus reparatur. ut Ouidius de Somno libro XI ⟨623 sqq.⟩: 'Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum, pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris fessa ministeriis mulces reparasque labori'.

501 AGILES celeres. summa est enim celeritas illi redeundi. celeres ergo in nostro officio: quibus agimur.

502 TV MIHI PERPLEXIS QVAESITAM ERRORIBVS quia oraculum de generis erat obscurum.

503 ADVEHIS ALMA FIDEM id est responsa Apollinis soluis. VETERIS FATI praeteriti responsi.

504 ADSISTAS OPERI precor, ut nuptiarum beneficia compleas.

505 DIMENSIS ORBIBVS finitis annis singulis. anniuersarium illi sacrificium pollicetur. ut Virgilius ⟨Aen. V 53⟩: 'annua uota tamen sollemnesque ordine pompas'.

507 LVSTRALIAQVE EXTA pinguia, nec possumus quinquennalia accipere, cum constet anniuersarium sacrum dicatum fuisse. lustralia ergo pecora sunt, quae per quinquennale tempus deuota sacrificiis nutriuntur et ideo pinguia.

[509 SALVE PRISCA FIDES TRIPODVM tripos species

1 transmittit **Pb** | SIDERA *om.* **MP** ‖ 2 *propono aut* cum iis ipsa *aut* cum ipsis ‖ 3 dixit *om.* **Pb** | qui *corr. in* quid **M** ‖ 4 qui *corr. ex* quid **M** ‖ 6 undecimo **Pb** ‖ 7 quam cura **Pb** ‖ 9 enim est **L** | illis **LPb** ‖ 10 nostris officiis **LmPb** | quibus **MP** quo **L** | *illud* quibus agimur *trahi debet ad* agiles ortus ‖ 11 perplexeas *corr. in* perplexeis **M** | Q. ERRORIS **L** *om.* **MP** ‖ 13 ALMA FIDEM *om.* **MP** | id est *om.* **L** | Apollinis *om.* **M** ‖ 14 solus **Pa** | uati **M** | presenti responsi **Pb** ‖ 15 beneficium **LP** ‖ 18 sacrum **L** ‖ 19 solemnesqȝ ex ordine po **Pb** *om.* **LMPa** | 20 -QVE *om.* **MP** | nec possumus . . . dicatum fuisse *om.* **L** ‖ 23 quinqueannale sunt tempus **Pb** ‖ 25 SALVE — tecta *om.* **LmM** *in* **P** *hoc loco omissa leguntur post scholion* 514

est lauri, tres habens radices, Apollini | consecrata propter Lind. p. 31 triplicem uim diuinationis. nam et Sol praeterita uidit et praesentia cernit et futura uisurus est. est etiam tripos mensa Apollinis corio Pythonis serpentis tecta.] prisca magna. OBSCVRIQVE RECESSVS pro uoluntate deorum aut oraculi fide latente. μετωνυμία: per id, quod efficit, id, quod efficitur.

510 DEPRENDI FORTVNA DEOS agnoui oraculum.

512 CANIS albis. ut Horatius ⟨carm. I 4, 4⟩: 'prata canis albicant pruinis'. Virgilius ⟨georg. I 43 sq.⟩: 'canis cum montibus humor liquitur'.

514 ADOLERE FOCOS uerbum proprie est sacra reddentium. quod significat uotis uel supplicationibus numen auctius fieri. ergo adolere accumulare. unde Virgilius ⟨Aen. VII 71⟩: 'adolet dum altaria taedis'.

515 INSTAVRARE IVBET renouare, sacrificium celebrare, ut intellegamus superiore die uota Apollini persoluta, quae nunc aduentu iuuenum praecipit renouari in honorem Apollinis.

516 VARIO S. I. T. R. ut Maro ⟨Aen. I 705⟩: 'centum aliae totidemque pares aetate ministri'.

518 EMVNIRE TOROS instruere. TAPETAS genere masculino. ut Virgilius ⟨Aen. IX 358⟩: 'pulchrosque tapetas'. [tertio declinatur hoc nomen et tapetum, tapeti et hoc tapete, huius tapetis. unde est ⟨Aen. IX

1 apollinis consacrata **Pb** ‖ 2 Sol et? | uidelicet **L** ‖ 6 fidem **MP** | latent̃ **M** latentˢ **Pa** latentur **Pb** | metonomia **MP** ‖ 8 dep̃hendi **Pa** ‖ 9 prata *om.* **LM** *ante* pruinis *pos.* **P** ‖ 10 albicat ora pruinis **L** | Virgilius . . . liquitur *om.* **M** ‖ 11 loquitur **Pa** ‖ 12 est] ẽe **Pa** ‖ est proprie **Pb** ‖ 13 uotis uel rationibus uel supplicationibus **Pb** ‖ 14 aᵘctius **M** acuus **Pa** | unde *om.* **L** ut **Pb** ‖ 15 adolet] augent **Pb** | taedis *om.* **L** ‖ 17 intelligamus *libri* ‖ 18 praecepit **Pb** | renouare **Pb** reuocari **Pa** ‖ 20 S. I. T. R. *om.* **LP** *secuntur in Mon.*: (517) Regia quando fixum est significat palatium ‖ 21 aliae] arae **L** ‖ 22 Et munire **Pb** | tapeta generis ma. **Pb** ‖ 23 pulchrosue **L** pictosque **Pb** pulcrosque **MPa** ‖ 24 tertio ... accusatiuus *om.* **M** | et *om.* **L** | tapeti **Pa** ti **LPb** ‖ 25 tapete *om.* **L** | huius *om.* **LP** | tapetis *om.* **Pa**

325 sq.⟩ 'qui forte tapetibus altis exstructus'. declinatur et Graece ὁ τάπης, τοῦ τάπητος, a qua declinatione est iste accusatiuus.]

519 LEVARE lucidas facere. ut Virgilius ⟨Aen. V 306⟩: 'leuato lucida ferro'. MENSAS pro uasculis posuit.

[521 TENDVNT AVRATIS VINCVLA LYCHNIS uitandae humilitatis aucupio lucernas noluit dicere. sic Maro ⟨Aen. I 726⟩: 'dependent lychni laquearibus aureis'. indignum enim hoc heroo carmine fuerat.]

527 SICCATI VVLNERA LYMPHIS secundum Virgilium lota aqua uulnera siccata dixit. ut ⟨Aen. X 834⟩ 'uulnera siccabat lymphis'.

530 ALTRIX nutrix.

531 IVSTAE VENERI legitimas nuptias dixit.

532 TACITA pro aduerbio tacite, aut fideli.

Lind. p. 32 536 TERRORE MINVS id est sine terrore. pulchritudinem potuit dare deae, potestatem uero non potuit praebere mortali. sensus uero talis est: quantum ad pulchritudinem, Mineruae et Dianae similes erant, quantum ad terrorem, minores. NOVA DEINDE PVDORI V. V. F. noua facies id est peregrinorum uisa est pudicis uirginibus, quae per pudorem et palluerunt et rubuerunt.

538 PVRPVREAS HAVSERE GENAS purpureas pulchras. hausere consumpsere, quia desierunt esse purpureae. VERENTES uerecundiam patientes.

539 AD SANCTVM REDIERE PATREM primo patrem, post iuuenes et iterum patrem aspexerunt. mores expressit

---

1 exstructus declinatur *om.* **Pb** ‖ 2 ὁ tapetes **Pb** | τοῦ *om.* **L** cor **Pa** | ταπήτος **L** ‖ 3 iste **P** hic **L** ‖ 4 Leuato lucida face **Pb** | ut *om.* **Pb** ‖ 5 ferre **M** | mensa **Pb** ‖ 6 *scholion om.* **M** | lichinis **Pb** ‖ 7 aut cupio **P** ‖ 8 aurei **Pa** auris **Pb** ‖ 9 haec **Pa** | eroo **Pa** heroico **Pb** | carmini **Pa** ‖ 11 siccata . . . . . uulnera *om.* **Pb** ‖ 13 alitrix **Pa** ‖ 14 ueneris **Pb** | dixit nuptias **Pb** ‖ 15 Tacite **M** | autem **Pb** | fideliter **L** ‖ 18 quantum ad pulchritudinem *iterauit post* similes erant **Pb** ‖ 20 V. V. F. *om.* **LP** ‖ 21 propter **LPb** per **MPa** ‖ 22 expalluerunt **Pb** *corr. ex* et palluerunt **M** ‖ 23 PVRPVREAS . . GENAS *om.* **L** ‖ 24 dixerunt **Pb** ‖ 26 post *superscr.* posuit **M** ‖ 27 iterum] item **MPb** | morem **Pb**

erubescentium, quae si nouam uiderint faciem, statim suos oculos ad notam sibi personam retorquent.

541 IASIDES πατρωνυμικόν ab antiquis ducibus ductum, qui ante Danaum fuerunt: Iasi filius Iasides. Iasus et Phoroneus antiqui reges Argiuorum fuere, qui primi Iunoni sacrificauerunt. poposcit ergo Adrastus ex more pateram, qua assuerant Argiuorum antiqui principes diis litare. ut Virgilius ⟨Aen. I 729 sq.⟩: 'impleuitque mero pateram, quam Belus et omnes a Belo soliti'.

543 CAELATA insculpta.

[544 AVREVS Perseus significatur. aureus ideo, quia in auro erat sculptus. qui uolatu dicitur uenisse ad interficiendum Gorgona. quod ideo fingitur, quia nauigio uenit. nam haec duo inter se reciprocantur. ut Virgilius ⟨Aen. III 520⟩: 'uelorum pandimus alas'. item alibi ⟨georg. IV 59⟩: 'nare per aestatem'.]

545 ITA VISVS IN AVRAS ad probationem rei, tamquam uerum esset, exposuit.

546 GRAVES OCVLOS morituros, et quia omnem uim nocendi in oculis habebat, quaerebat abscisa sectorem. ad admirationem uiri finxit et sensum.

547 VIVO fuluo, quod uiui colorem habeat. ⟨pallescit⟩, quod pallidus mortui habet colorem. admiratur autem, quod cum in uiuo sit picta, mortis tamen pallore torpescat.

---

1 rubescentium **Pb** | que **M** qui **LP** | suos *om.* **Pb** ‖ 2 oculos *post* personam *pos.* **Pb** ‖ 3 Iaspides **Pb** | patronomicum **Pa** *ex* patronomicon *corr.* **M** patronimicum **Pb** patronymicum **L** | dictum **LPa** ‖ 4 damnaum **Pb** damnauit **Pa** | fuit *libri praeter Monac.* | *scholion corruptum esse puto. fortasse sic scribendum est:* SENIORQVE (542) qui ante Danaum fuit | Iasides *om.* **LPb** | Iasus *om.* **Pa** ‖ 5 phoreneus **Pa** | fuerunt **Pb** | 7 assueuerant **L** | *corr. ex* assuerant **M** | libare **L** ‖ 8 pateram quam] pateraqꝫ **Pa** ‖ 11 *scholion om.* **M** | perseum **Pb** | significat **Pb** sign̄ **Pa** ‖ 12 interficiendam **Pb** ‖ 14 hic **Pb** ‖ 15 Idem **L** ‖ 17 rei *om.* **Pa** ‖ 19 et *om.* **Pb** ‖ 20 obscisa **Pa** occisa **L** | septorem **Pb** | ad admiracionem **M** | āmirationem **Pa** ‖ 21 uiri **M** ueri *Mon. om.* **LP** ‖ 22 habebat **LPb** habeat **MPa** | pallescit *inserui ex coniectura* ‖ 23 quum pallidus **L** | habeat **L** ‖ 24 mors **L**

548 HINC PHRYGIVS . . . VENATOR Ganymedes Troili regis et Callirrhoae filius, quem Iuppiter dilexit [et per aquilam rapuit. et adhibitus est ministerio deorum remota Hebe, Iunonis filia. hinc Virgilius ⟨Aen. I 28⟩: 'et rapti Ganymedis honores'].

549 GARGARA summae partes Idae montis quasi Carcara id est capitis caput. κάρα enim Graeci caput uocant.

550 STANT MAESTI COMITES ut Virgilius ⟨Aen. V 256⟩: 'longaeui palmas nequiquam ad sidera tendunt'.

554 COMITVM FAMVLVMQVE . . . . MANVS id est amicorum et seruorum multitudo. PVDICA FRONDE id est lauro. pulchre propter Daphnen, quae uirgo permansit. [fuit autem filia Penei, fluminis Thessaliae. quam cum Apollo amaret et illa fugeret, deorum miseratione in laurum conuersa est, quae in tutela Apollinis esse dicitur.]

555 CVI FESTA DIES Apollini scilicet. ut est ⟨Aen. II 249⟩ 'festa uelamus fronde per urbem'.

Lind. p. 33 557 FORSITAN O IVVENES sensus talis est: credo, sanctissimi iuuenes, unde nobis sint sacrorum ista sollemnia, animos uestros uelle cognoscere.

562 SINVOSA VOLVMINA spatiosa. longum hyperbaton: postquam perculit.

564 TERENTEM crebris amplexibus tenuantem.

565 CASTALIIS magnae arbores iuxta Castalium fontem sunt, qui in Boeotia esse dicitur Musis consecratus.

566 NIGRO SITIENS ALIMENTA VENENO quaerens accipere alimenta, ut augeret uenenum. ueneno enim proficit, quicquid acceperit serpens bibendum. ut supra ⟨u. 91⟩ 'sulphureas permiserat anguibus undas.'

570 CROTOPI hic rex Arguius fuit, qui Apollinem Pythonis caede pollutum expiauit. huic filia Psamathe fuit, cum qua Apollo concubuit. de quo compressu genuit ac mox editum partum exposuit. quod Apollo indignanter accipiens in uindictam iniuriae suae iniecit monstrum, quod Coroebus occidit.

572 DECORE PIO ex natura uenienti, non fucis aut cura decorato. SERVABAT NATA PENATES Psamathen dicit, Crotopi filiam. seruabat possidebat. ut Virgilius ⟨Aen. VII 52⟩: 'sola domum et tantas seruabat filia sedes'.

573 FELIX SI DELIA NVNQVAM FVRTA id est: felix, si nunquam fuisset Apollinis perpessa concubitus.

575 AD FLVMINIS VNDAM morem habent poetae, ut ex diis genitos super fluminum ripas memorent esse conceptos, ut facilis numini possit esse ablutio. [Virgilius ⟨Aen. I 617 sq.⟩: 'tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?']

576 BIS QVINOS uult poeta monstrare legitime editum partum puerperae auctore Virgilio ⟨ecl. IV 61⟩: 'matri longa decem tulerunt fastidia menses'. Terentius ⟨Adelph. 474 sq.⟩: 'uirgo ex eo compressu grauida facta est; mensis hic decimus est'.

577 NEPOTEM quia ex Apolline nascebatur.

---

1 Troii filius regis troiani et calirce **Pb** | Trocli **L** || 2 callirohe **M** Callirhoes **L** calirce **Pa** | et per . . honores *om.* **M** || 6 quasi] quas **Pa** | carcaros **Pb** (= *κὰρ καρός?*) || 7 id est] a **Pb** | *χάρη* **L** *καρ* **Pb** cara **MPa** | graece **LPa** | uocatur **L** || 9 nequicquam **LP** || 11 pudico **M** | id est **LMPb** uel **Pa** || 12 pulchre **M** pulchra **L** pulcrum **Pa** pulchrum **Pb** pudica *coniecit Grotius* || 13 fuit . . . dicitur *om.* **M** | autem **LPa** ergo **Pb** | penei fluminis filia **Pb** | Thessaliae *om.* **Pb** || 14 Apollo *om.* **Pb** | illum **Pb** || 15 esse . . . 555 . . . Apollini *om.* **Pb** || 16 Apollinis **LPa** || 18 forsitam **Pb** || 23 crebris] longis **Pb** || 25 consacratus **Pb**

1 augeret **M** *man. 2 superscr.* tangeret | uenenū *corr. ex* ueneno **M** uenena **LPa** | uenenum augeret **Pb** || 2 ut supra *om.* **Pb** || 3 pmiserat **Pa** permiserit **Pb** || 5 tiphonis *libri, corr. Kohlm.* | Psamate **L** samate **LmPb** semate **Pa** samata **M** || 6 fuit *om.* **MP** || genuit **MP** edidit **L** || 10 PIO] puero **Pb** || 11 cara **Pb** | *scribere malim* decorata | Psamaten **L** samatam **MP** || 13 domos **Pb** | tantos **Pa** tantas **LMPb** *Vergilius* | nata penates **LMPa** filia sedes **LmPb** *Vergilius* || 15 concubitum **Pb** || 18 numini **MP** nimirum **L** | Virgilius . . . ad undam *om.* **M** || 20 undas **L** || 22 auctore ut uirgil. **Pb** || 23 et terentius **Pb** || 24 facta *om.* **Pb** | hic mensis est decimus **Pb** || 26 nepotes **Pb** | quia **MPb** qȝ **Pa** qui **L**

581 CVSTODI huius in historia Helenus nomen inuenitur.

Lind. p. 34 582 NON TIBI DIGNA PVER quasi indumenta eius essent ex libris et arbuto. arbutei (584) ergo pro ilignei posuit, nam arbutus tegimen non habet.

586 ET PECORI COMMVNE SOLVM ut ostenderet pecori pastorique domum esse communem. ut Iuuenalis ⟨VI 4⟩: 'et pecus et dominos communi clauderet umbra'. SED FATA NEC ILLVM CONCESSERE LAREM id est: fatorum necessitas puerum uiuere nec in indigno loco permisit. ut Virgilius ⟨Aen. VI 869 sq.⟩: 'ostendent terris hunc tantum fata nec ultra esse sinent.

588 TEMERE casu, periculose. ET PATVLO CAELVM ORE TRAHENTEM ut Virgilius ⟨georg. I 376⟩: 'et patulis captauit naribus auras'.

591 ADIT percutit. PVLSI EX ANIMO conscientiae haec sunt tria supplicia: uerecundia, pudor et supplicii metus. haec omnia mortui filii dolor exclusit.

593 VACVVMQVE FERENS VELAMINE PECTVS id est scissis uestibus nudauerat pectus.

594 NEC MOTVS uel paterna admonitione uel luctu.

595 INFANDVM absolute dixit. ut Virgilius ⟨georg. I 478 sq.⟩: 'pecudesque locutae (infandum!)'.

596 SERO MEMOR THALAMI bene sero, quia post mortem eius iniuriam uindicauit, siue quod eam ulcisci magis uoluerit quam tueri. SOLACIA MORTI solacia pro ultione posuit.

---

1 Heleni **L** ‖ 2 NON TIBI DIGNA PVER **MP** CLAVSA ARBVTEI **L** | eius *om.* **Pa** *corr. in* ei **M** ‖ 3 arbuteis **LMPa** arbutris **Pb** arbutei *Mon.* | illigeis **Pb** ligneis **LMPa** lignei *Mon., corr. Vnger.* ‖ 4 tegmen **LPb** ‖ 5 SOLVM *om.* **LPa** | pecoris **Pb** ‖ 7 dominos] dn̄m **M** | communis **LMPa** ‖ 8 set **Pa** | concesisse **Pb** | in *om.* **Pb** uti *superscr. manus 2* **M** ‖ 10 ostendunt **LPa** | 11 sinunt **LPa** ‖ 12 ET *om.* **MP** ‖ 13 et *ante* patulis *non legitur in Vergilio, fortasse excidit uersus* ‖ 15 ADIT percutit *om.* **LPb** ‖ 16 sunt hec **Pb** | pudor] pavor **Lc** ‖ 20 ammonitione **MPa** | luct' **M** ‖ 21 absoluit **Pa** | dixit *om.* **Pb** | 22 *pro* locutae *exstat lacuna* **Pb** | infandum *om.* **Pa** ‖ 23 THALAMI] thebani **Pb** ‖ 24 maluerit **Pb**

599 AETERNVM aduerbium est, id est semper.

600 FERRVGINEAM nigram. est sensus: ferrugineam frontem anguis discriminat, quasi a media fronte consurgat, ut, quod facit uitta in crinibus feminarum, hoc in monstri capite anguis faciat.

601 NOCTVRNO quod noctu incederet. nam quasi infernum monstrum uitabat aspectum lucis.

602 A STIRPE RECENTES mox natas id est pueriles animas, ut ostenderet, quam rem dolor Apollinis uindicaret.

607 POSTHABITA quibus facile est famam morte mercari. ut Virgilius ⟨Aen. IX 205 sq.⟩: 'est hic, est animus lucis contemptor et istum qui uita bene credat emi, quo tendis, honorem'. qui hic uitam spernit, famam acquirit. Lind. p. 35

608 NOVOS .... P. quos nondum uastauerat.

609 IN BIVIO aditus ut ex illa parte et hinc patens. ut Virgilius ⟨Aen. XI 516⟩: 'ut biuias armato obsidam milite fauces'. PARVVM pro paruorum.

610 ET IAM VNCA MANVS VITALIBVS HAERET horum uiscera lacerare iam coeperat.

611 FERRATIQVE VNGVES duri.

615 PROFVNDO insatiabili, qui semper mortuos rapit.

616 HABERE IOVI utique Plutoni, ut ⟨Aen. IV 638⟩ 'sacra Ioui Stygio'. VISERE IVXTA quia uiuo monstro comminus accedere non licebat.

618 PROLVVIEM cadaueribus humanis uteri confectam proluuiem.

---

2 et est sensus **Pb** sensus est **L** ‖ 4 uita **Pa** uitia **M** *superscr. manus 2* uitta ‖ 6 quasi nam **Pb** | quasi . . . 602 . . . id est *in contextu om. in marg. sup. add. manus 2* **M** ‖ 7 lucis *om. Mon.* **M** ‖ 10 famam *om.* **P** | mortem **P** | 11 En hic **LPa** ‖ 12 istam **L** | vitam **L** | quo tendis honorem] quod h. **Pa** q. i. h. **M** quasi dicat **L** ‖ 13 hic **M** enim **LP** | adquirit **MPa** ‖ 14 P. *om.* **L** per **P** ‖ 15 ut *om.* **LP** | paciens **Pa** ‖ 16 ut[1] *om.* **LPa** | amato **Pa** | obsidant **L** ‖ 20 Ferrati **MPa** ferranti **Pb** ‖ 22 ut quod sacra **Pa** ‖ 24 cominus **LPb** ‖ 25 confectam uteri? ‖ 26 per proluuiem **Pb**

619 QVA NOSTRAE CECIDERE ANIMAE ad superiora respondet, id est qua aluo.

620 PALLENT aut propter monstrum, quia horrore sui etiam post mortem timeri coeperat, aut pallor, qui ex luctu et timore inerat omnibus, tantus fuit, ut nec post gaudia sedaretur, quae solent immutare hominum uultus.

622 MOLARES id est natos ad molarum usum lapides, eo quod natura sunt asperi. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 250⟩: 'uastisque molaribus instant'.

623 DECVLCARE de alto illidere siue deprimere. NEQVIT IRAM EXPLERE POTESTAS licentia securi aspectus satiari ira non poterat.

625 IMPASTAE FVGISTIS AVES eleganter impastae per hyperbolen dixit, ut 'etiam esurientes abstinuistis', ne satiatae abstinuisse crederentur. hic ergo aut propter formam aut propter foetorem fugisse impastas uolucres dixit.

Lind. p. 36 628 BIVERTICIS . . PARNASI qui in duos diuiditur colles.

629 INIQVO irato.

630 CYCLOPVM TECTA uelut Cyclopum. idonee enim omnia constructa aedificia Cyclopea dixit antiquitas.

631 NEBVLARVM INCENDIT AMICTV id est morbo uitiauit seu polluit. amictu nebularum nebularum aere pestilenti.

632 MORS FILA SORORVM ENSE METIT non iam pollice fila rumpuntur, sed ad saeuiendum infestius ferro executur. tanta festinatio mortis fuerat. ut Lucanus ⟨VI 100⟩: 'sed languor cum morte uenit'.

1 NOSTRAE] matre **Pb** | respondet **Pb** respondit **LMPa** || 2 aluo] proluuie *Mon.* || 3 horror **Pb** || 4 timẽ **Pa** || 5 omnibus **Pa** hominibus **LMPb** || 6 inmutare **MPa** || 7 morales **Pb** || 8 eoqȝ **Pb** | sint **M** | ut *om.* **LP** || 9 instat *Vergilius* || 10 inlidere **MPa** | siue] fuit **Pb** || 13 Inpaste **MPa** | per *om.* **M** || 14 ut] nec **L** || 15 hoc **Pb** || 16 fuisse **Pb** | inpastas **Pa** || 17 inuerticis **Pb** | PARNASSI **LM** | quasi **Pb** || 19 uelud **M** || 20 Cyclopaea **L** ciclopeia **P** | antiquitus **M** || 21 incende **Pa** | AMICTV . . . polluit *om.* **Pb** || 22 nebularum *om.* **LP** | pestilenti *om.* **Pb** || 24 sororum e. m. n. **M** || 25 infestius *Vnger.* instantius *Barth.* in facinus **LP** ut facinus **M** | execantur **P** || 27 langor **Pa** longor **Pb**

633 FERT MANIBVS VRBEM hoc est in urbe dominatur.

634 DVCI Crotopo LAEVVS IGNIS iniquissimus pestilentiae furor. siue Sirius, qui certis temporibus uideri pestilens solet, nunc sibi anni spatia uindicaret.

637 IVVENES QVI CAEDE POTITI id est qui peremerant monstrum.

638 FORTVNATE ANIMI apostropha ad ipsum iuuenem, qui pro patria optauit mori. DIGNE PROMERITVRE DIEM digne aduerbium est.

641 COMMINVS ORA FERENS cum ob declinandam mortem posset Coroebus se occulere, propior tamen se Apollini furenti obtulit de poena securus.

643 NON MISSVS THYMBRAEE TVOS Thymbraeus dici- Lind. p. 37
tur Apollo ab herba thymbra, quae in templo Troados abundat. missus humilis, deiectus, aut coactus. sed sponte huc ueni, non ad supplicium, sed magis ad iracundiam tuam lacessendam. [PENATES pro templo posuit. nam penates hominum sunt, deorum templa. sed hic per diffinitionem templum domus deorum.]

644 MEA ME PIETAS E. C. V. pietatem posuit, quia ciues suos internecio monstri seruauerat, uirtutem, quia non timebat interitum aut quia uirtute monstrum occiderat.

646 MORTALE NEFAS eleganter ostendit se culpa carere peccati, siquidem nil sanctum uiolauerit, cum constet nefas peremptum fuisse mortale.

1 orbe **M** || 3 temporibus certis **LPa** || 5 peremeraṅt **M** || 7 apostrophe **L** || 8 quod pro **Pb** || 10 COMINVS **LP** || 11 se Choroebus **L** | occultare **Pb** | propior **LMP** propiore *Mon.* propiorem *Vnger.* || 12 furenti *corr. in* ferienti **M** | optulit **MPa** || 13 non nisi thimbre tuos **Pb** || 14 troades **Pb** || 15 humilis *om.* **Pb** || 17 PENATES . . . domus deorum *om.* **M** || 18 difinitionem **Pa** || 20 me mea **MP** | E. C. V. *om.* **LP** || 21 internetio *corr. in* internitio **M** internectione **L** ab imtemperatione **Pb** ab internitione **Pa** | uirtus uirtutem posuit **Pb** || 24 NEFAS MORTALE **L** | morale **Pa** mortalem **Pb** | eleganter *om.* **M** || 25 constat **Pb** || 26 fuisse peremptum **Pb** | mortalē **M**

647 SINISTRI POLI corrupti aeris siue nullum habentis remedium sanitatis.

648 INIQVE iniuste, qui pro aliena culpa alios punis.

649 VILIOR ORBI cui orbis iactura uilior est? id est quibus diis uilius damnum sit homines perire quam monstra?

650 INCLEMENTIA iracundia. ut Virgilius ⟨Aen. II 602⟩: 'diuum inclementia, diuum'.

651 QVID MERVERE ARGI cur pro aliena culpa punis innoxios? ME ME DIVVM OPTIME pro salute ciuium se obtulit puniendum. ut Virgilius ⟨Aen. IX 427⟩: 'me, me, (adsum, qui feci), in me conuertite ferrum'. diuum optime per ironiam dictum. non enim conueniebat, ut, quem supra iniquum dixerat, nunc praeconio laudis efferret.

653 LENE MAGIS CORDI iucundum. id est si tibi cordi sunt magis monstra quam homines. QVOD DESOLATA DOMORVM id est orbitatibus uacuas domos et tecta iam paene inania.

655 LVCET AER scilicet ex rogis.

656 EXSPECTANT MATRES ut morbus ciuium meo finiatur interitu.

657 SATIS EST MERVI NE PARCERE VELLES hoc est: sufficit mihi, quod talibus te prouocaui conuiciis, ut dignus ueniae tuae esse non debeam.

658 PROINDE MOVE PHARETRAS meretur reus ueniam, cum sibi eligit poenam. SONOROS grauiter sonantes. [sonat

1 *post* poli *inseruit manus 2* id M | habentis nullum **Pb** || 3 quod **LPa** *om.* **Pb** | pro *om.* **Pb** | alios *om.* **Pa** || 4 uilice orbi **Pb** | cui orbi **MPa** || 5 diis quibus **LM** | damnum *om.* **Pb** | fit **Pb** || 8 diuum[1] *om.* **L** | diuum[2] *om.* **Pb** || 9 Quod *corr. in* Quid **M** || 10 OPTIME *om.* **M** oprimere **Pb** || 12 conuerticem **Pb** uertite **Pa** || 13 conuenit **Pb** || 14 praeconio laudis **LMPb** laudibus **Pa** || 16 iocundum **P** | id *om.* **M** || 17 monstra magis **L** | monstri **Pb** | QVOD] qui **Pb** || 18 orbitatibus **LP** orbitatis *corr. in* orbitate **M** orbitate *Mon.* | domus **MPa** domos **LPb** || 20 ager **P** | ex rogis scil. **L** || 26 mouetur **Pb** || 27 elegit **Pa** | sonat . . . sonoras *om.* **M** *in marg. inf. add. manus ut uidetur recentior*: sonat quod

enim, quod leuiter strepit, sonorat, quod grauiter. utrumque aduertimus docente Virgilio: leuiter ⟨Aen. II 728 sq.⟩ 'sonus excitat omnis suspensum', grauiter ⟨Aen. I 53⟩ 'tempestatesque sonoras'.]

659 INSIGNEMQVE ANIMAM artificiosa concessio, quae habet quandam correctionem. si insignis est, non meretur, ut pereat. est et apud Virgilium ⟨Aen. IV 381⟩ ista concessio: 'i, sequere Italiam, uentis' — addidit terrorem — 'pete regna per undas'.

660 PALLIDVS globum pestilentiae, antequam moriar, discute.

661 MERENTES bene promeritos semper respicit aequa fortuna. nam cum paratus uenisset ad mortem, Apollinis fauore seruatus est, quia non merebatur occidi.

662 ARDENTEM saeuientem. TENVIT repressit. REVERENTIA quia iustum uirum non sine pudoris sui iactura Lind. p. 38 potuisset occidere.

663 SVMMISSVS flexus siue misericordia inclinatus. HONOREM id est praemium donatae uitae, quod uir fortis, qui se saluti uouerat ciuium, non libenter accepit.

665 STVPEFACTI uirtutis tuae admirantis audaciam.

666 EXORATVS orare est preces fundere, exorare orata meruisse. ut Terentius ⟨Hec. prol. 9 sq.⟩: 'orator ad uos uenio . . . sinite exorator siem'. ergo poeta hoc uult intellegi: inuitum Coroebum precibus ciuium a mortis discessisse proposito. STATA SACRA constituta, quae differri nefas est. stata ab eo, quod stent nec mutentur

leuiter strepit sonorat quod grauiter | sonorus enim quod grauiter scerpit sonat quod leuiter **Pb**

3 suspensam **L** || 6 meretur ut pereat *om.* **Pb** || 7 et *om.* **Pb** | et est **LPa** || 8 insequere **Pb** id est sequere **L** | errorem **MPa** errore **Pb** || 13 cum *om.* **Pa** | ad *om.* **Pb** || 14 est seruatus **Pb** | quia] quę **Pb** qui **M** || 16 iniustum **P** || 19 donare **Pb** | uidetur fortis **Pb** || 20 accipit **LP** || 21 tuę *del. superscr.* tante *man. 2* **M** | mirantis **L** || 22 exorare orata] est preces **Pb** || 24 ueni **MPa** | ut siem item **Pb** | hoc *om.* **M** hic **Pb** || 25 intelligi **LPa** || 27 stent **LMPb** stetit **Pa** | neque **LPb**

neque differri possint. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 173⟩: 'annua, quae differre nefas'.

668 FORTE INVISITIS ARAS duce fortuna ad haec sacra uenistis.

669 OENEVS Tydeum dicit, Oenei et Althaeae filium.

670 ET PARTHAONIAE regionis Aetoliae, in qua Portheus, Tydei patruus, regnauit. sensus: Oeneus Calydonius et Parthaoniae tibi cura domus. et ad Polynicem uersus: tu quis sis, indica, quis ad Argos ueneris. SI CERTVS AD AVRES id est si bene audisse me memini.

671 QVIS ex quo genere uel quo sanguine procreatus.

672 QVANDO quoniam.

673 DEIECIT signum uerecundiae. erubuit Polynices propter parricidium et matris incestum. indolem uenerandi pudoris agnoscit, erubescit crimen familiae, ne simul iudicetur. ISMENIVS HEROS Polynices a fluuio Thebarum.

675 OBLIQVARE OCVLOS uerecundia coepit opprimi, quoniam necesse erat, ut dedecus generis sui inimicus agnosceret.

678 INTER SACRA FATERI piaculum est, si audias genitorem.

Lind. p. 39 679 SED SI PRAECIPITANT | CVRAE Virgilius ⟨Aen. II 10⟩: 'sed si tantus amor casus cognoscere nostros'.

680 CADMVS ORIGO PATRVM eleganter patrem propter

---

1 nec **Pb** | 2 anima *del. superscr.* annua *man. 2* **M** | nefas est **LP** ‖ 3 iniustis **Pb** inuisistis **Pa** ‖ 4 uenitis **LPb** ‖ 5 Oenei *om.* **Pb** ‖ 6 ET *om.* **L** | parthonię **Pb** parithonie **Pa** | &olei **Pb** | Portheus *Vnger.* Proetus **L** ꝓoetus **M** p̃tus **Pa** pręcius **Pb** *scribendum uidetur* Parthaon ‖ 8 cura **M** iura **LPa** utra **Pb** | polinicen **M** ‖ 9 qui^s sis **M** quis scis **Pa** qui sis **Pb** | qui **MP** | ad argis **Pb** ‖ 10 id est *om.* **Pb** | audiuisse **Pb** | te audisse memini **L** ‖ 11 sanguine uel ex quo genere **L** | prolatus *superscr. man. 2* procreatus **M** ‖ 13 mestus deiecit **Pb** ‖ 14 incestus **P** | indoles **L** indolis **M** ‖ 15 cognoscit **Pa** | crimen familiae, erubescit **L** | similis **LPb** ‖ 16 heres **Pa** ‖ 17 oblique **Pb** obliquere **Pa** ‖ 18 quoniam] quando **Pb** ‖ 19 agnosceret inimicus **Pb** ‖ 20 piaculi genus est **Pb** piaculum genus est **Pa** ‖ 24 patrem *in contextu om., in marg. legitur* pater, *add. man. 2* quis esset **M** patris **Lm** | propter *om.* **Pa**

infamiam tacuit, auum significasse contentus. [ut ⟨Aen. III 328⟩ 'Ledaeam Hermionen'.] TELLVS MAVORTIA THEBE Mauortiam dixit aut propter Harmoniam Martis et Veneris filiam aut fortem significat, ut ⟨Aen. XI 374⟩ 'si patrii quid Martis habes'. aut ad terrigenas referendum est, quos constat draconis dentibus genitos, qui fuit in tutela Martis.

681 TVM MOTVS ADRASTVS motus affectu, quo quis circa hospites suos solet moueri.

683 SCIMVS AIT aut quod ipse Oedipum aliquando susceperat aut quod ipse ab Oedipode fuerat aliquando susceptus. NEC SIC AVERSVM FAMA MYCENIS non ita a nobis sol auersum uoluit iter, ut ea, quae longe constituti compererint, nos finitimi nesciamus. Virgilius ⟨Aen. I 568⟩· 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'.

684 REGNVM ET FVRIAS O. P. egregie dictum: qui considerato commisso iudicarunt se dignos esse supplicio.

685 HORRET propter nimium frigus. hoc est: si quis sub septentrionali plaga sit constitutus.

686 GANGEN fluuius Indiae. AVT NIGRVM O. I. O. quasi eo loci domicilium noctis sit, ubi est solis occasus.

687 SYRTES ἀπὸ τοῦ σύρειν id est ⟨trahere⟩. INCERTO quia subito de mari siccus fit locus.

---

1 contēptus **Pa** | ut . . . Hermionen *om.* **LM** ut deleam hermionē **Pa** ut est ledram hermionē **Pb** ‖ 3 THEBAE **L** | Hermionā **M** Hermionē **Pa** hermionem *corr. in* hermionen **Pb** | Martis et Veneris filiam Harmionem **L** ‖ 5 patrii *corr. in* patris **M** | ad *om.* **Pa** ‖ 6 quos] quod **Pa** quod *corr. in* quid **M** ‖ 7 fuerit **P** fuerat **L** | tutella **Pb** | mař **Pa** ‖ 10 AIT *om.* **Pb** | quod] ꝗ *manus 2 corr. in* quia **M** qꝫ **Pb** | Oedipum . . . ipse *om.* **Pb** | oedippū **M** oedippedon **Pa** Oedipodem **L** ‖ 11 oedipode **L** oedippe **Pa** oedippo **MPb** ‖ 12 ADVERSVM **LP** | a *om.* **Pb** ‖ 13 aduersum **L** ‖ 14 finitum **Pa** ‖ 15 aduersus **Pb** | eoquos **Pb** aequor **Pa** ‖ 16 O. P. *om.* **LP** t. q. p. **M** ‖ 17 iudicare **Pa** iudic͠r *corr. man. 2 in* iudicauert̃ **M** | supplicatio **M** ‖ 18 siquis **M** siqui **P** qui **L** ‖ 19 sit **M** sint **L** sunt **P** | constituti **LP** ‖ 20 O. I. O. *om.* **LP** ‖ 21 eo *corr. ex* ei **M** | eolico **Pb** ‖ 22 apotu sirin **MPa** *άπο τον σιρίνι* **Pb** | id est *om.* **Pb** | trahere *suppl. Vnger.* | id est trahere] Graece σύρειν id est * **L** ‖ 23 incertus **MP** | de mare **Pb** | sit **Pa**

688 DESTITVVNT reciprocis meatibus deserunt. CASVSVE PRIORVM non habes uocis maculam. culpa est prioris fortunae, non tua.

690 ERRAVIT PIETAS in nostro etiam genere pietas aberrauit. hoc propter Tantalum dicit: sceleribus ne suos quidem caruisse maiores.

691 TV MODO DISSIMILIS ut tu non sis criminosus. MEREARE SECVNDIS sensus: enitendum tibi est, ut factis tuis non solum parentibus uideare dissimilis, sed etiam illos facias innocentes.

692 ET IAM TEMONE SVPINO LANGVET H. G. P. V. Ophiuchum significat, qui sub Ursa est. aduentu enim diei incipiunt sidera septentrionis hebescere.

694 SERVATOREMQVE PARENTVM cum responsum accepisset Thyestes aliter malorum remedium inueniri non posse, nisi cum Pelopeia filia concubuisset, paruissetque responsis, natus est ex ea Aegisthus, Clytaemestrae adulter, Agamemnonis parricida.

ind. p. 40 696 PHOEBE PARENS inuocatio siue hymnus Apollinis.

LYCIAE PATAREA Lyciae ciuitas est Patara, Apollini sacra. unde Horatius ⟨carm. III 4, 64⟩: 'Lycius et Patareus Apollo'.

---

1 Restituunt **Pb** ‖ 2 CASVSQVE **L** | notis **L** uocis **MP** *locum mendosum esse puto. cogitaui de* necis *aut* noxae *scribendo* ‖ 4 pietas *om.* **L** ‖ 5 hoc *om.* **M** | nec **LP** ‖ 7 tu *om.* **L** ‖ 8 tibi *om.* **Pb** | fratris tuis **Pb** ‖ 9 illos etiam **Pb** ‖ *in* **P** *scholia quae secuntur leguntur hoc ordine:* 696 PHOEBE ... Apollinis. 694 SERVATOREMQVE . . . parricida. 692 ET IAM . . . albescere. 696 LYCIAE . . . Apollo. 698 CASTALIAE . . praecipitauit. 699 VOLENTEM . . . inuitus. 701 [IVVAT] . . . iuuabit. 699 THYMBRAEVS . . . senescit. *in* **M**, *praeterquam quod schol.* 694 SERVATOREMQVE . . . parricida *ante schol.* 692 ET IAM . . . hebescere *legitur, ordo seruatus est* ‖ 11 H. G. P. V. *om.* **LP** | Ophiocum **M** ob hoc uicum **Pa** obhiucum **Pb** ‖ 13 hebescere **M** albescere **LP** ‖ 15 inuenire **MP** ‖ 17 est *om.* **M** | Aegyptus **L** | Clitēnestrae **L** clitemnestrę **Pb** clitemestrę **MPa** ‖ 20 licee **Pa** | pataria **Pb** | patera **Pa** ‖ 21 consecrata **L** consacrata **Pb** sacrata **Pa** sacra *superscr.* ta **M** sacra *Mon.* | Delius *Horatius* | Pataraeus **L** pat^{s} ei' **Pa**

698 CASTALIAE ubi quondam uirgo Castalia fuit. quam cum Apollo amaret et uim uellet inferre, in fontem se praecipitauit.

699 THYMBRAEVS HABES Thymbra autem locus est Troiae ab herba cognominatus, quam Latine puleium dicimus. illic Admeto regi pecus pauit. [Thymbraeum Apollinem philosophi imberbem dixerant, quoniam ipse sol est. sol autem ignis est, qui nunquam senescit. VOLENTEM bene uolentem, ne putaretur inuitus.

701 IVVAT Virgilius ⟨Aen. XI 131⟩: 'saxaque subuectare humeris Troiana iuuabit'.] LATONIVS VMBRA CYNTHVS Cynthus mons est Deli, cuius tantam uult esse magnitudinem, ut umbra sua Aegaei maris ambitum protegat. ipse enim Latonam susceperat, cum adhuc Delos erraret. et est sensus: si te non iuuat esse in Delo, quae instabilitate sua hospes est litorum diuersorum.

703 LENTANDVS flectendus, ut Virgilius ⟨Aen. III 384⟩: 'lentandus remus in unda'.

704 DONO CESSERE PARENTES Apollinem imberbem philosophi tradunt eo, quod ipse sit sol. sol autem ignis est, qui nunquam senescit. et est sensus: dono cessere aetherei parentes genas aeternum florere.

706 PARCARVM PRAENOSSE MANVS quia quaecumque fata parant, tu nosti, et omne futurum tibi patet.

707 PLACITVRA IOVI id est: quia adhuc decreta non sunt, quae summo Ioui displicere non poterunt. QVIS

---

1 Castalis **Pb** Casia **Pa** | quēdam **Pa** | fuit *om.* **M** ‖ 2 unice amaret **L** ‖ 4 HABES *om.* **L** | autem *om.* **LP** a. **M** | lat̃ **M** *man. 2 add.* ini ‖ 5 poleium **P** uerbenam **Lm** ‖ 6 Admeti regis **L** | Thymbraeum ... senescit *om.* **LM** ‖ 9 VOLENTEM ... iuuabit *om.* **M** | Volantem **Pa** ‖ 10 IVVAT *om.* **P** | saxa **Pb** | subuetare **Pb** subuectaret **Pa** ‖ 11 iuuabit *om.* **Pb** ‖ 12 Cynthus *om.* **LM** | est *om.* **L** | esse *om.* **Pb** ‖ 16 sua *om.* **Pa** | hospes erat **Pb** ‖ 18 undam **Pb** ‖ 19 cessare **Pb** | inberbem **LM** ‖ 20 sit solis **Pa** ‖ 21 donec etheriis parentis gene **M** ‖ 22 parentis **Pb** ‖ 23 PRAENOSCE **LM** ‖ 25 quia *corr. in* que **M** ‖ 26 poterint **M** potuerunt **L** | *delendumne est* non?

LETIFER ANNVS letiferum annum: famem, morbum immutationemque regnorum. multa complexus est mala, quae etsi diuersis modis distincta sunt, unius tamen pestilentis anni esse noscuntur.

709 TV PHRYGA SVBMITTIS CITHARAE Marsyam dicit, qui uictus submissus est poenae. siue inferiorem facis.

710 TITYON Tityos, Terrae filius, Latonam, Apollinis matrem, amasse dicitur, sed ne sacrilegae libidinis commento impune potiretur, ab Apolline uinctus est et deductus ad Tartara. cuius iecur a uulture tunditur, in aeternitatem supplicii pullulantibus fibris. [Virgilius ⟨Aen. VI 600⟩: 'nec fibris requies datur ulla renatis'.]

711 TE VIRIDIS PYTHON aut epitheton est serpentum, quia uirides sunt, aut ueneni plenus. THEBANAQVE MATER Nioben dicit, Tantali filiam, Amphionis uxorem, fecundam, antequam Latonam sperneret. namque cum quattuordecim mater filiorum esset, ingressa templum Latonae se praetulit illi, quae tantummodo duos peperit. unde Apollo iratus filios sagittis necauit, Diana autem filias, ad ultimum uero ipsam matrem. Iuuenalis ⟨VI 177⟩ ait: 'atque eadem scrofa Niobe fecundior alba'.

713 PHLEGYAN Phlegyas, filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit. eius Virgilius meminit ⟨Aen. VI 618 sq.⟩: 'Phlegyasque miserrimus omnis admonet'.

---

1 mutationemque **L** ‖ 2 Quae mala **LP** *transpos. literis* a *et* b *superscript.* **M** ‖ 3 sunt *om.* **Pb** ‖ 6 sūmissus **MPa** | facit **Pb** ‖ 7 Tityos *om.* **LMP** *seruauit Cassel.* ‖ 9 uinctus **MPa** uictus **LPb** | est *om.* **Pb** | deducitur **Pa** ‖ 10 ad *om.* **Pb** | a *om.* **MP** | tunditur **LMPa** tūdicitur **Pb** tondetur *Vnger.* ‖ 11 Virgilius . . . renatis *om.* **M** ‖ 13 uiride **Pa** | phiton **P** | serpentium **M** | serpentis est **Pb** ‖ 14 quia serpentes uirides **Pb** | uiride **Pa** | pleni *Cassel.* ‖ 16 namque **MPa** nam **LPb** | esset **M** fuisset **LP** ‖ 17 ingressa . . . matrem *om.* **M** | ingressi **Pa** | Latonae **LPb** diane **Pa** | prętulit se **P** ‖ 19 filio **Pa** | aut **Pa** ‖ 20 ipsam *om.* **L** | ait *om.* **L** ‖ 21 Niobe *om.* **LMP** ‖ 22 PHLEGIAM **L** plegian **P** phlegian **M** | ptegias **Pb** | qui apud] quia post **Pa** ‖ 23 cuius **LPb** ‖ 24 peliasqꝫ **Pa** | omnes **Pb**

714 AETERNO PREMIT ACCVBITV id est super ipsum accumbit, ne quando possit requiem capere.

715 INSTIMVLAT inicit illi cupiditatem. fames quidem urget, ut capiat, sed comedere timore fastidit. comesse enim non sinitur, cui fastidium irrogatur. [Virgilius ⟨Aen. VI 605 sq.⟩: Furiarum maxima iuxta accubat et manibus prohibet contingere mensas'.]

716 MEMOR HOSPITII propter Crotopum. adsis faueas.

717 SEV TE ROSEVM TITANA VOCARI dicit Apollinem a diuersis gentibus uariis appellari nominibus. apud Achaemenios enim Titan uocatur, apud Aegyptios Osiris, apud Persas, ubi in antro colitur, Mithra uocatur. quod autem ⟨u. 720⟩ dicitur torquentem cornua, ad illud pertinet, quod simulacrum eius fingitur reluctantis tauri cornua retentare. quo significatur lunam ab eo lumen accipere, cum coeperit ab eius radiis segregari.

718 SEV PRAESTAT OSIRIM secundum Aegyptios, qui Osirim Solem interpretantur, per quem prouentum frugibus existimant posse contingere. quae sacra primum Persae habuerunt, a Persis Phryges, a Phrygibus Romani. apud Persas Sol proprio nomine Mithra dicitur, ut Osthanes refert.

719 SEV PERSEI SVB RVPIBVS ANTRI Persae ab Achaemene, Persei et Andromedae filio, qui iis imperauit, nunc

---

2 accubit **P** ‖ 3 iniicit **LPb** | illi *om.* **Pb** | qđ est urget **M** ‖ 4 cum esse **Pa** ‖ 5 enim *om.* **Pa** | inrogatur **M** | Virgilius . . . mensas *om.* **M** ‖ 8 auspitii **Pa** | *post* Crotopum *legitur in Cassel.* qui eum recepit hospitio ‖ 10 achemonios **P** ‖ 11 uocatur *om.* **L** ‖ 12 mitra **P** Mytra **L** mythra **M** | quod autem . . . segregari *sequitur in* **L** *post* 719 uehitur ‖ 13 dicitur *om.* **M** dicit **P** | ad illud . . . tauri cornua *om.* **M** ‖ 14 retēptaret **Pb** ‖ 15 lunā **L** luna **MP** ‖ 16 coeperit *corr. ex* coepit **M** | segregari **LM** separari **P** ‖ 17 *scholion legitur post schol.* 719 *in* **MP** | OSYRIN **L** osirim **MPb** ostrū **Pa** ‖ 20 habuerunt *om.* **Pb** | romani acceperunt **Pb** ‖ 21 solo primo nomine dicitur mitra **Pb** | Hostanes **LMP** *cf.* Plin. nat. hist. 28, 5, 69, 256, 261; 30, 8, 11, 14. ‖ 23 SEV *om.* **MP** | SVB . . . Persei *om.* **Pb** | persea panchermone **M** | Persae] Persei **L** | Achemene **L** achemone **Pa** ‖ 24 qui ibi **L** quis **M** qui iis *Vnger.*

Achaemenii dicuntur. ubi Apollinem solem dicunt, cuius et sacrorum ritus inuenisse dicuntur. sub rupibus: Persae in spelaeis coli Solem primi inuenisse dicuntur. est enim in spelaeo Sol Persico habitu cum tiara et utrisque manibus bouis cornua comprimens. quae interpretatio ad Lunam dicitur. nam | indignata sequi fratrem occurrit illi et lumen subtexit. his autem uersibus sacrorum Solis mysteria patefecit. Sol enim, Lunam minorem potentia sua et humiliorem docens, taurum insidens cornibus torquet. quibus dictis Statius Lunam bicornem intellegi uoluit, non animalia, quibus uehitur.

Lind. p. 41

720 INDIGNATA SEQVI TORQVENTEM CORNVA MITHRAM prius ordinem dicit, postmodum sensum. seu Mithram uocari praestat sub Persei antri rupibus torquentem cornua indignata sequi. sensus talis est: Persae in spelaeis Solem colunt. et hic Sol proprio nomine uocatur Mithra, qui, quia eclipsin patitur, ideo intra antrum colitur. est autem ipse Sol leonis uultu cum tiara Persico habitu et utrisque manibus bouis cornua comprimens. quae interpretatio ad Lunam dicitur, quae indignata sequi fratrem occurrit illi et lucem eius obscurat. nudauit autem mysteriorum partem. Sol ergo quasi Lunam minorem docens ideo taurum torquet. mire autem cornua posuit, ut Lunam manifestius posset exprimere, non animal, quo illa

---

1 Achaemenii *om.* **Pb** achemeni **Pa** | dicuntur *om.* **LM** | dicentem **Pb** || 2 etiam **Pb** | persei **Pa** || 3 primū uenisse **Pa** || 4 Sol *om.* **LM** | et *om.* **L** || 5 bonis **Pb** *corr. in* bouis **M** || 7 lunam subtexit **Pb** | Solis *om.* **L** || 8 $\overset{b}{s}$ole l$\overset{a}{u}$nam (*omisso* enim) **M** || 9 et *transpos. ante* potentia **M** || 12 torrentem **Pa** || 13 dicit sensum **L** | mitra **Pb** || 14 sub **L** seu **MP** || 16 et hic sol proprio nomine vocatur Mytra **L** et est hic sol quasi episso mutas **Pa** et est hic sol pepisso (pepiso **Pb**) mitras **MPb** et est hic sol proprio nomine uocatus mitras *Cassel.*, *in* episso (pepisso, pepiso) *illo graecam uocem latere puto uelut* ἐπ' ἴσον || 17 qui quia **MPb** quique **LPa** | eclypsim **Pb** || 18 uultum **P** || 21 eius **MP** ei **L** | īisteriorem **Pa** mysteriorem **MPb** || 23 cornu torquet **Pb** || 24 nam animal **Pa**

uehi figuratur. sed tamen quia locus non est secreta deorum istorum iuxta tenorem internae philosophiae disserere, tamen de figuris, quibus creditur, paucis dicamus. Sol ineffabilis, quia principale signum inculcat et frenat, Leonem scilicet, idcirco et ipse hoc uultu fingitur, uel quod hic deus inter ceteros ui numinis et potentiae impetu excellat, ut inter reliquas feras leo; uel quod sit rapidum animal. Luna uero, quia propius taurum coercet adducitque, ideo uacca [luna] figurata est. ceterum diuini et regii dii isti, ut compareant in orbe, sic sunt expertes mortalis figurae tam hominis quam beluae, non habentes initium terminumque uel quod interpoletur medium, ut dii minores et reliqui, ut supra ⟨u. 205 sq.⟩ ipse ait: 'mox turba uagorum semideum'. id enim ratio aeternitatis expostulat.

COMMENTARIVS IN LIBRVM II.

Reditus Mercurii cum umbra Lai per Taenarum, Laconiae promunturium. aduentus ipsius umbrae ad Thebas. immutatio eius in Tiresiam et admonitio ad Eteoclem, ut Lind. p. 42

---

1 tamen *om.* **L** tantum **Pb** | secreta *post* istorum *praebet* **L** || 2 intimae *Cassel.* || 3 de figuris tamen **L** | creduntur *Schottk.* || 4 est ineffabilis **L** ineffabilis est **Pb** | quia **LM** qui **Pa** *om.* **Pb** | inculcat] inculit *Cassel.* incolit *Mon.* || 5 scilicet *om.* **Pb** | iccirco **L** || 6 deos **Pb** | inter *add. Vnger.* | sui numinis **L** sui nominis **Pa** ui numinis **MPb** *Cassel.* || 8 uero *om.* **M** | quod] quia **L** | tauro adhaeret **L** taurum coheret **Pa** taurum coercet **MPb** || 9 uaca **Pa** | lu- nae **M** *Cassel.* | isti dii **L** || 10 comparentur **L** comparetur **Pa** | orbem **Pa** | experte mortales **M** || 11 tam hominis **L** seu hominis **MP** | habens **MPb** *Cassel* | terminum **LPa** || 12 interpelletur **Pb** || Explicit liber primus. Incipit liber secundus **M**

Argumentum in **Pc** *non legitur, in Mon. duae lineae erasae sunt, ita ut incipiatur vocabulis* illorum gratularia || 16 Redditus **Pa** | laii **LMPb** || 17 promunctorium **M** promuntorium **Pa** permontorium **Pb** promontorium **L** || 18 inmutatio **Pa** | eius] ipsius **Pb** | ad Etoclem *om.* **LMP** *add. Kohlm. e Colb.*

contra fratrem bella suscipiat. descriptio orientis diei. pollicitatio Adrasti filias suas in coniugio Polynicis et Tydei. illorum gratulatoria responsio. descriptio nuptialis ascensus puellarum in Mineruae templum, ubi et augurium est factum futuri belli. descriptio monilis Harmoniae, quod gerebat Argia. Polynicis de regno desiderium. allocutio coniugis hoc deprehendentis. mariti consolatio. legatio Tydei ad Eteoclem de regno repetendo. allocutio regis negantis alternationem imperii. responsio bellum minitantis. regressus eius. quinquaginta a rege missi, qui redeuntem Tydeum occiderent. descriptio rupis Sphingos. immissi ab Eteocle Tydeo insidias collocarunt. pugna Tydei cum omnibus et interitus eorum. Mineruae allocutio ad Tydeum. Maeonis unius dimissio ad indicium communis belli. tropaeum Mineruae factum a Tydeo eiusque hymnus in laudem Mineruae.

Lind. p. 43 1 INTEREA GELIDIS reditum Mercurii ab inferis poeta describit impeditum, quia nulla re uolatus eius adiuuari poterat crassioris poli aere tardante. S t y x quoque c i r c u m f l u a remeantis numinis impediebat regressum. in primo enim libro Iuppiter Mercurio, ut inferos peteret, imperauit, euocaretque umbram Lai, qua innitente nepotibus belli

---

2 filiarum suarum L ‖ 3 gratularia MP *Mon. fortasse recte* ‖ 4 ascensus . . . monilis *om.* Pb | ascensio MPa ascensus L *Mon. an post* nuptialis *aliquid excidit?* ‖ 5 est *om.* LPa Harmiones L armonię P ermonie M *superscr. man. corr.* hermione ‖ 6 quod] qui Pa | aloqutio Pb ‖ 7 hec deferentis Pb | 8 Tydei legatio et allocutio apud LPa tidei allocutio apud Pb legatio tidei ad M | de regno repetendo *hic om.* M allocutio . . . minitantis *in contextu om. in marg. leguntur* M ‖ 9 alternationem imperii *add. Kohlm. e Colb.* de regno repetendo M *om.* LP | ad bellum inuitantis L ‖ 10 regressio L ‖ 13 cum omnibus tidei P *literis adscriptis transpos.* M | eorum interitus L ‖ 14 dimissi Pb ‖ 16 in laudem (laude Pa) mineruę hymnus LPa ‖ Incipit secundus M ‖ 17 gelide Pa | Mercuri Pc ‖ 18 uolatius Pb | adiuuari poterat *om.* Pb ‖ 19 cursioris Pa | quoque *om.* L ‖ 20 Inp̃catio *superscr.* primo M ‖ 21 ad inferos uadat Pb ‖ 22 laii *libri* | furor belli L

furor incresceret. GELIDIS VMBRIS bene g e l i d i s, quia calor in uita est, frigus in morte. unde Virgilius ⟨Aen. IV 705⟩: 'dilapsus calor, atque in uentos uita recessit'.

4 NEC ZEPHYRI zephyros pro omnibus posuit. sunt uenti iuxta Graecorum uoluntatem nati ex Astraeo et Aurora, unde Titanes duce Atlante originem trahunt. quos Iuno causa Epaphi ex Io nati contra Iouem excitauit arma sustollere. unde uicti poenas dederunt adiuuantibus diis. et Atlanti caeli onus imposuit. unde Virgilius ⟨Aen. I 132⟩: 'tantane uos generis tenuit fiducia uestri?' hi autem appel|lantur diuersis nominibus tam a Graecis quam a nobis. Lind. p. 44 illi zephyrum, nos fauonium uocamus; nos aquilonem, illi boream dicunt; illi eurum, nos Africum uocamus.

5 AVRA POLI p o l u s est circuitus, qui in se totum continet.

6 TORRENTVM INCENDIA tardius ab inferis Mercurius remeabat propter crassum aerem et sine uento et propter Stygis impedimenta et fluuios ardentia fluenta uoluentes.

7 PONE retro. ut ⟨Aen. II 725⟩ 'pone subit coniunx'.

8 CAPVLO totus ensis mersus est in uulnere Lai, quod ei Oedipus intulit. ut Virgilius ⟨Aen. II 553⟩: 'capulo tenus abdidit ensem'.

10 ET PRIMAS FVRIARVM id est exordium furoris filii pater pertulit. p r i m u s: inflexio. per quod intellegi uult: quae secuta sunt postea, fuerunt multo peiora, Iocastae concubitus, Oedipi caecitas.

---

1 GELIDIS . . . recessit *om.* M *sequitur post* 4 . . . Africum uocamus | gelide umbra Pa | gelide Pa ‖ 2 unde *om.* L ‖ 4 Zephyri sunt uenti L ‖ 6 unde MP inde L ‖ 7 ex ioue LPb *om.* Pa ‖ 10 nostri L ‖ 11 a nostris Pb ‖ 12 fauonium LP austrum LmM *Mon.* ‖ 13 borean M | dicunt *om.* Pb | Africum] fauonium Pb ‖ 16 ab inferis *om.* Pb ‖ 17 aera L ‖ 18 Stygis] frigoris LmPa | fluentia Pb ‖ 19 ut . . . coniunx *om.* LmM | coniux subit Pa subit cum iusta Pb ‖ 20 capulo tenus totus LPb | ensis in sese mersus M | lai LMP ‖ 22 enses M ‖ 23 ET *om.* L ‖ 24 inflexio L inflixus Pa influxus *in rasura* Pb inflexim *corr. in.* inflixit M inflixi Pc | intellegi *Mon.* ‖ 25 fuerint MP | l. q. ^{io}castae cōubit' M

11 ET MEDICA FIRMAT VESTIGIA VIRGA caduceum ostendit insigne Mercurii, quod illi medetur, qui nequeat ambulare. Virgilius ⟨Aen. IV 242 sq.⟩: 'hac animas ille euocat Orco pallentes'. uestigia firmat ut idem ⟨Aen. III 659⟩: 'trunca manu pinus regit et uestigia firmat'.

13 ET FERRVGINEVM NEMVS horridum. Virgilius ⟨Aen. VI 303⟩: 'et ferruginea subuectat corpora cumba'.

14 MIRATVR PATVISSE RETRO nouitatem: cum introeuntibus solis pateat, dedisse ipsum iter et reditum. ut Virgilius ⟨Aen. VI 126, 128 sq.⟩: 'facilis descensus Auerni; sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est'. NEC LIVIDA TABES mores inuidentium tangit et bene liuorem dixit, ad animi enim qualitatem adiecit.

15 ET IAM LVMINE CASSIS quasi nec mortuis defuit, unde esse posset inuidia, nec illi defuit, qui redeunti inuideret. ordo hic est: nec liuida tabes inuidiae defuit functis hoc est mortuis. non recedit a naturae malo liuor inuidiae. ut Virgilius ⟨georg. III 37 sq.⟩: 'inuidia infelix furias amnemque seuerum Cocyti metuet'.

17 GRAVIS EXITVS AEVI quasi hoc accipiendum poeta uoluerit, ut intellegamus hunc nescio quem pro morum suorum meritis occidisse, et uotum eius malae mentis ostendit, quod esset etiam apud inferos reseruatum.

18 REBVSQVE AEGRESCERE LAETIS id est de aliorum

---

1 ET *om.* **MP** | MEDIA **L** | VIRGA *om.* **P** ‖ 2 quo **L** | medeatur **LP** ‖ 3 uocat **P** ‖ 4 ut idem . . . firmat *om.* **Pb** | et idem **M** ‖ 5 manum **L** | pinum **MPa** ‖ 6 ET *om.* **MP** ‖ 7 et *om.* **LMPa** | cimba **MPb** nimba **Pa** cymba **L** ‖ 9 dēēe *corr. in* decedere **M** deest *Bamb.* deesset *Mon.* dedisse *conieci* | et *om.* **L** | redeuntibus **LP** ‖ 11 auernis **Pa** ‖ 12 hic labor hoc opus **MPa** ‖ 13 tangit *om.* **MPa** | et *om.* **MP** | animū **M** ‖ 14 qualitatem *om.* **M** | adiecit quia superas euadere ad auras hoc opus hic labor est **MPb** ‖ 15 IAM *om.* **L** | quia si **MPa** ‖ 16 posset esse **L** | non illi **LP** | qui . . . functis *om.* **Pb** ‖ 18 defunctis **L** | non *om.* **Pb** ‖ 19 ut *om.* **M** ‖ 20 Cocyti metuet *om.* **MP** ‖ 23 ostendat **M** ‖ 24 etiam esset **Pa** | et apud ueteres **Pb**

felicitate torqueri. nam cum malis pasceretur alienis, prosperitate tabescebat. ut Terentius ⟨Andr. 627 sq.⟩: 'ut malis gaudeant atque ex incommodis alienis sua ut comparent commoda'.

19 QVOSCVMQVE VOCARIS IN VSVS in quaecumque obsequia uel remedia uocaris excitus.

21 FVRIATA SACERDOS furore correpta maga, qualis describitur apud Lucanum ⟨VI 507 sqq.⟩.

22 ARCANO SEPVLCRO proprio siue inferno.

23 HEV interiectio dolentis siue inuidentis alienis bonis. SOLEMQVE RELICTVM quem moriens reliquisti, aut certe nos omnes animae, dum ad inferos ueniremus.

24 VIRIDES | TERRAS E. P. F. A. apud inferos steriles **Lind. p. 45** sunt terrae et caenosi fluuii, ad quorum comparationem superiores puros dixit, qui ex splendidissimis fontibus generantur.

25 TRISTIOR quod natura humana non tantum gaudet in bonis fruendis, quantum dolet, cum his priuata fuerit. INTRATVRE TENEBRAS et hoc quasi inuidus imprecatur. id est: non tamen diu apud superos immoraberis.

27 ATQVE OMNES CAPITVM SVBREXIT HIATVS et ad ipsius canis capita referendum est et ad serpentium, qui capita eius cingunt. id est: aut omnis hiatus horum capitum, quia Cerberus est, aut omnis hiatus serpentium, quibus caput eius collaque uallantur. ut Virgilius ⟨Aen. VI 419⟩: 'cui uates horrere uidens iam colla colubris'.

---

1 alieni **P** ‖ 2 ut *om.* **LMPa** ‖ 3 ex *om.* **L** | alterius *Terentius* | sua *om.* **MPa** ‖ 5 quoscumque **Pb** ‖ 6 excitus *om.* **M** ‖ 7 magna **MPb** ‖ 8 a Lucano **LPb** ‖ 9 sepulchro **LM** ‖ 10 aspiratio **M** | seu **Pa** | deliquisti **M** re *add. man. 2* ‖ 12 ueniemus **Pb** ‖ 13 e. p. f. m. **M** *om.* **LP** ‖ 14 ad . . . superiores *om.* **M** PVROS FONTIBVS **L** ‖ 15 quia **L** ‖ 16 creantur fontibus **Pb** ‖ 18 iis **Pb** ‖ 20 tam **L** tantum **Pb** | moraberis **LPb** ‖ 21 omnis **Pb** ‖ 22 est *om.* **Pb** | serpentum **LP** ‖ 23 cinguntur aut omnis **Pa** | horum . . . hiatus *om.* **Pb** | est id est aut **Pa** ‖ 24 serpentum **LP** ‖ 25 ei **M** | uelantur **L** uallatur **Pb** ‖ 26 cui uates *om.* **L** | colubris **Pb** comasque **LMPa**

28 SAEVVS ET INTRANTI POPVLO ut feritatem circa exeuntes exprimeret, addidit 'et intrantibus saeuus'.

Lind. p. 46 29 IAM SPARSA SOLO TVR|BAVERAT OSSA turbauerat et sparsa fecerat. hypallage. et hoc irascentis est, ut Virgilius ⟨Aen. VIII 297⟩: 'ossa super recubans', Gigantum scilicet ossa insepultorum. fingitur enim Cerberus cadaueribus pasci. ut Lucanus ⟨VI 702 sq.⟩: 'qui uiscera saeuo spargis nostra cani'.

31 FERREA TERGEMINO propter bina lumina trium capitum, quasi tot illi somnos miserit, quot capita luminibus armarentur.

32 EST LOCVS INACHIAE D. T. G. haec topothesia dicitur, id est fictus locus secundum poeticam licentiam. nam in eiusmodi descriptione, ubi ueri loci facies demonstratur, topographia dicitur; ubi fictum quid uelit, topothesia; cosmographia dicitur mundi descriptio.

33 MALEAE SPVMANTIS I. A. Malea promunturium est Laconicae. in auras it erigitur. spumantis in qua fracti spumant fluctus.

35 SERENVS quia nubes excedit.

36 ET TANTVM FESSIS INSIDITVR ASTRIS super ipsum fessa astra considunt, id est propter eminentiam sui sedem praestat astris rapido cursu fatigatis.

---

2 et *om.* **L** eius **Pa** ‖ 3 OSSA turbauerat *om.* **LPa** | et **P** id est **L** *om.* **M** ‖ 4 hypallage ē **M** | ut *om.* **L** ‖ 5 gigantium **M** ‖ 6 fingit **Pa** significat **Pb** | enim *om.* **Pb** | cerberum **Pb** ‖ 9 bina] trina **L** tria **Pb** ‖ 10 immiserit **L** | quot] quatinus **Pa** | hominibus **Pb** ‖ 12 D. T. G. *om.* **LP** | haec] ut **Pb** | tepostesa *corr. in* topostesia **M** ‖ 13 dicitur *om.* **Pb** | id . . . licentiam *om.* **M** ‖ 14 acies **MP** ‖ 15 ubi fictum . . . . dicitur *om.* **Pb** | factum quod **Pa** | uenit **L** ‖ 17 I. A. *om.* **LP** | *locum prorsus corruptum ex coniectura restitui* | Maleum **LP** *corr. ex* malea **M** | promunctorium . . . fluctus *om. partim in marg. add.* **M** ‖ 18 Laconiae **LPb** *om.* **M** | in] ergo quia malee promuntorium (est **Pa**) in **P** | auras] altum **Pb** | it] *om.* **MP** IT CAPVT **L** | spumantis *suppleui* | in qua *om.* **LPa** | fracti . . . fluctus] frangentia litora curuat **P** *om.* **L** ‖ 20 excedit et infra se despicit **L** ‖ 21 ipsum *om.* **Pa** ‖ 22 consistunt **M** | per **L** | *exciditne aliquid ante* sui *uelut* capitis?

42 ATQVE INGENS MEDIO NATAT in tantum Taenarum montem elatum dicit, ut meridianis horis, quibus sol occidui caeli occupat partem, umbra eius inumbret medium mare.

43 INTERIORE SINV dicit nescio qua parte Taenarum recuruari ad uicem portus, in quo refert equos suos consueuisse stabulare Neptunum. est autem hyperbaton, talis ut sit ordo: et tantum fessis insiditur astris. interiore sinu frangentia litora curuat Taenaros, expositos non audax scandere fluctus. ast ubi prona dies longos super aequora fines exigit atque ingens medio natat unda profundo, illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos in portum deducit equos. consequens est enim, ut non appropinquante nocte curuet Taenarus sinum, quia est natura montis immobilis, sed ut incipiente nocte illo ad requiescendum Neptunus equos adducat. FRANGENTIA LITORA CVRVAT epitheton, quia in litoribus solent fluctus frangi. TAENAROS EXPOSITOS topographia. Taenaros locus Laconicae, in quo aditus dicitur esse inferorum. ut ⟨georg. IV 467⟩: 'Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis'. et est ordo: locus Maleae spumantis id est iuxta Maleum fluctibus concitatum eo quod ibi mare saeuum sit, ubi est promunturium Maleum. unde Virgilius ⟨Aen. V 193⟩: 'Maleaeque sequacibus undis'. inde mons exsurgit, qui Tae-

---

1 *schol. in* **LMP** *sequitur post* 43 . . . adducat | medio n. p. **M** | et tantum **Pb** ‖ 3 eius umbra **L** | inumbrat **Pa** ‖ 5 INTERIORE SINV *om.* **M** | in qua parte **L** ‖ 7 stabulari **LP** | autem *om.* **L** | hyperbaton . . . sit *om.* **P** ‖ 8 ordo talis **P** ‖ 9 Taenarus **LP** | expositus **Pb** | non audax *om.* **M** ‖ 10 audax **Lm** ausus **L** audens **Pa** audiens **Pb** ‖ 10 longo **M** ‖ 11 equore **Pb** | finis **Pa** ‖ 13 enim] non **L** | non *om.* **LP** ‖ 14 nocte . . . nocte *om.* **Pb** | Taenarus curuet **L** ‖ 15 incipiente nocte *om.* **L** | illo equos Neptunus ad requiescendum **L** | illos **Pa** | ad requiescendum *om.* **Pb** ‖ 16 equos *om.* **Pa** ‖ 17 fluctus frangi solent **Pb** | TAENARVS **L** *om.* **MP** ‖ 18 chorographia **P** choriographia **L** | Taenarus **LPa** | locus *om.* **Pb** | Laconiae *libri* ‖ 19 dicitur esse aditus **Pb** ‖ 20 tenareas inter **Pb** ‖ 21 id est *om.* **Pb** ‖ 24 undae **Pa** | tenarus **M**

naros dicitur. SERENVS DESPICIT infra se nubes. ET TANTVM FESSIS INSIDITVR ASTRIS altitudinem uoluit exprimere, quasi illic astra requiem sumant. NON AVDAX non ultra fines litorum progrediens. euecti fluctus intra Taenarum. ergo Taenarus mons est altior fluctibus, ut eiectos fluctus et euitet et repellat.

45 ILLIC in eadem regione. AEGAEO GVRGITE mari ab Aegeo, Neptuni filio, Thesei patre.

46 HAVRIT ferit. Virgilius ⟨Aen. X 314⟩: 'latus haurit apertum'. quasi per transitum Neptuni equos mira ratione descripsit.

48 DEVIVS VMBRAS TRAMES AGIT hac animae mortuorum destinantur ad Tartara. deuium autem tramitem dixit, quod sit deuius uiuis. trames itineris compendium. NIGRI IOVIS Stygii.

51 ET GEMITVS POENARVM quas apud inferos nocentes persoluunt. ATROQVE TVMVLTV quia tumultus, qui fit apud inferos, auditur in illo loco. atro ergo quasi infernali.

52 VOCESQVE MANVSQVE manus, quod flagellis personant, dum noxios caedunt, uoces secundum Maronem, qui ⟨Aen. VI 572⟩ ait: 'uocat agmina saeua sororum'.

54 AGRICOLAS CAMPIS AVDITVS ABEGIT quia iuxta habitantes terrore suo fugauit agricolas.

56 EXILIT aurae uitalis afflatu laetior factus est.

Lind. p. 47 58 INDE PER ARCTVRVM id est superio|ribus. per Arctu-

---

1 SERENVS ... ASTRIS *om.* **L** altitudinem ... sumant *praebet supra post* fatigatis ‖ 3 AVDIENS **L** ‖ 4 euecti ... Taenarum (ti) *corrupta uidentur* ‖ 5 mons est *Colbert.* nomen ē mons **M** nō est **L** nomen est **P** ‖ 6 euectos **L** erectos **Pb** ‖ 7 ILLIC ... GVRGITE *om.* **Pb** | maria **M** ‖ 10 quo quasi **L** ‖ 14 uiuis deuius trames **LPa** | trames ... Stygii *post* AGIT *leguntur in* **L** | trames *post* deuius, nigri iouis stigii teneris compendium *post* AGIT *praebet* **Pa** ‖ 16 ET *om.* **MP** | nocentis **Pb** ‖ 18 illa loca **Pa** | atrox .. infernalis **Pa** ‖ 20 manus *om.* **Pa** ‖ 23 CAMPIS .... ABEGIT *om.* **Pb** | quia *Cassel.* quasi **LMP** ‖ 25 leuior *Mon.* **Pc** ‖ 26 INDE] ille **Pb** | superioribus] *latetne* superior ibat?

rum id est per septentrionem. per arcton enim solet uolare Mercurius, quia ibi maior est uentus et citatiores facit eius uolatus. MEDIAEQVE SILENTIA LVNAE philosophi lunam terram esse dicunt, quae circa nostrum hoc solum circulo altiore suspensa est. haec autem omnia corpora maiora gignit, utpote quae uicina sit caelo. poetae denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Hercules prostrauit, ut etiam Olympus ait, quare proximus sit terris et ultimus. de lunari autem globo apud mortalium genus caeli ratio ignoratur. leuiorem perstringam, quia hoc diuinum lumen animas tam de astris omnibus quam de omni materia mundi subtracta parte superna excipit et decerpit quasi lumina, quae postea ter quinis diebus, ut collegerat, totidem refundit in fratrem.

59 ARVA SVPER ut Virgilius ⟨Aen. IV 256⟩: 'terras inter caelumque uolabat'.

61 DECEDIT LIMITE CAELI quasi non solum obuius Mercurio Somnus assurgat, sed uenientem tramite certo declinet.

62 INFERIOR quia super lunares polos dixerat ire Mercurium. PRAEREPTAQVE non enim naturae lege, sed ferro uita defunctus est.

64 POLLVTAMQVE SVO D. P. B. illam tangit historiam: cum deus, scilicet Mercurius, somnum caperet, quidam, cuius nomen fabulae tenent, dormienti tetendit insidias. qui conata peregisset, nisi eum filia Palaestra excitauisset. qui

---

1 id est *om.* **P** | arctos **MP** | enim *om.* **MP** ‖ 2 et ... uolatus *om.* **Pb** ‖ 4 esse terram **L** | in terram **Pa** in terra **Pb** ‖ 5 hoc **Pb** ‖ 6 maiora *om.* **L** | gignunt **P** | sit **L** sunt **MP** ‖ 7 polis sortem **M** poli sortem **P** ‖ 8 Olympius *iam Wernsdorfius propos.* | quasi **L** | quare ... ultimus *non intellego. in Cassel. Gud. Colb. leguntur post* ignoratur ‖ 9 de globo autem *superscr.* lunari **M** | autem lunari **Pb** *Mon.* ‖ 11 quia **MPb** quod **L** et **Pa** ‖ 13 lumina **MPa** lunam **LPb** ‖ 15 ut ... inter *om.* **M** | Virgilius *om.* **Pb** ‖ 18 ueniente **L** ‖ 21 praerepta **MP** | enim] in **Pb** ‖ 23 D. P. B. *om.* **LP** ‖ 24 scilicet Mercurius *om.* **M** ‖ 25 qui tamen **MPc** qui cum **Pb** ‖ 26 eum] *cogitaui de* deum *scribendo*

cum odio terrae migrasset ad caelum, creditus est obisse. quo facto iniuriosam meruit sepulturam. sed melius de Laio creditur, qui cum ad Naubolum hospitem Phocidis pergeret, occisus a filio est. DESPECTAT PHOCIDA de iugo Cirrhae uidit bustum suum, quod fuerat in Phocide. Cirrha Boeotiae planities est, in quo campo Apollini lustrum datur. Phocis ergo Boeotia est.

69 PAENE RETRO T. A. significare uoluit: quia, ut fama est, timet umbra, quae passa est.

71 ET TVNC FORTE DIES id est primus natalis Liberi, quo fulminata est Semele et exsecto utero Liber Iouis femini insertus est. secundus enim dies natalis Dionysi ille dicitur, quo exactis mensibus legitimi partus Iouis est productus ex femine, quem diem homini scire fas non est. ideo et *διθύραμβος* dicitur id est bis genitus.

73 TYRIIS propter Cadmum Tyrium, qui conditor est Thebarum.

74 EDVCERE NOCTEM ut Virgilius ⟨Aen. IX 166 sq.⟩: 'noctem custodia ducit insomnem ludo'.

76 ANHELVM DEVM Somnum, ut Virgilius ⟨Aen. IX 336 sq.⟩: 'multoque iacebat membra deo uictus'.

78 AERAQVE TAVRINOS nam tympanis, quae sunt ex taurina pelle, plus sonant cymbala, quae sunt ex aere, acutiore tinnitu. ut est ⟨Aen. IX 619⟩: 'tympana uos

Lind. p. 48 buxusque uo|cant'.

80 BACCHO MELIORE CITHAERON non sic irato Baccho, ut cum Agaue occidit filium furens. uel meliore, ut si

---

1 obiisse **LMPb** ‖ 3 ad Naubolum **LmM** ad Polybum **LPa** apollinem **Pb** ‖ 4 pergeret *om.* **Pb** ‖ 5 uidet **Pb** uide **Pa** | qui **Pa** ‖ 6 mons est boetię **Pb** boetię mons est **Pa** | est *om.* **M** ‖ 7 in Beotia **LP** ‖ 8 *schol. om.* **Pb** | T. A. *om.* **LPa** ‖ 11 in quo **Pb** ‖ 12 foemori **LPb** | Dionysii **LMP** ‖ 13 mensibus] legibus **Pb** ‖ 14 productus est **Pb** | foemore **L** semine **Pb** | scire *om.* **Pa** ‖ 15 Qui dithyrambus ideo dicitur **L** Quid (quod **Pb**) ditirambus ideo ditirambus dicitur (*om.* **Pb**) **P** ‖ 16 qui *om.* **Pb** ‖ 20 DEVM *om.* **MPb** ‖ 24 acutiore enim sunt tinnitu **L** | uox **M** ‖ 27 ut *om.* **Pb** | ut si *om.* **M**

qua deliquerit, propter diem ipse Liber ignoscat. Cithaeron mons Boeotiae, ubi Liberi patris sacra celebrantes matres Pentheum discerpserunt. nunc ergo sanas dicit sine furore.

81 QVALIA PER RHODOPEN mons Thraciae.

82 BISTONES Thraces a Bistone rege, unde Orpheus fuit, aut certe ipsi Thraces. OSSAE Ossa mons inter Thraciam et Thessaliam.

85 AT OGYGII S. Q. A. I. Thebani ab indigena, ut ante ⟨I 173 sq.⟩: 'Ogygiis, ait, aspera rebus fata tulere uicem'. sic Pindarus in hymnis: *Ὠγυγίους δ' εὗρεν, ὅπου πόλιν αἴτεε τάνδ' ἐς αἰπύ.* AFFLAVIT non apte hic posuit proprie fulminis uerbum. ut ⟨Aen. II 649⟩: 'fulminis afflauit uentis et contigit igni'. IACCHI Bacchi. hoc est: cum uinum hauserint. ut Horatius ⟨carm. I 27, 1 sq.⟩: 'natis in usum laetitiae scyphis pugnare Thracum est'.

86 SAEVVS ODOR qui ducit ad facinus.

89 NOX EA id est: talis nox erat tunc Thebanis, qualia conuiuia solent Thraces exercere.

90 REGIS ECHIONII Eteoclis ab Echione rege Thebanorum.

---

1 deliquerit *om.* **MP** | ut ipse **M** ‖ 3 nunc] non **Pb** ‖ 6 *scholia inuerso ordine praebent* **LMP** ‖ 7 OSSAE *om.* **LPa** ‖ 8 Thraciam] an **Pa** ‖ 9 AT *om.* **L** | S. Q. A. I. *om.* **LP** s. a. i. **M** | ab indigena **M** *Mon.* **Pa** ab Ogyge rege **LPb** | ut ame *superscr.* anne **M** ut anve **Pa** aut amne **LPb** ‖ 11 hymnis *Boeckhius* somnis **MPb** sompnis **Pa** somniis **L** | *uerba Graeca restitui posse desperans Boeckhii lectionem textui inserui, non quo eam genuinam esse crederem, sed ne lacunam relinquerem. reliquas emendationes, quas Kohlm. collegit, afferre supersedeo. suppleas autem κτισθεῖσαν ἐξεῖναί οἱ οἰκίζειν* (Pindari opera rest. Boeckhius t. II p. II p. 567) | opite IωC De eYPeNOΠONNHTHe TANeCCIΠY **L** opireiωC De eYPeN OPONNHTHeΦλHe· CCINHyHā **M** opiteiωC De eYPeNONONNHTHFΦaNeCCyNy *Mon.* opiseiωC DC ePYPeHOPωNNethΦλNeCCINHYI **Pa** opite IωC ΔЄЄYPЄNωNNHTHЄΦλNЄCCIΠI *Gudian.* opite IωC aЄЄyPЄNyNNNTHЄΦaNЄCCIΠI *Cassel. spatio uacuo relicto om.* **Pb** ‖ 12 AFFLAVIT *om.* **MP** | non *om.* **M** ‖ 13 fulminis proprie **Pb** | proprium *Klotz.* ‖ 14 Inachi **Pa** nachi **Pb** iachi ē **M** | cum *om.* **LPa** ‖ 15 hauserit **MPb** | ut *om.* **L** ‖ 20 et etheoclis **Pb** | a rege Thebanorum Echione **L**

93 CAPIT ILLE DAPES aut quia rex aut quia regnum destruxit aut quia perfidus, ideo quietem capere non debet. HABET ILLE SOPOREM exclamatio, ut ⟨Aen. X 501⟩: 'nescia mens hominum fati sortisque futurae', quod futurus parricida munera securitatis amplectitur.

95 OPACOS TIRESIAE VVLTVS Tiresias, Perierae filius, genere Thebanus, uates. qui fertur in feminam uersus, cum discertantibus Ioue et Iunone, utrum mas an femina maiorem sentiret coitus uoluptatem, nouem | partibus libidinis dixit feminam potiorem et una uirum. ob quod caecatus est a Iunone. — est et alia talis fabula: in monte Cyllenio Tiresias dracones coeuntes calcasse dicitur. ob id in mulieris figuram uersus est, ut Ouidius ⟨Met. III 316 sqq.⟩ refert. deinde monitus sortibus in eundem locum rediit in figuram pristinam. eo tempore, ut diximus, inter Iouem et Iunonem fuit certatio, in quo sexu esset maior libido, Tiresia iudice, qui expertus fuerat utrumque sexum. cum Ioui iudicasset, illa irata manus eius praecidit et excaecauit. Iuppiter ob id fecit, ut septem aetates uiueret uatesque praeter ceteros mortales ueracissimus haberetur.

Lind. p. 49

96 VELLERA NOTA INDVITVR quae similia Tiresiae uideri poterant, non mutauit. ut Virgilius ⟨Aen. I 689 sq.⟩: 'et alas exuit et uultu gaudens incedit Iuli'.

98 FALSA CVCVRRIT I. id est non sua, quasi uatem sola infula mentiretur.

---

1 aut quia rex *om.* **P** | qui[a] ... qui[a] **M** | ille regnum **Pb** ‖ 2 deberet **LPa** ‖ 5 ciuitatis **Pb** ‖ 6 teresię . . teresias **M** | Perierae *cod. mythogr.* II Pericli **L** perieri **MPa** peeri **Pb** peneri **Lm** ‖ 8 disceptantibus **LP** ‖ 9 sentiret maiorem uoluptatem coitus **Pb** | *excidisse aliquid uelut* iudex esset factus *manifestum est* ‖ 10 femina peiorem **Pb** ‖ 11 et est **P** | cilleno **Pb** ‖ 12 teresias **M** ‖ 13 est *om.* **LMPa** ‖ 14 deinde *om.* **M** | *utrum ante* rediit *excidit aliquid uelut* reuersus *an* monitus *idem significat quod* uocatus*?* ‖ 15 impristinam figuram **Pb** ‖ 16 stat *superscr.* fuit **M** | certatio *superscr.* c̄ **M** ‖ 17 teresia **M** | utrumque sexum *om.* **M** ‖ 18 ioue **M** | indicasset **Pa** | ei **M** ‖ 19 ob id *om.* **L** ‖ 20 per ceteros **MP** | certissimus **M** ‖ 21 quae simillima **Pb** qui sinistra **L** ‖ 23 et *om.* **L** | uultu] gressu **Pb** *Vergilius* ‖ 24 I. *om.* **LP** | id est *om.* **Pb** | uate **M**

99 OLIVAE ipse honos uittarum adnexus glaucae oliuae.

100 TANGERE RAMO PECTORA Eteoclis dormientis.

105 TV VELVTI MAGNVM hyperbaton est. id est: tu cunctaris, ita quietem agis ut gubernator dormiens uentis mare uersantibus.

108 SCIT FAMA id est: sic de eo fama loquitur, uel notum est, quod dico, omnibus.

109 CAPESSAT quasi perpetuo retenturus. Sallustius ⟨Cat. 52, 5⟩: 'expergiscimini aliquando et capessite rem publicam'.

110 QVIS NEGET id est: uiribus quibus neget tibi regnum. DESTINAT AVLA in aula, in qua tu iaces, in eadem tuus frater sibi pollicetur senectutem te expulso.

112 NEC NON IN FOEDERA VITAE id est in amicitiarum foedus.

113 POLLVTVS PLACVIT id est: Tydeus aduersum te pactus est foedus. pollutus autem san|guine Menalippi fratris sui, quem in uenatu incautus occiderat ut Peleus Phocum, unde reiecta post terga manu pingitur. et ille nihilominus talia cogitat, qui tales sibi quaerit auctores.

Lind. p. 50

117 AVSVRVMQVE EADEM GERMANVM E. quae nunc hortor, ut tu facias, ille ausurus est. id est: repetenti regnum nega, quod te exule facturus est.

119 AVT CADMO DOMINAS INFERRE MYCENAS Cadmo pro Thebis, Mycenas pro Argis.

120 PALLIDA TVRBANT SIDERA LVCIS EQVI pallentia Solis aduentu. lucis id est solis.

---

1 glaucae innexus **L** ‖ 4 longam requiem agis ita **Pb** | agens **L** | ut *om.* **Pa** ‖ 6 SIC **LP** | sic *om.* **L** | fama de eo **LPb** ‖ 7 omnibus quod dico **Pb** ‖ 8 retentiarus capit **Pb** ‖ 11 id est] inde **Pb** | quis **L** | regnum] *om.* **P** sic (scilicet *Klotz.*) omnia negaturus fraude pactorum **M** ‖ 12 DESTINET **LPa** | aulā **Pa** ‖ 13 iacet sibi **Pb** | senectutem *om.* **Pa** | senectutem te pollicetur **L**(**P**) ‖ 14 in *om.* **L** | inimicitiarum **Pa** | 19 unde] ut **Pb** | manu post terga **Pb** | manus *corr. ut uidetur ex* manu **M** ‖ 20 adiutores **Lc** ‖ 21 E. *om.* **L** est **P** ‖ 22 tu *om.* **Pb** | facies **Pb** ‖ 23 exulem **M** ‖ 24 Cadmo . . . Mycenas *om.* **Pb** ‖ 27 sol **Pa**

124 PERFVNDIT VVLNERE SOMNVM uulnere pro sanguine posuit. non somnum perfudit, sed ipsum Eteoclem dormientem. uulnere ergo suo Laius id est sanguine Eteoclem perfudit, ut eum pollutum sceleribus imbueret.

126 MONSTRIS pro terroribus posuit.

127 EXCVTIENS putans se uero sanguine esse perfusum.

129 HORRVIT IN MACVLAS quasi saeuitiam feritatis macularum praemonstret horrore. ut Virgilius ⟨Aen. X 726 sq.⟩: 'comasque arrexit et haeret uisceribus superincumbens'. aut certe maculas, quae in retibus texuntur, explicuit de reticulo uariis minutis maculis pleno in horrorem.

133 IN ABSENTEM CONSVMIT PROELIA FRATREM ut Virgilius ⟨Aen. XI 491⟩: 'et spe iam praecipit hostem'. quia iam uidebatur peregisse bella cum fratre. ad animum rettulit Eteoclis belli auidum.

Lind. p. 51 134 MYGDONIIS Lydiis uel Phrygiis. Tithonus enim Lydius fuit, maritus Aurorae. unde Virgilius ⟨Aen. IV 585⟩: 'Tithoni croceum linquens Aurora cubile'. est ergo Mygdonia regio in finibus Asiae, a rege Mygdonio.

137 SERAS FLAMMAS hoc est: Aurorae flammas Lucifer serus accendit. siue ad comparationem dixit ceterorum siderum, quia omnibus stellis tardius occidit Lucifer.

ADVERTIT id est: ad eam et contra eam uertit.

139 LVCIFER EXIT EQVO nam uerso caelo ad aduentum Aurorae, cum cetera sint apud antipodas, Lucifer solus apud nos inuenitur. hoc est alienum aethera, qui est diei, siue quia caelum stellis nocte concessum est. ergo

---

1 perfundit *corr. ex* fudit **M** | somnū scilicet etheoclem **Pb** || 2 non *om.* **Pb** | perfundere **L** perfudere **Pa** *om.* **Pb** | sed . . . Eteoclem *om.* **Pb** | Etheoclen ipsum **L** || 3 id est Lai **L** | id est *om.* **M Pa** || 4 etheocla **M Pa** | profudit **Pa** profundit **Pb** | pollutu **Pb** || 6 profusum **P** || 9 herens **M P** || 10 & explicuit **L Pa** || 11 uariis **L Pa** uerris **Lm M** ueris **Pb** | maculas **Pa** | plenum horrore **M P** (horrorem **Pb**) || 13 et *om.* **Pb** | praeripit **L Pb** || 14 & ad **L** || 16 MYGDONEIS **L** || 19 Mygdono **L** || 21 sero **Pb** | ascendit **P** *om.* **L** || 24 traxit **Pa** ex **Pb** || 26 est[1] *om.* **M** || 27 siue *om.* **L Pb** | quod **L**

Lucifer officio suo nocte non fungitur, cum eum oriri constet prope lucis aduentum. hinc alieno aethere uidetur exoriens.

140 RADIOS VETAT ESSE SORORI ut Virgilius ⟨georg. I 396⟩: 'et fratris radiis obnoxia surgere Luna'.

142 DIRCAEVS Polynices a Dirce fonte Thebanorum.

ACHELOIVS HEROS Tydeus ab Acheloo fluuio, qui per Aetolos fluit in Calydonem.

143 CORRIPVERE TORIS causa, cur tardius Tydeus et Polynices a somno surrexerint, Adrastus uero celerius.

145 AT INACHIO notanda elegantia poetae, qui tres duces fluuiorum cognominibus designauit: Dircaeum Polynicem, Acheloium Tydeum, Inachium Adrastum.

150 ARCANAS APTVM uenerunt ad locum aptum, secretum fabulis uel curis. nam ab eo, quod in secretis locis curae publicae disserantur, ad hoc electa loca curias nominauit antiquitas.

151 INSIDVNT hyperbaton. id est: postquam insidunt.

153 INVEXIT NOX ATRA MEIS quos per imbres et fulmina Lind. p. 52
non sine fato in regnum meum Apollo perduxit.

154 INTEMPESTVMQVE TONANTEM hoc est uehementer tempestuosum, hiemalem. econtra Virgilius, cum clementiam uerni temporis uellet ostendere, ⟨ecl. VII 60⟩ ait: 'Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri'.

159 LAETA FIDES ordo est: Argia et Deipyle geminae mihi natae pubescunt, nepotum laeta fides.

160 NE CREDITE PATRI ne laudare magis uideretur

---

1 eum] aut **Pb** || 3 exoriens **M** || 4 RADIOS] indies **Pb** || 5 et] nec *Vergilius* || 9 tideus tardius **Pb** || 10 surrexerit **M** surrexerant **Pb** || 11 poetarum **Pb** || 13 Acheloum **L** | Inachum **L** || 14 APTVMQVE **L** | & secretum **L** || 15 nam *corr. ex* non **M** non **P** | habeo **P** ideo **L** || 16 disserantur *superscr. man. 2* **ba M** | ad hec **Pb** || 17 nominãt antiqui **Pb** || 18 *schol. om.* **L** | insiliunt **Pa** || 19 dextra **P** | et per fulmina **L** || 20 produxit appollo **Pb** || 21 intempestiuumque **P** || 22 tempestuosum **Lc** tempestiuum **LMP** | hiemalem *om.* **Pb** | & contra **LP** | clementia **P** || 24 descendit **L Pb** d. **M** || 25 est *om.* **LP** | deiphile **LMP** || 26 nec .. nec **Pb**

quam uerum dicere, fidem suam uoluit ipsis testibus approbare. HONOS pulchritudo. ut Virgilius ⟨Aen. I 591⟩: 'et laetos oculis adflarat honores'.

161 SVPER pro inter.

162 HAS TVMIDI SOLIO imperio superbi. et artificiose, ne uideatur hos procorum inopia generos elegisse, ait se multos repudiasse et honore praestantes.

163 LONGVM ENVMERARE PHERAEOS OEBALIOSQVE accipiamus Laconicos. Oebalus enim rex Laconum fuit. ACHAEA PER OPPIDA MATRES Atalanten significat, Parthenopaei matrem.

165 TVVS DESPEXERAT OENEVS Oeneus, Tydei pater, cuius Deianira filia a multis in coniugium exoptata procis. pro qua Hercules et Achelous, Aetoliae amnis, certasse dicuntur. Deianiram ergo, Oenei et Althaeae filiam, uno tempore in coniugium petebant Hercules et Achelous acceptaque lege ab Oeneo, ut qui uirtute superasset, Deianiram duceret, congressi in certamine. cum superaretur Achelous ab Hercule, in diuersas mutatus est figuras. Oeneus Tydei pater. ideo ait tuus.

166 PISAEISQVE Oenomaus, Martis filius, propter Hippodamiam filiam procos suos uictos curuli certamine morte afficiebat ad reliquorum terrorem. ideo hunc metuendum dixit.

170 STIRPEMQVE ANIMOSQVE VENITIS figura Graeca usus

---

1 uoluit fidem suam Pb | 3 et *om.* LMPa | afflauit L a. MPa || 4 *scholion om.* Pb || 6 uidentur (*pro* uideretur *ut saepissime*) Pb | procerum LPb | generos *om.* Pb || 8 PHERAEOS .... MATRES *om.* MP, accipiamus ... fuit *secuntur post* matrem MP | accipiamus ergo P || 9 laconios Pb | Laconum rex P || 10 Athalantem LPa atlantem Pb athalantē M || 12 TVVS ... OENEVS] spem generis MP || 14 amnis] fluuius Pb || 15 Althaeae *scripsi* aethelie Pa etholię MPb Aethesiae L || 16 hercules et achelous petebant Pb | acceptaque *corr. in* acceperunt M || 17 ut *om.* P *add. man. 2* M | superaret Pb || 19 per diuersas LP | immutatus P || 20 oeneus oeneus Pb || 21 piseusque Pb || 22 filiam *om.* P | uinctos M | currili M cum curuli Pb || 23 terrores MP

est. illi enim sic dicunt: uenit doctus sapientiam. TALES quasi fortes et nobiles.

171 VT RESPONSA IVVENT ut me delectet tales generos Apollinis meruisse responso.

175 SED CVNCTIS TYDEVS AVDENTIOR ACTIS talis ubique monstrabitur, etiam tempore, quo ei moriendum est. Lind. p. 53 sensus talis est: dum sibi inuicem detulerunt, pendebat amborum ore loquendi principium. dubitabant ergo, quis prior deberet incipere. quod intellectum est ex eo, quod se mutuis intuebantur aspectibus.

176 O QVAM TE PARCVM IN PRAECONIA FAMAE MENS AGITAT ordo: o quam te parcum agitat mens matura in praeconia famae tuae. hoc est: pudore nimio plurimum tuis laudibus detrahis. FERENTEM feliciter praecedentem.

178 FORTVNAM DOMAS quae solet alios secundis rebus extollere. ut Virgilius ⟨Aen. X 502⟩: 'et seruare modum rebus sublata secundis'. CVI CEDAT ADRASTVS quippe quo nullus potior inuenitur.

179 QVIS TE SOLIO SICYONIS AVITAE Sicyon ciuitas est Achaiae, in qua primo regnauit. unde Argos rogatus Adrastus aduenit, ut mores barbaros naturae suae lenitate componeret.

183 ISTHMOS Peloponnesum significat. omne autem, quod summouet Helladem a Sicyonia, ... adhuc enim

---

3 VT] et Pb || 4 Apollinis responso meruisse L responso apollinis meruisse M || 6 et tempore Pb || 7 est *om.* Pb | pendebant Pb prehendebat Pa Lm || 9 prior *om.* M || 10 mutuis se L || 11 o ... ordo *om.* Pa | te quam Pb | FAMAE *om.* Pb | MENS AGITAT *om.* MPb || 12 ordo est o te quam Pb || 15 FORTVNAM ... extollere *secuntur post* inuenitur MP || 16 ut *om.* L || 17 lassata MPa | CVI .. ADRASTVS *om.* MP | CEDIT L || 19 adiutor Pb | Sicyon *om.* LP | est *om.* LP || 20 et unde L || 21 bonitate Pb || 23 *scholion corrigere non potui. explicanturne ea quae excidisse Duebnerus suspicatus est? cogitaui de scribendo sic:* Peloponnesum significat omnem aut quod summouet Helladem a Sicyonia .... adhuc enim illis locis Thesei ratem esse legitur | autem MP enim L || 24 Helladen L bella dam MP

illis locis Thesei uatem legunt. unde est Peloponnesus Sicyonia. sensus ergo talis est: si tua mansuetudo illis gentibus praesideret, nunquam Mycenae fraterno scelere potuissent fugam Solis scire. INFRA intus et infra. dicit Aegaeum mare et Ionium, quae Isthmos diuidit. id est illas gentes, quae sunt intra et extra Isthmon.

185 SAEVA NEC ELEAE Elea ciuitas est Oenomai, cuius crudelitatem detestatur, quod in petitores filiae suae Hippodamiae crudelis exstiterit.

186 ET QVAE uel de quibus crudelitatibus et tu, Thebane Polynices, queri poteris.

191 NONDVM LAETA VENVS quod superius deest, hic redditur. iuuat laeta Venus. docet poeta infelices felicibus iunctos fortunam et laborem uitae contra fata posse transire. sic Cicero in Philippicarum primo ⟨I 4, 10⟩: 'multa etiam contingunt praeter naturam praeterque fatum.' et hoc diuersum est: nam qui putant, quod infelices felicibus iuncti immutant fortunam fataue superant, uel ipsius felicitatis factos sine fato esse participes, hoc non est. nam ut miser iungeretur felici homini, per quem ad bonum statum peruenire potuisset, id ipsum fati fuit. ut Virgilius ⟨Aen.

1 unde **MP** ubi **L** | peloponnessū **MP** Peloponnesus **L** || 2 siciona **Pb** || 4 figuram **Pb** | infra i. intus **M** | et *om.* **Pb** | intra egeum mare et ionium **Pc** || 5 Aegeum dicit **LP** | quasi istmos diuidi **M** | id est *om.* **Pb** || 6 alias **L** || 7 Elea] Eleae **M** || 10 ET QVAE *om.* **MP** | uel . . . poteris *supra leguntur post* scire **MP** | uel *om.* **L** | impietatibus **L** || 12 hoc **Pb** || 13 infelicibus **M** || 14 et laborem **MPb** et lare **Pa** superare et incommoda **L** || 15 autem impendere uidebantur *Cicero* || 16 p̃t̃ (*om.* que) **M** || 17 est *om.* **Pb** | nam . . . 19 est: *in textum recepi Lindenbrogii lectionem. locum prorsus corruptum ipse sic corrigere malim:* nam quod putant infelices felicibus iunctos et immutantes fortunam fata superasse uel ex ipsis felicitatis sine fato factos esse participes, hoc non est || 17 iuncti] uincant **Pb** || 18 et immutantes **MP** | fata superasse **MP** | ut ex **P** uel ex **M** | ipsis *corr. in* ipsius **M** | felicitate **MP** || 19 factum sine **M** fati sed **P** felicitate iam se fati esse **Lm** | participem **MP** | huius (*ut fere semper pro* hoc) **M** || 20 bonum humili statum **Pb** || 21 posset *Kohlm.* | fatum fuit **Pb** | Virg. **L** *om.* **MP**

VII 234⟩: 'fata per Aeneae iuro' et ⟨Aen. X 814 sq.⟩: 'Lauso Parcae fila legunt' et alibi ⟨Aen. VI 683⟩ totum iunxit fatum praeposito: 'fataque fortunasque uirum moresque manusque'. denique infinitos scimus fidos carosque potentibus, cum essent humiles laborum, potentia omni priuatos fato prohibente, et alios nuper agnitos et nullius fructus multa bona ab eisdem meruisse. NONDVM LAETA VENVS quia felicium ista sunt uota. RESEDIT TRISTITIA bene: praesentibus gaudiis praeterita oblitus est, quo ostenditur humana uarietas.

193 NEC MINVS HAEC LAETI notandum, quod comparationem miscet allocutioni, ut supra ⟨uu. 105 sq.⟩ 'tu ueluti, magnum si iam tollentibus austris Ionium'.

194 PROSPECTET AMICAM suffecerat addidisse 'humum', nisi iungeret et 'amicam'. ut Plautus in Menaechmis ⟨uu. 226 sqq.⟩: 'uoluptas nulla est nauitis, Messenio, maior meo animo, quam quando ex alto procul terram prospiciunt. maior, non dicam dolo, quam si adueniens terram conspicias, quae fuerit tua'.

197 FORTVNA TRANSIRE TVA sub tutela fortunae tuae. hoc est: iunctos felicibus infelices posse aduersa superare. dicunt ergo laetari se, quod futuras aerumnas suas felicitatis eius prosperitate ualeant euitare.

202 PRIMISQVE HYMENAEIS Virgilius ⟨Aen. I 345 sq.⟩: Lind. p. 54
'cui pater intactam dederat primisque iugarat ominibus'.

204 TVMIDA IAM VIRGINITATE matura.

205 GAVDIA MENTE PARANT id est: dum uotis deos

1 iuro *om.* **L** || 3 iuxta **M** | proposito **Pb** || 4 infinito **M** || 5 ẽet **Pa** | humili **M** *Mon.* | iuxta f. praepositum *Klotz.* || 6 pr.] promeritos **M** *Mon.* promerita priu. *Klotz.* | nullis rei **Pa** | rei fructu **L** || 11 leti ostendunt **Pb** || 12 tu *om.* **MP** || 13 si . . . Ionium *om.* **MP** || 14 prospectat **MP** | suffecẽt **Pb** | addisse **P** || 15 et *om.* **LPb** || 16 est est autem **P** | nautis mesenio **MP** | maior meo] maio me **Pa** *corr. in* maiore **M** maior **Pb** || 17 amo **Pa** eo modo **Pb** | quando **L** qui **MPa** Q̃ **Pb** | procul **L** ad **MP** | terram] te nostra **Pb** || 18 Maior est **L** || 23 eualeant imitare **Pb** || 24 PRIMIS **L** || 27 id est *om.* **MP** | dum . . . parant *om.* **Pa** | deos *om.* **MPb**

exagitant, uidentur parare, quod gaudeant. ordo ergo: alacres Argi gaudia mente parant.

206 LYCAEOS PARTHENIOSQVE montes Arcadiae. et in Lycaeo templum est Panos, in quo natus asseritur. unde Virgilius ⟨Aen. VIII 344⟩: 'Panos de more Lycaei'. famam ergo ait in haec loca penetrasse.

207 EPHYRAEAQVE RVRA Corinthiorum regioni confinia extrema posuit. Corinthus namque a mari Arcadiam, a terra Peloponnesum claudit.

208 EADEM DEA TVRBIDA uelox Fama. OGYGIAS Thebas. non montes Ogygios, sed locum, ubi Thebae sunt constitutae.

209 PERFVNDIT rumoribus implet.

210 LABDACIVM Eteoclen. patronymicum ab auo Oedipi, huius proauo. CONSONA NOCTI conuenientia, ut nihil a somniis discreparent. conueniens ergo cum somnio praecedentis noctis, qua a Laio in Tiresiae effigiem mutato Eteocles fuerat admonitus. uel ipsa fama consonat praemissae nocti, id est quae nuper exacta est, qua Laius futura uisus est commonere. consona autem: conuenientem famam cum promissis Lai, qui ait superius ⟨uu. 111 sq.⟩: Lind. p. 55 'dant animos socer augurio fatalis Adra|stus dotalesque Argi'.

213 IAM BELLA CANIT canit ubique subaudiendum est ab eo, quod dicturus est: 'quis furor est? iam bella canit'.

---

1 exagitantur **Pb** | gaudent **Pb** ‖ 2 argi alacres **M** ‖ 5 Panos *om.* **M** ‖ 7 ephuraqȝ **Pb** ‖ 8 a mari *om. superscr.* **M** | Archadia **P** | et archadia terra peloponessun/// claudunt **M** ‖ 11 sed *om.* **Pb** | sunt thebe **Pb** ‖ 13 perfudit **P** | inpleuit **M** impleuit **P** ‖ 14 Etheoclem **LPb** | ab ioue **Pa** ab iocis **Pb** ‖ 15 huius *om.* **Pb** ‖ 16 somno **L** ‖ 17 q *corr. man. 2 in* quia **M** ‖ 18 ammonitus **M** attonitus **Pb** | consona **L** ‖ 19 idem **Pb** ‖ 20 commouere **Pa** | consonā **MPb** | inter **LPa** aut̃ **MPb** ‖ 21 praemissis **LPb** | Laii **LPb** ‖ 22 animo **P** ‖ 25 est *om.* **LPa** | ab eo **MPb** de eo **L** ab **Pa** | est dicturus **Pb** | est *om.* **Pa** *om. superscr.* **M** | est *om.* **Pa** *om. superscr.* **M** | *scholion corruptum puto. exciditne post* subaudiendum est 'et separandum est'?

215 CERNERE AVORVM imagines auorum comminus cernere. est operae pretium descriptio eorum, quorum statuae in Adrasti domo fuerant constitutae. ut Virgilius ⟨Aen. VII 177 sqq.⟩: 'quin etiam ueterum effigies ex ordine auorum antiqua e cedro I. p. S. u.'.

216 CERTANTIA VVLTIBVS AERA Virgilius ⟨Aen. VI 848⟩: 'et uiuos ducent de marmore uultus'.

217 TANTVM AVSAE PERFERRE MANVS ut imitarentur uitam. quasi contra naturam fecissent, quod addidissent aeri spiritum.

219 PLACIDVSQVE PHORONEVS quod primus Iunoni sacrificasset. IASIVSQVE SENEX etiam iste rex Argiuorum fuit.

220 ET BELLATOR ABAS Abantis filius Proetus, cuius filiae Proetides furore immisso a Venere boues sibi sunt creditae. quas Melampus expiauit. [INDIGNATVSQVE TONANTEM Acrisius rex Argiuorum fuit, qui filiam habuit nomine Danaen. quam, posteaquam est a Ioue uitiata, pater intra arcam inclusam in mare praecipitauit. quae delata ad Italiam inuenta est a piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat, et oblata est regi, qui eam sibi fecit uxorem, cum qua etiam Ardeam condidit.]

221 COROEBVS hic est, qui ne Argi pestilentia laborarent, Apollini se perimendum obtulit et ueniam meruit.

---

1 imagines auorum *om.* **Pa** *post* Cominus *praebet* **L** | cernere *om.* **Pb** ‖ 2 pretium *om.* **Pa** ‖ 3 domo Adrasti **L** ‖ 4 uentorum **Pb** | ex *om.* **Pb** ‖ 5 Antiquae **L** antiquę **MPa** antiqua **Pb** | cedri d. **L** cedra **Pa** credo **Pb** | i. p. s. *om.* **Pb** | u. *om.* **LP** ‖ 7 et *non legitur in Vergilio* | ducunt **LMPa** ‖ 8 PROFERRE **LPb** | immutarentur **Pa** ‖ 10 spatium **Pb** ‖ 11 placidus **Pb** placidet **Pa** | iam suis **Pa** a suis **Pb** | -QVE SENEX *om.* **MP** | iste] hic **L** | Argiuorum *om.* **Pb** ‖ 14 abbas abbatis **Pb** | preti **Pb** ‖ 15 p̃tides filiae **MPa** preti filie **Pb** | furore . . . Venere] furiis fauentibus **M** | 16 creditę s̄ **M** | quam **Pa** | menalippus **Pb** | INDIGNATVSQVE . . . condidit *secuntur post schol.* 222 *in* **LP** *om.* **M** ‖ 17 habuit filiam **P** ‖ 18 danam **Pa** damne **Pb** | quę postquam **P** ‖ 19 patrem **Pb** pater eam **Pa** ‖ 21 qui *om.* **Pa** ‖ 23 COROEBVS *om.* **Pb** ‖ 24 se *corr. in* sese **M** | ottulit **Pb**

FERENS CAPVT uel suum altius ferens, uel illius, quod occiderat, monstri.

222 TORVAQVE IAM DANAI F. M. I. Danaus, Beli filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidemque Aegyptus, frater eius, filios, qui Danaum fratrem filias suis filiis in matrimonium postulauit. Danaus responso comperit, quod generi sui manibus interiret. Argos profectus est et primum dicitur nauem fecisse, a cuius nomine Argo dicta est nauis. Aegyptus misit filios suos ad persequendum fratrem hisque praecepit, ut aut Danaum interficerent aut ad se non redirent, ut Agenor filio imperauerat. qui postquam uenerunt Argos, coeperunt patruum oppugnare. Danaus postquam uidit se resistere non posse, filias suas fratris sui filiis spopondit uxores. quae patris iussu uiros uniuersae suos interfecerunt. sola Hypermestra Lynceo pepercit.

225 QVIS PROPIOR DE REGE GRADVS quisquis regem affinitate contingit, id est proceres et illi, qui regibus genere iungebantur, et stabant primi, ut singulorum ordo poscebat et generis gradus. STANT ORDINE PRIMI alto ordine stant primi. hos autem dicit, quos Tullius 〈de imp. Cn. Pompei 24〉 sic nominauit: 'qui uiuunt in regnis' hoc est qui regibus obsecuntur. stant primi: illi etiam proximi regi stabant, qui ornabantur generis dignitate.

227 CASTA MATREM C. C. A. multitudine religiosa, id est pars matrum uirginibus nupturis admixta.

---

1 quo **Pb** qui **Pa** ‖ 3 F. M. I. *om.* **LP** | belli **Pa** ‖ 5 egistus **MP** ‖ 6 filiis suis **Pb** ‖ 7 generis **Pa** ‖ 8 primus *Myth.* ‖ 9 argos **Pb** | nauis *om.* **Pb** | egistus **MP** | mittit **P** ‖ 10 isqꝫ **Pb** | ut *om.* **M** | danium **Pa** ‖ 11 aut ut **M** ‖ 12 *et* 13 posteaquam **L** | se uidit non posse resistere **M** ‖ 14 filiis *om.* **Pa** *om. superscr.* **M** ‖ 16 Hypermnestra **L** ipermestra **M** hypermestra **Pb** hipermedestra **Pa** | lioceo **Pa** ‖ 17 proprio **Pb** propio **Pa** PROPRIOR **L** ‖ 18 proceris *superscr.* e **M** ‖ 19 iungebantur genere **Pb** ‖ 20 poscebat *om.* **Pb** | STANT . . . obsecuntur *om.* **Pa** ‖ 23 id est **L** | obsecundantur **L** | stant *corr. in* stabant **M** ‖ 25 castam **P** | MATRES **L** | C. C. A. *om.* **LP** | multitudinem religiosam **Pb** | id est] uel **Pa**

229 FOEDERA CONCILIANT id est sponsos commendant et docent eas foedera nuptiarum.

230 VERENDO uirginali. Lind. p. 56

232 DEIECTAEQVE GENAS id est terram intuentes prae pudore.

233 PRIMAEQVE MODESTIA CVLPAE culpam putant amissionem uirginitatis.

235 TENEROS PARENTES timidos, quia delectauerunt Adrastum filiarum lacrimae. erat enim pudoris insigne etiam uota trepidare.

237 ET ASPERIOR PHOEBI SOROR fratre asperior, quia ille citharae, illa uenatibus operam dedit.

239 ILLA SVAS CYNTHO COMITES AGAT H. A. Cynthus Deli mons est Dianae sacer, unde Diana Cynthia dicta est. Aracynthus Atticae regionis mons Mineruae sacer.

240 TVNC SI FAS id est si liceat, quoniam mortalibus concessum non est uidere caelicolas.

244 FATIGANT diu inuocant. unde Horatius 〈carm. I 2, 26 sqq.〉: 'prece qua fatigent uirgines sanctae minus audientem carmina Vestam?'

245 FACVLTAS unusquisque pro uiribus suis uota faciebant.

247 NEC MINVS AVDITI sensus: nec minus auditi sunt illi, qui ture deos placabant, illis, qui hostias immolabant. uictimarum enim loco sola etiam bona conscientia diis litatur. sicut Persius 〈II 73 sq.〉: 'compositum ius fasque animi sanctosque recessus mentis et incoctum generoso pectus honesto'.

---

1 sponsas **L** *corr. in* sponsos **M** ‖ 2 eos **Pb** ‖ 4 id est] In **L** ‖ 8 delectauerint **M** ‖ 9 enim **MP** etiam **L** ‖ 10 in uota **L** ‖ 13 suos **MPa** | CYNTHO *om.* **P** | COMITES AGAT *om.* **Pb** | H. A. *om.* **LP** ‖ 14 mons est deli **Pb** | archandię dianę **M** | Cynthia Diana **L** ‖ 15 acticę **Pb** | 16 id est si *om.* **Pb** | inliceat **Pb** ‖ 17 concessum non est] non licet **Pb** ‖ 18 diu diu **Pb** | ut **MPb** ‖ 19 preceque **L** ‖ 22 faciebat **LP** ‖ 24 placant **LP** | quam illi **Pb** | immolarent **L** immolarat **Pa** immolarant **Pb** ‖ 25 et bona **Pb** ‖ 26 letatur **Pa** ‖ 27 generosum **L**

249 LACHESIS unam pro omnibus posuit.

252 PALLADA MVNICHIIS quae Pallas non minus diligit Larisam quam Munichiam. Larisa autem oppidum est Lind. p. 57 Adrasti, in quo nunc | nuptiae fiunt, non illa Thessaliae, unde Achilles dicitur esse natus.

255 LIBARE uel consecrare uel aliquid templis appendere. Virgilius ⟨Aen. VII 391⟩: 'sacrum tibi pascere crinem' id est nutrire. PRIMOSQVE SOLEBANT EXCVSARE TOROS id est in templo Mineruae solebant uirgines nupturae placare deam, quae sit fautrix uirginitatis, et excusare, quod necessitate et lege naturali nubere cogebantur.

258 ARCADOS EVHIPPI SPOLIVM Euhippus, rex Argiuorum, mirae felicitatis fuit. cuius clipeum, qui apud Argos nobiliter rem gessisset, accipiebat, ut illo per urbem incedens honestaretur. unde prouerbium apud illos tale est, cum alicuius ignauiam irriderent, ut Callimachus ait, ὡς τὴν ἀσπίδ' ἄεθλον ἑλών. hoc nunc spolium dicit faces nuptiales exstinxisse, cum caderet uera ominis ratione, quia nuptias bella diremerunt.

260 EQVE ADYTIS SIMVL E. R. Virgilius ⟨Aen. III 92⟩: 'et mugire adytis cortina reclusis'.

263 MOX AVDISSE NEGANT ut homines suspicionem sedarent, more uulgi potentibus blandientes audisse se negant, quae constabat gaudiis obfutura.

---

2 monichiis **LM** monichii **P** | palla **P** | minus non **P** ‖ 3 Larissam **LMPb** | Monichiam **LP** monichian **M** | Larissa **LM** | est *om.* **L** ‖ 4 thesaliȩ **M** ‖ 5 ubi **Pb** | dicit **Pb** | esse *om.* **LP** ‖ 6 consacrare **Pb** ‖ 8 EXCVSARE *om.* **M** ‖ 9 id est] uel **LPa** ‖ 10 placere **Pb** | ad eam **Pa** ‖ 13 quia **MP** ‖ 14 grecos **Pa** | ut] uel **Pa** | p̃ **Pa** urbes **M** ‖ 15 tale est *om.* **L** ‖ 16 arriderent **P** ‖ 17 *de Callimachi uerbis uide* Philol. XXXIII p. 131 sqq. | ωCτeNΛCNIDAΛTONEΛΘN **M** ωCτeNΛCnIOdΛTONEΔΘN *Mon.* ωCTHNdCΠIOΛdCΘONHTH *Bamb.* ωςεν ACΠIOAλTON eλΘN **L** ωCeNΛCnIOΛΛIONeλΘN **Pa** ωCτeNdCΠIOddTON eΛΘN **Pc** *linea uacat* **Pb** ‖ 17 nunc **LM** non **P** ‖ 18 careret **L** | una **Pa** | omni **Pb** | ratione *om.* **Pa** ‖ 19 dirimerent **L** dirimerunt **P** dirimer̃ **MPc** ‖ 20 similiter **Pb** | E. R. *om.* **LP** ‖ 21 fortuna **Pb** ‖ 22 NEGANT . . . audisse *om.* **Pb** ‖ 23 mortem **Pa** | uidisse **Pa** ‖ 24 constabant **LMPa** offutura gaudiis **M** | defutura **Pb**

266 ORNATVS ARGIA GERIS dicit non esse mirandum, quod aduersum omen acciderit, siquidem Argia, uxor Polynicis, funestum monile acceperit, quod Thebis ueniens ad Argos extulerat. et repetit originem huius muneris, quod a Vulcano Veneri fabricatum fuisse dicatur et deinde Harmoniae fuerit, postremo reginarum omnium, quae Thebis uixerunt, quas istius monilis omine dicit infeliciter deperisse.

272 HARMONIAE DOTALE DECVS ut illa puniretur, quae ex adulterio Martis et Veneris nata esset. huiusmodi enim uenenis infecerat illud monile Vulcanus, ut necesse esset hoc monile gestanti aerumnarum mole opprimi. hoc enim usa est Harmonia, Agaue, Semele, Iocasta, Argia, ultimo Eriphyla. nam ad Polynicen hoc hereditario iure peruenerat. quaecumque ergo hoc ornatu usae sunt, graui exitu et aerumnis affectae sunt. SVB LVCE IVGALI id est sub die nuptiarum, quo Cadmo nupserat.

273 DOCTI QVAMQVAM M. L. C. quamquam maiora docti sunt facere, tamen hoc laboriose fecerunt.

274 NOTIQVE OPERVM TELCHINES hi tres fratres dicuntur fuisse inuidia liuidi. qui cum uicinorum agros uiderent prouentu fertiles, natura felices, hos sparsisse dicuntur aquis Stygiis, ut redderent infecundos. qua culpa poenam metuentes solum uerterunt seque ad Cyclopes contulerunt. est ergo sensus: in hoc | plurimus est Vulcano Lind. p. 58

---

1 admirandum **L** ‖ 2 accideret **LMPa** ‖ 3 acceperat **Pb** ‖ 4 repetat **Pb** | muneris uel monilis **P** ‖ 5 dicitur **L** fertur **Pb** ‖ 6 Hermonies **L** (h)ermionȩ **MP** | fuit **L** *om.* **P** | qđ **M** *latetne quot?* ‖ 7 uiserunt **Pb** ‖ 9 Harmonies **L** (h)ermione **MP** ‖ 11 Vulcanus . . . monile *om.* **Pb** ‖ 13 Harmonie **L** ermione **P** ermiona **M** | iocasta semele *libri* ‖ 14 heriphila **MPa** herphila **Pb** Eriphile **L** | polinicē **Pa** | hoc *post* iure *praebet* **M** ‖ 15 usa est siue use sūt **Pb** ‖ 16 sunt affectae **L** ‖ 18 QVAMQVAM *om.* **LPb** | m. l. c. **M** *om.* **LP** | uis maiora **Pb** ‖ 19 sint **M** | tamen *om.* **M** | haec **M** ‖ 20 OPERVM *om.* **L** | teloines **Pa** teclines **Pb** | hi *om.* **Pb** ‖ 22 fertiles prouentu **Pb** ‖ 24 ad Cyclopas **L** ad ciclopes ultro **M** | contulerunt . . Cyclopes *om.* **Pa** ‖ 25 et est **L** | sensus *om.* **Pb**

sudor, quamuis et Cyclopes in hoc laborauerunt ipsique Telchines. Telchinas ergo inuidos ad hoc monile faciendum concordasse dixit, ut fieret.

275 PLVRIMVS IPSI SVDOR Vulcano scilicet, ut, qui facienda aliqua imperare consueuerat, personam sumeret fabricantis. unde Virgilius ⟨Aen. XII 90 sq.⟩: 'ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat' id est per se, non per ministros.

276 IGNE SMARAGDOS uirides lapides. quemadmodum glaucum pro 'uiride', sic ignem pro splendore posuit.

277 PERCVSSVM ADAMANTA id est characteribus nocentissimis sculptum.

278 GORGONEOSQVE ORBES ita exsecrandum monile describit, ut huic pulchritudinem conferat atque terrorem. nam G o r g o n e o s o r b e s ponit instar oculorum, ut ad monstri speciem stupefaceret intuentes magnitudo et pulchritudo gemmarum.

279 FVLMINIS EXTREMI CINERES hoc est: qui perfecto fulmine superfuissent, quasi hoc perniciosiores essent. constat enim hoc monile post fulmina fabricatum de fragmentis. VIRIDVMQVE DRACONVM uel iuuenum uel uenenosorum.

280 HIC FLEBILE GERMEN HESPERIDVM in Aethiopia speciosissimum pomarium Atlantis fuit, in quo nascebantur mala aurea, quae Hesperides custodiebant Aegle, Erethusa, Hesperethusa et draco peruigil. — acceperat autem responsum, ut ea quandoque ex Ioue genitus raperet. — nihilo-

1 et *om.* **M** ‖ 2 Telchinas] Thelchines **L** | faciendum monile **Pb** ‖ 3 dicit **LPb** ‖ 4 qui] quod **Pb** | faciendo **P** ‖ 5 impetrare **Pb** ‖ 6 ensemqȝ (*om.* quem) **Pb** ‖ 7 ipsi **MPb** ‖ 9 smeragdos **Pb** ‖ 10 uiridi **L** uidere **Pa** uide **Pb** ‖ 11 adamantē **P** ‖ 14 describitur **M** | pulcritudinem **MPa** pulchritudine **Pb** ‖ 15 posuit **L** ‖ 18 qui] quasi **Pb** | ꝑfecto **M** ‖ 19 superfuisset **Pa** | perniciores **Pa** ‖ 20 de *om.* **Pb** ‖ 21 uel] id est **LPa** ‖ 23 FLEBILE *om.* **Pb** | gramē **Pb** ‖ 24 pomerium **M** pomorium **Pb** | Atlanti **L** | fuit athlantis **M** ‖ 25 custodiebant *om.* **Pb** | Aretusa **L** ‖ 26 Hesperie **L** esperetusa **Pb** *uide Seru. Aen.* IV 484 | autem *om.* **MP** ‖ 27 quoniam ea (*om.* quandoque) **Pb**

minus tamen fides responsi explicata est, missusque est ab Eurystheo rege Hercules, Iouis filius, qui ea mala abstulit occiso dracone peruigili. diximus poetam omnia contulisse, quae gratiam facerent et timorem. ideo etiam aurum uult infame fuisse, quo monile compositum est, ut iure confirmetur malum fuisse.

281 ET DIRVM PHRIXEI VELLERIS AVRVM Phrixus et Helle insania a Libero abiecti cum in silua errarent, Nebula, mater eorum, dicitur uenisse et arietem uellere aureo insignitum exhibuisse, in quo praedictos filios suos iussit ascendere et in Colchos ad regem Aeetam transire ibique arietem immolare. qui cum ex praecepto matris ascendissent, illos aries in pelagus detulit. Helle lapsa nomen ponto dedit. Phrixus matris praecepto parens arietem immolauit pellemque auream Martis templo dicauit. (quam Iason, Aesonis filius, cum Argonautis dicitur petisse). hunc Aeeta rex libens recepit filiamque ei dedit uxorem. et cum ex ea filios suscepisset, ueritus est Aeeta, ne se a regno deiceret — quod ei responsum ex prodigiis fuerat — aduena, Aeoli progenies. et cum mortem caueret, Phrixum interfecit. at filii eius ratem ascenderunt, ut ad auum Athamantem transirent. hos naufragos Aeson excepit.

283 ET QVAE PESSIMA CESTON etiam illam uim monili permiscuit, quae uis ceston probat id est quae, cuius sit

1 tamen *om.* **Pb** ‖ 2 aristeo **Pa** ‖ 3 peruigili Dracone **L** | peruigiliis **Pb** ‖ 5 infame fuisse uult **M** ‖ 6 confirmet **LPb** *corr. in* confirmet⁄ **M** ‖ 7 ET DIRVM *om.* **L** | AVRVM *om.* **L** | Frixus. Fabula frixi et [h]elles **M** ‖ 8 Helles **L** elles **Pa** | abiecti **LmM** *Mon. Myth.* obiecta **LP** | neobula **MPa** ‖ 9 inuenisse **Pb** ‖ 10 in quem *Myth.* ‖ 11 oetam **LMP** ‖ 12 immolare *om.* **Pb** | cui **Pa** | ex *om.* **Pb** ‖ 13 aries *om.* **LPa** | in pelago **Pa** | Helles **L** elles **MP** ‖ 16 hesonis **MPa** | petiisse **L** p&sse **M** ‖ 17 hunc] Phrixum autem *Kohlm.* | oeta **LMP** ‖ 18 at *uel* sed? | cum *om.* **Pa** | liberos **LP** *Myth.* | est *om. Myth.* | oeta **LMP** ‖ 19 a *om.* **L** | a rege **Pb** | deiiceret **L** ‖ 20 ut ab aduena **L** ab aduenae progenie *Myth.* | eoli **M** coli **P** | progenie **LMP** *corr.* **Pc** | et cum *om.* **LP** *Myth., add. man. 2* **M** ‖ 21 ath(a)lantē **MPa** ‖ 22 quos **L** | heson **MPa** exon **Pb** ‖ 23 etiam . . . ceston *om.* **Pb** | vim illam **L** ‖ 24 vix **L** | quae[2] *om.* **LP**

potestatis, ostendit. ceston enim cingulum dicitur Veneris, quo utitur ad honestas nuptias. et quoniam uirgo Cadmo nupserat Harmonia, ideo hoc iunxit. nam ad turpes nuptias Venus dicitur non uenire. ideo incestum dicitur, quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit uinctum.

285 ATQVE HILARI id est lucido, ut possit exinde aliquid fingi laetitiae, ut esset facile delectabile et gratum, latenter autem nociuum et pestiferum.

Lind. p. 59 286 NON HOC PASITHEA id est una Gratiarum. sunt autem tres: Pasithea, Aglaie, Euphrosyne, Iouis et Autonoes filiae, Veneris famulae.

289 PRIMA FIDES OPERI periculum. huius monilis fidem fecit Harmonia, quae prima experta est. nam in anguem uersa est cum marito ob hanc causam, quod Agenoris et Europae filius draconem Martis, qui fontem custodiebat, occidit. ideo uult hoc contigisse, quia nuptialibus donis hoc monile possederat.

292 IMPROBA MOX SEMELE uult etiam Semelen huius infelicitate monilis exstinctam et magis ornatus inuidia a Iunone quam paelicatus inductam, ut a Ioue improbe posceret, quod nefas esset corpus sustinere mortale. optime autem Semelen improbam dixit, quod uoti fuit immodica, ut Iouem uellet uidere cum fulmine.

294 TEQVE ETIAM INFELIX P. I. D. P. N. bene infelix,

---

1 dicitur] est **Pb** ‖ 2 quando **L Pa** ‖ 3 Harmonie **L** ermionēa **M** ermiona **Pa** hermonie **Pb** | hęc **Pb** ‖ 4 nuptas **Pb** ‖ 5 iunctum **M** ‖ 7 facie?] facile et **L Pa** | delectabile *om.* **Pb** | delectabile debile **Pa** ‖ 8 letanter **Pa** letenter *corr. in* latenter **M** | nocuum **L** *corr. in* nociuum **M** ‖ 9 id *om.* **L** | una nomina gratiarum **P** | Gratiarum. nomina autē Graiarum (*sic*) sunt tria **L** ‖ 10 egiale **Pb** egale **Pa** agiale **M** | euprosina **M** euprosine **P** | Authonores **Pb** autonois **LmMPa** Harmiones **L** ‖ 12 periculi **Pb** ‖ 13 facit **Pb** | Harmonie **L** ermione **MPa** hermione **Pb** | proxime **L** | nam *om.* **Pb** | in angues **L Pa** ‖ 14 quod *om.* **Pb** ‖ 15 eutrope **Pa** ariopę **M** Agriopes **L** Arionae **Lm** | Martis *om.* **Pb** | fontem] antrum Martis **LmPb** ‖ 16 occidit *om.* **Pb** ‖ 17 hoc *om.* **Pb** | possiderat **MPb** ‖ 19 infelicitate huius **L** ‖ 20 pellicatus **L** pelicatus **MPa** | policatus **Pb** | indutam **Pa** ‖ 22 semelē **Pa** *om.* **Pb** ‖ 24 p. i. c. d. n. p. **M** *om.* **LP**

quae non imposuit per malorum experimenta finem cupiditati. nam hoc monile Iocastam etiam post Agauen certum est habuisse.

298 SACRO AVRO exsecrabili. ut Virgilius ⟨Aen. III 57⟩: 'auri sacra fames'.

299 VIDERAT HOC CONIVNX Eriphylen dicit, Amphiarai uatis uxorem. ET ARAS ANTE OMNES quia apud antiquos ante aras numinum celebrabant iura nuptiarum. et est ordo: ante aras et epulas nuptiarum.

302 NIHIL AVGVRIIS ADIVTA PROPINQVIS propinquis siue quia auguris uxor est, uel his prodigiis, quae paulo ante clipei casu contigerant. — nihil proderat, inquit, quod augurem habebat maritum; nam infausta cupit. secundum illud Virgilii ⟨Aen. IX 328⟩: 'sed non augurio potuit depellere pestem'.

303 QVANTAS CVPIT IMPIA CLADES mariti mortem, furorem filii, interitum suum.

305 INSONTES NATI MERVERE FVRORES Alcmaeonem dicit, qui post mortem matris conuersus est in furorem patre mandante. ut Iuuenalis ⟨VI 173⟩: 'nil pueri faciunt, ipsam configite matrem'. item Lucanus ⟨II 108⟩: 'crimine quo parui caedem potuere mereri'.

307 ISMENIVS HEROS Polynices, qui a Thebano fluuio Lind. p. 60 nomen accepit, quem poeta fluuium frequenter appellat.

308 IAMQVE ET SVA REGNA eleganter sua, quia et apud Argos ex coniunctione regia imperabat.

---

1 inposuit **M** | pro malorum experimento **Pb** ‖ 2 iocasta **Pa** | etiam *om.* **LP** | agaue **LmM** ‖ 4 sacro myro **M** | ut *om.* **L** ‖ 6 VIDERAT *om.* **Pb** | HOC *om.* **P** | coniux **MP** | ta eriphilem **Pb** eriphpile **Pa** ‖ 7 uatis *om.* **Pb** ‖ 8 et est . . . nuptiarum *om.* **Pb** | 10 propinquum **Pb** ‖ 12 clipei] dixi **LmPb** | contīgerant **Pa** contingerant **M** contingerat **Pb** ‖ 13 infesta *corr. in* infausta **M** | capit **Pb** ‖ 14 uirgilius **Pb** | sed non] si ne **Pa** | auguriis **LMPa** | poterit **Pb** ‖ 17 filiis **Pb** ‖ 18 insontis **Pb** insonantes **M** | sorores **Pb** | alchmetonē **Pa** ‖ 19 matris t c̄ c̃cubitu c̃uersus **M** | matris quam interfecit mandante patre conuersus **Lc** ‖ 20 patrē **M** | i. i. (= lib. II?) nichil **Pa** ι ι nil **M** ‖ 22 caedes **LPa** ‖ 23 Hismenius **L** hist(h)menius **P** histmenios **M** | a fluuio Thebano **L** ‖ 25 IAM IAM SVA QVAERERE REGNA **L** | qui **MPb**

311 DESCISSE DEOS quasi dii non innocentes, sed potentes et feliciores sequantur, sic a se ad fratrem esse traductos. descisse ergo quasi ab amicitiis, ut ciuitas, quae ad hostes decurrit, desciscere dicitur. ut Lucanus ⟨II 727 sq.⟩: 'lassata triumphis desciuit Fortuna tuis'.

312 NVDVM LATVS ab amicis desertum. regum enim semper latera stipatorum satellitumque corona claudebat.

313 NAMQVE VNA SOROR Antigonen dicit, quae fratrem sepeliuit. nam et Ismenen aliam sororem habuit Polynices. PRODVCERE prosequi. ut Terentius ⟨Heaut. tim. 144 F.⟩: 'comes produxi'.

315 ET MAGNA LACRIMAS INCLVSERAT IRA id est dolore nimio siue iracundia lacrimarum clauserat cursum. ut Virgilius: 'inclusitque dolor lacrimas'.

316 TVNC QVOS EXCEDENS HILARES cogitat, discessu suo qui gauisi sint, qui doluerint. omnia, inquit, haec in animo reuoluebat, et fratris cultum et quos sibi profugo gemuisse prospexerat. ergo si aliquibus potuit exilium displicere, reuertentem tanto magis poterunt adiuuare.

321 SPES VBI LONGA VENIT qua nulla grauior mortalibus cura est. Sallustius ⟨Iug. 64, 6⟩: 'animo cupienti nihil satis festinatur'. Cicero ⟨Catil. IV 8⟩: 'eripis etiam spem, quae sola homines in miseriis consolatur'. hanc enim curarum omnium constat esse postremam. graue enim tormentum est spes, quae longa exspectatione differtur. Terentius ⟨Adelph. 219 F.⟩: 'spem pretio non emo'. NVBEM cogitationum multitudinem, quae animum sollicitudinis mole confundit.

---

1 quasi deos **Pb** ‖ 2 sic *om.* **Pb** | ad fratrem a se **Pb** ‖ 3 amicis **Pa** ‖ 4 desciscere **Lc** descire **LMP** ‖ 5 lassaqꝫ **MP** lassa **L** ‖ 7 latus **Pb** ‖ 8 quam frater **L** | Hismelen **L** histmelen **Pb** hismelē **Pa** istmenen **M** ‖ 10 Virg. **L** ‖ 11 comes] omnis *Terentius* | produxit **LPa** produxerat **Pb** ‖ 14 *est uersus Statii Theb. XII 318* ‖ 15 (h)ilaris **MP** ‖ 16 sunt **LPa** | et qui **Pb** | doluerunt **LMPa** | hoc in animo inquit reuoluerat **Pb** ‖ 19 poterī **M** ‖ 20 VBI] uobis **Pa** | quia **M** ‖ 22 festinare **MP** | eripit . . hominem . . consolari solet *Cicero* ‖ 28 solitudinis **Pb** | confundunt **L**

322 DIRCEN fontem Thebanum, per quem Boeotiam debemus accipere. Cadmi autem domos Thebas dicit.

326 RECEPTO SANGVINE id est recepta uirtute. Lucanus ⟨II 338 sq.⟩: 'dum sanguis inerat, dum uis materna, peregi iussa, Cato'.

328 ET CAPTA ARMENTA REPOSCIT ab inimico uictore.

332 MENTE ACVIT exercuit uel in maiorem rabiem concitauit. FIDA proprium uxoris epitheton. Lind. p. 61

333 SENSERAT Argia dispositionem mariti senserat, prima exorta aurora complexa uirum. pallorem dixit colorem croceum. primo enim aurora cum Luciferi candore pallescit, deinde fulgore rosei solis afflatur.

335 NIL TRANSIT AMANTES Virgilius ⟨Aen. IV 296⟩: 'quis fallere possit amantem?'

337 NVNQVAM IN PACE SOPOR id est dormiens semper inquietaris curis. aut hoc dicit: quod noctu, cum solent homines in quiete esse, tu peruigilas, non admittis soporem. pacem enim hic proprie nocturnam quietem asseruit.

338 LATRANTIA PECTORA CVRAS ex magnis curis tumultuantia.

339 ADMOTA DEPREHENDO MANV lacrimas tantum an pectoris motus et pulsus? NIL FOEDERE RVPTO oratorie. cur enim metuit, si se dicit posse contemnere? Virgilius ⟨Aen. X 42⟩: 'nil super imperio moueor'.

340 CONVBIISVE SVPER figura synaeresis oratorie facta.

---

1 dircem **Pb** ‖ 2 aut **P** | dicit **M** dicimus **L** debemus accipere **P** ‖ 3 id est *om.* **Pb** ‖ 4 sanguinis **Pb** | uix **L** ‖ 5 iussa Cato *om.* **L** ‖ 6 ET *om.* **MP** | capta mente **P** ‖ 7 mentē **Pa** | uel in *om.* **Pb** ‖ 9 dispositiones **L** disputatiōe **Pa** ‖ 10 primo ortu aurorae **L** ‖ 11 prima *Kohlm.* | candor *Kohlm.* | candore pallore pallescit **P** ‖ 12 roseo*?* ‖ 13 nihil **MP** ‖ 14 qui **Pb** | posset **L** ‖ 16 quia **Pb** ‖ 17 homines *om. superscr. ante* solent **M** | per uigilias **MPa** | nec **L** ‖ 18 pace **Pb** ‖ 20 LATRANTIA *om.* **L** *del. inser.* lactantia **M** | CVRAS *om.* **MP** ‖ 22 aut **Pb** ‖ 23 nihil **MPb** ‖ 24 si *om.* **Pa** ‖ 25 nichil **Pa** ‖ 26 CONNVBIISVE **LPb** | syncrisis **Pa** sincresis **Pb** | fata **Pa**

quod euenire timebat, hortabatur. ut Virgilius ⟨Aen. IV 381⟩: 'i, sequere Italiam' et ⟨Aen. IV 431⟩: 'non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro'. [VIDVAQVE IVVENTA id est non propter me dico hoc, licet sim iuuenilis aetatis et licet mea aetas tam cito deseratur a te, tantum propter tuam salutem, ne in aliquo damnetur, timeo.]

341 ETSI CRVDVS AMOR recens, immaturus necdum temporis longinquitate firmatus. ergo talis ordo est: etsi necdum intepuere tori. sensus: etsi necdum post nuptias calefactus est torus mariti nec temporis prolixioris accessibus deferuescit. adeo pauci dies sunt, ex quo sunt nuptiae celebratae.

343 ANGIT AMATE SALVS sic agit, ut uincat, quia propter suum commodum nil suadet, sed asserit se agere causa mariti, et hoc totum, quod ad cautelam mariti proficit, sibi putat acquiri. INERMIS aut facultatibus, quae desunt, inermis aut non tu inermis, sed armatorum multitudine destitutus.

345 SI NEGET ergo si negauerit, subsequens est, ut fratris insidiis pereas. ATQVE ILLVM SOLLERS sensus talis est: atque illum fama tumidum narrat, quae solet ducum indicare mores. ordo autem est: atque illum tumidum narrat fama, quae sollers est reges deprehendere.

---

1 quae **L** | ut *om.* **Pb** ‖ 2 i *om.* **MPa** id est **Pb** ‖ 3 antiqū vel quod **Pa** | VIDVAQVE . . . timeo *om.* **M** *post schol. 341 pos.* **LP** ‖ 5 mea aetas **Pb** mea **Pa** uidua **L** | deserar **L** | tamen **P** ‖ 6 damneris **L** ‖ 8 est ordo **LP** | etsi . . . sensus *om.* **L** ‖ 9 intepuere *om.* **Pb** | post **MPb** primo **Pa** primis **L** ‖ 10 nuptiis **L** ‖ 11 feruescit **LPb** | nuptie sunt **Pb** ‖ 13 AMATA **LPb** | ait **LPb** *superscr.* ng **M** | qua **Pb** ‖ 14 in cōmodum nequaq̃ **Pb** | a se **Pb** | angere **L** *corr. ex* agere **M** angi ex *Barth.* ‖ 17 aut Inermis **L** inermis autem **Pa** aut **Pb** | non *om.* **Pb** | armorum *superscr.* at **M** ‖ 19 si ergo **Pb** | est *om.* **Pb** ‖ 20 parcas **Pb** | SOLLERS *om.* **MP** | sensi **Pa** ‖ 21 talis est *om.* **LP** | tumidum fama nominauerat **Pb** ‖ 22 autem *om.* **M** aut autem **Pb** | est *om.* **LP** | atque *om.* **Pb** ‖ 23 fama narrat illum tumidum **Pb** | solet (*om.* est) **Pb** | regē **M** | dep̃hendere **M**

fama enim ista studia semper illustrat, et quae semper maiore dissimulatione celebrantur.

347 NECDVM CONSVMPSERAT ANNVM qui necdum consumpto anno inimicus tibi atque infestus fuit, quid censes eum nunc moliturum, quippe cum eum deponendi imperii cura sollicitet?

348 EXTA MINANTIA DIVOS quae deos minantur iratos.

350 NVNQVAM MIHI FALSA Iuno enim, quae Argis praesidet, nec potest fallere, quos deprehendit, et Homerus dicit somnium de experimento esse, ut maritus terreatur.

351 NI CONSCIVS ARDOR DVCIT uel alterius coniugis uel amicae. inuidiose quasi mulier. credidit enim Polynicen aliam Thebis coniugem reliquisse. ni|hil enim putat Lind. p. 62
nisi amorem uxori praeferri posse.

353 RISIT ECHIONIVS IVVENIS risit Polynices, quod obiecit illi amorem alterius coniugis more et leuitate muliebri, quoniam semper familiare uxoribus est suspicari maritos suos aliarum mulierum illecebris detineri. docet autem poeta obiectis falsis criminibus ridendum potius quam dolendum.

355 TEMPESTIVA quasi opportuna et tempori conuenientia. LACRIMASQVE REPRESSIT incertum est cuius, suas an coniugis: si suas, ne fleret, si uxoris, ut iam non fleret.

---

1 ista *om.* **L** | ita enim **Pb** | semper studia **L** | et *om.* **L** | semperque **LMPb** ‖ 2 maiori **Pb** | celebratur **Pa** celantur? ‖ 3 ANNVM *om.* **P** | qui *om.* **Pb** ‖ 4 infensus est **Pb** ‖ 5 nunc eum **Pb** | deponendi eum **L** | imperii *om.* **Pb** ‖ 6 sollicitat **MPa** sollicite **Pb** ‖ 7 diuos **Pb** ‖ 8 NVNQVAM . . . FALSA *om.* **MP** | qui **Pb** | IVNO VENIT quia *Vollmer.* ‖ 9 dep̃hendi **M** defendit *Vollm.* | Homerus *om.* **L** ‖ 10 somnum **LP** | esse *om.* **P** | unde **Pb** | *cogitaui de scribendo sic:* et hoc uerum dicit somnium se expertam esse ‖ 11 NON **M** | ducis **P** | uel amice uel alteri(u)s coniugis **Pb** ‖ 13 thebis aliam **Pb** ‖ 15 IVVENIS *om.* **L** ‖ 16 illi] ei **Pb** ‖ 17 mulieribus **Pb** ‖ 21 oportuna quasi (*om.* et) **LP** | tempori *corr. ex* tempora **M** ‖ 22 est *om.* **P** | cuius *om.* **Pb** ‖ 23 coniugis an suas **L** | nec **Pb** ut iā *del. superscr.* et iā **M** ut eum **L** nec iam **Pb** ‖ 24 non] ne **M**

356 MERENTVM CONSILIIS eorum consiliis, qui merentur imperia gubernare, dabitur mihi regnum. desiste, inquit, de maerore meo esse sollicita. bene sic coepit, quia uxor hoc se solum timere dixerat, quod pro ipso faceret.

357 TE FORTIOR ANNIS ordo est: te non decet cura, quae tuis annis est fortior.

358 SCIAT HAEC SATVRNIVS quod futurum sit, Iuppiter nouerit.

359 OCVLOSQVE POLO DIMITTERE sensus: haec ad Iustitiam cura pertineat, si tamen respicit terras. id est: futura nostra sciunt fata et Iustitia, si reuera respicit terras aut homines curat.

361 FORS ADERIT LVX ILLA TIBI bonus ordo, ut metum coniugis in fine felicitatis promissionibus solaretur.

366 AFFATVR TRISTIS ADRASTVM ordo: Tydea et Adrastum affatur tristis. cetera διὰ μέσου inserta sunt.

367 FIT MORA CONSILIO id est diu habito tractatu cunctati sunt, ut multum cogitantibus placeret una sententia, id est utrum bello an legatis regnum peteret Polynices.

368 NAM POTIOR CVNCTIS id est omnibus melior sententia placuit, Eteoclis fidem legatione temptare.

370 EA MVNERA legationis officium.

373 TVTIQVE REGRESSVS LEGATO quod legatum nefas esset interfici. sacrosancta enim sunt legationis officia, ut inquit Cicero, ut etiam inter hostium tela incolumis uersaretur.

---

2 inquit desiste **Pb** ‖ 3 meo] modo **L Pb** ‖ 5 est *om.* **LMPa** | te *om.* **M** ‖ 7 hoc **P** ‖ 8 nouerat **Pb** ‖ 9 demittere **Pb** | sensus *om.* **M** hoc ad iniustitiam **Pa** ‖ 11 fata sciunt **M** ‖ 12 hominum **Pa** | cura **Pb** curas **Pa** *corr. in* curat **M** ‖ 13 illa lux **M** ‖ 14 finem prosperitatis **Pb** ‖ 15 ADRASTVM . . . tristis *om.* **Pb** ‖ 16 dia meson **MP** (i. ex medio *superscr.* **M** *in marg. praeb.* **Pa**) per parenthesin **L** ‖ 17 habitu **M** ‖ 18 cogitationibus **Pb** ‖ 19 id est *om.* **Pb** | utrum] an **Pb** | legatum regno **Pb** | peteret regnum **L** ‖ 21 omnibus *om.* **Pb** | melior omnibus **L** ‖ 22 tentare **L** ‖ 23 officia **L** ‖ 24 regressi legatio **Pa** ‖ 25 occidere **Pb** ‖ 26 inquit *om.* **MPa** | *in Verrem* I 85 *et de oratore* I 202 *citat Kohlm.*

375 SILVIS AC LITORE id est siluis, quae erant in litore. aut quia iter difficile est per siluas et litora. Lind. p. 63

377 INTEPET HYDRA VADIS hic enim in Lerna palude hydram Hercules igni perdomuit damnis capitum et uulneribus pullulantem. intepuit ideo, quia cum ferro uinci non posset, uulneribus ignis est admotus. tepet ergo adhuc quasi flamma uictrici. ET QVA VIX CARMINE RARO sensus: et quamuis Nemaeum leonem constet Herculis uirtute prostratum, tamen prioris periculi metu interrupit pastorum timidas cantilenas.

379 QVA LATVS EOOS Corinthi latus emensus est. et orientem dixit Eoos, occidentem Euros.

380 SISYPHIIQVE SEDENT PORTVS cum inter duo maria montem positum Sisyphus crudeli latrocinio occupasset — hac enim poena mortalium pascebatur, ut homines praegrauans ingenti saxo necaret — tandem ab accolis deorum lege punitus apud inferos saxi, quod uoluit, poenas exsoluit pondere. portus Corinthus ex utraque parte duos habet, Sisypheum et Lechaeum, quos nunc poeta commemorat. IRATAQVE TERRAE Isthmon significat, ubi se Ino cum Palaemone praecipitauit. Lechaeum uero promunturium Corinthiorum.

382 NISVM Megaram significat, in qua Nisus regnauit. quidam Nisum montem Megarensium dicunt, in quo sepultus est Nisus, quem ferunt crinem habuisse purpureum.

---

1 et **MP** | littore **L MPb** | id . . . litore *om.* **Pb** ‖ 2 difficile est iter **L** ‖ 3 lerne **P** Lernea **L** ‖ 4 hercules hydram **Pb** ‖ 5 cum *om.* **Pb** ‖ 6 poterat **Pb** | est ignis **LP** ‖ 7 uictrice **LPa** | QVAMVIS **LP** ‖ 8 et *om.* **L** | Nemeeum **L** | constat **M** ‖ 9 perdomitum **Pb** | metu periculi **L** | interrūpit **M** ‖ 11 emersus **Pa** ‖ 13 SISYPHEIQVE **L** ‖ 14 crudeli latrocinio Sisyphus **L** ‖ 15 hec **Pa** | ut *om.* **L** ‖ 16 necare **L Pa** | oculis **Pa** ‖ 18 corinthū **MP** | duas **Pb** *corr. in* duos **M** ‖ 19 sisiphium **M** | licheum **LMPa** liceum **Pb** ‖ 21 Lycheum **L** letheum **MPa** liceum **Pb** ‖ 23 NISVM *om.* (*spatio rel.*) **Pb** | megarum **Pb** | dixit **L** ‖ 24 cognita quidam **Pb** | montem *om.* **Pb** | promunthorium dicunt **Pb** ‖ 25 Nisus est sepultus **L** | qui **Pb** | fertur **Pa**(b) | purpureum habuisse fertur **Pb**

ELEVSIN oppidum est Athenis uicinum, in quo Ceres eximie colitur, unde sacra Cereris Eleusina uocantur. ut Virgilius ⟨georg. I 163⟩: 'tardaque Eleusinae matris uoluentia plaustra'. Ceres, cum Proserpinam filiam suam quaereret, uenit ad Eleusium regem, cuius uxor Hioma puerum peperit Triptolemum, seque nutricem simulauit. hanc regina libens nutricem filio suo recipit datque ei nutriendum. Ceres, dum alumnum suum uellet immortalem reddere, interdiu lacte diuino nutriebat, noctu clam igne eum obruebat. itaque praeterquam soliti erant mortales, crescebat. cum hoc autem pater miraretur, nocturno tempore obseruauit, et cum Ceres puerum igne obrueret, pater exclamauit. illa irata Eleusium exanimauit ac Triptolemo alumno suo beneficium aeternum contulit. nam fruges ei propagandas et currum draconibus iunctum tradidit. quibus ille uectus orbem terrarum frugibus obseuit. postquam domum rediit, Cepheus rex eum tamquam aemulus interficere conatus est. sed re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum tradidit. ibique oppidum constituit, quod ex patris sui nomine appellauit Eleusium. Cererique primus sacra | instituit, quae θεσμοφόρια Graece appellantur. Lind. p. 64

383 TEVMESIA uel oppidum Teumesum uel promunturium dicit, de quo se Ino cum Melicerte filio praecipitem dedit, qui Graece Palaemon, Latine Portunus di-

1 ELEVSIS **L** eleusim **Pb** | uicinum athenis **M** ‖ 2 ut *om.* **LMPa** ‖ 3 Eleusiniae **L** ‖ 4 Ceres cum *om.* **Pb** ‖ 5 Eleusinum **L** Celeum *Myth.* | hyoma **Pb** hionia **Pa** Cothonea **L** Iona **Lm** ‖ 6 simulabat **L** simulat **P** ‖ 7 filio suo nutricem **Pb** | recepit **M** ‖ nutriendo **Pb** ‖ 9 interdum **Pa** | nocte **Pb** | cum igne obruerat **Pb** ‖ 10 preter (*om.* quam) **Pb** ‖ 11 hec **Pb** | autem *om.* **LP** ‖ 12 patri exclamare **Pb** ‖ 13 Eleusinum **L** eulisium **Pb** ‖ 14 aeternum beneficium **LP** ‖ 15 et *om.* **Pb** | uictum **Pb** ‖ 16 uectus **L** prouectus **M** uictor **P** | posteaquam **L** primo quam **Pa** ‖ 17 Celeus **LmPb** ‖ 20 sui *om.* **Pb** | Eleusinum **LPc** eleusim **Pb** eleusiū **MPa** | Cereri **LP** ‖ 21 sacra primus **LPa** sacra **Pb** | temosphoria **Pb** ‖ 22 Taenarum **LMPb** tenerum **Pa** Teumesum *scripsi ex coniectura* | uel *om.* **M** ‖ 23 in quo **M** | Melicerto **LM** melicerta **Pb** ‖ 24 quia **L** | Portumnus **L** portumuȝ **Pa**

citur. arua ergo Teumesia a campo eiusdem regionis Thebis uicino. item arces Agenoreas propter Cadmum, conditorem Thebarum, Agenoris filium.

386 TRANS LEGEM id est ultra anni spatia, quae sortitus fuerat, ut primo ipse regnaret.

388 QVERITVRQVE FIDEM oratorie Eteocles in suum fratrem transtulit crimen, quod tunc demum Polynices deposcat imperium. dolet ergo, quod cessantibus legatis tam sero frater uicissitudinis fidem reposcat, quod iam dudum negare potuisset, uel quod tardius ei perpetrandi parricidii detur occasio.

391 PRONVSQVE CALORI militaribus armis imbutus ordinem ac modum orationis ignorat.

392 IVSTIS MISCENS TAMEN ASPERA COEPIT non blanda locutus est, quae possent persuadere, sed aspera, quae magis ad iram accenderent. et ostendit Tydeum uirum fortem militiae magis quam eloquentiae operam tribuisse.

393 SI TIBI PLANA FIDES quia, ut supra edoctum est, hoc iurauerant fratres, ut annis singulis imperium gubernarent. ergo queritur, quod contra legem aut sacramentum germano negaret regnum.

396 FORTVNAM EXVERE hoc est deponere dignitatem. ET LAETVM id est non inuitum.

398 PACTAE TANDEM SVCCEDERET AVLAE hoc est inter uos partitae, quam ex pacto debitam accipere iam debebat.

399 SED QVIA DVLCIS AMOR REGNI id est: sed quia omnibus dulce est regnum, ultro rogaris. non dixit 'quod Polynices cupiditate regnandi coactus est te rogare', ne

2 ET **L** item **MP** ‖ 3 Thebarum *om.* **MP** ‖ 6 *ante* in suum *add. man. 2* & **M** ‖ 7 qui **P** ‖ 9 fratri **Pb** super **Pa** ‖ 10 ei *om.* **Pb** et **Pa** | uel quod *post* tardius *iterauit* **Pb** ‖ 12 armis] artibus **Lm** ‖ 16 accederent **Pa** ‖ 18 PLENA **LPb** | est *om.* **Pb** ‖ 19 iurauer̃ **M** iuuerant **Pa** inierant **Pb** ‖ 21 negaret germano **M** ‖ 22 *scholia inuerso ordine praebent* **MPb** ‖ 23 id est *om.* **L** ‖ 24 SVCCED.] scilicet **Pb** ‖ 25 nos **Pb** | quia **Pa** | iam accipere **L** ‖ 26 id est *om.* **Pb** ‖ 27 ultra **Pb** | dicit quia **L** ‖ 28 regnanti cupiditate **Pb** | regnare non uideretur illo pro maledicere **Pb**

uideretur illi maledicere, sed dicit hoc uitium generale esse. aut certe illud exsequitur 'ignoscimus tibi, quod cupiditate regnandi minime imperium exuisti, nam hoc uitium commune est omnium'. generalia enim uitia ueniam facillime promerentur. ut Lucanus ⟨V 260⟩: 'quicquid multis peccatur, inultum est'.

401 REDIERVNT MONTIBVS VMBRAE id est in illo loco sunt umbrae, in quo fuerunt tempore illo, quo es adeptus imperium: ut ex conuersione temporum annum iam transisse monstraret.

403 EXVL AGIT CASVS oratorie praesens tempus amplexus est. agit casus hypallage pro 'agitur casibus'. Virgilius ⟨Aen. I 9⟩: 'tot uoluere casus'.

404 SVB IOVE id est sub caelo. Horatius ⟨carm. I
Lind. p. 65 1, 25 sq.⟩: 'manet sub Ioue frigi|do uenator'. tamen Iouis non recte Caelum dicitur. nam si Saturnus, pater eiusdem, Caeli et Terrae est filius, Caelum — si dici potest — auus ipsius est Iouis potius quam ipse Iuppiter.

405 AMBIRE circumire.

407 TENVEM in quo tenuis fuit et inops.

408 MONEO iucunda conclusio. moneo, inquit, ut regnorum gaudia sponte dediscas et, dum pateris te aula recedere, propter hanc ipsam patientiam dignus esse dicaris, qui recipias dignitatem. qui enim sponte non reddit, cum ui perdiderit, qua audebit fronte repetere?

409 MEREARE REVERTI id est ut sis exemplo fratris et tu profugus et uidearis ad regnum redire.

---

1 uitium hoc **LP** | generale est **L** ‖ 2 quod *om.* **Pb** ‖ 4 est *om.* **Pb** | facile **L** ‖ 5 ut *om.* **L** | quod multis **Pb** ‖ 7 id est . . . umbrae *om.* **Pb** | in *om.* **Pa** | loco illo **L** ‖ 8 illo tempore **LP** | adeptus es **L** eas demptus **Pb** ‖ 9 ut *om.* **Pb** | temporis **Pb** iam annum **L** ‖ 11 amplexat' ē **M** aggressus *corr. ex* aggressum (*om.* est) **Pb** | Virg. . . . . casus *om.* **M** ‖ 14 id est *om.* **LP** ‖ 15 sub celo **Pb** | frigido . . . dicitur *om.* **Pb** | frigidus **MPa** | Ioui **M** ‖ 17 Caeli . . . ipsius est *om.* **Pb** | sic **L** ‖ 18 esse **L** | iuppiter ipse **Pa** ‖ 19 circuire **L** ‖ 21 iocunda **MP** ‖ 22 gaudia] spatia **Pb** | sponte *om.* **Pa** ‖ 24 sponte accipit et non reddit **LPb** ‖ 26 fratri **L** ‖ 27 et² *om.* **L** etiam **Pb**

411 IGNEA CORDA FREMVNT more peccantum, qui audire uera non possunt.

412 CVI SVBTER INANES id est: quasi serpens diu sub concauis terrarum latebris perpessa sitim atrocius gerebat uenenum.

414 CONVOCAT IN FAVCES uirus ex omnibus artubus colligit in fauces, et in fauces proprie, quia et hic contrario eiecturus est uenena uerborum.

415 COGNITA SI DVBIIS sensus: si mihi essent iurgia fratris incognita, orationis tuae prosecutione, qualis erga me esset futurus, agnoscerem.

416 NEC CLARA ODIORVM quod aperte ostendit suum odium contra me.

417 SVFFICERET VEL SOLA FIDES id est: nisi fratris in me odia et orationis tuae furorem agnoscerem, ad reddenda, quae reposcis, potui fide compelli. QVAM TORVVS quoniam deest iusta defensio, loquendi tantum inuenitur occasio. ut in Terentio ualidae propositioni lenonis quia respondere adolescens non potuit, minatus est caedem. leno enim dixerat ⟨Ad. 192 sq. F.⟩: 'quid? si ego illam nolo uendere, coges me?' contra adolescens iusto argumento lenonis inclusus calumniosa ac multum diuersa respondet ⟨Ad. 180 sqq. F.⟩: 'ante aedes non fecisse erit melius hic conuicium: nam si molestus pergis esse, iam intro abripiere atque ibi usque ad necem operiere loris'.

---

1 peccantium **L** ‖ 3 id est *om.* **Pb** | sub *om.* **Pb** ‖ 4 concauas **MP** | latebras **MPb** tenebras **Pa** | sitim perpessa **L** perpessa sunt **Pa** | atrotium **Pb** | gerit **L** gereb̄ **M** ‖ 6 uir. **Pa** | artibus in fauces conuocat siue colligit **Pb** ‖ 7 hi **Pb** ‖ 9 SI] sub **Pb** ‖ 10 prosecutione] prouocatione **Pc** ‖ 12 ne **Pa** ‖ 15 ex orationis tuae furore **L** ‖ 16 QVA **L** ‖ 17 id est quanquam **L** qūō **M** | tamen **L** ‖ 18 ualida propositio leonis **Pb** ‖ 19 adolescens respondere **Pb** | adolescens *corr. in* adolescentis **M** ‖ 20 dix̄ **M** | qđ **M** qui **Pa** ‖ 21 ego tibi illam *Terentius* illam ego **L** ergo illam **Pa** illam **Pb** | nolī **M** | cogis **M** ‖ 22 inclusum **Pb** ‖ 23 respondit **L** responderet **Pa** | aedis *Terentius* | fecisses **MP** ‖ 24 melius erat **MP** | hic *om.* **MP** | si . . . iam *om.* **MP** ‖ 25 intro] ita **M** tam **P** | arripiere **L** abripere **P**

418 LAXET commoueat, diruat: talem se gerit, quasi iam teneat urbis statum et euertat.

419 FOSSOR fossores dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos ingressi milites murorum fundamenta conuellunt. dicit ergo Tydei orationem illi tempori conuenire, quo ista fiunt. ideo ait 'praefuris' id est ante furis, cum adhuc, quae dixerat, non agantur. hucusque ergo principii tenditur sensus: si quid de iurgiis fratris odiisque dubitarem, sufficeret mihi fides, qua praefuris hoc est in qua tu ualde furis. nunc autem Lind. p. 66 quid necesse | est minari, cum odiorum arcana nudata sint?

421 AVT REFVGO PALLENTES SOLE GELONOS refugo id est deuio, quia dicuntur Scythae, quos nunc Gelonos appellat, non habere aeris temperamenta, quia longe a sole submoti sunt. hi sub septentrione degunt, ad quos Sol uix peruenit: ideo pallentes.

422 ET MEDII REVERENTIOR AEQVI nihil enim magis medium est quam iustitia. considerata ergo reuerentia iustitiae parcior esses alloquio.

423 NEC TE FVRIBVNDAE id est non te arguo propter crimina mentis tuae. agnosco enim fratris esse, quaecumque tua prosecutione complecteris.

425 PACE SEQVESTRA id est media.

426 ET PROPIOR CAPVLO MANVS hoc dicendo significauit ad bellum potius esse uicinos, cum regna magis

1 laxet *corr. ex* laxat **M** | nam talem **Pb** ‖ 2 habeat **M** ‖ 3 conculcatores **P** ‖ 4 coniculos **Pa** | introgressi **L** intergressi **Pb** ‖ 5 c̄uellunt *corr. ex* c̄pellunt **M** ‖ 6 conueniri **Pb** ‖ 8 aguntur **M** | si quid **L** qui **MP** ‖ 10 hoc *om.* **Pb** id **L** | est *om.* **Pa** | inquam **P** ‖ 11 quod **Pb** qđ **M** | minitarii **Pb** ‖ 12 sunt **Pa** ‖ 13 gelones **Pb** ‖ 14 id est *om.* **LP** i. **M** | gelones **Pb** ‖ 15 a longo a **Pb** ‖ 16 st' moti **Pb** sūmoti **Pa** | hic **Pb** | ad quos degunt **Pa** ‖ 17 uix sol **L** | p////uenit **M** ‖ 18 nihil autem **Pb** ‖ 19 quam iustitia est **P** ‖ 20 esset allocutio **Lm** ‖ 21 NEQVE **L** | TE] tu **Pb** | non] nec **Pb** ‖ 22 mentis] gentis **LP** ////gentis **M** m̃tis *Mon.* ‖ 25 manus *corr. ex* minus **M** | dicendo *om.* **Pb**

debuerint fide reposcere. unde in principio quidam hoc accipiunt non absurde: 'sufficeret uel sola fides'.

427 ARGOLICO dicendo 'Argolico' et non 'Thebano' inuidiose fratri praescripsit, quasi ibi debeat imperare, non Thebis. NONDVM AEQVA quasi in comparatione Tydei prosecutionis leuiora mandentur.

428 QVAE SORS IVSTA MIHI iusta, quia maior natu erat. et ideo dicit se priorem regnare debuisse quippe natu maiorem. licet placitum fuisse diximus, ut uicissim imperium gubernarent, tamen sorte perfectum est, ut aliquis primus acciperet potestatem. sed oratorie Eteocles, quoniam scit in sorte esse casum, non iudicium, stringit ad hoc, ut merito accidisse uideatur, non fortuito. ideo ait 'iusta'.

430 TE PENES ordo: te penes est regia Inachiae dono coniugis, quam Danae Argiua possidebat. hoc autem ideo dictum, ut doceat fratrem habere, quod repetit.

432 INVIDEAM nolo enim uerbis maioribus cumulare, ne uidear inuidere.

433 LERNAMQVE REGAS Amymone, Danai filia, dum studiose in insula iaculo exerceretur, imprudens Satyrum percussit. et eam cum Satyrus uiolare uellet, illa Neptuni implorauit auxilium. quod cum Neptunus uidisset, fugato Satyro ip|se eam compressit. ex quo coitu natus est Nau- Lind. p. 67 plius, pater Palamedis. unde Virgilius ⟨Aen. II 82⟩

1 debuerunt **L** | quidam in principio **L** ‖ 2 uel *om.* **Pa** *post* fides *posuit* **Pb** ‖ 3 Argolica **Pa** ‖ 4 fratri *om.* **Pb** | imperare debeat **L** ‖ 5 in *om.* **Pb** | prosecutionis Tydei (**L**)**P** | persecutionis **L** ‖ 11 primū **M** ‖ 12 scit] misit **Pa** | c̄stringit **M** ‖ 15 Inachia **L** danaę **M** dane **Pa** damne **Pb** ‖ 16 hoc est quam **L** quem **P** | damne **Pb** dane **Pa** | possideat **LMPa** possidebat **Pb** possederat *Barthius* ‖ 17 doc& *superscr.* a **M** ‖ 18 maioribus uerbis **L** ‖ 19 uideatur **Pb** ‖ 20 REGE **L** | armimone **Pa** minone **Pb** | danarum **Pa** ‖ 21 in *om.* **P** | sylua **L** | iaculo insula **Pb** | exerceret **Pb** exercetur *superscr.* re **M** | inprudens **M** ‖ 22 et *om.* **L** | uiciare **Pb** | neptumni (*sic fere semper*) **Pb** ‖ 23 quo **L** | Neptunus cum **LP** | uenisset **L** ‖ 24 satyrum **Pb** | est *om.* **Pb** ‖ 25 pater **Pc** naupli **Pa** ex Nauplio **L** *om.* **MPb** | Palamedes **L**

prosapiem repetens ait: 'Belidae nomen Palamedis'. Neptunus uero cuspide dicitur locum, in quo Amymonem compresserat, percussisse. unde cum aqua flueret, Lernaeus fons dictus est et fluuius Amymones. HORRIDA DIRCES memor poeta superiorum. nam ait ⟨I 152 sq.⟩: 'dumque uter angustae squalentia iugera Dirces uerteret'.

435 NON INDIGNATI oratorie disputat, quasi Polynices indignetur felicitate elatus. sensus ergo: et licet miserum Oedipum non tamen indignor patrem uocare.

436 ET TANTALVS AVCTOR Tantalus, Iouis et Plotidis nymphae filius. ideo ait: 'propiorque fluat de sanguine iuncto Iuppiter' propter Perseum, unde Danaum origo maxime trahitur.

439 HVNC LAREM exiguum et pauperem.

442 OFFENDAT SOCER ILLE SENEX quasi superbam et indignaturam talem socerum dicit. IAM PECTORA VVLGI tertia causa ualidior, quare non reddat imperium, in fine est collocata non sine aliqua specie ueritatis. certatur magna cum commendationis scaena. dicit enim perfidum se uelle dici, dummodo suis ciuibus prosit.

443 PLEBISQVE PATRVMQVE more Romano locutus est, ut primo plebem dicat, post patres.

446 REGNVM BREVE id est: breuis administrator successori imperium seruare non patitur. et in primo ideo querelam populi induxit posse ambos perdere. QVANTVS HORROR cum de me agitur. quasi Thebani timere coepissent, si Polynici redderetur imperium.

448 QVIS CERTA EST SVB TE DVCE POENA RELINQVAM

---

1 prosapiam **LPb** ‖ 2 ů cū **M** | locum *om.* **LM** | in quo loco **L** | amimone percusserat **M** ‖ 3 terram percussisse **L** ‖ 4 Amymonius **L** amimone **MP** ‖ 5 namque **Pb** ‖ 10 ET *om.* **LPb** | plotide **Pb** ‖ 11 ideoque **L** ‖ 12 propter *om.* **Pa** | Danaes **L** dampnauit **Pa** ‖ 13 trahit **Pb** *corr. ex* trahitur **M** ‖ 15 OFFENDIT **L** offendat et **MP** | superbe **L** ‖ 16 indignaturus **L** | dixit **L** ‖ 17 in *om.* **Pb** ‖ 18 collata **M** ‖ 19 cum *om.* **MP** | scena **Pa** sceua **Pb** cena **M** scema **L** ‖ 21 patrum **Pa** ‖ 22 dič **Pa** diceret **L** ‖ 23 administratio **L** | successum **Pa** ‖ 24 in *om.* **Pa** ‖ 25 posse se *Vollmer.* ‖ 28 SVB TE DVCE *om.* **MP**

id est: hos tibi ego ad supplicium tradam, si tamen fueris adeptus imperium, quibus certa est poena meritorum? merentur enim supplicia, quod mihi paruerint.

449 FAC VELLE fac me regnum ad fratrem uelle transducere, ciues non sinent.

453 INGEMINAT REDDES Tydeus tantum hac inuidia orationis egit, ut, licet legatus esset, iuste tamen mereretur occidi. NON SI TE FERREVS AGGER nec tibi blandiaris, quod sis firmissimo muro uallatus. quicquid enim obuium fuerit, superabitur nostra uirtute.

455 AMPHION Amphion, Iouis et Antiopae filius, lyrae carmi|nibus ad Thebanos aedificandum muros dicitur saxa duxisse. Lind. p. 68

457 DIADEMATE PVLSES oratorie, ut infelicior poena sit mori cum dignitate, quam fraude possedit.

458 AST HORVM MISERET ciuium scilicet tuorum. conciliauerat sibi Eteocles omnium animos militum, quos rursus Tydeus omnes infensos regi facit, dum dicit ipsum causam esse bellorum. QVOS SANGVINE VILES ad mortem faciles. ut Virgilius ⟨Aen. XI 372⟩: 'nos animae uiles'.

463 SANGVINIS AVCTOR primum auctorem generis Oedipum dicit. nam cuius atrocitatem deprehendimus, maiorum uituperationem ad exaggerandum inuehimus. ut Virgilius ⟨Aen. III 248⟩: 'Laomedontiadae, bellumne inferre paratis?'

464 SED FALLIT ORIGO ex dissimilitudine et bonitate morum Polynices Oedipi filius non putatur.

---

1 ergo **Pa** *om.* **Pb** | tradam] reddas **Pb** | tandem? ‖ 2 adeptus fueris **Pb** ‖ 4 ad fratrem uelle regnum **L** uelle imperium ad fratrem **Pb** ‖ 5 traducere **LPb** | sinunt **LM** sumunt **Pa** ‖ 6 ingeminant **Pb** | reddet **Pa** | hac *corr. ex* hanc **M** ‖ 7 rationis **Pb** | licet *corr. ex* liceret **M** | iuste . . . occidi *om.* **Pa** | iure **Pb** ‖ 10 uirtute nostra **Pb** ‖ 11 Amphion *om.* **MP** ‖ 14 pulsus **Pb** | felicior **L** ‖ 15 possidere **Pb** ‖ 16 miserere **Pa** ‖ 17 Etheocles sibi **L** | omnium *om.* **L** | militum animos **Pb** ‖ 18 rursum **Pb** *om.* **M** ‖ 21 esse generis **L** ‖ 22 dicit *om.* **LP** | reprehendimus **L** | maiorum *corr. ex* maior **M** | atrocem uituperationem **Pa** ‖ 23 exagerandum **MPa** ‖ 26 Set **Pa**

465 HAEC PRAEMIA MORVM id est poenas et captiuitatem tuorum.

466 NOS POSCIMVS ANNVM subaudis 'sed tu regna perpetua'. ut Lucanus ⟨I 348 sq.⟩: 'arma tenenti omnia dat, qui iusta negat'.

467 RETRO VOCIFERANS sensus: haec, cum egrederetur, dicebat respectans in limine.

470 FVLMINE MALAE propter aduncos dentes, quod more ictus fulmine prostrauisset.

471 PELOPEA PHALANX id est Argiua, quae auxilio uenerat. ut Ouidius ⟨met. VIII 267⟩ refert. ergo Peloponnesus uicina Aetoliae.

473 IXIONA Pirithoum significare uidetur, Ixionis filium.

474 MELEAGRE metathesis pro 'Meleager'.

476 CALYDONIVS HEROS propria ratio Tydeo. Calydonius propter patriam, mores et tegimentum.

481 OENIDAE Oeneus, Parthaonis filius, Aetoliae rex, cuius ciuitas est Calydon nobilissima. et summam potestatem regni sui turbauit neglegentia sacrorum, annua siquidem uota pro imperii fructibus celebrans numen Dianae contempsit. propter quam nimiam indignationem oppressus est, ut uideretur omnes placaturus, si illam solam adorasset. ea aprum magnitudinis summae regioni

---

3 subaudi **LP** ‖ 6 agrederetur **Pb** ‖ 7 limine *corr. ex* limite **M** limine etheoclen **Pb**(**Pa**?) ‖ 8 FVLMINE . . . 476 . . . tegumentum *om.* **M** *secuntur infra post schol.* 481 | qđ **M** ꝗ **Pa** quod **Pb** quos **L** ‖ 9 iectus **Pb** | flumine **Pb** fulminei*?* ‖ 10 PELOPEA *om.* **Pb** | id est *om.* **L** ‖ 11 pelopenensus **Pa** peloponenses **Pb** peloponessos **M** Peloponesus **L** ‖ 12 Oetholiae **L** ‖ 13 Perithoum **LPb** | significare ... 474 ... pro *om.* **Pb** ‖ 15 Tydeus propria ratio **L** properat ideo **Pb** ‖ 16 propter apri mortem **Lc** | patrum **L** | mores *om.* **Pb** et mores **Pa** | tegumentum **LPa** gementum **Pb** ‖ 17 Oenee uindex **MP** | partha iouis *corr. in* parthaonis **M** ‖ 18 est *om.* **LPa** | nobilissimus **Pa** nobilissimam **Pb** | et] eius **L** ‖ 19 sui *om.* **L** ‖ 20 nomen **P** ‖ 21 quam] quod **L** cuius *Myth.* | nimia indignatione **LPa** ‖ 22 placatorum **Pa** placaturos **Pb** ‖ 23 solam *om.* **Pa** | in regionem **L** regionis **P**

eius immisit, qui uastatis Calydoniis terris Calydonius ab urbe gentis est appellatus. cuius feritate Oeneus fractus edictum tale proposuit, ut dimidiam regni partem caperet, qui monstrum interemisset. Meleagri uirtus periculum non expauit, siquidem eius filius undique iuuentutem collectam ad illam noui generis expeditionem uocauit. inter quos etiam Atalante conuenit, Iasii filia, summa uenatrix. quae in saltibus prima omnium praedictum aprum sagitta percussit. postea Meleager in se uenientem feram excepit interemitque. et gratus aduersus puellam futurus, quae inter uiros successu uirtutis enituerat, pellem monstri illius cum capite ei dedit ad testimonium laudis. sed munus peractum fortitudine inuidia prodidit. Plexippus namque et Agenor, Meleagri auunculi, indignati sunt sibi praelatam fuisse uir|ginem et eam dono spoliauerunt. qua Lind. p. 69 contentione fata sibi maturauere. id enim indignatus Meleager consanguinitate calcata matris suae fratrem Plexippum occidit sibique matris affectum abstulit. Althaea siquidem dum saeuit ultione germanorum, titionem, quem habebat occultum — qui, cum Meleager nasceretur, in regia subito apparuerat eius sortis, ut iuuenis tamdiu uiueret, quoad is esset seruatus — mater ignibus mersit eumque cum filii fatis exstinxit. quae postquam admissum nefas agnouit, laqueo uitam finiuit.

482 NEC PIGER INGENIO id est qui semper sollers fuit

---

1 eius immisit] immissit sue̜ **Pb** | qui] qʒ **Pa** | Calydonis terris **L** *om.* **Pa** | calidonis **Pb** | ab urbe gentis Calydonius **L** ‖ 2 appellatus est **LPb** ‖ 4 intermisisset **Pb** ‖ 5 eius filius **MP** is **L** ipse eius filius *Myth.* ‖ 7 Atalanta **L** athalantē **Pa** atlantice *corr. in* atlante **Pb** | Iasi **LP** | filiā **Pa** ‖ 9 in saeuientem **LmPc** ‖ 12 ei *om.* **MP** ‖ 13 peractum **MPa** peraptum **Pb** paratum **L** | perdidit **LPb** ‖ 14 auunculus **Pb** ‖ 15 uirginem fuisse **Pb** ‖ 16 contemptione **Pb** conditione **L** | facta **Pb** | enim *om.* **Pa** ‖ 18 obstulit **Pb** ‖ 19 in ultionem **L** ultionem **Pb** | nam titionem **MPb** ‖ 21 apparuerat eius sortis **MP** traditus fuit a Parcis **L** | tam *om.* **Pb** ‖ 22 quo adiis **M** que̜ adiis **Pb** | quem mater **MP** ‖ 23 fatis filii extinserit **Pb** | posteaquam **L**

et peritus scelerum. quia inuidiose aggressus fuerat Eteoclen Tydeus legatus missus a Polynice, inde iam cogitat, quemadmodum insidias praeparet.

486 ET SANCTVM diffinitio legati. et cum exclamatione pronuntiandum. ut sensum exaggerationis adiuuaret, sanctum legationis nomen adiecit.

488 QVID REGNIS NON VILE CVPIT indignatio poetae auxesin fecit. dicit enim: quid non uile ducit regnandi cupiditas?

490 O SEMPER TIMIDVM SCELVS antequam fiat, de potentia aduersantis timidum, post de conscientia iuxta Tullium dicentem ⟨pro Mil. 61⟩: 'ut nihil timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos uersari putent, qui peccauerint'. timidum scelus, quod nisi a timentibus non committitur. sed utrum hoc ad Eteoclen refert, qui sceleratus est, quia Tydeum timet, an ad illos quinquaginta, quos ideo parauerat, quia timebat? denique hoc sequitur: EXIT IN VNVM PLEBS FERRO quia insidiis agitur. et hoc ideo timidum, ut sit catalogus. plebs autem dixit, ut inuidiam numero hoc nomine compararet. exit in unum: quia scelus commissuri pauci timebant, idcirco plures armauerat. at contra unius Tydei caput plebs iurata consurgit.

495 MACTE ANIMI laus Tydei, cuius uirtus non unius insidiantis dextram poscit.

---

1 etheoclem **Pb** ‖ 3 prepararet **MPa** | 4 difinitio **Pa** ‖ 5 sanctum] secundum *in rasura* **Pb** ‖ 7 CVPIT] CVPIT id est putat **L** putat **MPb** non putat **Pa** | indignatione **Pa** ‖ 8 aures infecit **M** | auxexin **Pa** auxexim **Pb** | ducit] putat **Pb** ‖ 10 Antea quam **L** ‖ 11 de *om.* **Pa** ‖ 12 nihil[1]] neque *Cicero* ‖ 13 semper *om.* **L** ‖ 14 peccarint *Cicero* ‖ 15 hęc **Pb** ‖ 16 qui quia sceleratus est, Tydeum **L** ‖ 17 paruerat **Pa** | hoc] aū **M** ‖ 18 exi///////nū *superscr.* exiit in unū **M** | *quae secuntur, corrupta sunt.* quia insidiis agitur *spectare uidentur ad* CAECA CONSILIA. *pro* catalogus *Meiners proponit* ὑπαλλαγή ‖ 20 inuidia **Pa** | numeroso **L** | nomine] numero **Pb** | exiit **M** ‖ 21 timebat **Pb** ‖ 22 armauerit ad **Pb** ‖ 23 uitata **Pb** ‖ 25 insidiatis uni **Pb** | dexteram **MPa**

496 FERT VIA PER DVMOS PROPIOR hoc est: ducit uia compendiosior latente calle. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 594 sq.⟩: 'olli per dumos, qua proxima meta uiarum, armati tendunt'. topographia. [propior: distat inter propiorem et propiorem. nam propior est uicinior uel familiarior, ut ⟨Aen. I 526⟩ 'propius res aspice nostras'. 'propius' citius significat. Cicero in Verrinis ⟨V 94⟩: 'nec quicquam est propius factum, quam ut illud (Vticense) exemplum de Adriano referretur Syracusas'.] QVA CALLE LATENTI docet per compendium insidiatores praecessisse. Lind. p. 70

498 MALIGNIS non his, qui obsidere possunt, sed illis, quorum causa obsidentur.

499 VRGENTVR artantur.

502 ARTE strictim. aduerbium est.

504 IMPORTVNA CREPIDO feralis, luctuosa. contra campum crepido erat id est saxum eminens. saxum illud dicit, in quo Sphinx fuit. et quaerendum, utrum importunum exsecrandum dixerit an importuna non conueniens, quia ex ipso saxo insidiae uideri poterant praeparatae.

505 HIC FERA QVONDAM Sphinga dicit, quae in hoc aliquando insederat saxo.

506 ERECTA GENAS erectas genas habens. SVFFVSAQVE TABO LVMINA eorum cruore, quos occiderat, orbes oculorum habens suffusos.

---

1 FERT . . . topographia *secuntur post* Syracusas **P** | PROPIOR *om.* **MP** | uia *om.* **MP** ‖ 4 topographia *om.* **L** | propior . . . Syracusas *om.* **M** ‖ 5 et . . . est *om.* **Pa** | propiorem . . . est *om.* **L** | uiciniorem **L** | uel familiarior *om.* **L** ‖ 6 propius[2] . . . significat *om.* **L** ‖ 7 quicquid **LP** ‖ 8 prius (pius **Pa**) propius **P** | sanctum **Pb** | qui ut **LP** | Vticense *om.* **LP** | recusat de Adriano referetur **L** de adriano recussas referetur **Pa** adriano terecusas referentem **Pb** ‖ 9 transferretur *Cicero* ‖ 10 latendi ducet **M** | processisse **L** ‖ 11 GEMINI PROCVL . topographia . MALIGNIS **L** ‖ 12 obsidetur **LMPa** ‖ 13 artantur *om.* **L** ‖ 14 arcte **LPb** | strictim] statimus **Pb** ‖ 15 inportuna **Pa** ‖ 17 inportunum **M** importuna **L** ‖ 18 execrandā **L** excidendum **Pa** | inportuna **M** | non *om.* **Pb** ‖ 21 Spingā **MPa** | -ga dicit . . . ERECTA *om.* **Pb** ‖ 23 Erecte **Pa** | suffusa **P** ‖ 25 effusos **Pa** *superscr.* suffusos **M**

507 CONCRETIS solidatis et in unum redactis abundantia sanguinis. ut Virgilius ⟨Aen. II 277⟩: 'concretos sanguine crines'.

511 INEXPLICITIS inexplicabilibus siue obscuris uocibus habens confabulationem. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 309⟩: 'uarioque uiam sermone leuabat'.

512 COMMERCIA aenigmatis illius, quod Sphinx proposuit. commercium autem proprie est mutare inuicem
Lind. p. 71 aut emere uel uendere. hic nunc iucunde deriua|uit commercium, ut diceret audire uoces et reddere.

513 QVIN ACVENS si non soluisset propositam quaestionem.

514 LIVENTESQVE MANVS peremptorum scilicet cruore perfusas.

515 TERRIBILI APPLAVSV alarum sonitu. ut Virgilius ⟨Aen. V 215 sq.⟩: 'plausumque exterrita pinnis dat tecto ingentem'. dicit ergo Sphinga alarum strepitu deuictos circumuolare consuetam.

517 HEV SIMILI DEPRENSA VIRO uel tam callido uel tam scelerato, hoc est crudeli parricidae, matris marito, qui meruit, ut se sponte caecaret. ergo hic dixit simili errore pari consecrando. CESSANTIBVS ALIS motus alarum suspendit. uolatum ergo Sphinx alis cessantibus distulit.

520 AVIDVM PECVS quamuis auidum. ut Lucanus: 'impastae fugistis aues'.

---

1 in uanum **Pb** | habundantia **MPa** ‖ 2 ut *om.* **Pb** ‖ 4 uicibus **MPa** ‖ 6 leuabant **LMPa** ‖ 7 praeposuit **Pa** ‖ 9 uel] aut **L** | diriuauit iocunde **Pa** iocunde deriuat **Pb** | commercium deriuauit **L** ‖ 11 Qui **Pb** | siluisse **Pa** | praepositam **L** ‖ 13 liuentisque **P** *corr. ex* liuentesque **M** ‖ 15 terribilia plausu **P** ‖ 16 pennis **LPb** ‖ 17 spingā **MP** ‖ 19 DEPREHENSO **L** | uel tam[2] *om.* **Pb** ‖ 20 parricidię **M** ‖ 21 ergo hoc **L** hoc ergo **Pb** ‖ 22 *pro* errore *propono* terrore *uel* horrore | pari **MP** pariter **L** | coexsecrando *Barth.* ‖ 23 detulit **M** ‖ 24 inpaste **Pa** | *uersus est Statii Theb. I 625, apud Lucanum VI 627 sq. legitur:* 'fugere reuulsis unguibus inpastae uolucres'

523 PRODIGIALE NEMVS illud dicit, quod ossibus humanis albebat.

524 PERITVRA COHORS illos iuuenes dicit, quos Tydeus est occisurus.

527 HVMENTI PALLA roscido uelamine.

531 QVA LAXANT RAMI NEMVS qua pro 'ex qua parte' rariores arbores steterant. ADVERSAQVE SVB VMBRA luci, quae esse aduersa uenientibus uidebatur.

533 OBSTVPVIT furore potius quam timore.

534 ADMOVET ENSEM ut sit paratus ad caedem, manu tractat auxilium, id est euaginationem parat.

536 NON HVMILI TERRORE ROGAT interrogabat non territus.

539 QVO DVCE FRETA COHORS id est qui armis praeerat.

540 DEVS ET FORTVNA 'deus' ad uictoriam rettulit. FORTVNA RECESSIT id est frustratus est eius ictus.

541 OLENII TEGMEN SVIS Olenos Aetoliae regio est, in qua sus Calydonius dicitur interemptus, cuius exuuiis Tydeus nunc tegitur et armatur.

542 SVPER LAEVOS HVMEROS id est super sinistri humeri partem hasta imminens paene uulnus inuenit.

543 ET VIDVO LIGNO cuspide ab ea parte, quae ferro caret ac per hoc infirma. metaphora a muliere: ut, quae auxilio mariti caret, infirma est, ita | lignum, quod non Lind. p. 72
habet ferrum, unde uulnus infligat, infirmum est.

545 IRA furore, non metu.

546 BELLA PARARI paucos esse credidit nec putauit quinquaginta sibi uirorum fortium insidias comparari.

---

1 aũ////nem' **M** | dicit *om.* **LPa** ‖ 2 alebat **Pa** peritura albebat **Pb** ‖ 3 PERITVRA *om.* **Pb** | dixit **Pb** ‖ 5 humentis **Pb** ‖ 6 qua pro *scripsi* pro qua **MPa** pro **L** *om.* **Pb** ‖ 7 ADVERSAQVE SVB *om.* **MP** ‖ 10 admonet **MPa** ‖ 12 interrogat **LPb** ‖ 13 interitus **Pb** ‖ 15 retulit **LMP** ‖ 16 FORTVNA RECESSIT *om.* **M** ‖ 17 olenei **M** onelei **Pb** | Olenas **MP** | in qua est **Pb** ‖ 19 nunc tideus **Pb** ‖ 20 humeris **Pb** *corr. in* humeri **M** ‖ 22 ET *om.* **MP** | duo (*om.* ui) **Pa** | qua **Pb** ‖ 23 ac] et **Pb** | infirmo **LMP** *corr. Kohlm.* | ut qз **Pb** ut quae si **L** ‖ 24 auxilio *om.* **Pb** | marito carens **Pb** ‖ 28 uirorum fortium sibi **Pb** | comparare **Pb**

548 QVIS TIMOR AVDENDI quis pauor uestram frenauit audaciam?

551 HOS DEIRE IVGIS anastrophe: hos de iugis ire.

553 VT CLAVSAS INDAGINE PROFERT IN MEDIVM haec comparatio ad superiora referenda est. dicit enim sic illos aut de iugis prodisse aut de uallibus creuisse, quemadmodum de retibus ferae, quas in medium uox uenantum et clamor expellit. tunc enim licet scire, quam multae sint, cum terrore clamoris coactae fuerint non latere. est ergo ordo: sic illos exire e latebris uidet, ut clausas indagine feras uox prima in medium profert. indago autem est, cum siluam uenantum corona uallat, ut ferae euadere non possint.

554 QVAE SOLA MEDENDI TVRBATA RATIONE VIA EST id est quae sola uia salutis est: in hostes incidentem ardua petere.

556 ET ABSCISIS ordo est: et abscisis cautibus infringens uncas manus iuga dura exsuperat.

558 VNDE PROCVL TERGO METVS qui locus esset facilior ad nocendum et a periculo defenderet terga pugnantis. hoc est: de longe esset timor, ne a tergo circumueniretur. in quo saxo stans interim post se hostes timere non poterat.

559 QVOD VIX PLENA CERVICE bene et iuuenci et plena ceruice. bona auxesis: ut aetati robur adiungeret.

---

1 pauor] timor **Pb** ‖ 3 DEIRE] prodire **M** ‖ 6 prodiisse **L** creuisse *om.* **L** *ante* de uallibus *pos.* **P** ‖ 7 de *om.* **Pb** | quasi **M** | uenantium **L** ‖ 9 clamores terrore **M** ‖ 10 ergo] autem **Pb** | illos] nos *superscr.* illos **M** | exire **Pa** excursare **L** excusare **Pb** *superscr.* i **M** | lateribus **Pb** | inclausas **Pb** ‖ 11 profertur **Pb** ‖ 12 uenantium **L** *corr. ex* uenantū **M** ‖ 14 QVAE . . . id est *om.* **Pb** | uia ratio ē **M** | VIA *om.* **Pa** | est^2 *om.* **P** ‖ 15 in hostem **Pb** | incidentem in hostes **M** ‖ 17 ET *om.* **Pb** | ABSCISSIS . . abscissis **L** ‖ 18 unca **Pb** anca **Pa** | manu **Pa** ‖ 19 qui] quia **M** | est **Pb** ‖ 20 defendet *superscr.* er **M** ‖ 21 esse **M** ‖ 24 bene . . . ceruice *om.* **Pb** | *in* **L** *post* CERVICE *haec leguntur:* perfecta aetate. plena ceruice. bona. auxesis. bene iuuenci ut . . . adiungeret

561 DEIN TOTO SANGVINE NIXVS id est toto corporis nisu. ut Virgilius ⟨Aen. II 638 sq.⟩: 'quibus integer aeui sanguis'.

563 QVALIS IN ADVERSOS LAPITHAS Lapithae, gens Thessaliae omnium uirium sublimis patientia, cum ceteris diis immortalibus annua sacra conficerent, in ipsa religione genus sacrilegii commissum est. cum enim Pirithoi, regis sui, nuptiae celebrarentur et sacrificia diis omnibus facerent, Martis solius aras incultas reliquerunt; siue ignorantia seu contemptu numinis, habetur incertum. quae res manifesto punita est exitu. Mars namque fecit, ut aduersus Centauros bellarent, a quibus uicti | sunt. [Lind. p. 73] ciuitas damno intellexit religionis uirtutem. unde Virgilius ⟨Aen. VII 304 sq.⟩: 'Mars perdere gentem immanem Lapithum ualuit'.

564 STVPET OBVIA LETO iam a comparatione discessit et ad factum Tydei redit. potest enim ambiguitas circumuenire lectorem.

569 TREMEFACTVM in honorem occidentis laudantur occisi.

570 TEMNENDA aphaeresis: pro contemnenda.

573 TERRIGENAS CONFISVS AVOS qui gloriaretur auos se promeruisse terrigenas, de Cadmi sationibus originem ducens, qui mutuis uulneribus perierunt.

574 SECVNDVS inferior, id est equitandi arte peritus.

575 PENTHEVMQVE TRAHENS id est a Pentheo originem

---

1 nisus **Pb** | id est *om.* **L** | ex toto **L** ‖ 2 nixu **L** ‖ 3 sit sanguis **L** sub sanguis **Pa** ‖ 4 gentes **L** ‖ 5 uirorum sublimes **L** ‖ 6 conficerint **M** confiteretur **Pa** | in ipsis religionibus **Pb** | religioni **M** ‖ 8 celebrarent **Pb** | nuptias celebrarent? | omnibus diis **L** ‖ 9 incultas aras **L** | incultas *om.* **Pb** ‖ 10 seu] siue **L** scis qui **Pb** ‖ 11 manifesta *corr. in* manifesto **M** | est] fuit **Pb** ‖ 12 uicta **Pb** ‖ 13 damno *om.* **Pb** ‖ 14 inmanem **M** | Lapithum *om.* **Pb** ‖ 15 potuit **L** ‖ 16 a *om.* **Pb** ‖ 17 fatum **L** | rediit **Pb** | potes **Pa** potuit **L** ‖ 20 apoferesis **Pa** auferres is **Pb** aferis *corr. in* aferesis **M** ‖ 21 CONFESSVS **L** | gloriarentur auo **Pb** ‖ 22 terrigenas . . . ducens *om.* **Pb** | nationibus **M** | originem *om.* **Pa** ‖ 23 multis **Pb** ‖ 24 id est] uel de **Pa** ualde *Kohlm.* ‖ 25 id est] uel **Pa** uelut **L** | id . . . trahens *om.* **Pb**

generis trahens. NONDVM TE PHAEDIMVS Phaedimus nomine nondum tè propter Penthei nomen, Liber, habens propitium Tydei armis occubuit.

580 LIBENS ne uideretur ab hostibus loco, in quo steterat, pulsus.

581 ORBEM scutum obuolutum. bene subdidit 'orbem'. sunt enim scuta oblongae facturae.

583 TEGMINA NOTA id est terga sua et caput muniuit apri Calydonii tegmine.

586 OGYGIDAE Thebani, ab Ogygio terrigena. ENSEM BISTONIVM TYDEVS unde Tydeo Bistonius ensis, nisi quia Oeneus Martis est filius? | primum quia uicina est Aetolia Thraciae, aut quia Mars apud Bistonas colitur. ensem uero Bistonium Thracium dixit, quia Bistonia gens Thraciae est.

Lind. p. 74

590 DECVTIT obiectu depellit scuti.

592 IN SOCIOS ERRARE MANVS ut ex constipatione iaculari uolentes sese inuicem uulnerarent.

594 ANGVSTVS TELIS optime dixit 'angustus', id est qui aditum uulneribus non daret. INEXPVGNABILIS quia uni in multos facilis iactus est, multis in unum difficilis. Sallustius in Iugurthino ⟨58, 3⟩: 'pauci in pluribus minus frustrabantur'.

595 NON ALITER Briareum bello Gigantum constat cum Ioue sensisse. sed hic contra sic posuit, quemadmodum Virgilius ⟨Aen. X 567⟩: 'Iouis cum fulmina

---

1 trahens generis **L** | TE *om.* **Pa** | Phaedimus *om.* **MPb** || 2 n̄o ē *corr. in* nom̄ ē **M** nomine **LP** || 6 subdit **Pb** || 7 oblonge **LMP** | facta **LPb** facte **Pa** facturaę **M** || 8 TEGMINE **LMPa** | NOTO **L** | muniit **M** munui **Pb** || 10 thebā **Pa** | ogigio *corr. ex* ogigido **M** || 11 Bistonium tideus ensem (ense **M**) **MP** ENSEM BYSTHONIVM Tydei ensē **L** | ensis *om.* **M** | quia *om.* **Pb** || 12 Oenius **L** | quia] q; **Pb** || 14 Bisthoneū **M** | Thraciarum **L** thrahaciū **M** | Bystona **L** bistona **M** biston **Pb** || 15 Thraciarum **LP** || 16 obiectu **Pb** ab ictu **LMPa** || 17 conspiratione **Pa** || 18 uulnerare **Pa** || 19 angustas *bis* **Pb** || 20 quia **L** | uulnerantibus **L** || 21 q; **Pb** | uni *om.* **L** || 23 frustabantur **L** frustrari *Sallust.* || 24 gigantiū **M** || 25 contra Iouvem **LP** | contra autem sit **Pb**

contra' et ut Terentius ⟨Adelph. 50 F.⟩: 'ille ut item contra me habeat'. contempta ab hoc etiam fulmina. uidebatur enim suis sibi tantum manibus fortiter dimicare. fabula: Tartarus ex Terra procreauit Typhonem immanem magnitudine, cui centum capita draconum ex humeris nata erant. hic Iouem prouocauit, ut, si uellet, secum de regno certaret. Iuppiter fulmine pectus ei percussit. qui cum flagraret, Aetnam ei superimposuit, et ex eo dicitur ardere adhuc. ipse etiam alio nomine Briareus et Aegaeon dicitur. de quo Virgilius ⟨Aen. X 565⟩: 'Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt'. PHLEGRAE Phlegra regio est Macedoniae, in qua Terra Gigantes procreauit.

598 INDE PELETHRONIAM Thraciam siue Thessaliam ut Virgilius ⟨georg. III 115⟩: 'frena Pelethronii Lapithae'. ipsae enim regiones dicatae sunt Marti.

599 MVTATA refecta siue ad proelium renouata. PYRACMONE quia Virgilio docente cognouimus etiam hunc fulminum fabricatorem fuisse. ait enim ⟨Aen. VIII 425⟩: 'et nudus membra Pyracmon'.

600 NEQVIQVAM aut nequiquam obsessus, aut nequiquam queritur multitudini manuum suarum hostes deesse, cum fuerit uictus.

602 HVC ILLVC CLIPEVM circumspectat omnes partes, ne ab hostibus circumuentus occumbat.

---

1 et . . . contra *om.* **L** | item ut **MPa** *om.* **Pb** | me contra **Pb** || 2 contenta **Pb** | ad hoc **Pb** habet **M** || 3 fabula *om.* **M** || 4 Tartarus ex *om.* **L** | inmanem **M** immane **Pa** mirae **L** | magnitudinis **L** || 6 ut *om.* **P** | certare **Pb** || 7 Quare Iuppiter **L** | pectus eius fulmine **L** *eod. ord.* **Pb** | eius **LPa** | quia **M** || 8 superinposuit **LMPa** || 9 dicitur *om.* **L** || 11 PHLEGRAE . . . procreauit *om.* **LP** *in cod. Valentin. leguntur haec:* Flegrę mons est geticę prouincię in quo gigantomachia dicitur id est pugna gigantum contra deos || 14 pelethroni **M** || 15 sunt *om.* **Pb** | Marti] martiria ī **Pb** || 16 renouata *spatio uacuo relicto om.* **Pb** || 17 piragmone **MP** | uirgilius **Pb** | cognouimus *sp. uac. rel. om.* **Pb** || 18 ait enim *sp. u. rel. om.* **Pb** || 20 NEQVICQVAM **LP** | aut nequiquam[1] *sp. uac. rel. om.* **Pb** | nequicquam **L** | nequicquam **LPb** || 21 multitudine **MP** | manum **Pb** || 23 parentes **Pb**

605 ARMANTQVE VIRVM nam ipsa in hostes retorquet, quia aliorum telorum impetus retunditur, cum in tela impingit. Lucanus ⟨VI 172⟩: 'totaeque uiro dant tela ruinae'.

607 NEC MORTEM ita fuerat uulneratus, ut mortem timere non posset.

608 COMITEMQVE ILLI IVBET iubet facit. est enim πολύσημος sermo: aliquando significat uult, ut Virgilius ⟨Aen. II 3⟩: 'infandum, regina, iubes', aliquando imperat, aliquando facit, ut hoc loco.

Lind. p. 75 613 DEMISSVS fluens.

617 PROCIDIT IMPVLSV dicit illum furore genitum, non dolore. dum enim Dryope, mater eius, praegnans furore bacchatur, reluctantem taurum cornibus traxit. dicit ergo hunc non nascendi ordine procreatum, sed conatu nimio utero matris expulsum.

620 VNVSNE VIRI Virgilius ⟨Aen. IX 783 sq.⟩: 'unus homo et uestris, o ciues, undique saeptus aggeribus'.

621 VIX CREDAT FAMA REVERSO quod unus tantos occiderit.

624 TEVMESIA CORNVS Thebana. Teumeson mons est Thebanorum. ideo Tydeus Thebana hasta, quia spoliis hostium armatus exstiterat.

625 ATQVE ILLI VOCE REPLETA ordo: atque illi uoce intercepta prorupto in sanguine natat repleta lingua.

---

1 ipsa tela **L** | torquet quis **Pb** ‖ 2 in *om.* **L** | repingitur **Pb** ‖ 3 dant] dum **L** ‖ 7 *schol. om.* **M** *ante schol.* 602 *praebent* **P** | comites **Pa** | illi *om.* **Pa** | iubet *om.* **Pb** ‖ 8 uult **LPa** uis **Pb** ‖ 9 imperat, aliquando *om.* **Pb** ‖ 10 hoc in loco **Pb** ‖ 12 INPVLSVS **L** inpulsu **MPa** | gemitum **Pb** | non *om.* **L** ‖ 13 dolere **L** | cum **M** | Pryope **L** | fluore **Pb** ‖ 14 bachatur **MP** | taurum *om.* **Pa** ‖ 15 procreauit **Pa** ‖ 17 uniusne **Pa** unus **Pb** ‖ 18 et] e **L** | aggeribus *om.* **LP** a. **M** ‖ 19 credit **Pb** ‖ 21 CORNV **L** | Teumeson . . Thebanorum *om.* **P** | est *om.* **L** ‖ 22 ideo] quasi quod **P** ideo quod **L** | quia] et **LP** ‖ 23 hostium *om.* **Pb** | extiterat *Mon.* **P** extiterit **M** fuerat **L** ‖ 24 ordo *om.* **Pb** | *ante* ordo *legitur in* **M**: per id quod efficit, id quod efficitur

629 CVR INFITIATVS HONORA ARGVERIM FAMA cur uos arguerim id est priuauerim? honora fama id est honesta, honorifica.

631 INDOLE CLARIVS ILLA indolem corporis dixit, pietatem animi.

633 SINGVLTIBVS ARTVM angustum. singultibus enim angustatur latus.

634 EXHAVRIT concauum facit id est uacuat. NEC VINCLA COERCENT inundatio lacrimarum galeae uincla rumpebat.

635 CVM MVLTA GEMENTI id est: cum | multa gemeret, Lind. p. 76 a tergo percussus est et hostili gladio corpori fratris affixus.

638 CONSERIT coniungit. ILLE OCVLOS qui prior fuerat uulneratus, oculos aperuit, ut in utraque morte fratrum ambo lugerent se inuicem morientes.

642 VOTVM MORTIS uotum iniquae mortis, quia et uno telo et gemini et eodem momento periere.

644 IDEM VLTRO coepit iam ipse ultro hostes insequi, a quibus antea appetebatur.

645 VESTIGIA RETRO sua retro uestigia urgebat fugiendo imminente Tydeo.

646 INIQVA quae fuerat sanguine madefacta. hic autem iniqua proprie inaequali dixit.

647 DISTRACTVS extensus. hic uero sub hac significatione ponendum est, ut Virgilius ⟨Aen. VII 767⟩: 'turbatis distractus equis'. quamuis Cicero in Philippicis ⟨II 104⟩:

---

1 CVI **L** | cum uos **Pb** | arcuerim? ‖ 2 honorificata **P** ‖ 4 clarus **M** ‖ 6 ARCTVM **LPb** | id est angustum **Pb** ‖ 8 haurit **Pb** | id est *om.* **L** | uacuat] caluat **Lm** ‖ 9 uincula **M** | cohercent **MPa** coercet **Pb** | uincula **M** | rumpebat galeę uincla **Pb** ‖ 11 id est *om.* **LP** ‖ 13 affisus est **Pb** ‖ 15 oculos *om.* **MP** | apparuit **Pa** ‖ 16 frm̄ **M** | iūgerent **L** ‖ 17 VOTVM] uoto **P** ‖ 18 et[1] *om.* **L** | eidem **Pa** | perire **Pa** ‖ 19 coepit *om.* **L** | ultro] uult **LPa** ‖ 20 ante **LP** ‖ 21 sua] seu **Pb** | urguebat **M** ‖ 22 tidon **Pa** ‖ 23 Iniquę *corr. in* Iniqua **M** ‖ 24 inaequali *om.* **L** ‖ 25 hic] hoc **MPa** | hac] ac **Pb** ea **L** ‖ 26 ponendus **L** | ut *om.* **M** | distractis **Pa**

'de Varronis bonis rem ullam esse distractam'. sed etiam illic ingenio legentis possumus diuisam accipere. distractus ergo hic ait extensis manibus, ut rogaret.

648 NITENTEM conantem, ab eo, quod est nitor, niteris.

649 INTERLABENTIBVS VMBRAS sensus: quae umbrae sunt eo tempore, quo stellae labuntur.

650 NOCTEMQVE TVAM hoc est: quae tibi fauet, quam tu tuam effecisti uincendo.

651 VVLGIQVE PER ORA PAVENTIS dum tua facta refero, perculsi.

652 CONTEMPTO TE REGE CANAM id est uirtutis tuae facta referam, quae aures Eteoclis satis offendunt.

Lind. p. 77 655 NIHIL VVLTVM MVTATVS nimirum quia, qui ignoscentis animum gerunt, primum frontis suae nubilum disserenant. ut Lucanus ⟨IV 363⟩: 'at Caesar facilis uultu menteque serenus'.

658 QVID TIMIDE SEQVERIS COMPENDIA VITAE iucunde consolatur et terret. namque hoc pollicetur nullum, si bella uenerint, euasurum. in hac autem parte si consideres, prouisum tibi est, quod nunc moreris, ne grauiori supplicio reserueris.

659 BELLA MANENT Lucanus ⟨IV 221 sq.⟩: 'non hoc ciuilia bella, ut uiuamus, agunt'.

660 IAM REDIT corpore iam reuulsum telum. neque enim poterat gladium uagina recondere nisi hoste iam perempto.

---

1 de fortunis Varronis *Cicero* | bonis *om.* **Pb** | Rem illam **L** | esse *om.* **M** | destractam **L** detractam *Cicero* || 2 legentes? | diuisam possumus **Pb** || 3 extensum **Pb** || 4 nitor . . . 651 . . . ORA PA- *om.* **Pa** | nitor. eris **L** || 9 tuam *om.* **MPb** || 10 -QVE PER ORA *om.* **MPb** || 12 contento **P** | tuae *om.* **Pa** || 13 offendunt *corr. in* offendant **M** ostendunt **P** || 14 nil **MP** || 15 geritur **Pa** | primo **P** | deserenant **L** || 16 ut *om.* **L** | uultum **L** uult **Pa** || 17 mentemque **L** *non legitur apud Lucanum* || 18 iocunde **P** || 19 nullos **L** || 20 ad bella **L** | uenirent **Pb** | euasuros **L** | in hanc autem partem *Duebnerus* || 21 est tibi **Pb** | morieris **LPb** || 22 reserueri supplicio **Pb** || 23 monent **Pb** | haec **LP** hoc *Mon. corr. ex* huius **M** || 24 ut *om.* **Pb** || 25 uulsum **Pa**

661 TRIETERICA dixerat enim ea nocte Tydeum Thebas intrasse, qua Libero patri sacra celebrantur. trieterica ergo et orgia Liberi sacra sunt, quae exacto triennio mos est celebrari, sicut Olympiaci Iouis sacrum redit intermisso quinquennio.

663 SCELERARE PARENTES id est crudelitate sua scelestum facere, quia Bacchae insaniunt usque adeo, ut crudelis Bacchus in illarum furore uideatur. quia Agaue homicidium nescia perpetrauit. et ideo hoc deo potius ascribitur quam furori.

664 NEBRIDAS pelles damarum, quae Graece νεβροί appellantur. ac per hoc Baccharum indumenta significat, quibus sacrificiorum tempore uti consuerunt. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 282⟩: 'pellibus in morem cincti'.

665 IMBELLEM AD SONITVM tympani et saltationis Baccharum imbellis. MARIBVSQVE INCOGNITA VERIS in comparatione Thebanorum 'ueris maribus' dicit. INCOGNITA PROELIA luxuriosae saltationis. quasi hi, qui aduersum se pugnauerunt, sacrorum consuetudine fuerint effeminati.

666 CELAENAEA Celaenae Marsyae ciuitas, ubi primum dicitur tibiarum usus inuentus, quibus Apollinem prouocare ausus est. a quo uictus temeritatis suae poenas exsoluit. Marsyas enim Celaenaeus fuit. ut ipse infra ⟨IV 186⟩: 'et illustres Satyro pendente Celaenae'.

---

1 triaterica **MP** || 2 patri *om.* **Pb** | celebrabantur **LPb** | triaterica **MPa** | trieterica . . . sunt *om.* **Pb** || 3 qui **Pa** || 6 id est *om.* **Pb** | scelestos **L** scelestes **Pb** *corr. ex* scelentes **M** scelestum **Pa** || 7 bache **MP** || 8 bachus **MP** | furore furere **L** || 11 dānarum **M** | nebri **MP** νεβρίδες **L** || 13 consueuerunt **LP** | uirḡ. † **M** || 14 more **Pa** mortē **M** || 15 Inbellem **MPa** | timpanis **Pb** | salūtationes **M** || 16 inbelles **MPa** imbelles **Pb** || 17 comparationē **Pb** || 18 luxuriosae *om.* **Pb** | saltationis *corr. ex* saltationes **M** | quasi] qui **Pb** | qui] per **Pb** | aduersus **L** || 19 pugnauerunt **L** pugnauer̃ **M** pugnauerint **Pa** pugnant **Pb** || 23 est *om.* **Pb** || 24 exsoluit] dedit **Pb** | ipsa **M** || 25 perdente **Pb** | Celaenas *Statius*

FOEDA PROELIA stupra. ut Virgilius ⟨Aen. XI 736⟩: 'at non in Venerem segnes nocturnaque bella'.

667 HIC ALIAE CAEDES non parricidales. contra illas, quas matres intulisse dicuntur, et hic increpat.

668 PAVCIQVE in comparationem uirtutis meae. HAEC INTONAT quippe plenus furore uirtutis.

671 NEC SVSTINET VMBO hic umbonem pro humero posuit aut pro manu.

672 MVTATVM SPOLIIS Theronis scilicet, cuius clipeum, cum perfodisset, acceperat. aut certe mutatum spoliis infectum sanguine sociorum. itaque per cruorem suum mutauerat iam colorem. ut Lucanus ⟨VI 224⟩: 'perdiderat uultum rabies'.

674 RORIBVS cruentis aspersionibus. ut Lucanus ⟨VII 837⟩: 'sanguineis stillauit roribus arbor'.

Lind. p. 78 676 MASSYLAS id est Mauras. ut Virgilius ⟨Aen. IV 132⟩: 'Massylique ruunt equites'.

677 ET TABE GRAVATAE tabes dicitur recentis cadaueris foetor — Lucanus ⟨II 73⟩: 'longusque in carcere foetor' — et humor, qui destillans cadaueribus corrumpit terram. unde Virgilius ⟨Aen. III 29⟩: 'et terram tabo maculant'.

682 ET SANGVINE PLENVS sensus hic de Homero uenit, ut tunc demum castris Dolonis Diomedes excedat, cum esset admonitus a Minerua. nam Virgilius hunc sensum in Nisi et Euryali personis seruauit ⟨Aen. IX 355⟩: 'acceleremus, ait, nam lux inimica propinquat'.

685 CALIGINE PLENVM id est nimia felicitate mentis

---

1 ut *om.* **L** ‖ 3 parricidiales **L** parricidales **P** parricedales **M** | illos **Pb** ‖ 4 qua **L** | dicunt **L** ‖ 5 in comparatione **M** ‖ 6 hoc **Pb** ‖ 7 substinet **Pb** ‖ 10 profodisset **Pb** ‖ 12 mutaũ **M** | iam mutauerat **Pb** ‖ 14 cruentis. Idē **M** ‖ 16 massilias **M** | id est *om.* **MPb** ‖ 17 ruunt aequales **L** ‖ 18 dñr **Pa** ‖ 20 foetor **LM** pedor **P** *Lucanus* | distillans **L** | cadaueribus mortuorum **M** ‖ 21 unde] ut **Pb** | tabe **Pa** ‖ 23 *Iliad. X 507 sqq.* | uenit de homero **Pb** ‖ 24 excederet? ‖ 25 monitus **M** ‖ 26 personas **P** | absistamus *Vergilius* ‖ 28 felicitatis **Pa**

obcaecatum. caligine dixit: quae non prospiciebat futura pericula.

[686 SVPERBI OENEOS Oeneos genitiuus Graecus ut Memnon, Memnonos.]

687 VINCERE THEBAS nam in istis quinquaginta, quod omnes lectissimae uirtutis fuerant, absentes uictae sunt Thebae.

689 PARCE DEIS nam qui immoderate sua felicitate utitur, fauentes sibi deos fatigat. elatus enim animus rebus secundis utilia minime respicit. Virgilius ⟨Aen. X 502⟩: 'et seruare modum rebus sublata secundis'. HVIC VNA FIDES ut tantae uirtutis gloriam solus consecutus fuisse uidearis.

693 AEROS genitiuus Graecus est ut Memnon, Memnonos.

694 NEC VERITVS hoc dicit: nec ueritus est hic augur prohibere ducem id est Eteoclen, ne morituros tot mitteret, sed instantia morituris fata fidem augurii derogauerunt. ut Virgilius ⟨Aen. II 246 sq.⟩: 'tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris o. d. i. n. u. c. T.'

696 DAMNATVR liberatur.

697 AONIDVM Thebanorum. ut Virgilius ⟨ecl. VI 65⟩: Lind. p. 79
'Aonas in montes'.

700 FRAGILES uetustate corruptos.

703 TALES IN BELLA VENIMVS et in Romana historia hoc Porsennae Mucius dixisse fertur, cum dextra focis

---

1 occecatum **Pb** | caliginē **M** | quia **L** | prespiciebat pericula futura **Pb** ‖ 3 *schol. om.* **MP** ‖ 5 quadraginta **Pb** ‖ 8 diis **M** | inmoderate **MPa** ‖ 9 fatigan̄t **M** ‖ 11 modum *om.* **M** | lassata **LMPa** | huc **Pa** ‖ 12 fuisse *om.* **M** ‖ 14 *schol. om.* **L** *cf. schol. u. 686* | heros **MPb** eros **Pa** | genetius **Pb** | est *om.* **Pa** | ut *om.* **Pb** | Memnon *om.* **Pb** | mēnon' **Pa** mēnōes **Pb** mennonos **M** ‖ 15 hec **M** | hic *om.* **L** ‖ 16 etheoclem **Pb** ‖ 17 auguri **L** | derogar̃ **Pa** derogarunt **Pb** derogauer̃ **M** derogauere **L** ‖ 18 tunc . . . 697 . . . Virgilius *om.* **Pa** | casandra fiduris **Pb** ‖ 19 o. . . . . T. *om.* **LP** | o.] c. **M** ‖ 21 ut *om.* **LM** ‖ 24 in *om.* **Pb** | historia romana **Pb** ‖ 25 hec **Pb** | Porsena **L** | cum eius **MPb** | dextˢa **Pa** dextera **M** dexteram **Pb**

imposita diceret suae patientiae similes uiros atque uirtutis a senatu plures in eius exitium destinatos.

710 HVIC LEVES GALEAS in hoc consecrando Virgilium secutus est. nam ille, dum Marti offerret exuuias, ait ⟨Aen. XI 8 sq.⟩: 'aptat rorantes sanguine cristas telaque trunca uiri'.

Lind. p 80 715 INGENIVMQVE PARENTIS bene ingenium, quia de capite nata dicitur Iouis. et hoc antiqui bene figuratum esse dixerunt, ut, quia naturae ratione prudentia omnis in capite est, Minerua, quae sapientiae dea est, nata de Iouis capite crederetur. est uero mysterium, quod lucis intaminata atque armis munita uirgo de uertice dei maximi et secreti orta dicatur.

716 HORRORE DECORO ipse quidem terror uultus pulchritudine mitigatur: speciosus terror, pulchritudo terribilis.

717 CRVDESCIT crudelior fit. zeugma.

718 HASTATA hastis armata siue hastifera, id est magis tu bellicosa quam Mars aut Bellona.

719 IMPVLERIT pro impellit. mutauit modum.

720 SEV PANDIONIO Pandionium montem dicit a Pandione, filio Erichthonii. Tereus, Martis filius, Thrax.

721 ITONE Itone ciuitas Boeotiae, Mineruae sacra, ut ipse ait ⟨VII 330 sq.⟩: 'ducit Itonaeos et Alalcomenaea Mineruae agmina'. Bacchylides Mineruam Itoniam dicit.

---

1 inposita **M** impositam **P** ‖ 2 a *om.* **Pb** | destinatum **Pb** ‖ 3 Virgilius est secutus **Pb** secutus est Virgil. **L** ‖ 4 illi **Pb** ‖ 6 uirum **L** ueri **Pa** uirgilius **Pb** ‖ 7 quae **L** ‖ 9 omnis] hominis *Barthius* ‖ 10 sapientia dei (*om.* est) **LP** ‖ 11 creditur **Pb** | ministerium lucis q **Pb** | quod lucis] in his quod **Lc** ‖ 12 de uirtute **Pb** ‖ 13 uocatur **Pa** ‖ 14 DECORO *om.* **Pb** | pulcritudine **Pb** pulcritudo **Pa** pulcritudines **M** ‖ 15 mitigat//// **M** | speciosus] sonsus **Pb** | pulcritudo **MPa** ‖ 16 zeuma **MP** zeugma ab inferioribus **L** ‖ 18 tu *om.* **L** ‖ 19 Inpulerit **M** | mutauit *corr. ex* mutat **M** ‖ 20 SEV PANDIONIO *om.* **M** | Pandionium . . . Erichthonii *om.* **P** | Pandionio **M** ‖ 21 erictonii seu pandionio **M** | Tereus] Zetus **Pb** terus **Pa** | ferax **Pb** ‖ 22 Itone *om.* **MP** ‖ 23 it(h)oneus **LMP** | et] atque **L** | alcomeneę **Pb** alchmenee **M** Alchemoneae **L** alchonee **Pa** ‖ 24 baccilidis **M** baccillide **Pa** | ithonomiam **Pb** | *cf. poet. lyr. ed. Bergk* III[4] p. 577

Itone. ergo Mineruam ab oppido cognominauit, quod est in Macedonia, ubi eius antiqua est aedes, uicina Boeotiae, in qua Itonus regnauit, Herculis filius et Paphies.

722 TRITONE fluuius uel palus in Libya, in qua Minerua dicitur nata, sicut Lucanus affirmat. unde Graeci eam Mineruam Tritogeniam uocant.

724 INTEMERATARVM participium sine uerbi origine.

726 PARTHAONIS Parthaon Oenei pater fuit, auus Tydei.

727 MARTIA PLEVRON constat Tydei genus a Marte defluere, ut idem ait ⟨I 464⟩: 'Marti non degenerare paterno'. nam Meleager Martis filius fuit. Pleuron Aetoliae ciuitas prope Calydonem, Marti consecrata. alii regionem Calydoniorum dicunt. Pleuron Martia, quia ibi maxime Mars colitur.

728 AVREA cum in media urbe tibi aedem dicauero, in tantum templi altitudo tolletur, ut et Ionium mare et Echinadas insulas Acheloumque despicias. harum insularum Lucanus meminit ⟨VI 363 sq.⟩: 'et tuus, Oeneu, paene gener crassis oblimat Echinadas undis'. in Acheloo enim, Aetoliae fluuio, tres insulas his nominibus natura con-

---

1 ab Ithone **L** ithonie **Pa** ‖ 2 antiquę sunt **M** | uicinę **M** ‖ 3 in quibus **M** | regnauit Antinous **L** | anthonius **Pa** thonus **Pb** athon **M** Itonus *Kohlm.* ‖ 4 in[2] *om.* **Pb** ‖ 5 IX 354 | unde] bene **Pb** ‖ 6 eam] eciam **M** | Mineruam *om.* **L** | *post* uocant *in* **M** *secuntur haec:* Sed alcius intuentibus tritonia uocari uidetur q̃asi tritonia (tritonoia **Pc** *ad. u.* 237) idē tercia notia (noticia **Pc**) scire uidelicet dm̃ mundū et animam; nam haec om̃a sapientia colliguntur; que intelleguntur p mineruam; Vel tritonia dr̃. ἀΝΟΤΟΙ ΤΡΗΘΗΝ. i. a terrore ‖ 7 intemerata **Pa** Intemeratarum *superscr.* i. infatigabilium **M** ‖ 9 MARTIA *suppleui* | PLEVRON *om.* **L** ‖ 11 fuit *om.* **MP** | pleuron quia **Pb** ‖ 12 consacrata **LPb** cūsecretā **Pa** ‖ 13 calidonorum **Pb** ‖ 14 maximus **Pb** | maxime ibi mars colebatur **M** ‖ 15 cum] TVNC **L** *Kohlm.* | tibi] ubi **L** tibi diem **Pb** | dicabo *Kohlm.* ‖ 16 tollitur **Pa** *corr. in* tolletur **M** | et[1] *om.* **L** ‖ 17 echinidas **MPb** | despiciat **Pb** | ha insula **Pa** ‖ 18 et] ut **L** | tuus . . . crassis *om.* **L** tuum sine upe crassis **Pa** ‖ 19 undas **Pb** unde **Pa** | enim] autem **M** ‖ 20 Aetoliae *om.* **L**

stituit: Artemita, Agalia, Megale — Ouidii quoque celebratas carminibus.

732 HIC EGO MAIORVM PVGNAS maiorum sui generis scilicet.

734 ARMA THOLIS Virgilius ⟨Aen. IX 408⟩: 'suspendiue tholo'. tholus est in media templi camera locus, in quo uouentium primitiae aut exuuiae figebantur.

737 ACTAEAS Athenienses, quia Athenarum iuxta litus sita sunt secreta nemorum loca. ut Virgilius ⟨Aen. V 613⟩: 'in sola secretae Troades acta'. ET AB ARBORE CASTA oliua siue lauro. pro inuentore id, quod inuentum est. nam casta non est olea, sed Minerua. aliter: castam arborem dixit, quae post quinquennium Athenis Mineruae offerebatur. [tam pestilentiae ciuitatem quam uerbenam nominant, in qua omnium frugum pomorumque primitias obligabant, ut Cratinus ait.] hanc igitur castam arborem dicit, in qua purpureis nexibus omnia supra dicta pendebant, quae tamen interiectis duobus pedibus candida fila discriminant.

740 ARCANVM NVNQVAM INSPECTVRA PVDOREM arcanum pudorem dicit aut eius simulacrum uerum, id est Palladium, quod illicitum erat cernere — quo quidam quondam uiso priuatus est uisu — aut uirginitatem eius. ergo, si sic est, inspectura pro rimatura uel inquisitura accipitur.

741 TV BELLIS TV PACE FERES bellorum potens, quod proprium est Mineruae.

---

1 Artemites **LMPa** artemtes **Pb** Artemita *Kohlm.* | megale Aggallia **M** | Aggalia **L** agallia **P** | megalei **Pa** | *metam. VIII 587 sqq.* | queque **Pa** | celebrate **MPa** ‖ 2 carminibus celebratas **LPb** ‖ 4 scilicet *om.* **Pb** ‖ 6 tholos **M** | tholum **L** tholū **MP** tholus *Kohlm.* | medio **MPb** ‖ 7 in qua **Pa** | fingebantur **Pb** ‖ 8 Eteas **Pa** atheas **Pb** | littus **LPb** ‖ 9 ut *om.* **M** ‖ 10 insula **MPa** | secreta **M** | Troadas **L** ‖ 11 p inuentorem **MP** ‖ tam ... ait *om.* **P** | ob liberatam pestilentia ciuitatem **Lc** *fortasse recte. an latet* VITTAS*?* ‖ 16 Crates *π. Ἀττ. διαλ.? Vsener in marg. editionis Lind.* | igitur] ergo **Pb** ‖ 17 dicit *om.* **Pa** dicit id est **L** ‖ 18 pedibus *om.* **Pa** ‖ 20 *schol. om.* **P** | ARCANVM *om.* **M** ‖ 25 ferens **Pb** ‖ 26 est *om.* **Pb** | Mineruae] ei **M**

742 NON INDIGNANTE DIANA semper tibi de primitiis sacrificabo, nec mihi, sicut solet, Diana indignabitur. occulte historiam tangit, ubi Diana contempta in sacrificio immisit aprum, qui Calydoniam regionem uastaret.

COMMENTARIVS IN LIBRVM III.

Conquestio Eteoclis de tarditate quinquaginta missorum. Lind. p. 81 Maeonis aduentus et caedis indicium. indignatio regis. mors Maeonis et eius a rege interdicta sepultura. profectio lugentium matrum ad locum caedis et cadauerum funeratio. de Thebanis malis conquestio et regis iniustitia. Iouis imperium Marti, ut Thebana bella suscipiat. Veneris querela apud Martem de Thebanis. Martis responsio pro Thebanis. regressio Tydei uulnerati et eius hortatio ad bellum. Polynicis allocutio pro iniuria Tydei affectionisque obliquae. curatio Tydei. descriptio solis occidentis et orientis noctis. descriptio Martis bellum mouentis. captatio auguriorum ab Amphiarao et Melampode in monte Aphesante et omnium signorum descriptio. allocutio Capanei iniuriosa contra Amphiaraum et religionem. Argiae apud patrem allocutio et belli postulatio. patris responsio permulcentis.

1 PERFIDVS aut quia regnum negauit aut quia contra Lind. p. 82 ius gentium legato parauit insidias. docet enim poeta malorum conscientiam esse peruigilem, quippe Eteocles,

---

4 inmisit **MP** ‖ Explicit argumt̃ū pars III[a] incip̃ **Pa** ‖ INCIP̃ LIBER III **M** ‖ 7 nuntium **L** ‖ 10 et *om.* **Pb** ‖ 11 bella] mala **Pb** ‖ 12 de Thebanis apud Martem **L** ‖ 14 oratio **Pa** | adlocutio **M** ‖ 15 affectionis **LMPb** affectionesque*?* | solis ... descriptio *om.* **Pb** ‖ 17 auguriorum ... Melampode *om.* **Pb** | Melampode *Kohlm.* Menalippo **LMPa** ‖ 18 Apesante *Kohlm.* Aphesante **L** aphesan **M** aphesant **Pa** aphesam **Pb** | adlocutio **M** ‖ 19 iniuria *superscr.* os **M** | et deorum religionem *Kohlm. e Colbert.* ‖ 22 regn. neg.] regnauit **Pb** ‖ 23 gentum **Pa** | parauit legato **Pb** | enim *om.* **Pb**

quamuis adhuc stellis labor supersit, ut ascenso axe perueniatur ad lucem, tamen otia somni non accepit. Ouidius in libro secundo ⟨met. II 775 sqq.⟩, ubi describit Inuidiam:

Lind. p. 83 'Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
numquam recta acies, liuent rubigine dentes,
pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.
risus abest, nisi quem uisi mouere dolores,
nec fruitur somno uigilantibus excita curis,
sed uidet ingratos intabescitque uidendo
successus hominum, carpitque et carpitur una'.

2 ANCIPITI uel propter noctem ancipitem, cum ipse anceps esset, uel ancipiti media. notanda figura anacoluthon. secundum Sallustium: 'qua nocte ipse fiebat anceps'.

4 SCELERISQVE PARATI prima enim sceleris nostri poena est cogitatio. ut Iuuenalis ⟨XIII 2 sq.⟩: 'prima est haec ultio, quod se iudice nemo nocens absoluitur'. constat ergo malorum conscientiam semper esse peruigilem.

6 EI interiectio timentis.

8 ANIMVMQVE REPENDIT non cogitabat contra numerum tantorum unius subsistere posse uirtutem.

9 NVM REGIO DIVERSA VIAE proponit sibi, quod fieri potuit aliter, quam ipse mandauerat. ideo autem laudandus Tydeus, quia, quod fecit, nec metuens potuerit suspicari.

10 AN SCELERIS DATA F. P. V. id est uiolatae legationis sanctimonia, uel quod religiosum officium legati peteretur insidiis. tertium, quod suspicatur, tale est: dicit quippe a finitimis ciuitatibus Tydeo aduersus insidiantes esse subuentum.

1 aut **Pa** | ascendo **M** accenso **Pb** ‖ 2 lucem *om.* **Pb** | somnii **M** sompnum **Pa** *om.* **L** | accipit **Pb** ‖ 3 in *om.* **LPb** | libro *om.* **L** | secundo **Pb** II **LM** b. **Pa** | inuidam **LPa** ‖ 4 sed **Pa** in *om.* **Pb** ‖ 5 Nusquam **LPb** *Ouidius* numquam **MPa** | robigine **Pa** r. **M** ‖ 6 ferent **Pb** ‖ 7 nisi *om.* **M** | que uisie **Pa** | fecere **Pb** ‖ 8 uigilacibus *Ouidius* ‖ 9 intabescit **M** ‖ 10 carpiturque **Pa** ‖ 11 ancipiti tibi **Pa** | ancipitem *om.* **L** ‖ 12 notatur **M** ‖ 13 salutem **Pb** | *uide* Maurenbrecher histor. reliq. II p. 162 | fidebat **Pa** ‖ 15 scelerique **Pb** | nostri sceleris **L** ‖ 16 hec est **MP** ‖ 19 HEI **LPb** ‖ 21 substinere **Pb** ‖ 22 non **Pb** ‖ 24 qʒ qʒ **Pa** ‖ 26 F. P. V. *om.* **LP** | auolate **Pa** ‖ 27 religiosi **Pb**

13 ET CHROMIS ET DORYLAS Dorylas saxo periit inter illos quatuor, quos uno ictu dicit esse prostratos. Chromis inter sacra uulnere prostratus occubuit.

17 HEV SEGNES uere segnes, sicut conflixerunt et ab uno uincuntur.

22 IAM PVDET INCEPTI nam pudet ad praeteritum spectat, piget ad futurum. et licet una paene sit significatio, tamen dicimus 'piget me illud facere', 'pudet fecisse'. unde et interdum — apud Sallustium praecipue — simul ponuntur.

23 ARBITER ALNO species pro genere. quilibet arbiter est magister id est gubernator.

25 OLENII ASTRI progressus haedorum serenus, quod sidus pluuiale est in ortu et in occasu serenum aerem facit. ut Virgilius ⟨Aen. IX 668 sq.⟩: 'quantus ab occasu ueniens pluuialibus haedis uerberat imber humum'. sensus: frustra nauigare compulit Olenii astri purior gradus.

26 HIBERNI SVBITVS IOVIS Arcadii, quod ibi fuerit capra, quae Iouem nutriuit, Amalthea.

27 CLAVSTRA TONANT cardines dixit, quia uoluuntur. ut ⟨Aen. I 90⟩ 'intonuere poli'. et quasi conuersum polum facit pondere congregatarum niuium. INCLINAT ORION Iuppiter et Neptunus, cum ad Oenorionem regem in hospitium uenissent et ab eo liberaliter recepti fuis- Lind. p. 84

1 sufficiatur **Pb** | dixit **Pa** ‖ 2 tideus **Pb** ‖ 4 Dorylas *om.* **P** ‖ 5 quatuor *om.* **LM** | uno] suo **Pa** | tronis **Pb** ‖ 6 inter sacra *mendosum est* ‖ 7 si cōflixerunt **LPb** | flixerunt **Pa** *corr. ex* fluxerunt **M** ‖ 9 *schol. om.* **LP** ‖ 14 speciē **L** spes **Pb** | progenie *superscr.* er **M** ‖ 15 est *om.* **MPa** id est **L** | id est **MPb** uel **LPa** ‖ 16 olenei **MPa** ‖ 17 occasu] hoc **Pb** hoc cāu **Pa** | aere **Pa** | facit aerem **Pb** ‖ 19 sensum **Pb** | olenei **MP** ‖ 21 SVBITVS *om.* **L** | Olenii dicit archadii **M** | arcadiiqʒ ubi **Pb** | fuerat **L** ‖ 22 nutriit **LPa** ‖ 23 sonant **Pb** | quia] qʒ **Pa** ‖ 25 congregatorum **Pa** ‖ 26 Oenopionem **L** *Mythogr.* enorionem **MPa** orionem **Pb** ‖ 27 excepti **L**

sent, optionem dederunt, ut, siquid uellet, ab eis exposceret. ille liberos sine coniuge postulauit. cui Neptunus et Iuppiter imperauerunt, ut tauri corium, quem eis immolauerat, terrae infoderet. illi in eo urinam fecere, unde natus est Orion. qui cum Dianae stuprum inferret, illa Terrae ope scorpionem uindicem sumpsit. quem occisum Iuppiter in caelum transtulit. simili modo et Diana uindicem suum inter sidera collocauit. — mensis ergo Ianuarii tempus poeta describit, quo Orion in occasu est constitutus.

30 NESCIVS qui nesciret, non qui nesciretur.

32 MAERENTIBVS INCREPAT aut sollicitis, quibus nox maerore geminari uidetur, aut maerentibus dictis.

35 HYPERIONA PONTO cum primum oceano sol exit. ex Hyperione autem Graeci fabularum scriptores stulte natos esse finxerunt uenerabiles deos, Solem et Lunam, pariter et Auroram, sperantes ueluti stolidi homines, quia falla- ciis superorum numinum natiuitatis posset fides offerri ab his, qui non nouerunt nec mundum nec diem sine Sole Lunaque esse potuisse a primordiis rerum nec tanta lumina utero fuisse gestata. Hyperiona ergo non, ut Graeci

1 expectent (= expeteret) **Pb** ‖ 3 imperarunt **LPa** | quem *superscr.* đ **M** | inmolauerat *corr. ex* inmolauerunt **M** ‖ 5 quam *corr. in* qui **M** | stupri uim ferret **Pb** stuprum inferre uellet **L** stuprum ferret **Pa** ‖ 7 et *om.* **M** | diane **Pa** ‖ 8 in cęlum conlocauit **Pb** | ianuari **Pb** ‖ 9 occasum **Pb** occassus **Pa** ‖ 10 nesciret non qui *om.* **Pa** | qui[2] *corr. ex* que **M** ‖ 11 INCREPAT *om.* **Pb** sollicitus **Pa** ‖ 12 maerore nox **LP** | geminare **Pb** *corr. in* geminari **M** ‖ 13 primo **P** | cano **MP** ‖ 14 hi(m)periona **P** | scriptores fabularum **M** ‖ 16 ueluti **MP** uidelicet **L** | solidi **Pb** | *in restituendo loco corruptissimo imprimis* **M** *secutus sum* | quia **M** quia eorum **Pc** suis **LP** ‖ 17 superborum **Pc** sup *superscr.* erorum **M** *om.* **LP** | numinum *om.* **LP** *om. superscr.* **M** | natiuitates **L** siderum **P** | fides *om. superscr.* **M** *ante* natiuitatis *praebet* **Pc** fidem *post* auferre **P** *om.* **L** | posset auferre se *superscr.* ꝉ offerri **M** potuisset offerri **Pc** posse auferri **L** posse se auferre **Pa** se posse auferre **Pb** | ab *om.* **P** ‖ 18 qui *om.* **Pa** | non **Pc** *om.* **LMP** | neque .. neque **Pb** ‖ 19 luna soleque **Pb** ‖ 20 fuissent **Pa** | gestabat **Pb** | ut *om.* **Pa**

fingunt, Titanis filium accipiendum, sed simplicitate Latina explicandum est ambiguum Graecitatis: Hyperiona dicunt 'super omnia saecula'.

36 IMA FLAGELLATIS dicunt physici, quod suis fixâ ponderibus in aere librata pendeat tellus. et omne graue cum pendet, si motum habeat, flagellatur. ergo terra cum in medio fuerat aere librata, motum passa est, suis flagellata ponderibus.

39 SEPTENAEQVE IVGO CONCVRRERE PORTAE Thebarum portas ostendit, quia dicitur Thebana ciuitas septem habere portas. unde a Graecis ἑπτάπυλος dicta est.

40 ET PROPE SVNT CAVSAE quibus prodigia ista contigere.

42 HAEMONIDES hic est, quem Tydeus, ut uictoriae suae esset testis, non est dignatus occidere. DVBIVSQVE NOTARI tempus diei significauit et noctis, quo difficile Lind. p. 85
hominis uultus ad perfectum potuisset agnosci. sensus: quamuis per obscurum nuntius agnosci non posset, quid tamen nuntiaturus esset, manifestis agnouerant signis.

44 LACRIMAS NAM PROTINVS OMNES F. id est: quis esset, adhuc ignorabatur, et tamen, quid nuntiaret, habitus et gestus eius prodiderat.

47 ABEGIT numerum per diuersa dispersit.

48 ET HIBERNAE quia signa tempestatis in lunae sunt cornibus constituta.

1 fingunt est **Pb** | Titanis filium *om.* **P** | latina simplicitate **LP** ‖ 4 flagellatus **Pa** | ducunt **Pb** | quod *om.* **Pb** ‖ 6 cum[2]] quoniam **Lc** ‖ 7 liberata **Pa** ‖ 10 portas Thebarum **LP** | qȝ **Pa** ‖ 11 a *om.* **LPa** | septapilos **Pa** heptapolis **Pb** epta polos *corr. in* eptaphilos **M** | *post* dicta est *secuntur in* **M** *haec*: Thebę ergo egypti ciuitas a qua thebei ekatonpilos i. c. portarum. *eadem fere leguntur in Mon.* ‖ 12 cūtingere **Pa** ‖ 15 testis esset **LP** ‖ 16 signauit **L** designauit **P** | quod **L** ‖ 17 potuisset ad perfectum **Pb** | sensum **Pb** ‖ 18 quamuis . . . agnosci *om.* **Pb** | non posset agnosci **M** | quod **P** ‖ 19 agnouerunt **Pb** ‖ 20 *schol. uncis seclusit Kohlm.* | F. *om.* **LP** ‖ 21 ignorabat **Pb** | qui **Pa** quod **M** | nuntiasset **M** ‖ 23 abigit **Pb** | diuersam̄ **M** | dispergit **Pa** ‖ 24 Ethymone **Pa** | qȝ **Pa** qui **Pb** qua *add.* si **M** ‖ 25 cornibus sunt **L** | *post* constituta in **L** *secuntur*: DOMINO. id est hero.

52 TAVROS comparatione ergo tauros dixit, aut quia solent tauros lupi uincere.

55 TOLLVNT CLAMOREM tantum clamorem tulerunt, quantus fit in ciuitate ab hostibus capta aut naufragio iam carinam mergente.

63 VAGA LVMINA absolute stellas dicit, ut sit generaliter, aut quinque planetas Saturni, Iouis, Martis, Veneris et Mercurii. ceterum Sol et Luna non sunt stellae nec ex planetarum numero, sed totius mundi duces ac domini.

64 ET TE MALA PROTINVS ALES quoniam manu sua erat periturus, ait 'mala ales' id est malum augurium. quotienscumque enim ales feminino genere dicitur, malum Lind. p. 86 por|tendit augurium, ut Horatius ⟨ep. X 1⟩: 'mala soluta nauis exit alite', masculino autem bonum demonstrat, ut Virgilius ⟨Aen. XII 247⟩: 'namque uolans rubra fuluus Iouis ales in aethra'.

67 IGNARA MOVERI ATROPOS quae ab his, quae semel mortalibus statuit, moueri non possit. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 334⟩: 'Fortuna omnipotens et ineluctabile Fatum'.

69 PRODIGA VITAE PECTORA quemadmodum fortunarum prodigus dicitur, qui patrimonium decoquit, ita et uitae prodigus, qui non terretur exitio, sed uitam prodigere uult id est effundere. pectora autem dixit nihil horrescentia.

71 ASPICIAS utar, inquit, libertate, qua non utitur, nisi qui mori paratus est. ut Virgilius ⟨Aen. X 881⟩: 'desine, nam uenio moriturus'. et hoc clamore pronuntiandum. hic enim uerbis satisfacit dolori suo peritura libertas.

---

1 conparationem **M**(**P**) | ergo] *om.* **L** ero *corr. in* uero **M** | *latetne* comparationis ergo? ‖ 4 quantum **Pb** | fuit **Pa** ‖ 5 carina **LPb** carinā **Pa** *corr. ex* carina **M** ‖ 7 aut *om.* **Pb** | Iouis] unus//// **M** ‖ 8 et sol et **Pa** ‖ 10 id est quoniam **Pa** quem **M** ‖ 11 ait| aut **Pb** ‖ 12 enim *om.* **Pb** | dr̃ genr̃ **M** ‖ 15 rubra *om.* **LMP** | filius **M** fluuis **Pb** | aethera **L** ‖ 19 Fatum *om.* **Pa** ‖ 20 fortuna **Pa** ‖ 21 qui . . . prodigus *om.* **Pb** | uite prodigus dicitur **Pa** ‖ 22 prodigeri **Pa** ‖ 23 effundere **LMP** finire **Pc** | dicit **L** | nil **LP** ‖ 24 quia **M** ‖ 25 est *om.* **Pb** | ut *om.* **LPb** ‖ 26 iam **MPb** | pronunciando **Pa**

72 MOVISTI aut ius legationis aut iura pietatis aut legationis leges.

73 GLISCIS hic 'cupis' significat. id est cupiditatis tuae crescit incendium.

75 TE DIRO HORRORE VOLANTES Q. A. integer se oculis tuis ingeret numerus occisorum. et dicendo 'quinquaginta animae' se quoque optima uirtute iunxit occisis. VOLANTES quasi circa ora tua uolabunt et ingerent se oculis tuis. sapientes dicunt nocentium esse poenas, si quasdam figuras cum uiderint, timeant. ut Virgilius ⟨Aen. IV 386⟩: 'omnibus umbra locis adero', et ut ostenderet hoc sceleratorum esse supplicium, adiecit: 'dabis, improbe, poenas'.

79 ET NON CVNCTATOR INIQVI qui iniusta omnia poterat sine dubitatione complere.

81 PROTVRBARE ne conuiciaretur regi aut se certe iuste percuteret.

82 ET NVNC TRVCIS ORA TYRANNI quasi utrumque aspiciens, quid esset fugiendum, quid dulcius uideretur, ferrum aut tyrannus.

84 IMPERDITA TYDEO PECTORA id est quae Tydeus noluisset occidere. Virgilius ⟨Aen. X 430⟩: 'et uos, o Grais imperdita corpora, Teucri'.

85 EREPTA FATA in proelio paulo ante dilata.

87 TE SVPERIS FRATRIQVE eclipsis figura. deest enim 'relinquo puniendum'. quasi festinus in uulnere orationem

---

1 aut ius legationis *om.* **L** | pietatis iura **L** ‖ 3 hic *om.* **Pb** | significat *om.* **Pb** ‖ 4 indicium **M** ‖ 5 Q. A. *om.* **LP** ‖ 6 ingeret … oculis tuis *om.* **Pb** ‖ 7 animose se **L** ‖ 9 nocentum **LP** ‖ 10 unde **LPa** ‖ 11 hec **Pa** ‖ 12 inprobe **Pa** ‖ 14 INIQVI . . . dubitatione *om.* **Pb** | quia **L** ‖ 15 est complere **Pb** ‖ 16 PERTVRBARE **L** perturbatne **Pb** | conuitia faceret in regem **L** | regem **Pa** *corr. ex* regi **M** | certe *om.* iniuste **L** ‖ 18 ORA *om.* **Pb** ‖ 19 esse **Pa** ‖ 20 an **Pb** ‖ 21 Inperdita **MPa** | qui **Pb** ‖ 22 Virgilius *om.* **P** ut **M** ‖ 23 grai **Pb** | inperdita **M** | pectora **Pb** | Teucrum **L** ‖ 25 Ellipsis **L** eclipsi **Pb** | deest] est **Pb**

implere non potuit. ut Virgilius ⟨Aen. IV 76⟩: 'incipit effari mediaque in uoce resistit'.

88 DOLORI PVGNAT contra dolorem repugnat, ne putaretur sentire, cum moritur.

Lind. p. 87 92 TVRBATAQVE MVSSANT bene 'mussant', quia nulla loquendi libertas est sub tyranno. ut Virgilius ⟨Aen. XI 344 sq.⟩: 'cuncti se scire fatentur, quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant'.

94 ET TORVVM id est adhuc toruum, adhuc minantem. Sallustius de Catilina ⟨61, 4⟩: 'ferociam, quam uiuus habuerat, in uultu retinens'.

95 LAETATI non diu gauisi, quod rediit, quia statim se peremit.

97 PACEMQVE SEPVLCRI quia dixit inquietam illis fore animam, qui ferro pereunt aut insepulti remanent.

98 NEQVIQVAM bene 'nequiquam', quia secundum Epicurum nihil mortui sentire uidentur. unde Virgilius ⟨Aen. II 646⟩: 'facilis iactura sepulcri'. quorundam enim opinio est animas cum corporibus interire, ut Lucretii. iuxta hos homini sepultura nihil prodest.

100 PASSVRE SITVM obliuionis mala minime patieris. unde Virgilius ⟨Aen. IX 446 sq.⟩: 'si quid mea carmina possunt, nulla dies unquam memori uos eximet aeuo'.

102 SANCIRE VIAM uiam dedisti, per quam contemnendo regiam potestatem ad libertatis possimus insignia peruenire.

---

1 inplere **M** complere **Pb** ‖ 2 affari **Pb** ‖ 3 repugnat *om.* **Pb** pugnat **M** ‖ 5 que **Pa** qua **M** ‖ 7 quod **MP** ‖ 9 ET *om.* **L** | id est *om.* **Pb** ‖ 10 de Catilina *om.* **L** | uiuus *om.* in uultu habebat adhuc retinens **Pb** ‖ 12 qua **M** | quia *corr. ex* qua **M** et **Pb** | se statim **LP** ‖ 14 SEPVLCHRI **LM** | qui **P** | dicit **Pb** ‖ 15 quia **M** | perierũt **Pb** ‖ 16 NEQVICQVAM . . . nequicquam **L** | que **Pa** ‖ 17 unde] ut **L** ‖ 18 sepulchri **LM** | quorumdam **LP** ‖ 19 ut *om.* **Pb** | lucretius **M** Lucret. **LP** ‖ 19 iuxta hos homini *Barth.* | iusta **LPb** iusti **M** iux̃ **Pa** | hos *om.* **LMP** quae **Lc** ‖ 20 hominis **LMP** ‖ 21 passura fatum **Pb** | malum **Pb** ‖ 23 exibet **Pa** *corr. ex* eximet **M** ‖ 24 uiam *om.* **Pb** | dedisti **M** dicit **LP** | contendo **Pb** ‖ 25 insignia possimus **L**

105 LAVRO SVA propter Daphnen dicit, cuius arborem aeternum uiuere uoluit pro perpetuitate amoris sui.

106 ET NEMORVM DODONA PARENS in Chaonia regione, quae pars est Epiri, Dodonaei Iouis templum esse dicitur notum numinis reuerentia, ubi duae columbae fuisse dicuntur sedentes super duas quercus et responsa dantes, exprimentes in mutis animalibus, quod homo adorare uellet. et postea una earum transuolauit Delphos, quae ciuitas in regione Boeotiae est iuxta Parnasum montem eiusdem regionis, ibique Delphici Apollinis oraculo opinionem parauit. altera Ammonis Iouis templum in Africa tenuit. Dodonaeum igitur fuit oraculum Iouis in Epiro, ubi de quercu columba hominibus responsa dabat.

107 SVSPENDERE sollicitos facere. ut Virgilius ⟨Aen. III 372⟩: 'suspensum numine ducit'. sensus: otia habebunt oracula te mortuo, hoc est propter tuum interitum conticescent.

109 ELYSIAS hunc solum de Thebanis dicit Elysios promeruisse campos, ceterum pro meritis scelerum nullam ad Elysios campos animam Thebanam peruenire.

113 ET NEMVS ET TRISTIS VOLVCRVM REVERENTIA SERVAT

---

1 *schol. hoc loco om. post schol. u. 107 praebent* **MP** | LAVROQVE (*om.* SVA) **L** | daphnin **M** daphnem **Pb** dāpnū **Pa** | dicit *om.* **MP** ‖ 2 uirere **L** | *post* amoris sui *in* **M** *leguntur haec:* in eius namq; laurum tutela ascribunt. unde eum amasse daphnin penei fluminis filiam. et unde laures nasci posset nisi ex fluuialibus aquis. maxime quia eiusdē penei fluminis ripę habundare dr̃. at uero amica apollinis ob hanc rem uocata est quia illi qui de somniorum intertēptatione scriperunt dicunt quod si laurum dormientibus ad caput posueris uera somnia ee͠ uisuros. *similia praebet* **Pc** *cf. Kohlm.* Neue Schol. p. 6. Myth. II 23 ‖ 3 ET . . . regione *om.* **Pb** ‖ 4 est pars **Pb** | esse templum **Pb** ‖ 5 nominis **Pa** ‖ 7 mutis *corr. in* multis **Pa** | quid **L** ‖ 8 earum] ex **Pa** | transuolat **Pb** ‖ 9 est in regione tratis **Pb** | est *om.* **L** ‖ 11 Hammonis **LPb** amonis **MPa** ‖ 13 omnibus **Pa** ‖ 14 ut *om.* **Pb** ‖ 18 ELYSIOS **LPb** ‖ 20 thebanam animam **M** | prouenire **P** ‖ 21 tristi **MP** | SERVAT . . . reuerentia *om.* **Pb**

aut quae mortuo exhibetur reuerentia, aut quod ore prohibebantur attingere.

Lind. p. 88 116 QVISQVE SVAS AVIDE ad suas quisque lacrimas, id est quas de suis habituri sunt. et est uerbum sine praepositione. ut Sallustius: 'radicem montis accessit'.

118 SOLANDI STVDIO quorum licet nemo fuisset occisus, tamen solandi gratia sequebantur.

121 INFAMES SCOPVLOS aut Sphingos caedibus notos, aut quia illic a Tydeo quinquaginta confossi sunt. ut Horatius ⟨carm. I 3, 20⟩: 'infames scopulos Acroceraunia'.

124 ACCENSA id est suorum cadaueribus uisis.

126 LVCTVS ATROX hoc totum poetice incorporauit.

128 PROCIDVAE paene cadentes id est ruentes in faciem.

129 LVMINA SIGNANT id est claudunt oculos mortuorum.

131 NEQVIQVAM quia mortuis nullus doloris sensus est.

Lind. p. 89 134 MAGNA PARENS IVVENVM ibat enim ad sepulturam duorum. IDE nomen est mulieris, cuius duos filios geminos a Tydeo diximus interemptos. ergo Graeca declinatio: nominatiuus 'haec Ide', ⟨genetiuus⟩ 'huius Ides'.

135 SVBLATA COMAM squalentem comam sublatam habens.

137 TERROR INEST LACRIMIS id est prae dolore luctus coeperat esse terrori. sexus oblita quippe uirorum fortium mater durauerat.

138 VOLVTANS πάθος doloris a facto.

---

1 quae] quia **L** | quia **L** ‖ 3 SVAS *om.* **Pa** | AVIDE *om.* **MPa** id est **Pb** ‖ 5 *fragm. inc. 159 Gerlach., 6 Kritz.* | excessit **L** ‖ 7 grā *add.* m **M** | sequantur **Pb** ‖ 8 aut Sphingos . . . scopulos *om.* **Pb** ‖ 9 quia] qȝ **Pa** | illi **M** ‖ 10 infame[s] **M** | acroceraunię **M** ‖ 12 incorporauit] INVENTAQVE MONSTRANT CORPORA **Lc** ‖ 13 paene] quasi **Pb** | irruentes **L** | in ferem **Pb** ‖ 15 NEQVICQVAM **LP** | quia] q̃ **Pa** | nullis **M** | sensus est doloris **Pb** ‖ 17 est *om.* **Pa** ‖ 18 declinatio] de libro **Pb** ‖ 19 nominatiuo **LP** | hic **Pb** *om.* **L** | genetiuus *om.* **LMP** ‖ 20 squalentem *corr. ex* squalitatem **M** | sublata **Pa** ‖ 23 terror. Sensus **L** | quidem **L** | duorum uirorum fortium **Pb** ‖ 25 dolores **MPa** dolorem **Pb** | fato **Pb** *corr. ex* facto **M**

139 OMNIQVE IN CORPORE PLANGIT omnia putans filiorum esse cadauera per errorem lamentabatur per singula corpora.

140 THESSALIS HAVT ALITER BELLO GAVISA R. sic etiam in Lucano ⟨VI 624 sqq.⟩ maga uidetur esse descripta, recens cadauer quaerens occisi hominis. constat enim animas eorum, qui olim defuncti fuerunt, reuocari non posse.

141 CVI GENTILE NEFAS id est cui proprium hoc et facile est, quia omnimodis suae gentis est crimen hominem reuocare. ut Virgilius ⟨ecl. VIII 98⟩: 'saepe animas imis excire sepulcris', ut in corpora iterum hominum redire compelleret.

142 MVLTIFIDA multifarie fissa.

144 EXPLORAT MANES innoxia uirorum. BVSTO mortuo uel cadaueri.

145 QVERVNTVR id est dolent sibi requiem tolli.

150 LACRIMISQVE OCVLI obducuntur enim oculorum uisus humore lacrimarum. qui ubi profusus fuerit, reddit aspectum.

152 TVOR pro intueor. EXTREMO IN FINE LIGAVIT memor poeta superioris descriptionis. ait enim ⟨II 637 sq.⟩: 'exit et in fratrem cognataque pectora ferro traicit'.

155 TANGERE aequare, contingere.

156 TITVLIS titulus est memoria bonorum factorum,

---

2 cadauera contra per **Pb** ‖ 4 HAVD **LPa** aut **Pb** | bella **P** | R. *om.* **LP** ‖ 5 magna **P** ‖ 7 eorum] quorum **Pb** | ex longo olim tempore **Pa** olim longo tempore **Pb** | disiuncti **Pb** | euocari **LPa** euocare **Pb** ‖ 9 hoc est **Pb** | hoc . . . est *om.* **Pb** | et *om.* **MPa** ‖ 10 qȝ **Pa** | omnis malus **P** omnis malis **M** | gn̄is **Pa** ‖ 11 renouare **Pa** | imis animas **Pb** ‖ 12 corpora *corr. ex* corpore **M** ‖ 13 compellat **Pb** ‖ 14 id est multifariam **Pb** ‖ 15 uulnera innoxia **Lc** ‖ 16 uel] ut **Pb** ‖ 17 id est *om.* **Pb** | requiem sibi **Pb** ‖ 18 oculi *corr. in* oculis **M** | deducitur **Pb** ‖ 19 perfusus **Pb** | redit **Pa** reddi **Pb** ‖ 20 aspectu **Pa** ‖ 21 intuor **LP** ‖ 23 Fixit **L** | et *om.* **Pb** | telo conserit *Statius* ‖ 25 TITVLIS . . . mortuorum *om.* **M** | est *om.* **Pa** | beneficiorum **Pb**

qui solet superponi tumulis mortuorum. ANTEIRE PARENTES Nioben specialiter tangit.

157 DEXTRAQVE in sorte prospera.

Lind. p. 90 158 QVIS STERILES THA|LAMI quibus thalami infecundi. ET NON VLVLATA LVCINA id est non inuocata parturientibus prae dolore. ut Terentius ⟨Adelph. 487⟩: 'Iuno Lucina, fer opem, serua me, obsecro'. quanto melius, inquit, cum illis agitur, quae propter sterilitatem suam non subiacent orbitati.

160 CAVSA LABOR mire dixit, ut liberos cum labore genuisse uideatur, quos nunc cernit exstinctos. laboraui ergo, ut infelix fierem. IN LVCE PATENTI publice, honesto interitu. quia nocte occubuerunt nec luce pugnantes, ubi uirtus potuisset uideri. [alii: querela, quod inglorii nocte perierunt.]

161 AETERNAQVE quae essent apud omnes gentes memorabilia.

163 NVMERANDAQVE quia inter paucos nec in magno proelio concidistis [aut quia nocte perempti fuistis].

164 ET SINE LAVDE quia non inter cuneos hostium nobilis est datus interitus.

167 INDISCRETIQVE SVPREMIS una uobis traditur sepultura, quos nec in morte fata discriminant.

169 DIGESTA id est dispositis cadaueribus urnisque iam cognitis.

171 PVERIQVE RVDES aut aetate breues aut malorum ignari.

172 PACTVM sponsum. ut Virgilius ⟨Aen. X 722⟩: 'et pactae coniugis ostro'.

---

2 niobem **Pb** ‖ 3 in] id est **L** ‖ 4 infoecundi **LMPa** inficiendi **Pb** ‖ 5 id est] dea **Pa** dea id est **Pb** | uocata **Pb** ‖ 8 qui **Pb** ‖ 11 nunc *om.* **MPa** | uidet **Pb** ‖ 12 ergo] enim **M** | IN *om.* **Pb** ‖ 13 qȝ **Pa** ‖ 14 alia **LPb** | ingloria **Pa** | nocte inglorii **Pb** ‖ 16 -QVE *om.* **LP** | gentes *om.* **Pa** ‖ 18 qui **L** *om.* **Pa** ‖ 19 proelio *om.* **Pb** | conciditis **Pa** concideris **Pb** | qui **Pa** | fuistis *om.* **P** ‖ 20 qȝ **Pa** ‖ 21 nobis **Pb** | est *om.* **Pa** ‖ 22 SVPREMIS *om.* **MP** ‖ 25 conditis **L** ‖ 26 aut¹ *om.* **M** | ad etatem **M** ‖ 29 ostro *om.* **LPb** o. **MPa**

176 GRANDIOR AEVO quo in loco Aletes aeuo grandior lugentibus ante rogos suos gemitus solabatur.

179 SAEPE QVIDEM INFELIX haec oratio consolationem tenet, quae constat exemplis. ut Virgilius ⟨Aen. I 199⟩: 'o passi grauiora'. dicit autem nunquam tantam scaenam infelicitatis accidisse Thebanis. et ne contra praeceptum faciat, si infelicitatem carere dicat exemplo, ideo dicit ⟨u. 191⟩ unum diem posse istis cladibus comparari, quo Niobe quattuordecim filios uno momento ira numinum perdidit. omnes enim reliquae historiae de Thebanorum calamitate, praecipue ex superioribus, bene iam notae sunt.

182 VNDE NOVI FETVS proprie fetus, quia fetus terrae partus est. ut Virgilius ⟨georg. I 82⟩: 'sic quoque mutatis requiescent fetibus arua'. Lind. p. 91

185 CONSEDIT corruit, consumpta est. NEQVE FVNEREA putabat se occiso filio Learcho Athamas gloriam consecuturum, quem prae furore feram putauit. gloriabatur ergo insana mente uenationis euentu.

186 DE MONTE de quo Leucothea se cum Palaemone praecipitauit in fluctus.

188 HIC GEMITVS THEBIS talis qualis nunc est quinquaginta hominum clade peremptis.

189 FVROREM VICIT resipuit ad hoc solum, ut agnosceret orbitatem.

190 EXPAVIT quia adhuc causam nesciebat.

191 VNA DIES prope est, ut haec infelicitas consolatione

---

1 eletes **Pb** ‖ 2 gemitus *om. add.* **M** ‖ 3 haec oratio] hoc ideo **Pb** | consolationis **Pa** ‖ 4 continet **L** | quod **Pb** ‖ 5 tam **Pb** tanta **Pa** | obscenam **Pb** scemam **L** *superscr.* famā **M** scenam **Pa** ‖ 6 infelicitatem **Pb** ‖ 7 cauere **MP** | dicat] dixit **P** ‖ 10 omnis **Pa** ‖ 11 ex *om.* **Pb** ‖ 12 sed unde **Pb** | q̄ **Pa** ‖ 13 quoque] cum **Pb** ‖ 14 requiescent **MPa** requiescunt **LPb** ‖ 15 corruit *corr. ex* corrupit **M** | FVNERA **LPb** funere **MPa** ‖ 17 consequiturum **Pb** ‖ 18 sana mentis **Pb** | euentum **M** ‖ 19 de . . . Palaemone *om.* **Pb** | se leucothea **M** ‖ 20 praecipitauit in fluctus cum Palaemone **L** ‖ 23 respuit **Pb** *superscr.* i **Pa** *corr. ex* resipit **M** ‖ 25 nesciebat causam **M**

careat, si nihil unquam tale contigit. ideo subdidit exemplum. quia, ut Ouidius ⟨met. VI 165 sqq.⟩ ait, Niobe Latonam coli uetabat in se cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque sexu liberorum se iactabat fetibus anteire. T a n t a l i s autem Niobe, quia Tantali fuit filia. filii Niobes hi: Archemorus, Antegorus, Tantalus, Phaedimus, Sipylos, Xenarchus, Epinicos. item filiae: Astycratia, Pelopia, Chloris, Cleodoxe, Ogime, Phthia, Neaera.

193 INNVMERIS quia innumera orbitas cinxerat matrem, ut nunc uirorum fortium caede circumuallabat orbitas ciuitatem.

194 CORPORA TOT quia pro numero filiorum rogos quoque mater exstruxerat. RAPERET TERRA illa re raperet. nam hodie quoque Niobe sic pingitur: gremium conferta tot natis, dum unum quemque amplecti manibus affectat.

196 LONGO EXAMINE id est turba.

197 INVIDIAM PLANXERE DEIS ut Lucanus ⟨II 35 sq.⟩: 'et nullis defuit aris inuidiam factura parens'.

198 BINA PER INGENTES Thebae a ueteribus heptapylae sunt nominatae, quia septem portis ambiebantur. ut ostenderet Nioben quattuordecim habuisse filios, ait:

---

1 contingit **Pa** ‖ 2 qua **Pa** | Niobe *om.* **M** ‖ 3 transferri **Pb** ‖ 4 hominis **Pa** | quod *om.* **Pb** ‖ 5 foetibus iactabat anteire se **L** | autem *om.* **Pb** *add.* **M** | quia *om.* **Pb** quod **Pa** ‖ 6 fuit *om.* **Pb** | niobe **MPa** | hii **Pb** i **Pa** | antogorus **M** ‖ 7 phadimos **MPb** phadimus **Pa** | Siphylos **L** sipilos **MPa** siphilos **Pb** | Exenarcus **Pa** xenarcus **M** xemarcus **Pb** | Epinites **L** epinitos **P** epitinos **M** ‖ 8 Asticratia **LMPa** astricatia **Pb** | Pelopeia **L** | cheloris **MP** | cleodore **Pb** | ogime *corr. ex* ogie **M** | Phega **L** phtia **MPa** phitia **Pb** ‖ 9 Neera **LP** ne////era **M** ‖ 10 qȝ **Pa** quia **LPb** q̃m **M** | cesserat **Pb** | ////unc [n] **M** ‖ 11 orbam **Lc** ‖ 12 ciuitatem orbitas **M** ‖ 13 q̄ **Pa** ‖ 14 queque **P** | m̃re struxerat **Pb** | illa terra **Lc** ‖ 15 hodie quoque **L** hodieque **Pa** hodie **Pb** hodique *corr. in* oblique *man. 2* **M** | sic *om.* **Pb** ‖ 16 complecti **M** ‖ 18 exagmine **Pb** ‖ 19 TRAXERE **L** | diis **M** ‖ 21 ab auctoribus **L** ‖ 22 q̄ **Pa** ‖ 23 niobe **MPa**

bina funera per singulas portas efferebant. ut et hinc daretur intellegi Thebanam ciuitatem septem portarum exitu decoratam.

203 MOLOSSI Actaeonem dicit, qui mutatus in ceruum Lind. p. 92
putatur, quod Dianam nudam aspexerat, et a suis dicitur canibus laniatus.

205 IN SVBITOS REGINA LACVS Dircen significat, quam Amphion et Zetus, Antiopae et Iouis filii, tauro uinxerunt, de cuius sanguine fons natus est eius nomine decoratus.

SIC DVRA SORORVM ideo, inquit, illa non fleo, quia patientius fertur, quod fato accidit. nunc ergo quinquaginta isti regis uitio ceciderunt. sic Cicero in Philippicis ⟨I 4, 10⟩: 'multa autem impendere uidentur praeter naturam etiam praeterque fatum'. ideoque poeta describit illud fatorum fuisse, hoc non. de qua re magna quaestio est. sed si philosophiae inuestigemus arcana — si haec tamen talia credamus euenisse — reperire possumus hoc magis fato factum, quam per Eteoclis insidias contigit. quod enim deorum iracundiis extra fatum? licet enim diis, qui ipsa fata senserunt, facere quod uelint. qui humanum genus hoc uinculo ligauerunt, ut iuuit suas uoluntates atque licentias. attamen si utrumque perpendas, et hoc de fato euenisse cognoscis. nam ut quinquaginta morerentur, per regis perfidiam contigit. et illa,

---

1 bine **Pb** | et *om.* **P** | 2 intelligi **LP** | 4 atheonem dixit **Pb** | ceruum *corr. ex* ceruam **M** ‖ 5 axpesserit **Pb** ‖ 8 letus **Pa** | Iouis et Antiopae **L** | iunxer̃ **M** ‖ 9 est natus **L** ‖ 10 illa inquit **Pa** | illam **Pb** | quia *om.* **Pa** ‖ 12 uitio *om.* **Pa** ‖ 13 inpendere **M** ‖ 14 etiam *om.* **LP** | praeterque **MP** et praeter **L** | *cf. schol.* II 191 | ideo et **LP** ‖ 16 si *om.* **Pb** | philosophice **L** ‖ 17 tamen haec **Pb** | talia tamen euenisse credamus **L** | euenisse credimus **Pb** | hec **Pb** ‖ 18 factum *spat. uac. rel. om.* **Pb** facto **Pa** | quod **LMPa** quam **Pb** | per *om. add.* **M** | contingit **Pa** ‖ 19 quđ **Pb** quid*?* ‖ 20 qui **M** quibus **Pb** qȝ **Pb** quia **L** | sanxerunt **Pb** | quia **L** | obligarunt **Lm** ‖ 21 ut iuuit **L** ut iuret in *Barth.* nunc **MPb** non **Pa** *Gudian.* ‖ 23 hoc] hoc et illud **L** hoc illud **P** | de *om.* **L** | cognosces **L** ‖ 24 morirentur **Pb** | per *om.* **Pb** | perfidia **Pb** | contingit **Pa** euenit **Pb**

quae superius facta narrauit de Dirce, de Niobe, de Pentheo, de Agaue, de Actaeone, etiam decreti fuisse poteramus agnoscere. omne enim, quodcumque, fato moritur. ut Virgilius ⟨Aen. X 467⟩: 'stat sua cuique dies'.

208 EXVIMVS perdidimus, tamquam quae tegerent aut ornarent.

209 EXTREMA DOLEMVS sensus: cum nondum bella commissa sint, iam timemus extrema bellorum, quae uicti pati consuerunt.

Lind. p. 93 216 VNDE EA LIBERTAS quaeritis, inquit, quo uoto Aletes crimina in regem libere congerat. uidet enim sibi et uitae finem propinquum et omne incolumitatis spatium esse translatum. et propter hoc, ne moriatur inglorius, quasi liber et constans, ut hoc de illo populus post loquatur, optat occidi. unde Lucanus ⟨III 134 sq.⟩: 'unam spem mortis honestae concipis'.

221 BISTONAS ET GETICAS gentes Thraciae crudelissimae, ob quam causam Mars de Thracia esse dicitur. ut Virgilius ⟨Aen. III 35⟩: 'Gradiuumque patrem, Geticis qui praesidet aruis'.

223 FVLMINE CRISTATVM quod exibat de crista galeae infinitum luminis habens. eratque galea in morem fulminis cristis ornata.

224 TRISTIA quae quamquam essent aurea, tamen tristitia non carerent, ut esset terror in pretio.

225 TONAT AXE POLVS incertum, utrum poli axem an currus dixerit. sed rectius currus axem accipimus.

---

1 superius **L** regibus **MP** | fata **Pb** | de dicere **P** ‖ 2 decretū **M** | poterimus **L** ‖ 4 Virgilius *om.* **Pb** ‖ 5 perdimus **Pa** ‖ 8 extrema bellorum iam timemus **Pb** ‖ 9 pacti **Pb** | consueuerunt **LPb** esueuerunt **Pa** ‖ 10 EA] et **P** | uultu **L** ‖ 12 et *om.* **L** | propinqum **Pb** | incolomitatis **M** ‖ 13 hec **M** | me *del.* **M** ‖ 14 quasi] qui **Pb** | de illo hoc postea populus **L** | populo **Pa** | poste **Pb** ‖ 15 unam **LPb** ‖ 16 concipitis **L** ‖ 18 esse de Thracia **LPb** ‖ 19 grandeuumqȝ **Pb** ‖ 21 exiebat **MPa** ‖ 22 lumen **L** | in modum **L** ‖ 24 aura **Pb** ‖ 25 crebant **Pb** ‖ 26 an . . axem *om.* **Pb** ‖ 27 currus[2]] currum **L**

226 AEMVLVS luce radianti par magnitudine.

230 SIC ENSE MADENS AC NVBILVS IRA madentem sanguine gladium tenens aut ferens et furore tristis.

231 EXTVRBENT RESIDES FRENOS id est uincula legis et foedera, quibus tenentur in pace. ut Virgilius ⟨Aen. XII 568⟩: 'ni frenum accipere'. ET CVNCTA PEROSI quasi communis uerbi sit participium: ut 'perosus te' et 'perosus tibi'. Virgilius ⟨Aen. VI 435⟩: 'lucemque perosi', alibi ⟨Aen. IX 141 sq.⟩: 'non genus omne perosum femineum'.

233 ET FOEDERA TVRBA ante bellum enim Thebanum inter Argos et Thebas odia penitus non fuerunt.

234 QVAE DEDIMVS concessimus tibi longa otia subito bello turbare.

239 ADDE FIDEM ut nuntianti Tydeo credat.

241 NIGRAE infernae, quia bellorum.

242 COLVS pensa. notandum: plurali numero declinatur. AB ORIGINE MVNDI secundum illos, qui dicunt nascente mundo praefinita esse hominum fata.

243 IN PROELIA NATI quasi mundi haec constituta sint lege, ut hi populi bellis intereant.

246 ARCEM HANC AETERNAM inter ortum et occasum Lind. p. 94 omne quod medium est, meridies nominatur et est sedes deorum. unde illud est Graecum ἁ μεσότης ἀρετά id

---

1 luci **L** | pari **Pb** | per magnitudinē **Pa** ‖ 2 SIC . . . madentem *om.* **Pb** | SIC *om.* **M** en **Pa** | ENSE] ipse **Pa** | AC] & **M** ‖ 3 ferens aut tenens **L** ‖ 5 tenentur *corr. ex* tenuntur **M** ‖ 6 ni] tu **Pb** | accipe **Pb** ‖ 7 te *om.* **Pb** ‖ 8 tibi ut **Pb** | lucem (*om.* que) **Pa** ‖ 9 perosos *Vergilius* ‖ 11 ante] atn **Pb** | enim . . . odia *om.* **Pb** ‖ 12 fuerant **Pb** ‖ 13 QVAE] cui **P** | tibi] uel **Pb** | ocia longa **LP** ‖ 14 bellū **Pa** ‖ 15 nuntianti *om.* **L** | Tydeo *om.* **P** | credant **Pa** *om.* **Pb** credatur? ‖ 17 nōtantū **Pa** notandū est **Pb** | declinatum **L** declinatas **Pa** declinata **Pb** ‖ 19 mundum **Pb** ‖ 20 nata **Pb** | mundi huius **Pb** ‖ 21 populi hi **L** | hi *om.* **Pa** | bellis populi **Pb** ‖ 23 uocatur **L** *om.* **Pb** ‖ 24 unde et **P** | illis **Pa** | est illud **L** | Graecum *om.* **M** | ἁ . . ἀρετά] *sp. uac. rel. om.* **Pb** ANNOTATE CAPETA **L** Anne tote capeta **Pa** anne tote //// capeta **M** (*erasae sunt literae* pa) *corr. Reifferscheid* (*Philol. XXIV p. 157*)

est 'aurea mediocritas'. inde facile apud Maronem Mercurius ad Atlantem uenit, quamuis ⟨Aen. I 225 sq.⟩ 'hic uertice caeli constitit'. intellegamus prope septentrionem.

247 ETIAM MIHI NVMINA FONTES ordo: testor Elysios fontes, qui etiam mihi sunt numina. ut Virgilius ⟨Aen. VI 324⟩: 'di cuius iurare timent et fallere numen'.

248 IPSE MANV THEBAS ut consoletur omnes, minatur Argiuis. constat enim timorem periculi accipere solatium, si hoc non solus quicumque patiatur.

250 VERTAM aut in mare traham aut diluuio conteram.

Lind. p. 95 253 MORTALIA CREDAS sic praecepto Iouis cuncta sunt territa numina, ut crederentur esse mortalia.

262 IAMQVE ITER EXTREMVM parte qua deficit caelum. ut Homerus ⟨Il. I 591⟩: ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο significans interuallum, quo terra separatur a caelo. ⟨CAELIQVE ABRVPTA⟩ sic et 'abrupta montium' dicimus. id est Olympi ardua. quod caelum dixere ideo, quia apex eius omnibus inuisibilis est. infra eum enim nubes sunt. ut Lucanus ⟨II 271⟩: 'nubes excedit Olympus'.

263 NVLLA FORMIDINE nec mirum, quod Martis arma non timuit, quae irati Iouis temnere consueuit iras.

264 IAM IAMQVE RIGENTES erectas siue horribiles. ut Virgilius: 'riget horrida tergo palla'.

266 ACCLINATA IVGO incumbens. Venus super iugum

1 *Horat. carm. II 10, 5* ‖ 2 *Aen. IV 238 sqq.* | sic *Vergil.* ‖ 3 intelligimus **LPa** intelligamus **Pb** ‖ 4 & (*om.* IAM) **Pb** | testor *om.* **Pb** ‖ 5 etiam *om.* **Pb** | sunt mihi **LPa** | Vnde **L** ‖ 6 dii **LP** ‖ 7 omnibus **L** ‖ 8 timore **P** | pericula **Pb** ‖ 9 hec non solum **Pb** | paciantur **Pb** ‖ 12 esse *om.* **LPa** ‖ 14 PIERIO λOCTE TλCCVNλIO BEλOIC TECNCIOI **L** pieno λOC TETλCYINλIOBEA . . . . **M** pieno axte tacto namo. Bunc te cincimj **Pa** *linea uacat* **Pb** *corr. Woelfflin. (Philol. XXIV p. 157)* ‖ 15 significas **Pa** ‖ 16 CAELIQVE ABRVPTA *suppleui ex coniectura* ‖ 17 id est] & **L** | QVOD CAELVM DIXERE **L** *locus corruptus uidetur esse* ‖ 18 infra *om.* **Pb** | eum *om.* **L** meum **Pb** | enim *om.* **Pb** ‖ 20 quia **M** *om.* **P** | maritum matrem amata **P** ‖ 21 natum **Pb** | iratum iouem timere **Pa** | iras *om.* **LP** ‖ 22 Vt iam **M** ‖ 23 *est Statii uersus: Theb. I 109 sq.* ‖ 24 Adclinata **MPb**

uultum madentem lacrimis oblicum tenens, ut hoc habitu Martem in amorem suum magis magisque succenderet.

269 SOCERO quia Cadmus Harmonien, Martis et Veneris filiam, duxit uxorem. iure ergo Martem socerum nominauit.

273 CRIMINIS HAEC MERCES adulterii scilicet, quia spreto Vulcano cum Marte concubuit.

274 LEMNIACAE DE TE MERVERE CATENAE quibus in Lemno deprensa cum Marte uincta fuit. quamquam Veneris et Vulcani notissima fabula sit, breuiter tamen exinde pauca perstringam. postquam filiabus Solis Venus amores immisit et singulae exitiali morbo · detentae interiere, Vulcanus Mineruae consilio monile astu perfecit. nam consciam facti Mineruam indicant oculi Gorgonae, quos dicit poeta ⟨Theb. II 278⟩ in illo monili gemmis insertos. fecit ergo monile pulcherrimum infausti ominis, quod dedit Harmoniae, cum Cadmo nuberet. cuius malo omine in dracones cum marito conuersa est. deinde hoc monile Semele gestauit, quae fulminibus Iouis absumpta est. inde habuit Ino, quae, a marito Athamante occiso per furorem uno ex filiis Learcho, cum alio id est Palaemone se praecipitauit in mare, ut mariti insequentis uitaret insaniam. post habuit Agaue et ipsa filium furore percussit. hae omnes filiae Cadmi et Harmonies fuerunt. habuit et Iocasta, quae per errorem filio nupsit. habuit et Argia, sed Eriphylae dedit, ut mariti proderet latebras.

1 obliquum **LPb** ‖ 2 in . . . suum *om.* **Pb** | succederet **P** ‖ 3 qua **Pa** | cadmo **Pa** | hermoniē **Pa** heomionem **Pb** ermionā **M** ‖ 4 filia **Pa** ‖ 6 adulteria **Pb** ‖ 7 sumpto **Pb** ‖ 9 deprehensa **LPb** | et ueneris et **Pb** ‖ 10 est **Pb** sit **LMPa** ‖ 11 amores uenus **Pb** ‖ 12 inmisit **Pa** | singulae *om.* **M** | exiciale **MPa** ‖ 13 perfecit **L** percepit **MPb** precepit **Pa** ‖ 14 conscia factum Minerua **LMP** *correct. ex Myth.* (II 78) | Gorgonis **L** gorgones *corr. in* gorgone **Pb** ‖ 17 aermonię **M** | ominis **P** *corr. in* omine **M** ‖ 18 dracone **Pb** draconē *corr. ex* dracones **M** ‖ 19 assumpta **L** adsumpta *corr. in* absumpta **M** ‖ 21 ex filiis uno **L** ‖ 23 post hanc habuit **L** ‖ 24 (h)ermione **MP** | fuerunt *om.* **Pb** | et *om.* **Pb** ‖ 25 argiua **Pa** ‖ 26 eriphile *corr. in* eriphili **M**

276 SERVIT TAMEN IRA MARITI iam nec coniugii memor est, quae uocat crimen. amat dolor acerbare coniugium. ut apud Virgilium ⟨Aen. IV 323 sq.⟩ hospitem appellauit Aeneam Dido furore percussa: 'cui me moribundam deseris, hospes? hoc solum nomen quoniam de coniuge restat'.

280 ARMA TIBI ut ⟨Aen. VIII 433⟩ 'Marti currumque rotasque uolucris'. TV aposiopesis. ut Virgilius ⟨Aen. I 135⟩: 'quos ego'. AENA aerea id est fortia.

283 INFAVSTISQVE DABAS HYMENAEIS Hymenaeus puer genere Atheniensis fuit. is cum annos puerilis aetatis excederet neque adhuc uirum posset implere, ea pulchritudine praeditus fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. istum cum una ex ciuibus suis uirgo nobilis adamasset, ipse mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens satis animo solo satisfaciebat aspectu. cumque nobiles feminae cum uirginibus sacra Cereris Eleusinae celebrarent, subito aduentu piratarum raptae sunt. inter quas etiam Hymenaeus, qui illam amatam fuerat subsecutus, qui puella creditur. cum igitur per longinqua
Lind. p. 96 maria praedam piratae uexissent, ad quan|dam regionem tandem deuoluti peruenerunt ibique somno oppressi ab insequentibus sunt perempti. Hymenaeus relictis ibi uirginibus reuersus Athenas pactus est a ciuibus dilectae

1 CRIMINIS HAEC MERCES **L** *recte ut uidetur* | maritis **Pa** | 2 aceruare **P** *corr. ex* aceruice **M** ‖ 3 Virgilius (*om.* apud) **Pb** | 4 me *om.* **Pb** ‖ 7 ut *om.* **Pb** ‖ 9 AHENA **L** aenea **P** *corr.* ex aena **M** ‖ 10 INFAVSTISQVE DABAS *om.* **MP** | HYMENAEIS *om.* **Pb** ‖ 11 atheniensis fuit genere **Pb** ‖ 12 pulcritudine **P** ‖ 14 is . . unam . . uirginem nobilem **L** ‖ 15 *ante* ipse *correct. add.* sed **M** | ortum **Pb** ‖ 17 animo *corr. in* animū **Pb** | satisfaciebat **MPa** faciebat **L** pascebat **Pb** ‖ 18 eleusina **Pb** ‖ 19 celebrabant **M** ‖ 20 illam *corr. ex* illo **M** illo **L** | amatam *corr. in* amauit **M** | obsecutus **Pb** ‖ 21 qui *Kohlm. coll. Myth. III* cui **MP** quod **L** | crederetur **L** ‖ 22 piratae . . . tandem *om.* **Pa** ‖ 23 tandem regionem **Pb** | perueniunt **LPa** | obpressi **M** ‖ 24 interempti **L** ‖ 25 a ciuibus pactus est **Pb** | dilectae *om.* **Pb**

nuptias, si eis suas filias restituisset. quas ubi pro uoto restituit, exoptatam accepit uxorem. quod coniugium quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen Hymenaei nuptiis miscere.

285 DE SANGVINE IACTAS propter quinque illos, qui de draconis dentibus nati sunt et occisis reliquis soli superfuisse dicuntur. qui condenti Thebas Cadmo socii fuerunt, id est Echion, Pelorus, Hyperion, Tydeus et Chthonius.

286 IOVIS SERIE GENVS Cadmi scilicet, cuius origo hoc ordine a Ioue descendit: Iouis filius Elus, Eli filius Belus, Beli et Libyae Agenor, Danaus et Aegisthus, Agenoris Cadmus, Cadmi Polydorus, Polydori Labdacus, Labdaci Laius, Lai Oedipus, Oedipi Ismene, Antigone, Eteocles, Polynices.

290 ILLYRICAS ubi Cadmus fugiens infortunia Thebarum, existimans se loco etiam mutare fortunam, cum Harmonie coniuge uersi sunt in dracones in Illyrico. ut Lucanus ⟨III 189⟩: 'Encheliae uersi testantes funera Cadmi'.

295 ET SACRA VOLVPTAS matheseos hic monstrauit. Lind. p. 97
si enim mixtus aliis sideribus Mars fuerit, uehementior truculentiorque fit, econtra si Iouis, bonus, si Veneris, supplex fiet.

1 filias suas **L** ‖ 3 nuptiis Hymenaei **LMP** ‖ 5 DE *om.* **MP** ‖ 6 de *om.* **M** ‖ 7 fuisse *add.* sup **M** | thebam **Pa** ‖ 8 pelogus **M** peloius **Pb** | hymppion **Pa** | t(h)ibeus **MP** Idaeus *Myth.* ‖ 9 donios **MPa** denios **Pb** ‖ 11 Iouis **LM** ius aliter ios et (*om.* **Pb**) iouis **P** | Eleus **L** belus **Pb** | Elei **L** | filius *om.* **LP** ‖ 12 uelus **MP** | ueli **MP** | et[1]] qui **Pb** | Aegisthus] *cf. schol. I 324* ‖ 13 Cadmus *om.* **M** | Cadmi Polydorus *om.* **P** | Labdacius Labdacii **L** ‖ 14 Laii **LPb** | ysmene **M** & Sineneae **L** sine nec **Pa** simeneȩ **Pb** ‖ 16 infortuna **MPa** | thebanorum **Pa** ‖ 17 cum loco **L** | etiam loco **Pb** ‖ 18 (h)ermione **MPb** hermonie **Pa** ‖ 21 *post* matheseos 'scium' *add. Barth.* | haec? ‖ 22 si *corr. in* sic **M** | Mars *om.* **Pb** | uehementior . . . Iouis *om.* **Pb** ‖ 23 et contra **Pa** contra **L** | Ioui **L** | Veneri **L** ‖ 24 supplex **LP** simplex *superscr.* sup **M**

296 VNAQVE PAX ANIMO pacem a Venere petiit, quia soli concessum est Martem domare. ut Lucretius ⟨I 31 sqq.⟩: 'nam tu sola potes tranquilla pace iuuare mortales, quoniam belli fera moenia Mauors armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se reicit aeterno deuinctus uulnere amoris'.

302 EXCIDERVNT propter metrum. ut ⟨ecl. IV 61⟩ 'longa decem tulerunt fastidia menses'. PRIVS IN PATRVI prius perdam condicionem huius potestatis, quam aliquando mei sanguinis obliuiscar.

[303 EXARMATVS id est prius perdam immortalitatem, quam mei generis obliuiscar.]

304 SVPREMI summi. ut Terentius ⟨Adelph. 196 F.⟩: 'pro supreme Iuppiter'. iureiurando confirmauerat se omnium meminisse, et superest, ut queratur contra Thebanos aliquid moliri. per uenialem statum excusat. dicit enim se facere, sed coactum.

305 NEQVE ENIM VVLCANIA nunquam enim ad haec potest mitti Vulcanus. et opportune obiecit imbecillitatem mariti, ut amorem Veneris in se transferret.

311 CONCIPE CARA METVS id est nolo timeas excidium Thebanorum, qui non uincentur ita, ut penitus pereant.

316 APERTO id est caelo.

318 IRA IOVIS id est fulmen. SI QVANDO quoniam hi montes tam finguntur altissimi, ut inter nubes potius delitescant.

---

1 una **Pb** | cui soli*?* ‖ 2 ut *om.* **L** ‖ 4 quoniam **L** quia **MPb** que **Pa** | uenia mauros **Pb** ‖ 5 omnipotens **P** | quia **Pa** *corr. ex* qui **M** | se *om.* **M** ‖ 6 reiicit **LPb** | amoris **L** mauors **M** mauoris **Pa** *om.* **Pb** | *uide Lucretium* ‖ 7 EXCIDERANT **L** ‖ 8 tulerant **L** tulere **Pb** ‖ 9 quiđe/// *superscr.* perdam **M** | ciuitatis **L** ‖ 11 *schol. om. in marg. add. man. 2:* id ē ... inmortalitatem **M** | id est *om.* **L** ‖ 13 ut Terentius *om.* **M** ‖ 14 se omnium confirmauerat **M** ‖ 15 querēti **L** ‖ 16 se excuset **L** ‖ 18 ENIM . . . nunquam *om.* **Pb** | uulcanalia **Pa** ‖ 19 et *om.* **Pb** ‖ obicit **Pa** probat **Pb** | imbecillitatem obiecit **L** *eod. ord.* **Pa** ‖ 20 transferat **Pb** ‖ 21 excidia **P** ‖ 22 uincetur **Pa** | ita *om.* **Pb** ‖ 23 id est *om.* **LPb** | 24 id est *om.* **Pb** ‖ 25 ita ut **L** | potius] penitus **Lm**

320 ARMAVITQVE IN NVBE MANVM n u b e m dixit fulmen. ut Virgilius ⟨Aen. VII 143⟩: 'ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem'.

321 TRISVLCA pro quadrisulca, quia fulmen ex quattuor consistit: aqua, igni, nube, uento.

322 DITIBVS locupletibus id est fertilibus.

323 SIGNA DARE ut signum det aut perituras esse fruges aut nauigantibus imminere naufragia.

324 IAMQVE EMENSVS ITER transitus ad Tydeum. Lind. p. 98

325 LEGIT praeterit. et est sermo nauticus. ut Virgilius ⟨Aen. III 292⟩: 'litoraque Epiri legimus'.

326 STANT horridi sunt, aut certe pleni sunt puluere.

328 RETRO maciem indicat, quasi retro facies eius ducta sit.

333 SVPERBIT omne quippe gaudium, quod est nimium, nostri nos facit immemores. ideo dixit superbire uirtutem, sicut animum uirtutemque transcendat.

334 VACVA quod in ea solus iacet. quasi ad gloriam suae uirtutis exspectet superato hoste pectus habere confossum. quem laus uictoriae et uicti gemitus consolantur.

337 ASOPON fluuius est Boeotiae. dicit autem omne spatium, quod inter Asopon et Argos interiacet, in bellum Tydei inflammationibus excitatum.

343 CREDERE SVADET Tydei relatione.

345 ET FORTE VERENDVS oeconomia opportuna. | quippe Lind. p. 99

---

1 Armauit **M** ‖ 3 ad ethera **P** ‖ 4 q **M** ‖ 5 consistat **Pb** *corr. in* consistit **M** | igne **M** ‖ 6 id est] uel **Pb** ‖ 8 nauigantis **Pa** | naufragium **Pb** ‖ 9 REMENSVS **LP** ‖ 10 praeterit *om.* **Pa** | et . . . legimus *om.* **M** | ut *om.* **LPb** ‖ 12 horrent **L** ‖ 13 quasi] certe **Pb** | faciem **Pb** | eius facies **M** ‖ 15 TVMET VIRTVS **L** | quod **L** qui **Pa** *corr. in* quia **M** quia **Pb** | nimium nostri est **Pb** est nostri animum **Pa** ‖ 16 inmemores **Pa** | immemores facit **L**(**Pa**) | dicit **L** | uictorem sicut si animo uirtuteque **Lc** ‖ 17 sicut] quia **Pb** | transcendit **Pb** ‖ 18 iaceat **LP** ‖ 19 exspectat **M** spectet **L** | confussum **Pa** ‖ 20 qʒ **Pb** | consolatur **LPa** ‖ 21 asapon **MPa** asopom **Pb** | omne *om.* **L** ‖ 22 iacet **Pb** ‖ 23 inflamationi **Pb** ‖ 25 ET *om.* **MP** | VERENDOS **LP** | quippe *om.* **Pb**

hoc actum est occasione concilii, ne reuertenti Tydeo publicus deesset auditor.

350 AEQVVM FAS quia scelerati hac spe peccant, dum sperant deos criminum uindices non fore. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 7⟩: 'contemptorque deum Mezentius'. nam sunt philosophi, qui, cum uideant naturae mala necessitate res contrarias ac pessimas in mundo parari, dicunt curam humanarum rerum penitus deos non habere. unde Virgilius ⟨Aen. IV 379 sq.⟩ Epicurum secutus ait: 'scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat'. aut si omnino ad deum humanarum rerum pertinet cura, crudelis est. ut idem ⟨ecl. VIII 35⟩: 'nec curare deum credis mortalia quemquam'.

351 AVT CVRA IOVIS quasi uiolatae hospitalitatis gratia deum hospitio praesulem uiolatum esse dixit. ut Virgilius ⟨Aen. I 731⟩: 'Iuppiter, hospitibus nam te dare iura locuntur'.

352 SAVROMATAS AVIDOS Sauromatae ultra Pontum sunt uicini sedibus Amazonum, ad quos non peruenit potestas Romanorum. unde Iuuenalis ⟨II 1 sq.⟩: 'ultra Sauromatas fugere hinc libet'. Sauromatas ergo Sarmatas dicit, genus hominum ad omne paratissimum scelus.

353 BEBRYCII NEMORIS Pollux cum Argonautis ad

1 hoc] quod **Pb** | consilii **L** | ne *om.* **M** | reuertente **Pb** reūteneo **Pa** narranti **L** ‖ 2 deest **Pa** ‖ 4 non *pos. post* dum **MP** | unde **L** ut de **M** ‖ 5 meleneius **Pa** ‖ 6 male **P** mala *corr. in* malā **M** | necessitatem **P** *corr. ex* necessitate **M** ‖ 8 humana **Pa** humanū *superscr.* ar **M** | deos *om.* **MP** ‖ 9 epicureū **Pa** | scilicet *om.* **Pb** ‖ 10 hic **L** his **Pb** | sollicitat **LPb** s. **Pa** sunt **M** | aut si omnino *om.* **Pb** ‖ 11 ac **Lc** | ad eum **MP** | non pertineat **Lc** ‖ 12 ne **Pa** ‖ 13 credis deum **Pa** | credas **L** ‖ 14 AVT *om.* **MP** | IVRA **L** | hospitalitatis uiolate **Pb** ‖ 15 hospitii **M** hospiciū **Pb** | inuiolatum **L** *om.* **Pb** | dixisset **L** ‖ 17 loquuntur **LM** l. **Pb** ‖ 18 Sauromatos **M** saromatas **Pa** ‖ 19 uicinis **M** | sedibus *om.* **L** | Amazonibus **L** amazonarum **M** amazona **Pa** | ad . . . Romanorum *om.* **LP** ‖ 20 ut **L** | sauromatos **M** saromatas **Pa** ‖ 21 libet et glacialem oceanum **L** | sauromatos **M** | sarmatas *superscr.* o **M** (*uocem deleu. man. 2*) ‖ 22 ad omne scelus genus hominum paratissimum **Pb** ‖ 23 BEBRYCI **L**

Bebryciam appulsus est, cum eum Amycus Bebryciorum rex ad caestuum prouocasset certamen. Amycus autem hanc consuetudinem semper habuit, ut insidiaretur in Bebrycio nemore, ubi, si quis forte aduena deuolutus fuisset, ab eo caestibus prouocatus occumberet. hunc Pollux eodem certamine superatum dicitur occidisse. hic autem Amycus Neptuni et Melopes filius fuit, quem Pollucem diximus prostrauisse. cuius mortem uindicaturi ciues cum Polluci instarent, Argonautae asserturi commilitonem suum in aciem processerunt uictoriamque Bebryciorum contulerunt. Bebrycia autem Bithynia est. ut Virgilius ad Daretis augendum uirtutis meritum dixit ⟨Aen. V 372 sq.⟩: 'qui se Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat'.

356 ARTAM COMPAGIBVS VRBEM muris ualloque munitam. quia 'urbem' dicere iactantis erat, ideo adiecit 'artam' id est angustam.

358 NOCTE DOLOQVE VIRI quantae occasiones periculorum fuerint, Tydeus exponit: nox, dolus, ipse inscius locus et tam aperte uicinus.

360 VACVAM uiris fortibus exhaustam.

369 PARABAS ut huiusmodi mihi parares insidias, aut certe qualis Tydeus reuersus est, talis et ego ad Argos redirem.

371 GRANDE NEGAVI utique ego debui proficisci, ut frater plenum parricidii titulum possideret.

373 CAVSA TVMVLTVS ut Virgilius ⟨Aen. IX 216⟩: 'ne matri miserae tanti sim causa tumultus'. **Lind. p. 100**

374 RES DEXTRA LEVAVIT nec me, inquit, tantum ex-

1 bebricam **Pa** | pulsus **Pb** | rex Bebryciorum **L** ‖ 3 in *om.* **MP** ‖ 4 nemori **LMP** | aduolutus **Pb** ‖ 6 aut **Pa** ‖ 7 Melies **L** ‖ 8 dicimus **Pb** | uendicaturi **Pb** ‖ 9 adsertori **M** assertori **P** ‖ 10 precesserunt **MPa** | uictorumque **MP** | tulerunt **L** ‖ 11 dicta est **L** | ut *om.* **Pb** ‖ 12 daritis **Pa** ‖ 14 ARCTAM . . arctam **LPb** | murisque **Pa** ‖ 17 periculum fuit **Pb** ‖ 19 locus **LMPa** loci **Pb** | uicimus **Pa** *corr. in* uicinus **M** | *scribendum puto:* et tamen aperte uicimus ‖ 22 ad argos . . . 371 . . ego *om.* **Pb** ‖ 27 neu *Verg.* | matris **MPa** | doloris *Vergil.*

tollit coniugii repentina felicitas, ut nesciam, quam sit durum quietos homines ad bella compellere. hoc autem mire anticipat, ne postea ipse culpetur. alioquin nullus magis bella desiderat. agitur quippe de eius imperio.

375 QVAM TRISTE REVELLI scio, inquit, quemadmodum durum sit a liberis distrahi ituris ad bellum.

376 VLLIVS DOMVS nolo domorum habere maledicta, si quae forte fuerint uiduatae necessitate bellorum.

377 TRVCES OBLIQVO LVMINE MATRES desiderio filiorum mihi infestae sunt. ut Horatius ⟨carm. I 1, 24 sq.⟩: 'bellaque matribus detestanda'. id est quarum filii me sequantur ad bella.

378 IBO LIBENS cum dicit 'ibo', facit, ut solus ire non debeat.

379 AVDITVS a me scilicet. ut obtemperans primum non isse sic. hoc dicit, ut intellegamus Polynicem ad Thebas ante ire uoluisse. sed prohibitum se ab Adrasto queritur, ut prius legatio mitteretur. artificiosa ergo conquestio est, quae sic agitur, ut in ultionem sui etiam nolentes ire compellat.

383 OMNIBVS VLTRO defectu orationis totius aperuit uoluntatem. nam dum astute repudiabat auxilia, id egit, ut mereretur. ultro bene, quia ille ingeniose noluerat putans se ultro uelle. aut ultro 'ultra' accipimus. ut Virgilius ⟨Aen. II 145⟩: 'et miserescimus ultro'.

386 SED ALTVS CONSILIIS profundus pater consilio siue prouidus. ut Virgilius ⟨Aen. VI 9 sq.⟩: 'arces, quibus altus Apollo praesidet'.

---

2 hec **Pb** ‖ 3 nullus] ipse **Pb** ‖ 6 iturus **Pb** | bella **LPa** ‖ 7 VLLIVS DOMVS *om.* **MP** ‖ 8 forte *om.* **LPa** | uiduate fuerint **Pb** ‖ 9 TRVCES . . LVMINE *om.* **MP** | filiorum desiderio **L** filiorum **Pb** ‖ 10 sunt *om.* **LP** ‖ 11 detestata *Hor.* ‖ 12 sequentur **Pb** ‖ 13 Iboque **MP** ‖ 16 non isse sic *om.* **L** | sic] significetur? ‖ 17 se *om.* **Pb** ‖ 18 queritur autem **M** | prius leg.] priuilegio **Pa** ‖ 19 agitur **M** ait **LP** ‖ 20 nolentem **Pb** | conpellat **M** compellant **Pb** ‖ 22 id] ita **Pb** ‖ 23 ut *om.* **Pa** | moreretur **M** ‖ 24 accipimus *superscr.* a **M** ‖ 26 pater . . . prouidus *om.* **Pa** | consiliis **LP** ‖ 27 siue *om.* **L** ‖ 28 persidet **L** *om.* **Pb**

388 ISTA QVIDEM SVPERIS more Romano orationem de bello habiturus primum sibi deos facit esse propitios.

398 EPIDAVRIVS ciuitas in Graecia, unde Aesculapius fuisse dicitur, medicinae artis inuentor. et bene perito medico illius ciuitatis tribuit gloriam, a qua inuentor artis ipsius dicitur sumpsisse principium.

399 NVNC VELOX FERRO non ad asperitatem rettulit, sed ad bene faciendum uelocitate operis, dum aliquid resecatur.

401 PRINCIPIA IRARVM id est orationis suae libertatem, uel quae huic ab Eteocle responsa fuerint.

403 VBI MAXIMVS ILLI SVDOR quos fortiores reppererit, apud quos tota uirtute pugnauerit.

404 SERVATVM MAEONA quemadmodum unum seruasset Maeonidem, qui indicia Thebanis acceptae cladis exponeret.

406 TYRIVSQVE INCENDITVR EXVL inflammatur Polynices referente Tydeo, quid fecerit, nimia aemulatione uirtutis.

407 DEVEXO MARGINE inclinato in eam partem mundi, Lind. p. 101
qua de caelo in oceanum mergitur. tota enim haec poetica descriptio translata est de Homero. ille enim hanc scaenam in Neptuni descriptione depinxit.

410 RAPIDIS PASSIBVS uelociter transeuntibus. ACCVRRVNT HORAE quasi Solis Horae sint comites. praeterea descriptionis istius consideranda pictura est, quemadmodum diuersa diuersis fungantur officiis.

413 MERITOS bene meritos, post laborem scilicet fatigatos. IVGALES equi Solis dicuntur Xanthus et Aethon,

---

1 ISTA . . . bello *om.* **Pb** ‖ 2 habiturum **Pb** | esse *om.* **LPa** ‖ 3 Epidaurus **MP** ‖ 4 inuentor . . . . artis *om.* **Pb** ‖ 6 dicitur *om.* **Pb** ‖ 10 suae] siue **M** ‖ 11 fuerunt **LPb** ‖ 12 reperit **L** rerum pererit **Pb** ‖ 14 SERVATVM MAEONA *om.* **MP** ‖ 15 Maeoniden **LPb** ‖ 16 Tyrius **Pa** ‖ 17 quot **Pa** | nimia *om.* **Pb** ‖ 20 quae **LPb** | mergit *corr. in* mergit^√ **M** | haec *om.* **LP** ‖ 21 descriptio poetica **Pb** ‖ 22 scemam **LM** ‖ 25 est pictura **L** | 26 funguntur **Pb** finguntur **MPa** ‖ 27 bene meritos *om.* **Pb** | scilicet *om.* **Pb** ‖ 28 Solis *om.* **Pb** | aethon *corr. in* aethus **M**

quorum nomina edidit Martialis libro octauo ⟨21, 7 sq.⟩ dicendo: ‘quid cupidum Titana tenes? iam Xanthus et Aethon frena uolunt’. Ouidius uero omnium quattuor equorum Solis nomina euidentius suis demonstrauit carminibus dicens ⟨met. II 153 sqq.⟩:

‘interea uolucres Pyrois et Eous et Aethon,
Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
flammiferis implent pedibusque repagula poscunt’.

415 NOX SVBIIT alterne quippe crescit umbra noctis, ut quidam uolunt, aut subiit in caelum. ut Virgilius ⟨Aen. II 250⟩: ‘uertitur interea caelum et ruit oceano nox’. sic ergo cum oritur dies, nox ruit, cum occidit, nox surgit, alterno ut surgant, alterno ut cadant.

419 IMAGINE occupant eum labores egregii. in somnis enim uidebat ea, quae gesserat.

Lind. p. 102 422 THERAPNAS ciuitatis nomen est, | in Lycia Apollini sacra nec a sororis eius religione dissentiens, ut ipse alibi ⟨Achill. I 344⟩: ‘Hecate lassata Therapnis’.

425 PAVOR ARMIGER ut quicquid sonuisset, populis esset horrendum.

429 VRGET ENIM STIMVLIS quasi Fama sit Martis auriga, quae omnia rumore compleret.

430 FACTA INFECTA LOQVI Virgilius ⟨Aen. IV 188⟩: ‘tam ficti prauique tenax, quam nuntia ueri’. — omnes ergo terrores circa Martis currum fuisse poeta describit.

---

1 edidit **MP** ponit **L** ‖ 3 ethus **MP** | uoluit **Pa** | quatuor **LPa** ‖ 4 uersibus suis demonstrauit **L** | suis *om.* **Pb** | carminibus *om.* **P** ‖ 6 Pyrous **L** pyrosis **Pb** pyros **Pa** | et *om.* **LPb** ‖ 7 quantus flegoto **Pb** | inmitibus **MPa** ‖ 8 impletur **Pa** | laxant **Pb** ‖ 9 SVBIT **L** | alterna **P** altera **M** ‖ 10 ut . . . interea caelum *om.* **Pa** | subit **L** ‖ 11 interea] in **L** ‖ 12 sic . . . ruit *om.* **Pb** | si **M** | SI ergo] signo **Pa** ‖ 13 alternam **Pb** ‖ 15 uiderat **Pb** ‖ 16 THERAMNAS **LPb** | Lycia] *cf. schol. VII 793* ‖ 17 religionis **Pa** ‖ 18 ecate **M** echate **Pb** exate **Pa** *om.* **L** ‖ 19 quid **M** ‖ 21 stimulus **M** ‖ 23 Factaqȝ **Pb** | infacta **Pa** *om.* **Pb** | ut Virg. **Pa** ‖ 24 ficti *corr. ex* uicti **M** facti **Pa** | paruique *corr. in* puerique **M** paruique **Pa** | qua **Pa**

ut Virgilius ⟨Aen. XII 336⟩: ‘Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur’.

434 INICIT AEGAEO Aegei fabula, patris Thesei, et apud Virgilium bene comperta est: ex cuius nomine, quod se propter Theseum in mare praecipitauerit, id pelagus Aegaeum sit appellatum.

439 MAGNIQVE FIDEM TESTARIS ALVMNI hic enim praestitit, ut uentos illa contemneret et munere auxilii et fidei officio esset stabilis. cuius fabulae notio apud Virgilium manifesta est.

440 SEPTIMA ex quo Tydeus reuersus fuerat. Lind. p. 103

441 PERSEIVS HEROS mos poetae huius est frequenter easdem personas nondum cognitis praenominibus inuocare, ut nunc Adrastum significat. Perseus enim Argis regnauit, ut ipse alibi ⟨Theb. I 225 sq.⟩: ‘Perseos alter in Argos scinditur’.

443 MVLTA SVPER BELLO GENERISQVE TVMENTIBVS bene ‘generis’. nam et Tydeus in uindictam sui bellum desiderat et Polynices, ut recuperaret imperium. ergo bellum desiderant unus uictor, alter incensus. ideo ‘tumentibus’ id est anhelantibus bellum.

451 SACRA MOVERE DEVM temptare audire, auguria belli per uates cognoscere. Lucanus ⟨V 68⟩: ‘finemque expromere rerum’. proprie enim moueri sacra dicuntur, ubi coeperint inchoari. ut Lucanus ⟨I 608⟩: ‘sacris tunc admouet aris’.

453 SED MENTE VIRENS hic Proetidas insanientes accitus a Proeto senex purgauit. Proetus igitur, Abantis

---

1 diei **Pa** die **Pb** ‖ 3 INIICIT **LPb** Initat *corr. in* Incitat **M** in **Pa** ‖ 4 conperta **M** ‖ 5 se quđ **Pb** | praecipitauerat **L** ꝑcipitauit **Pb** ‖ 9 conteneret **Pb** ‖ 11 erat **L** ‖ 12 perseus **Pb** ‖ 14 significat] generis **Pa** | enim *om.* **Pb** | argos **M** alter in argos **Pb** ‖ 15 perseus **P** ‖ 17 generis **P** ‖ 18 in *om.* **Pb** ‖ 19 recuperarent **Pb** ‖ 20 dederant **P** ‖ 22 tentare **L** ‖ 23 belli et per **L** | finesque **L** ‖ 24 mouere **LMP** ‖ 25 ut *om.* **L** ‖ 27 p̄tidas *superscr. man. 2* p̄dictas **M** perditas **Pb** p̄tidias **Pa** ‖ 28 a Praeto **L** a protheo **P** *om.* **M** | sene? | protheus **MP**

filius, rex Argiuorum, inimicam felicitatis suae habuit coniugis fecunditatem. tres etenim sustulit filias et ad tempus nuptiarum usque perduxit. sed incontinens uirginum lingua infelicitatis edidit causas. hae enim feruntur sollemniter templum Iunonis intrasse et se praetulisse deae. his rebus offensa Iuno in iuuencas uertit puellas et cupiditatem iniecit siluas petendi .... credentes se formam induxisse uaccarum. quod eo usque passae sunt, donec Proetus regni partem, si quis eas in pristinum statum mentis restituisset, proposuit habiturum et ex his coniugem. a Melampo ergo Proetides sunt insania liberatae, acceptamque Melampus unam ex uirginibus duxit uxorem et consors regni Proeti fuit et gener. idem Melampus herbariae artis peritissimus fuit. ut Virgilius ⟨georg. III 550⟩: 'Amythaoniusque Melampus'.

454 ASSOCIAT PASSVS id est dedit uaticinandi scientiam. et est sensus: dubium erat, utrum Amphiarao an Melampo pronus Apollo magis esset, uel cuius ora potius satiasset unda Cirrhaea. hoc autem, quia uterque nobilis, uterque diuinandi peritus.

458 MINITANTIA VENA diuinantia exta negauerant bonum exitum futurum esse bellorum.

460 AVDACI usque adeo audax emerserat altitudo, ut caelum posset pulsare cacumine. et bene 'audaci', quod propius caelo ausus esset insurgere.

461 APHESANTA mons est Tarsi Ciliciae, unde se

2 fecunditates **Pb** | enim **LPa** ‖ 3 ubiqȝ **Pb** ‖ 4 hec **P** | solemniter **L** ‖ 5 deae. Antigone laomedontiades. his **M** *Mon. cf. Myth. II 69* ‖ 6 *in* **P** *post* Iuno *interseruntur haec:* inmisit eis furore ut se uaccas putarent ‖ 7 *lacunam expleas ex Mythographi uerbis:* 'adeo ut plerumque mugirent et collo iuga timerent credentes . . .' ‖ 9 mentis statum eas **Pb** ‖ 11 sunt pretides ab insania **Pb** | acceptaque **Pa** ‖ 12 melampus *corr. ex* melampost **M** | una **P** ‖ 13 idem **MPa** hic **L** inde **Pb** ‖ 16 adsociat **Pa** ‖ 18 cuius esse hora **Pa** ‖ 19 hec autem **Pa** *om.* **MPb** | q̃ **Pa** qui **Pb** | uterque *om.* **LP** | nobilis *om.* **Pb** ‖ 20 diuinandique **L** ‖ 21 militantia **P** | negauerunt **Pb** ‖ 25 proprius **Pb** *corr. ex* propius **M** ‖ 26 Apesanta *Kohlm.* | tharsi *Mon.* T(h)arso **LMP** | Siciliae **L** | se *om.* **Pb**

Perseus emiserat ad uolandum, cum ad exstinguendam Gorgonam Libyen peteret. ἀπὸ τοῦ ἀφεῖναι Aphesanta nomen accepit.

463 TEMERASSE VOLATV uiolasse, ut sibi uindicaret, quod homini natura non dedit.

465 AC PAENE SECVTA EST Perseum Danae mater. et mire temperauit sensum et sollicitudinem carae matris expressit.

466 CANENTIS OLIVAE candidae.

468 EVADVNT PARITER pariter ascendunt.

469 LAXAVIT SOLE PRVINAS sol incipiens aera frigidum gelu dissoluit. Ouidius ⟨met. IV 82⟩: 'solque pruinosas radiis siccauerat herbas'.

471 PERNICIBVS uelocibus. Lind. p. 104

472 ADDERE CONSILIVM 'addere' bene dixit. non est enim ipsius, quod mouetur.

474 CIRRHA DEVM Cirrha prope Parnasum est, quo in loco Apollo futura praedicit.

476 CHAONIAS SONVISSE TIBI Epiroticas quercus dicit, in quibus sedentes columbae sciscitatoribus futura dicebant. ut Virgilius ⟨georg. II 16⟩: 'atque habitae Grais oracula quercus'. ARIDVS AMMON INVIDEAT ut Iuuenalis ⟨VI 553 sqq.⟩: 'quicquid dixerit astrologus, credunt a fonte relatum Ammonis'. — Liber, cum ex India ueniens in deserta et in extrema parte Libyae teneretur ac siti laboraret exercitus, rogasse dicitur Iouem, ut se patrem probaret. unde ex

1 miserat **L** | extinguendum **Pa** ‖ 2 Gorgonem **LP** | Libyam **L** lybiē **Pb** | apoto **M** a ponto **Pb** | *ἀφιέναι Kohlm.* aphine **MPa** a fine **Pb** ‖ 3 accepit nomen **Pb** ‖ 4 uendicaret **Pb** ‖ 5 nomini **Pa** homini **M** *superscr. man. 2* humana | dederat **LP** ‖ 6 dane **Pa** t dapne *superscr.* **M** ‖ 7 solitudinem **Pb** ‖ 9 canentis al. candentis **Pa** ‖ 10 Et uadunt **LmM** ‖ 12 gelum **Pa** ‖ 15 bene dixit addere **Pb** ‖ 17 DEVM *om.* **L** ‖ 18 praedicat **P** ‖ 19 caonicos **Pb** ‖ 20 ut *om.* **LP** ‖ 21 habito **Pb** | graiis **Pb** *om.* **Pa** ‖ 22 HAMMON **L** amon **MPa** | ut *om.* **MPb** uel **Pa** ‖ 23 credent *Iuu.* ostendunt **Pb** ‖ 24 rex **Pa** | dextra atque **Pb** ‖ 25 laborarent **Pb** ‖ 26 dicitur rogasse **L** | unde] unus **P**

arena subito aries apparuit, quo duce Liber aquam inuenit. petit Iouem, ut arietem in astra transferret. in eo autem loco, in quo aqua fluxit, templum constituit, quod Iouis Ammonis dicitur. simulacrum autem eius adiectis cornibus arietinis confictum est. de quo templo postea data esse dicuntur oracula.

478 NILIACVMQVE PECVS Apin dicit, taurum lunatum Isidis, qui Aegyptiis motu corporis sui et quibusdam signis futura praedicit, qui e Memphide nascitur.

479 BRANCHVS Branchi meminit Terentianus de metris ⟨uu. 1886 sqq.⟩:

Lind. p. 105

'hymnum Branchiadae Phoebo cantasse Iouique
pastorem Branchum, cum captus amore pudico
fatidicas sortes docuit depromere Paean'.

Branchus Thessalus fuit, dilectus Apollini, ut Hyacinthus, quem acriter interfectum dolens sepulcro et templo sacrauit. illinc Branchiades Apollo dicitur. hoc Zoamachon opinione Metrodori Periegetici condidit ab Aethiopia usque in Libyam tria opinata templa. triannus solis in Aethiopia hoc est ter fulgentis. quantum per ceteram terram ardet inclinare ultimo Librae, quod Sagittario clauditur, signo esse Ammonis templum Iouis intra Aethiopes

---

1 harena **LPb** ‖ 2 petitque **L** ‖ 3 constituit templum **Pb** ‖ 4 dicitur ammonis **Pa** ‖ 5 confectum **LPb** ‖ 6 dicuntur data esse **L** ‖ 7 ap̄i **Pa** | dicitur **Pb** ‖ 8 hysidis **M** ysides **Pa** insidiis **Pb** | qʒ **Pa** | notu **Pb** ‖ 9 ememphide **P** *superscr.* in **M** Memphis **L** ‖ 10 *scholion prorsus corruptum sanare non potui* | Brancus branci **Pb** ‖ 12 hymnum] Inonȳ **Pa** | Battiaden *edidit Keil.* ‖ 13 pastori branchus **Pb** ‖ 15 delectus **Pb** | apolloni **Pa** | iacyntus **Pb** iacinthus **MPa** ‖ 16 interfectum *corr. ex* infectorum **M** | templo et sepulchro **L** | et *om.* **Pa** | consecrauit **L** ‖ 17 illic **LPb** ille **Pa** | brachiis ades **Pb** | hic **LP** | Zoamacon **L** lomachon **Pa** zomachon **Pb** ‖ 18 Perigetici **L** perhigetici **M** philigetici **Pa** pigetici **Pb** | credidit **Pa** ‖ 19 opotata **Pb** | Triannus *corr. in* Triamus **M** Traianus **L** tanus *superscr.* i **Pa** *Graecum uocabulum uelut τριλαμποῦς latere puto* | solis *om.* **Pa** ‖ 20 quantum ab ethiopia per certam (*om.* terram) **Pa** ‖ 21 libre **MPa** Libyae **LPb** ‖ 22 amonis **MPa** | inter **Pb** | Aethiopas **LPa** etiopias **Pb**

Indos. sunt enim et qui Pseudo-Aethiopae uocantur. et Libras ultimas esse prope Alexandriam. Branchiadae qui Iouem Branchum colunt. potest et haec deriuatio religionum currere: quod Isthmia, quae in honorem Neptuni aguntur, finguntur Melicertia. nam constat Melicertam ab Aethiope rege susceptum, cum Boeotia nauigio Isthmos delatus esset. nam et Archemoria in honorem Iouis celebrare uolunt. credunt enim, quod magnum Iouis fuerit incrementum.

480 PANA LYCAONIAE Pan apud Pisas rusticos numine suo replere solet, datque oracula qui impletur deo. ergo neque ille aequari potest tibi, o Iuppiter, qui in nocturna umbra audit Pana, id est: quasi per ipsum numen loquitur hominibus.

481 DITIOR ILLE ANIMI diuersa loca commemorat et quis deus quo in loco futura praedixerit. laus uero augurii est, quae per reliquarum artium diminutionem extollitur.

482 MIRVM VNDE in errorem inducitur ista admiratio cum inuocatione. nam quasi Virgilium, sed non recto ordine, sequitur. ait enim ⟨georg. I 415⟩: 'haud equidem credo, quia sit diuinitus illis'.

483 HIC HONOR ALITIBVS rationem redditurus est, unde concessum sit auibus futura praedicere. quod Virgilius

---

1 induos **Pa** Indi **L** | et *om.* **Pb** | et[2]] ut **P** ‖ 2 Libyas **L** | Branchiades **L** branchiadas **M** branchadas **Pa** brachiandes **Pb** ‖ 3 brachium **Pb** | potenter **Pa** | diriuatio **M** | currere religionum **Pb** ‖ 4 histhmia **M** histhimia **P** | quae *om.* **Pb** ‖ 5 melicerna *superscr.* ti **M** melicritia **Pb** ‖ 6 ethiopie rege **Pb** ‖ 7 *ante* cum *iterant* nam **P** *del.* **M** | Beotiam **LPa** | boetia cum nauigatio **Pb** ‖ 7 et *om.* **Pb** | celebrari *scribendum uidetur* ‖ 8 fuerit Iouis **LP** ‖ 10 lycaonia **Pb** | Pan] nam **Pb** ‖ 12 aequare **M** | potuit **L** | tibi *om.* **L** | in *om.* **Pb** ‖ 13 auđ **M** audis **Pb** aud' **Pa** | pana *man. 2 corr. in* peana **M** | loquatur **LP** ‖ 15 illi **Pb** | commemoratus **Pb** ‖ 16 deus & quo **L** ‖ 17 quae *om.* **Pb** | reliquam **Pa** ‖ 19 dicitur in errorem (*om.* inducitur) **Pb** | ammiratio **M** ‖ 21 sequatur **Pb** | aut **Pb** ‖ 22 que **Pa** quod **Pb** ‖ 24 sit] est **MPb** *om.* **Pa** | alitibus **M** | quod … praedicere *om.* **Pb**

quasi philosophus explicat Epicureus, hic quasi Platonicus. prima opinio est ab Hesiodo: futura praedicere, quia supernus conditor orbis, cum chaos figuraret in semina, hanc illis potestatem concessit. in noua autem semina, ut generatim omnia procrearent, quae corpora, ut Epicurei uolunt, textu inani fiunt atomorum et mutantur ad originem uersis corporibus. hoc philosophice. aiunt enim *μετεμψύχωσιν* fieri animarum in corpora. ut lectum est in Horatio ⟨epod. XV 21⟩: 'nec te Pythagorae fallunt arcana renati'. primo enim anima ipsius in Euphorbum migrasse dicitur Troiano proelio, dum de clipeo ageretur Danai de poste refixo, secundo in Pythagoram, tertio in pauonem, quarto in Homerum, quinto in Ennium poetam. ergo animas in qualiuis corpore eandem sapientiam tenere. haec autem secunda opinio est.

486 SEV PVRIOR AXIS tertia opinio dicit aues ideo futura praedicere, quia in aere sunt et purissime uiuunt, exinde, quia raro terris insidunt, quae sunt nefastae. ergo aues uera dicere illa res facit: axis purior.

492 SOLVERE ECHIONIAS LERNAEA CVSPIDE PORTAS soluere: in excidium deducere. Echionias id est Thebanas. Lernaea cuspide: Argolico ferro.

493 LAEVVSQVE TONES id est bono omine confirmes auspicia, quia optimum augurantibus signum est, si de

1 epicurus **M** ‖ 2 quasi ab esiodo **M** | que **Pa** ‖ 3 figurat **Pb** ‖ 4 hanc . . . semina *om.* **Pb** ‖ 5 epicuri **M** ‖ 6 uolunt *om.* **LPb** | testantur **LPb** | inania **L** *om.* **Pb** ‖ 7 *propono*: et 'mutatae ab origine uersis corporibus' | physice **LPb** ‖ 8 *μετεμψύχωσιν* **Lc** & ∗ apsin **L** et absin **M** et absunt **Pa** et absim **Pb** ‖ 10 primum **L** | ipsius] eius **L** | euforiū **Pa** euforbū *corr. in* euforbiū **M** ‖ 11 bello **Pb** ‖ 12 depositione fixum **Pa** | refixum **LMPb** | pithagore **MPa** ‖ 13 pauonis **MPa** | homeri **MPa** | ennii **M** enni **Pa** | poete **MPa** ‖ 14 qualiuis **M** quauis **Pb** qua **Pa** quo sunt **L** | eandem *om.* **Pb** ‖ 16 ideo aues **Pb** ‖ 18 quia **Pb** ‖ 20 echionas **Pa** ‖ 21 exilium **M** | id est *om.* **LP** ‖ 22 argolicas **Pa** ‖ 23 *schol. in* **LP** *legitur ante schol. 492* | leuibusque tenes **Pa** | id est *om.* **Pb** ideȝ **Pa** ‖ 24 q̄ **Pa** | est si] id est si **L** est iđe **M**

sinistra caeli parte tonuerit. ut Virgilius ⟨Aen. IX 630sq.⟩: 'caeli de regione serena intonuit laeuum'. et totum poeta quasi augurandi peritus exposuit. dextra enim parte in contrario, laeua in bono. Virgilius ⟨ecl. IX 15⟩: 'ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix'.

495 HINC NECTE MORAS hoc est: ne ad Thebanos ire cogamur incassum. DEXTRISQVE ALITIBVS quia de caelo uenientibus a dextra parte auibus auguria mala sunt.

498 CALIGINE MVNDI quicquid hominibus non patet, solus uidebat. intentionem incredibilem describit. nam obtutu uno fixi oculi num dubitatione caligant?

502 NONNE SVB EXCELSO ordo: nonne uides, Amphiarae, Lind. p. 106
sub excelso limite caeli spirantes cursus? aut uentorum dixit aut stellarum.

503 CVRSVS id est uolatus. Virgilius ⟨ecl. VI 80⟩: 'quo cursu deserta petiuerit'. serenos autem prosperos dixit.

504 LIQVIDO id est ornato uolatu pendeat.

505 PLANXERIT quodam stridore ululatum dederit. uides ergo, ut nulla auis placatum sonitum dederit. planxerit ergo: cum stridore sonuerit. ut ⟨georg. I 334⟩ 'nunc litora plangunt'.

506 NON COMES OBSCVRVS TRIPODVM coruum dicit, qui in tutela Apollinis est. cur autem coruus Apollini sit dicatus, haec fabula est: Apollo, cum Coronidem grauidam fecisset, coruum ei custodem apposuit, ne quis ad

1 parte caeli **Pb** | parte *om.* **Pa** | ut . . . laeuum *om.* **Pb** | Virgilius *om.* **L** ‖ 2 caeli genitor de parte *Verg.* | et per totum **LPa** ‖ 3 dextera **MPa** ‖ 4 leuo **Pa** leuā **M** ‖ 5 mouisset **M** ‖ 6 hic *Statius om.* **L** ‖ 7 cogamur ire **L** | q̄ **Pa** ‖ 8 ad dexteram partem **M** aperte dextra **Pb** | auibus *om.* **Pb** ‖ 9 credibilem **M** ‖ 11 nunc **Pb** | dubitationem **P** | caligant *corr. in* caligant√ **M** ‖ 13 aut *et* dixit *del.* **M** ‖ 15 Virgilius *om.* **M** ‖ 16 casu **Pb** | petiuit **Pb** | serenos autem *om.* **Pb** ‖ 17 dixit *om.* **Pb** ‖ 18 id est *om.* **LPb** ‖ 19 quoddam **M** | strepitu **Pb** ‖ 20 uides . . . dederit *om.* **MPb** | nullus **Pa** ‖ 22 lictore *superscr.* t **M** lictera **Pa** pectora **L** | plangeñt **Pa** ‖ 23 coruus **Pa** | dixit **Pb** | quia **M** quod **Pb** ‖ 24 tutelam **P** | est Apollinis **L**

eam occulte temerator accederet. cum hac Lycus occulte concubuit, quem fulmine Iuppiter exstinxit. ipsam Coronidem Apollo sagittis occidit, cuius mortuae exsecto utero Aesculapium produxit in lucem. unde Virgilius ⟨Aen. VII 773⟩: 'fulmine poenigenam Stygias detrusit ad undas' id est per poenam matris natum. coruum autem ex albo nigrum fecit, unde lac album Homerus dicit aut in calice aut in alio uitreo uase missum in sole umbram non facere. unde lac digestum dicit. ait enim: γάλα λευκόν.

507 AVIS VNCA MINERVAE huius alitis talis est fabula: Nycteus, Aethiopum rex, felix, si nunquam pater fuisset, filiam habuit Nyctaeam nomine. quae cum scelerato amore patrem diligeret, amorem suum nutrici confessa est infandumque petiuit auxilium. ea, cum mentita esset domino suo Nycteo a quadam illum extranea diligi uirgine, impetrauit, ut filiae suae imprudens uteretur amplexibus. sero illi cognitum facinus statuit uindicare. quapropter agnitam inter ipsos amplexus filiam cum uoluisset exstinguere, illa Mineruae implorauit auxilium. cuius protectione periculo est erepta uersaque in auem, quae ex conscientia commissi facinoris diei fugit aspectum et Mineruae tutelae dicata est. alii dicunt filiam Proeti fuisse patrisque uim timentem aufugisse, quam Minerua mutauit in noctuam.

508 NON VENIT AVGVRIO MELIOR QVI VVLTVR id est uultur, qui solet bona omina augurantibus facere. cuius

---

1 occultū **Pa** | lix' **Pa** || 2 Iuppiter fulmine **LPb** || 3 interfecit **M** | exsectę *superscr.* o **M** || 5 stigias *corr. ex* stigiis **M** | destruxit **Pa** detruxit **Pb** || 6 ex nigro album **MPa** || 9 *Δ* 434 *E* 902 | galea **Pa** *corr. in* galeam **M** galeaą **Pb** || 11 niteus **Pb** | & tyopon *superscr.* h **M** || 12 habuit filiam **MPb** | Nyctaeam **L** noyctin **M** ninctan **Pa** nicti **Pb** Nyctimenem *Myth.* || 14 infandum **M** || 16 inprudens **MPa** || 17 ille *Kohlm.* | uindicare *corr. in* indicare **M** || 19 inplorauit **M** || 20 periculum euasit **Pb** | conuersaqꝫ **Pb** que uersa **Pa** || 21 ex *om.* **Pa** | conscia **L** || 22 Proeti *om.* **Pb** || 23 patrisque . . . aufugisse *om.* **Pb** | pątris **MPa** || 25 AVGVRIIS **L** *Statius* | QVAM **L** p̧ **Pa** || 26 omnia **Pb** oma̅ *corr. in* omina **M** | ferre **LPb**

auis auspicio fundata dicitur Roma. quod Lucanus praeteriens tetigit ⟨VII 437⟩ dicens: 'uulturis ut primum laeuo fundata uolatu'.

511 ET FERALIA BVBO cum filiam suam Ceres raptam a Dite comperisset, conquesta a Ioue impetrauit, ut ei filia redderetur, ita tamen, si nihil apud inferos gustauisset. et cum in eo fuisset, ut matrem filia sequeretur, Ascalaphus, qui apud inferos erat, dixit Proserpinam e pomario Ditis e malo punico gustasse tria grana. indignata Ceres conuertit Ascalaphum in bubonem. de Proserpina uero ficta sic fabula est. ceterum tenore philosophiae diuina anima esse signatur, quae indicans naturae nefariae cogitationes et polluens necessitate haesit tenta infernali hoc mundo praelibans dira ui. qua eius fruge id est cruentis epulis. buboni autem tale studium non tam fabula quam natura praescripsit. quam sit ferale bubonis augurium, testis est poeta Virgilius ⟨Aen. IV 462⟩: 'solaque culminibus ferali carmine bubo'.

516 VARII PATER OMINA PHOEBI saepe, inquit, tuli Lind. p. 107
uaria Phoebi omina, ex quo me inter reges semideos pinus duxit Thessala. dicit autem: ex illo tempore, quo cum Argonautis uectus sum. semideos reges ait, quia

---

1 roma dicitur **Pb** | non praeteriens **L** || 4 ET *om.* **L** || 6 gustasset **Pb** || 7 ut *om.* **Pb** || 8 qui *om.* **Pb** || 9 epomanio **Pb** epomaro **Pa** epamario *corr. in* epomario **M** | dicti se e **Pb** | e] ///e **M** (de?) | gustauisse **L** || 11 sic ficta **L** sic facta **Pb** | fabulat **Pa** (*om.* est) | tenere **M** teneȓ **Pb** || 12 anima signatur esse diuina **Pb** | indicans **L** insidens **M** incidens **Pa** indicens **Pb** || 13 farię **M** | ɔgitationes **Pa** | pollutus **Pa** | haesit] exit **Pb** | temta (p *superscr.*) **M** certa **Pb** retenta **Lc** || 14 dira *corr. in* dura **M** diram **Lc** dirę *Mon.* | uim **Lc** aui *Mon.* | quia **Pb** *Mon.* qꝫ **Pa** | frugem **MP** | id est *om.* **Pb** || 15 cruentes **Pa** | *ad locum corruptissimum uide Barthii animaduers.* || 16 praescripsit . . . est *om.* **Pb** | p̄dixit **M** | quam] qui *corr. in* quia **M** || 17 solaque *om.* **L** || 18 cul. **Pb** *om.* **LMPa** | carminib' ferali **M** carmine ferali **Pa** | bubo *om.* **M** || 19 PATER *om.* **Pb** | SAEPE TVLI. Tuli, inquit, varia omina Phoebi **L** || 20 me] omine **L** || 21 dixit **Pa** | ducit autem *del.* **M** | quo *corr. in* qua **M** || 22 sum] sc. Iason Colchos petit **L** | ait aut **Pa**

filii regum omnes fuerunt, qui in illa naui impositi sunt. Thessala autem pinus Argo, quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. Peliae igitur, Neptuni filio, a sortibus praeceptum erat: cum Neptuno sacrificaret et aliquis nudo pede superuenisset, tunc ei mortem appropinquare. is ergo, cum annua sacra faceret Neptuno, Iason, Aesonis filius, cum uenisset ad flumen, in limo unum ei calciamentum adhaesit. ille ut celerius ueniret, neglexit. cum superuenisset sacrificio, Pelias aspexit et memor sortium iussit eum arietis pellem inauratam a Colchis petere a rege Aeeta. qui conuocata Graecorum nobilium iuuentute Colchos profectus est.

521 AVDITVS IASONE MOPSVS Mopsus, Apollinis et Mantus filius. amicitia Iasoni fida coniunctus diuinandi peritus. ait ergo nunc Melampus: non plus me auditus est Mopsus imminentibus cladibus, cum ego futura praedicerem. in tantum enim magnus fuit Mopsus in augurandi peritia, ut post mortem ei templa dicata sint, a quorum adytis saepe homines responsa accipiunt.

523 QVAMQVAM MAIORA PARANTVR id est maiora uideo, quam timemus. Lucanus ⟨I 635⟩: 'sed uenient maiora metu'.

526 STRYMONIA Strymon fluuius est Thraciae. est autem in septentrione. ut ⟨Aen. X 265⟩ 'Strymoniae dant signa grues'.

527 CLEMENTIA NILI quia ibi nunquam frigus est. ut Lucanus ⟨X 165⟩: 'nunquam fugiente rosa'.

528 HAC RERE IN IMAGINE THEBAS in hac imagine

---

2 autem . . . Thessaliae *om.* **Pb** ‖ 3 fabricatus **M** ‖ 6 daret **M** | Neptuno faceret **L** ‖ 8 uenit **Pa** | superueniret **LPa** ‖ 9 a sacrifitio **M** | rexpexit **Pb** | sortis **Pb** ‖ 10 auream **Pb** ‖ 11 Oeta **LMP** ‖ 13 Mopsus *om.* **Pb** ‖ 14 Mantus *Myth.* imantis **MP** Himantis **L** | c̄iunctus ē **M** ‖ 15 me *om.* **M** ‖ 16 cladibus . . . augurandi *om.* **Pa** | classibus **Pb** | ego *corr. ex* ergo **M** ‖ 17 enim *om.* **Pb** ‖ 19 accipiebant **Pb** ‖ 20 ET MAIORA **L** ‖ 21 quē **M** ‖ 26 que **Pa** ‖ 28 has **P** *corr. in* hac **M** | re *superscr.* re **M** *om.* **Pb** | IN *om.* **MP**

esse finge Thebas. reddit causas, cur pro Thebis accipi debeant cygni: quia, ut Thebani muris, illi se gyro uallabant.

532 ARMIGERAS significat aquilas, quae in tutela sunt Iouis.

533 CONCIPE REGES finge, inquit, tibi Argiuorum reges, quia septem reges contra Thebas conspirauerunt.

534 NIVEI GREGIS cygnorum scilicet. Lind. p. 108

537 ET PLVMIS STILLARE DIEM quia excussae in congressu plumae mixtae sanguine ex aere cadunt. ut Virgilius ⟨Aen. XI 724⟩: 'tunc cruor et uulsae labuntur ab aethere pennae'.

539 SVBITA FACE SOLIS INARSIT omnes aquilae, quas pro septem ducibus interpretatur, eo genere periturae sunt, ut ipsos duces exitium manet, ut docebimus, Capaneus fulmine. ideo dixit 'face inarsit', quod ausus sit dei contemptu arma tollere, et cum in altum sustollitur contra fas, fulminatus decidit. ut Virgilius ⟨Aen. VI 16⟩: 'insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos'.

540 ILLVM VESTIGIA ADORTVM Parthenopaeum significat, qui puerili aetate maiora uiribus suis temptando confossus est.

542 HIC HOSTI IMPLICITVS Polynicen significat, qui fratri morienti implicitus fuit. HVNC FVGA RETRO Adrastum dicit, quia solus euasit. ut Virgilius ⟨Aen. VI 480⟩: 'et Adrasti pallentis imago' id est timore fugientis.

---

1 fingit **Pb** fingunt **Pa** finx̃ **M** | thebas esse **M** esse thebas **Pb** | Thebas *om.* **Pa** | redde **Pa** | accep̄ **Pa** ‖ 2 qui autem **Pb** | thebanis **Pa** | giro *add. man. 2* q; **M** ‖ 4 quia *corr. ex* qua **M** | sunt in tutella **Pb** ‖ 5 Iouis erant **L** ‖ 6 finge . . . septem reges *om.* **Pb** | finge iam **L** finge has **Pa** ‖ 7 septem enim (*om.* quia) **L** ‖ 9 in *om.* **Pb** ‖ 11 tum *Verg.* | cruore uulsę **M** cruor euulsę **LP** ‖ 12 pinnę **MPa** plumae *Verg.* ‖ 13 facie **Pa** ‖ 14 per **Pb** | interpretantur **L** ‖ 15 CAPANEVS FVLMINE **L** ‖ 16 ideo **MP** inde **L** | inarsit face **L** ‖ 17 substolitur **Pb** sustolleret **L** ‖ 19 enaui (*om.* ad) **Pa** ‖ 21 maioribus **Pa** | tentando **L** tentare **Pb** ‖ 22 confessus **Pa** confusus **M** confisus **Pb** ‖ 23 hoste **P** *corr. in* hosti **M** ‖ 24 inplicitus *utroque loco* **M** ‖ 25 qui **L** qȝ **Pa** | soli/// **Pa**

544 HIC NIMBO GLOMERATVS OBIT Hippomedontem significat fluminis periturum esse uertigine. HIC PRAEPETE VIVA Tydeum dicit, quia interfectoris sui Menalippi oblato sibi capite cerebrum eius, dum moreretur, absorbuit.

Lind. p. 109 546 QVID FVRTIM INLACRIMAS Amphiaraus Melampo dicit: 'quid fles, quia uides me moriturum? augurium cadentis cygni mihi finem uitae portendere ego cognosco'. notandum, quia uocatiuum Melampu dixit.

549 TERROR HABET VATES qui non tantum uidisse se crederent, sed fuisse perpessos. PIGET piget eos exauditos fuisse, quos utique pigere debuisset, si eos auguria fefellissent. sed quia mala compererant, piget irrupisse uolantum concilia.

551 AVDITIQVE declamatio e contrario. ut Lucanus ⟨II 4 sq.⟩: 'cur hanc tibi, rector Olympi, sollicitis uisum mortalibus addere curam?' VNDE ISTE PER ORBEM διαπόρησις poetica. quaerit enim, unde prius hominibus studium augurandi uel uaticinandi uenerit.

555 ERVIMVS QVAE PRIMA DIES id est: de secretis elicimus, quae dies mundi aut natalis aut finis sit.

556 QVID BONVS ILLE secundum mathematicos, apud quos dicitur Colopeus.

558 ASTRORVMQVE VICES matheseos, ubi sit luna uel quo signo, uel quae astra significent. NVMERATAQVE

---

1 hic *corr. ex* hinc **M** ‖ 3 qui **LP** | Melanippi *legendumst* ‖ 4 dum moriretur eius **Pb** ‖ 5 QVID . . . dixit *secuntur post* 549 . . . concilia **Pa** | quid *corr. ex* qui **M** | lacrimas **Pb** ‖ 6 quod **L** que **Pa** quia **MPb** ‖ 7 ꝑtendere **M** ‖ 8 quia **MPb** quod **L** qꝫ **Pa** ‖ 9 quia non tamen **Pb** ‖ 10 perpessos c. **Pa** | PIGET *om.* **Pb** | exaudit' **M** ‖ 11 pigetis **Pa** pinege (*om.* debuisset) **Pb** ‖ 12 se fefellissent **M** | q̆ **Pa** | rupisse **L** inrupisse **Pa** ‖ 13 uolatum **Pa** | concilia *corr. ex* consilio **M** concilio **Pa** consilio **Pb** ‖ 14 ut *om.* **L** ‖ 16 ORBEM] omnibus **Pb** ‖ 17 diaphoresis **P** diaforesis **M** | mortalibus **Pb** ‖ 18 uel uaticinandi *om.* **Pb** ‖ 19 elisimus **M** ‖ 21 apud quos . . . 558 . . . matheseos *om.* **Pb** ‖ 22 Caelopeus **L** celopeus **Pa** colopeus **M** Colopus **Lm** *latetne* Caelus pater *uel tale quid?* ‖ 24 numerata **M**

SEMINA LVNAE si semina, propter spumam magicae artis, si semita, propter obliquum circulum, quo cursus exercetur. numerata autem, quia per numerum dierum flammarum suarum augmenta detrimentaque recipit.

559 THESSALICVMQVE NEFAS artem magicam dicit, quia cadauera cogit futura praedicere. AT NON PRIOR AVREVS ILLE non ut antiqui aureo saeculo fuerunt. sicut Virgilius ⟨Aen. VIII 315⟩: 'gensque uirum truncis et robore nata'. ad hoc Saturnum expulsum et aureis saeculis praefuisse. ut est ⟨Aen. VIII 324 sq.⟩ 'aurea quae perhibent illo sub rege fuere saecula'.

560 SCOPVLISQVE SATAE huius fabulae quod argumentum sit, accipe. Iuppiter, cum uideret humanum genus relicta innocentia uitiis se dedisse, emendaturus publicam mortalitatis pestem etiam periculo naturae diluuio et effusione imbrium terras operuit atque ita uniuersum genus hominum deleuit. in communi ruina habuit reuerentiam pietas. Deucalion namque et Pyrrha, fratres idemque coniuges, cum illibata sanctitate meruissent numinum misericordiam, nauicula uecti Delphos impositi sunt ibique Themidis, quae oraculo praeerat, audierunt responsum: ita posse reparari humanum genus, si ossa matris post terga iactarent. obscurata ueritas errore

---

1 SEMINA] scientia **Pb** *utroque loco* | magne **Pa** ‖ 2 obliqū **Pb** oblicu **Pa** obliquum **LM** | qua **MP** | exerc&ˢ **M** exercet **LP** ‖ 3 que **Pa** ‖ 4 flamma sua **Pa** | augumentū **Pb** | recepit **Pa** ‖ 6 quia **MPb** quae **LPa** | AT NON *om.* **L** ‖ 7 fuerint **M** | sicut] sic **L** ut **Pb** ‖ 8 Virgilius . . . nata *om.* **L** | et *om.* **Pa** ‖ 9 nati **MPa** | ad haec **LP** ‖ 10 aureaque ut **LPb** ‖ 11 prohibent **Pa** | illos **Pa** ‖ 12 Scopuloque **Pb** ‖ 13 accipere **Pb** | genus humanum **Pb** ‖ 14 uitiis *om.* **Pb** | dedisse *corr. in* dedidisse **M** | publica . . peste **MP** ‖ 15 etiam *om.* **Pb** | pericula **Pb** | naturae] nñe **Pb** | diluuii **Pb** diluui **Pa** *om.* **L** | et *om.* **LP** *add. man. 2* **M** ‖ 16 terras imbrium **Pb** ‖ 17 hominum genus **Pb** | deleuit, communi ruina. **L** | in communem ruinam **Pb** in commune ruine; (*corr. in* ruina) **M** | abiit **Pb** | reuerentia **P** ‖ 18 decalicē **Pa** ‖ 19 sanitate **MPa** ‖ 20 misericordia **Pa** ‖ 21 sunt *om.* **MP** | ibiq; *superscr.* o **M** | t(h)emis **P** *corr. ex* themisq; **M** ‖ 23 matris *post* terga *iterauit* **M** | obscura **Pa**

fuit, usque dum prudentia melior oraculo fieret. intellexerunt enim matrem terram significari quippe rerum omnium genitricem, ossa uero eius lapides. unde Virgilius ⟨georg. I 62⟩: 'Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem'. itaque saxa post terga iacta mirumque dictu homines nati, atque ita solitudinem orbis repleuit ingenium et pietas. — diluuium uero hoc quod dicitur, falsissimum est. nam usque nunc durat et mundus omnis tectus est undis. fama cataclysmi inanis est nec fieri potuit, sed mystice per fabulam figuratum est, quia, ut diximus, genus mortalium iniuria atque ignauia inuasit. dicit autem antiquis ista requirendi curam penitus non fuisse. VEL ROBORE GENTES ut Virgilius ⟨Aen. VIII 315⟩: 'gensque uirum truncis et duro robore nata'.

562 QVID CRASTINA VOLVERET AETAS Horatius ⟨carm. I 9, 13⟩: 'quid sit futurum cras, fuge quaerere'.

565 ET NVLLA MODESTIA VOTI quia illicita semper optamus.

Lind. p. 110 566 DAMNATAQVE VERTICE SERTA absoluta. Virgilius ⟨ecl. V 80⟩: 'damnabis tu quoque uotis' id est persolues.

569 SVB PECTORE THEBAE quae futura sunt aliis, sunt praesentia sacerdoti.

573 TE PVDOR ET CVRAE erat enim et augur et medicus. ut Virgilius ⟨georg. III 550⟩: 'Amythaoniusque Melampus'.

---

2 enim *om.* **M** | terra **P** | significare **L** significat **Pb** sig̃ **Pa** | omnium genitricem rerum **Pb** ‖ 3 lapides eius **LPa** | unde] ut **Pb** ‖ 4 decalion **Pa** *corr.* **M** ‖ 5 saxa *corr. ex* saxaqȝ **M** *om.* **Pb** | tergaq; ossa ioctata mirum dc̄ū **Pb** | iacta sunt **L** ‖ 6 ita *om.* **L** ‖ 7 namque **LP** ‖ 8 usque *om.* **Pa** | est *om.* **M** ‖ 9 sed] si **Pa** ‖ 10 aut **Pa** | dixit **P** dixi **L** ‖ 11 iniuria *scripsi* uitia **L** inuitia **Pb** mitia **Pa** inincia *corr. in* inscicia **M** | atque **LPa** eque **MPb** | inusit *corr. in* iuusit **M** | dicunt **Pb** | antiquis *om.* **Pb** | istam **LPa** ‖ 12 recurendi **Pb** requienda **Pa** | cura **P** | VEL *om.* **L** | uim rubore genas **P** ‖ 13 ut *om.* **L** ‖ 15 QVOD **LPa** | VOLVERAT **L** uoluerit **Pb** | Horatius *om.* **Pb** ‖ 17 inlicita **M** ‖ 19 VERTICE *om.* **MP** ‖ 20 uoti **L** | absolues **Pb** ‖ 22 praesentia sunt **L** ‖ 24 amithoniusque **P**

576 ANNOSAQVE VASTANT id est: quae sunt iussa, implere festinant cupiditate pugnandi.

582 TVNC FESSA PVTRI RVBIGINE Lucanus ⟨I 243⟩: 'et scabros nigrae morsu rubiginis enses'.

587 PECTORIBVS TEMPTARE Virgilius ⟨Aen. XII 88 sq.⟩: 'simul aptat habendo ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae'. CORTYNIA Cretensia. ut Lucanus ⟨VI 214 sq.⟩: 'Cortynis arundo tenditur in Scaeuam'.

589 RVBVERE LIGONES naturam ignis expressit, quae facit ferrum rubescere.

590 SANCTIS E STIRPIBVS hoc est: non pudebat illos de sacris lucis praefixisse lanceis hastilia. ut Virgilius ⟨Aen. XII 770⟩: 'sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum'.

597 CONTRAHIT tanta saxa de uertice ab Encelado uolui dicit, ut mare fieri possit angustum, quod Italiam a Sicilia separat. ut Lucanus ⟨III 63⟩: 'ne rupti repetant confinia montes'. [nam olim, ut dicit Sallustius, Italiam Siciliae constat iunctam fuisse. sed medium spatium aut propter humilitatem obrutum est aut propter angustiam scissum. ut autem curuum sit, facit natura mollioris Italiae, in quam altitudo et asperitas Siciliae aestum relidit.] Lind. p. 111

602 ET AEQVI IMPATIENS qui idcirco diu tutus fuerit, quod ei supremus dies seruabatur in Thebas.

---

1 iussa sunt **LP** ‖ 2 inplere **M** ‖ 3 RVBIGINE **LP** *corr. ex* robigine **M** | Hinc Lucanus **L** hinc **Pa** ‖ 5 APTARE **L** dētare **Pb** | ut Virg. **LPa** ‖ 6 simul] scribit **Pb** | et clipeum **Pb** ‖ 7 cortinea **Pa** cornua **Pb** ‖ 8 Cortynia **L** cornis **M** | harundo **Pa** | tend. i. Sc.] īstenqȝ **Pb** | scetiam **Pa** saeuā &c. **L** ‖ 11 sanctas **P** | E] a **P** | hoc est **Pb** hic **L** hoc **Pa** huius **M** ‖ 12 prefecisse **Pb** ‖ 13 Teucri *om.* **L** ‖ 15 enchelade **M** enchela(n)de **P** ‖ 16 posset fieri **Pb** ‖ 17 ut ... ait *om.* **Pb** | rupta **M** ruptis **Pa** ‖ 18 nam ... relidit *om.* **M** | ut *om.* **L** | *uide Maurenbrecher II p. 168* ‖ 19 siciliā **Pb** | constat *om.* **L** | fuisse coniunctam **Pb** | fuisse *om.* **Pa** ‖ 20 per **P** | obruptum **Pa** abruptum **L** | per **P** ‖ 21 ut **P** aut **L** | autem *Seruius* dum **LP** ‖ 24 D. T. ET **L** | equum **Pb** | INPATIENS **LM** | diu *om.* **Pb** ‖ 25 ei] & **M** | seruabitur **Pb** ‖

603 LARGVSQVE ANIMAE ut Horatius ⟨carm. I 12, 37 sq.⟩: 'animaeque prodigum Paulum'. MODO SVASERIT IRA qui, si iratus esset, posset uitam summa felicitate contemnere. ut Virgilius ⟨Aen. IX 205⟩: 'est hic, est animus lucis contemptor'.

604 HABITATOR OPACAE utique Centaurus. ut Virgilius ⟨Aen. VII 674 sq.⟩: 'ceu duo nubigenae cum uertice montis ab alto descendunt Centauri'. PHOLOES mons Thessaliae, in quo habitauerunt Gigantes. talis ergo erat, quales Gigantes aliquando fuerunt. magnitudinem eius ex Gigantibus comparauit et Cyclopibus, de locis quibus fuerunt, notans. ut Virgilius ⟨Aen. III 677 sq.⟩: 'cernimus .... Aetnaeos'.

607 IGNAVIA CLAMAT ut Virgilius ⟨Aen. XI 733⟩: 'quae tanta animis ignauia uenit?'

609 VNIVS secutus auctoritatem Virgilii dactylum posuit unius. ut ⟨Aen. I 41⟩ 'unius ob noxam'.

613 INSANO PENITVS SECLVSVS IN ANTRO ut est ⟨Aen. VI 99⟩: 'horrendas canit ambages antroque remugit'.

615 MIHI NVMEN ET ENSIS totum Virgiliane de Capaneo ponit. ait enim ille ⟨Aen. X 773⟩: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.

617 QVAE TANTA POTESTAS quae illi praestatur, ut futura cognoscat.

620 OECLIDES Amphiaraum, Oeclei filium, dicit.

Lind. p. 112 621 NON EQVIDEM EFFRENO non me timor aut terror

---

1 ANIMO L ‖ 2 animaeque magnae *Horatius* ‖ 3 Quod si LPa quasi M | esset Pb esse LMPa | summā Pa | facilitate L | contemneret L ‖ 6 ut *om.* L ‖ 7 ceu L ecce Pa ee M ut Pb | nubigine Pa ‖ 8 PHOLOE L | 9 in quo .. Gigantes *om.* LP ‖ 10 atn gigantes Pb ‖ 11 conparauit Pa ‖ 12 *post* notans *Kohlm. inseruit* AETNAEOS FRATRES ‖ 13 & eneas Pa Aetneas L | 14 ut *om.* LM ‖ 15 quae *om.* Pb ‖ 16 auctoritate Pa | uirgilius Pb ‖ 17 unius[1] *om.* LPb ‖ 18 secutus P | est *om.* Pb ‖ 20 uirgiliane M uirgilius Pb uirgilia Pa hoc ex Virgiliana sede L Virgiliano de capite Lm ‖ 21 ille *om.* Pb ‖ 25 amphiarum Pa *corr. in* amphioraum M

furiosi iuuenis de secreto agit ad publicum, sed amor ciuium et cura rei publicae. ordo talis: non elicior tenebris dictorum metu et iuuenis profani effreno clamore commotus.

623 ALIO MIHI DEBITA FATO iam coepit pericula sua promere ab exitu suo inchoans, quoniam hiatu terrae se cognouerat periturum.

624 DARI MORTALIBVS ARMIS id est me occumbere. ac per hoc non timebo Capanei iram, quia ei me non licet occidere.

626 QVOD VLTRA EST quia futurum est, quia ultra praesens tempus est.

632 OMINA CVRAE non timori sunt uobis deorum responsa, quia inprospera sunt?

633 QVID ME PERSEI Aphesantem significat montem, in quo auguria captauerant. de hoc enim Perseus primum uolauit, quando ad caput Gorgonae auferendum profectus est. dicit ergo nunc Amphiaraus: si hoc facturi eratis, quod suadet furor, cur me augurandi causa sollicite misistis ad montem?

637 CONSVLTI id est quae oracula petendo consului.

641 VIDI HOMINVM manifestus iam metus est. DIVVMQVE quare? aut propter Venerem aut Iunonem, quarum altera Thebanis, altera timebat Argiuis. an omnium, quia

---

1 ait P | ac puplico MPb ac publice Pa ‖ 2 talis est Pb ‖ 3 effreno Lm effero LPb offero Pa *corr. in* effero M ‖ 5 debito facto Pb ‖ 6 incohās Pb | hiatu . . . se] ia t^e^se Pa ‖ 9 ac . . . occidere *om.* Pb | pro hoc LPa | que Pa | non me L ‖ 11 quid Pb | quia[2] *corr. in* qua M quod LPa ‖ 13 timoris Pa | uobis sunt Pb sunt ut Pa | eorum M ‖ 14 improspera L ‖ 16 captauerat L | de hoc] ad hui' M ‖ 17 Gorgonis L ‖ 18 est *om.* Pa ‖ 19 furor suadet LP | auguriandi Pa ‖ 21 id est *om.* L | oraculo M | petenda L petende Pa ‖ 23 hominem Pb | iam] id est Pa | motus M | est *om.* Pb | diuum M ‖ 24 quare *om.* LPb q̃ʒ̃ Pa | aut[1]] autem Pa | quorum Pa ‖ 25 altera[1] *om.* Pb | timebat *corr. ex* timebit M | an] aut L

Capaneus animos erat elaturus in caelum? ut Lucanus (Iliacon): 'atque Helenae timuisse deos'.

642 PENSO id est cito hominum fata rumpentem. ut Lucanus ⟨III 19⟩: 'lassant rumpentes stamina Parcae'.

643 DEVS id est Phoebus, qui incensis uobis ardore bellandi opponit augurium.

645 NOVALIA CADMI Thebanos campos significat, quibus olim seminante Cadmo dentes draconis seges nata est armatorum. proprie ergo dixit noualia agrorum loca, quae annis singulis situ seruantur ad semina iacienda. Virgilius ⟨ecl. I 70⟩: 'impius haec tam culta noualia miles habebit?'

647 IBIMVS id est in bellum. mire et hoc uult futurorum necessitate compleri, ne quid furori suo Capaneus assignet.

Lind. p. 113 648 ET VNI ISTA TIBI ista, quae praedicis, tibi soli contingant. ut Virgilius ⟨Aen. XI 399 sq.⟩: 'capiti cane talia, demens, Dardanio'.

650 ET TVA NON VNQVAM proueniat, inquit, tibi, ut aures tuas nunquam tubarum irrumpat clangor.

656 LEGATVS AD HOSTES repete regnum Polynicis.

657 HAEC PACEM [SERTA quasi manu significet] serta, quae Amphiaraus gerebat in capite.

658 ABSTRVSAQVE SEMINA RERVM ut sacrilegus dicit,

---

1 animūs **M** animas **Pb** ‖ 2 Iliacō **L** illiacon *Mon.* hillia con **M** Hylaicus **Pa** *om.* **Pb** *cf. Hosii edit. p. 329* | atque . . . 642 . . . Lucanus *om.* **Pb** | elene **M** ‖ 3 cito] et **Pa** | rumpentem . . . lassant *om.* **Pa** ‖ 4 lassat **Pb** ‖ 5 id est *om.* **Pb** | phebi **Pa** | incensus **MP** | ardorē **MP** ‖ 6 belli **L** | ponit **LmPb** ‖ 8 nata *om.* **Pb** ‖ 9 prope **Pa** | dixit ergo **Pb** | agrorum *Kohlm. coll. schol. XII 234* arborum **LMP** ‖ 10 situ quę **Pb** tu **Pa** ‖ 13 id est] scilicet **Pb** | et *om.* **L** ‖ 14 necessitatem **LPa** | furiosi Capaneum **Pa** ‖ 16 praedicis *om.* **M** ‖ 19 sc. proueniat; tubarum sonitus nunquam irrumpat clangor **L** tuba sonitus irrumpat clangor **Pa** | inquam **Pb** ‖ 20 irumpunt clamor **Pb** ‖ 21 LEG. A. H. *iterat* **L** ‖ 22 SERTA . . . significet *om.* **LM** | manum **Pa** ‖ 24 Abstrasaque *corr. in* obstrusaque **M**

quia, quaecumque eueniunt, mundi uertigine, non numinum dispositionibus fiant.

659 ELICIVNT reuera, quicquid loqueris, fatum est, aut tuo arbitrio fata disponis. MISERET SVPERVM totum hoc secundum Epicurum dicit poeta. ait enim Lucretius ⟨II 646—648. 651⟩: 'omnis enim diuum per se natura necesse est immortali aeuo summa cum pace fruatur, semota a nostris rebus seiunctaque longe: nec bene promeritis capitur nec tangitur ira'. ut Virgilius ⟨Aen. IV 379 sq.⟩: 'scilicet is superis labor est, ea cura quietos sollicitat'. miseri, inquit, dii sunt, si tuis precibus mouentur ad praedicenda mortalibus futura.

661 PRI|MVS IN ORBE DEOS FECIT TIMOR negat deos ulla re alia celebrari nisi timore mortalium. ut Lucanus ⟨I 486⟩: 'quae finxere, timent' et Petronius Arbiter istum secutus ⟨fragm. XXVII 1 B.⟩: 'primus in orbe deos fecit timor'. [sic et Mintanor musicus: 'deum, doloris quem prima compunctio humani finxit generis'.] Lind. p. 114

663 GALEIS poculum enim militis galea est. ut Lucanus ⟨IX 509 sq.⟩: 'sic concitus ira excussit galeam, suffecitque omnibus unda'.

665 VENTISQVE quia solent augures uentorum flatibus futura cognoscere.

666 PROFERRE DIEM dilationem bello dare. ut Terentius ⟨Andr. 328 sq. F.⟩: 'saltem aliquot dies profer, dum proficiscor aliquo'.

---

1 quia] q̇ȝ **Pa** ‖ 2 depositionibus **Pa** | fiat **MPa** fiunt **L** ‖ 4 deponis **Pa** | misereret **Pb** ‖ 6 omnes **Pb** | enim *om.* **M** | per se diuom *Lucr.* | pro se **LP** ‖ 7 Immortale **L** | aeuo] uotum **Pa** quidem uotum **L** | cum pace summa **Pb** cum p̋ce summa **M** prece summa **LPa** | fruuntur **Pb** ‖ 8 rebus nostris **Pb** | disiúnctaque **L** iunctaq; **MPb** iunctosqȝ **Pa** ‖ 9 ut] & **L** ‖ 10 his **LP** | laborem **Pb** laboreȝ **Pa** ‖ 11 misera **Pa** | diis **Pa** hii dii **Pb** | tuis] cuius **Pa** *om.* **Pb** ‖ 12 futura mortalibus **LP** ‖ 13 primū . . . deus facit **Pa** ‖ 14 alia re **L** ‖ 15 qui **M** | fixere *superscr.* n **M** ‖ 16 deus **Pa** ‖ 17 sic . . . generis *om.* **M** | minitator **Pb** *cf. Fulgent. ed. Staveren p. 625* | quę prima **P** prima quem *Duebnerus* ‖ 20 sic *om.* **L** si **Pa** ‖ 21 undam **Pb** ‖ 22 que **Pa** ‖ 25 saltem

669 INSANIRE MANV furere manibus, bellare, non ut tu uaticinationibus furis. FRAGOR populi clamor hortantis, ut Capanei sententiam sequerentur. sic Lucanus ⟨I 387 sq.⟩: 'elatasque alte, quaecumque ad bella uocaret, promisere manus'.

672 FLAMINA nam Fauonii flatu solutae niues addunt fluminibus incrementa. ut Lucanus ⟨V 465 sq.⟩: 'at Genusum nunc sole niues, nunc imbre solutae praecipitant'. CONCRETO FRIGORE definitio niuis: quid est nix? — concretum frigus.

Lind. p. 115 678 NON AMPLIVS AEQVO CORDE FERENS id est ulterius aequo corde mariti gemitus ferre non potuit Argia, castitatis affectione deuincta.

681 ET FLETV SIGNATA GENAS nam quaedam uia apparet lacrimarum in plangentis facie, et in maestorum uultibus orbitam suam tristitia dereliquit.

682 PARVVMQVE SVB VBERE CARO Virgilius ⟨Aen. II 320 sq.⟩: 'paruumque nepotem ipse trahit'.

683 THESSANDRVM hic est 'Thessandrus Sthenelusque duces' Polynicis et Capanei filii. IAM NOCTE SVPREMA id est in fine constituta, cum explicatur 'ante nouos ortus' id est ante aduentum diei.

685 AD OCEANVM quia Arctos Oceano non mergitur positione cursus sphaerae circularis. ⟨Hom. Odyss. V 275:⟩ οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο. sed fabulas, quae in septentrionem sunt fictae a Graecis contra ueri propositum, disseramus. Callisto, Lycaonis Arcadiae regis filiam, in comitatu Dianae Iuppiter cum uidisset, in amorem eius incidit nactusque a reliquis segregatam nymphis, in Dianam mutatus seductamque compressit et grauidam fecit. cuius cum crimen crescens uterus proderet, indignata Diana comitatu suo eam reppulit. quae exactis decem mensibus enixa est paruulum, qui Arcas cognominatus est. indignata Iuno, quod paelex sua ex Ioue etiam mater esset, Callisto uertit in ursam. cuius filius Arcas cum esset in adultam perductus aetatem, imprudens in matrem incidit ursamque credens misso telo eam perimere uoluit. non sustinuit Iuppiter ignorantem parricidium perpetrare statimque eos inter sidera rettulit. ille Arcturus et alio nomine Arctophylax uocatur, illa ἄρκτος μείζων, Latine septentrio maior appellatur. quod signum loco non mouetur neque mergitur. Tethys enim, uxor Oceani, nutrix Iunonis fuit, quae propter affectum nutritae eam prohibet in Oceanum cadere. unde Virgilius ⟨georg. I 246⟩: 'Arctos Oceani metuentes aequore tingui'.

688 LIMINA NOCTE PETAM intellegis, pater, causam esse mariti uxoris lacrimas, et si lingua mei animi non sit interpres.

---

aliquo (aliquot **M**) ad proferendum proficiscar dies **LMPa** saltem aliquo profert dies **Pb**

3 sequeretur **L** ‖ 6 Flumina **M** *om.* **Pb** | fauoni **Pa** ‖ 7 at genus sum **MPa** at gesiosum **Pb** aut **L** ‖ 9 diffinitio **LPb** ‖ 11 nūc **Pb** | aequo amplius **M** ‖ 12 gemitus *om.* **Pa** ‖ 13 deuincta *om.* **Pa** ‖ 14 fle(c)tus **P** flecti **M** ‖ 15 lacrima **Pa** | in[2] *om.* **MP** ‖ 16 orbatam **Pb** | sua **Pa** | derelinquit **L** ‖ 19 est] enim **L** | *est uersus Aen. II 261* | Polynicis *om.* **Pb** ‖ 20 SVPREMA *om.* **MP** ‖ 21 in *om.* **M** ‖ 23 immergitur **L** ‖ 24 circularis *om.* **M** ‖ 25 *in libris leguntur haec:* o. i. e. a. d. o. a. m. o. p. a. c. e. &. * ιλοι. ποον οκεανος **L** o. i. e. d. o. a. m. o. p. o. e. e. & ιδιο poo nox ea noc **M** o. ι. e. a. d. o. a. m. o. p. o. c. e. et. iaoi. Po onoxe. anoe **Pa** o. i. e. a. d. lo. a. m. o. p. o. c. e. (*deinde sequitur lacuna*) **Pb** *hunc Homeri uersum latere uidit Vollmer.*

1 fabule **MP** | in *om.* **Pb** | inscriptionem **Pa** ‖ 2 edisseramus **L** | Calyston **L** ‖ 3 regis arcadiae filia **Pb** ‖ 4 manentemque a reliquis speratam **Pb** ‖ 5 in diana **Pa** ‖ 6 utrū **Pa** ‖ 8 pauolum **Pa** ‖ 9 arctos **MP** | cognominata **M** cognomina **Pa** | pellex **LPb** pelix **MPa** | eius pellex (*om.* sua) **Pb** ‖ 10 etiam] et **Pa** *om.* **Pb** | Caliston **Pb** calypson **Pa** *corr. in* calyston **M** Calysto **L** | ursa **Pa** ursu **Pb** | cuius cum filius archas **Pb** ‖ 11 inprudens **M** ‖ 12 credens esse ursam **Pb** ‖ 13 sustinens **L** ‖ 14 statimque *corr. ex* statim **M** et statim **Pb** statim **LPa** ‖ 15 arectus **Pa** | aretrofilax **Pa** axctophilax **Pb** | nominantur **Pb** ‖ 16 mizon **MP** μείζον **L** | septentrion **Pa** ‖ 17 Thetis **LMPa** tethis **Pb** ‖ 18 quam **Pb** ‖ 19 nutrice **Pb** *corr. in* nutricis **M** | prohiberet **MPa** prohibuit **Pb** | unde] ut **Pa** ‖ 20 tingi **LPb** ‖ 21 intellige **Pb** ‖ 22 mariti causa esse? | marito **Pb** merito **Pa**

689 GENIALIA coniugalia. sed bene uxor super coniugis iurauerit partes. uiri enim genitalia conueniunt mulieribus.

693 TIGRIDIS HORROR totum Virgiliane amantis expressit affectum. Dido enim, ut Aeneae exprobraret duritiam cordis, ait ⟨Aen. IV 366 sq.⟩: ‘sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres’.

697 ASPICE PROLEM Thessandrum dicit, qui patiebatur pudoris ignominiam, si dicatur exulis filius. Virgilius ⟨Aen. X 851 sq.⟩: ‘idem ego, nate, tuum uiolaui crimine nomen pulsus ob inuidiam regno’.

700 QVEM DIXIT APOLLO id est quem oracula tibi generum per portenta dixerant.

701 NON EGOMET id est non cum furtiuo amore et culpabili Polynicen dilexi, sed ut exuli nuberem, tuis praeceptis parui, et ut maritum amarem, tuis monitis parui.

705 QVANTVS AMOR Lucanus ⟨VIII 75 sq.⟩: ‘non legum iura nec arma, unica materia est coniunx miser’. nam maritum affectio commendat. si sit miser, auget misericordia caritatem.

707 ROGO peto, ut concedas, quod proficiscente marito dolebo, quod pugnante timebo.

---

1 GENITALIA **L** | semper **Pb** ‖ 2 iurauit **L** coniurauerit **M** | uiris **MPb** | gentilia *corr. in* genitalia **M** ‖ 3 *post* mulieribus *in* **LmMP** *sequitur* iuno (uino). *fortasse tale schol. latet:* uiris enim conuenit Hymen, mulieribus Iuno ‖ 4 uirginale **Pa** uirgilianum **Pb** Virgilianae **L** ‖ 5 ut *om.* **Pa** | exprobaret **LPb** *corr.* **M** ‖ 7 caucasus horrens cautibus **MPa** | h. qȝ. a. u. t. **Pb** *om.* **LMPa** ‖ 9 patietur **L** ‖ 10 ignomiam **M** ‖ 11 id est ego tite **Pb** | maculaui *Verg.* | numen **Pa** ‖ 12 regno] solio *Verg.* ‖ 13 quę **Pb** *corr. in* quȩ̄ **M** ‖ 15 id est *om.* **Pb** | cum furtiuo **L** confurtiuo **Pb** *corr. in* furtiuo **M** furtiuo **Pa** ‖ 16 culpa **Pb** | ut *om.* **Pa** | exulem **LM** | nuberem *om.* **LM** | tuis praeceptis parui *om.* **L** ‖ 17 maritum . . . parui *om.* **Pb** | amorem **LM** ‖ 19 QVANTVS . . . nam *om* **Pb** ‖ 21 commendat affectio **Pa** | misericordie **Pa** mię̃ **M** minime **Pb** ‖ 23 quod] ut **Pb** qui *superscr.* đ **M** ‖ 24 quod . . . timebo *om.* **P**

714 SED MIHI MVLTA DEI ordo: sed mihi multa dei Lind. p. 116 regnique pondus subiciunt animo.

717 NATA MODVS eleganter religiosus pater sollicitae filiae belli pollicetur effectum.

719 DVRA MORAE nec damnum putes utiles moras. ipsa enim tardidate bello proficitur. ut Lucanus: ‘saepe mora melior’.

COMMENTARIVS IN LIBRVM IV.

Continet hic liber Bellonam iacientem hastam ad ini- Lind. p. 117 tium belli et persuadentem pugnam, sacrificium Iouis et in ipso omina aduersa, ad bellum euntium planctum suorum. dehinc catalogus de his, qui uenerunt in auxilium. Adrasti et singulorum nomina ducum. prima descriptio Adrasti, secunda Polynicis generi eius, tertia Tydei eiusdem generi, quarta Hippomedontis, quinta Capanei, sexta Amphiarai descriptio euntis ad bellum prodente coniuge et accipiente ornatus ab Argia, septima Parthenopaei euntis ad bellum inscia matre. matris aduentus et allocutio eius dissuadentis eum a pugna. dehinc a Thebis praeparatio Eteoclis contra fratrem. aduersa monstra. furoris correptio Iocastae decurrentis in monte et allocutio eius uaticinantis futura. extractio umbrae Lai et eius umbrae uaticinatio

---

1 ordo *om.* **Pa** | dī **M** ‖ 2 regn. pond. *om.* **L** | subiiciunt **L** | animū **MP** ‖ 3 eliganter **MPa** ‖ 4 affectum **LP** ‖ 5 ne **P** ‖ 6 bellum **LPb** | proficitur *Bamb. Mon.* **Pa** proficiscitur **MPb** perficitur **L** | ut sepe **Pa** | *cf. Hosii edit. p. 331* ‖ Explicit liber tercius. Incipit libĕ quătus **Pa** ‖ INCIPIT QVARTVS **M** ‖ 9 Concipit **Pb** | ad *om.* **Pa** ‖ 10 iuuis **M** | et *om.* **Pb** ‖ 11 omnia **Pb** om̃ **M** | aduersum **M** adŭtit **Pa** | euntē **M** euentiū **Pb** ‖ 12 deinde **Pb** | de iis **Pb** de is *add.* h **M** | que **Pa** | in *om.* **M** ‖ 13 et] ex **P** ‖ 14 cuius **Pb** | tertia *om.* **M** ‖ 16 descriptio *om.* **Pb** ‖ 18 adeuntis **Pb** | et *om.* **Pb** | eius] et **Pb** ‖ 21 decurrentes **Pa** | monte *corr. in* montē **M** | cuius **Pb** ‖ 22 detractio **M** | laii **Pb** | cuius **Pb**

futuri mali. iter Graeci exercitus euntis Thebas. Liberi patris descriptio cum omni choro et eius allocutio pro Thebis, cum exercitum Graeciae uideret Thebas petere. preces eius apud Nymphas, ut cuncta siccarent et euntibus Graecis siti exhaustis potum fontis negarent. Nympharum uiscera in terram redacta. remotio Argiuorum. sitis descriptio. Adrasti allocutio ad Hypsipylen, nutricem Archemori, filii Lycurgi. Hypsipyles responsio et demonstratio fontis Langiae. descriptio exercitus ad aquam festinantis.

Lind. p. 118 1 TERTIVS PHOEBVS id est tertius annus ex emisso pacto fratrum. primus enim fuit, quo imperauit Eteocles, secundus, quo conuentus est a Tydeo, ut redderet regnum — qui annus itu ac reditu Tydei consumptus est — tertius, a quo incipitur bellum. HORRENTEM ANNVM hieme asperum uel horridum frigore. ZEPHYRIS LAXAVERAT eleganter, quia hieme liquentia solidantur. ut Virgilius ⟨georg. IV 35 sq.⟩: 'nam frigore mella cogit hiems eademque calor liquefacta remittit'. item ⟨georg. III 364⟩: 'caeduntque securibus humida uina'. quae omnia resoluit uerna temperies. 'annum' ergo pro parte anni, per quem hiemem poeta significat. ut Virgilius ⟨georg. I 44⟩: 'et Zephyro putris se gleba resoluit'.

2 LIMITE VERNO tempore utique uerno, quo imminutis noctibus dies sumit augmentum.

Lind. p. 119 3 CVM FRACTA IMPVL|SAQVE FATIS quia contra consilium Adrasti indictum est bellum, uoluntate fatorum fracta id est disrupta et ab ancipiti cogitatione abscissa

---

1 item **LP** ‖ 3 cum eius exercitu **Pa** | petere thebas **Pb** ‖ 4 ut *om.* **Pb** ‖ 5 potum *corr. ex* portum **M** | nympha **Pa** ‖ 6 uisera **Pb** *om.* **M** | reducta **Pb** ‖ 7 ipsiphilen **MPa** isiphilen **Pb** ‖ 8 ligurgi **MPa** ligu **Pb** | ipsiphilen **Pa** ipsiphiles *corr. in* ipsiphilis **M** ‖ 10 id est *om.* **Pb** | misso **Pa** ‖ 12 quo] in quo **LPb** ‖ 13 qui . . . est *om.* **P** | quo anno **L** qui agnotus **M** | itus **L** *om.* **M** | reditus **LM** ‖ 15 hiemē *Mon.* ‖ 16 eligantur **Pa** ‖ 19 securis **Pb** ‖ 20 una **Pb** | annus igitur **Pb** | quam **LMPb** ‖ 23 quo *om.* **Pb** ‖ 24 augumentum **P** ‖ 25 CVM *om.* **MP** | inpulsaque **M** | satis **Pa** *om.* **Pb** | que **Pa** *om.* **Pb** ‖ 27 id est *om.* **Pb** | dirupta **L** rupta **M**

et destinata ad indictionem belli. ideo subiunxit 'impulsaque fatis'. iam enim disrupta facile ad bellandum fatis impelli potuerunt.

4 MISERI utrisque — scilicet fratribus — infeliciter exstitit causa bellandi, quos natos infelicior habuit imperandi condicio.

5 PRIMA BELLONA aut quae prima bellum coeperit ante Martem, aut prima domina proeliorum. RVTILAM splendentem. DE VERTICE LARISAEO de arce ciuitatis Argiuae.

6 TRABALEM HASTAM ingentem. congrue inde hastam dicit emissam, unde bellum ueniebat ad Thebas.

8 DIRCES nomen Thebani fontis a reginae uocabulo nuncupatum. et modo poetico dixit. neque enim poterat hasta de uertice Larisaeo usque ad Thebas ire.

9 CORVSCIS VIRIS splendidis Argiuorum ducibus id est ferri nitore fulgentibus.

11 PLAVDIT EQVOS plausibus excitat.

13 DICTA DIES ADERAT ἀποσιώπησις. subaudimus uero coetibus aut sacrificiis aut quibuslibet rebus: supra dicta.

15 SIMVLAT SPERARE cum metu futuri mali sacerdos ipse palleret, populis tamen propitios deos esse fingebat, ne animus uirorum fortium minueretur. quia, ne armati aduersum omen accipiant, prospera pro terribilibus nuntiat.

19 TRISTE nomen pro aduerbio, ut si dicatur 'tristiter'.

20 SVSPIRANDA DOMVS 'domum' pro familia, 'suspi-

---

1 subiungit **L** suddit **Pb** | inpulsaque **M** pulsaque **Pb** ‖ 2 dirupta **L** ‖ 4 MISERIS **L** | infelix **LPb** infelicibus **Pa** ‖ 5 existit **Pb** ‖ 7 quae] quod **LP** ‖ 8 aut quod prima **L** ‖ 9 LARYSSAEO **L** larisseo **MP** ‖ 10 hastam ingentem dixit **L** ‖ 11 dixit **P** ‖ 12 a reginae] origine **Pa** argiuo **Pb** ‖ 13 more **L** | poetice **MPb** | disit enim neque **Pb** ‖ 14 hastā **M** | Larysseo **LMP** ‖ 18 ADERAT *om.* **Pb** | apposiosis **Pa** aposiopos **Pb** | uero *om.* **Pb** ‖ 19 dictis **LPb** ‖ 21 populus **Pb** ‖ 22 que **Pa** ‖ 23 aduersus **Pa** omnem **Pb** omnium **Pa** | accipierunt **Pa** | terribili nuntiante **Pa** ‖ 24 TRISTE pro tristiter (*om.* ut . . . tristiter) **L** ‖ 26 DOMOS **L** | domum pro *om.* **Pb**

randa' pro desiderabili posuit. id est omnes armati domus suae dulcedine tangebantur.

21 DEDVCERE CONOS inclinare apices galearum.

26 HAERET AMICA MANVS in ancipiti pietas constituta, quid potius faceret, ignorabat.

27 HINC OSCVLA TVRBANT per oscula fletus fiebat, qui turbabat oculos.

31 DE RVPE SALVTANT uale illis dicunt et, ut bene nauigent, optant. Sallustius: 'cum ab eo domum rediens salutaretur'. est ergo 'salutare' etiam abeuntibus uale dicere.

Lind. p. 120 32 NVNC MIHI FAMA PRIOR ideo ista numina inuocantur, quia nullum bellum Thebano antiquius fuit. ut Lucanus ⟨IV 654⟩: 'hinc aeui ueteris custos, famosa uetustas'. hic ergo inuocatio est Famae ac Vetustatis: o Fama, cui cura est meminisse uirorum fortium uitas, ne obliuione sopiantur.

34 TVQVE O NEMORIS nemoris Pindi uel Parnasi, unde uox funditur Pieridum.

37 SVBLATA MOLIRE LYRA heroicum iam ardorem innectens remissa lyra commemora.

38 MENS HAVSTO DE FONTE VENIT quia illic tu donas eloquia.

39 PONDERE CVRARVM magnitudine sollicitudinum. circa finem uitae iam positus.

---

3 cenos **Pa** canos **Pb** | galea **Pa** ‖ 6 fiebant **Pb** ‖ 7 turbat **MPb** ‖ 9 optant *om.* **M** | Sall.: cum . . . salutaretur *om.* **LP** *seru.* **M** *Mon. Gud.* | la **M** *Mon.* sat *Gud.* | *cf. Maurenbrecher II p. 199* ‖ 10 etiam *om.* **Pb** ‖ 12 Ista ideo **LPa** | nomina **Pa** ‖ 13 que **Pa** | antiquo **Pa** | ut *om.* **Pb** ‖ 14 aeui ueteris] & in ueteres **L** et inuentis **Pa** | custos *om.* **LMP** | formosa **Pb** | ueritas **Pa** | hęc **Pb** ‖ 15 ac] et **Pb** | uetustati **Pa** ‖ 16 cura *om.* **L** | uita **Pa** uitā **L** ‖ 18 nemoribus **Pa** ne morbus **Pb** | pincti **Pa** pinni **M** | aut **L** | Parnassi **L** ‖ 20 Sȝ sublata **Pa** | eroicum **MPa** ‖ 21 lira remissa **Pb** | commemorata **MPb** commemorat **L** ‖ 22 que **Pa** | tunc **Pb** ‖ 24 sollicitudinum turba **L** | *ante* circa *inserendum puto* PROPIORQVE ABEVNTIBVS ANNIS | circa] cura **Pa**

40 VIX SPONTE uel quod senectutis tardaretur incommodo uel quia ad bellum ire cogebatur inuitus.

41 CONTENTVS FERRO gladio tantummodo incedebat praecinctus aut propter senectutem, ne armis grauaretur, aut propter potestatem, quae munimini eius poterat sola sufficere.

43 LVCTATVR ARION hic Arion natus est Neptuni munere et Terrae, equus nimiae uelocitatis, quem nunc Adrastus curru iunctum ducebat ad bellum. alii dicunt filium ipsius Neptunum Pelopi donasse, a Pelope ad Adrastum uenisse. cum igitur adhuc ignotus esset equorum cursus mortalibus et horum animalium natura egeret terra, Neptunus remediaturus humanos successus ingenio ac potentia, in Thessalia terram tridente percussit, subitoque mirum dictu solo prosiluerunt duo equi: Scyphos et Arion. inde optimae naturae equi Thessalici per orbem feruntur.

44 HVIC propter hunc. ut ⟨Aen. XII 488⟩ 'huic Messapus, uti laeua duo forte gerebat'. PROSYMNA ciuitas Argiuorum.

45 PHYLLOS Arcadiae est regio, quam Graeci Phigalian uocant, quam pecorosam ferunt, quae egregio abundet pecore. unde fuit Nestor. hinc Persius ⟨III 9⟩: 'findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas'.

---

1 uel] id est **L** ‖ 2 quia *corr. ex* qui **M** quod **LP** | ad] enī de **Pb** ‖ 3 incendebat **P** ‖ 4 ut **Pb** | ne . . . potestatem *om.* **Pb** | ne] aut **Pa** ‖ 5 quam **Pb** | munimina **Pa** ‖ 7 ario **Pb** | hic Arion *om.* **Pa** ‖ 8 Terrae] inte **Pa** | equs **Pb** equis **Pa** ‖ 9 currui **LPb** ‖ 10 Neptuni **LP** | a Pelopo **L** ‖ 11 uenisse *om.* **MP** ‖ 12 cursus . . . remediaturus *om. in marg. inf. add.* **M** | cursusqȝ **Pa** cursus usque **MPb** | ageret **M** ‖ 13 remediatur **Pa** | humano succensus **Pa** | ingenio **MPb** uirtutibus **L** *om. spat. uac. rel.* **Pa** ‖ 15 prosilierunt **L** | -erunt duo equi *om. sp. u. r.* **Pa** | scilicet Scyphos **L** Siphon **Pb** Scitius *Myth. II* Scintius *Myth. III* ‖ 17 HVIC . . . hunc *om. sp. u. r.* **Pa** | ut *om.* **LMPa** | messapius **Pa** me. sappius **M** ‖ 18 ut **Pa** | porsimna **Pb** ‖ 20 PHLIVS *Mueller in Statii edit.* PHYLLVS **L** philus **M** philos **Pb** *om. sp. u. r.* **Pa** | Phyllalian **L** philaliā **P** phigalliā **M** ‖ 21 peccorosa fertur **Pa** | que *corr. ex* qui **M** quod **LP** | habundet **MPa** ‖ 22 pectore **P** ‖ 23 finditur **Pa** | dicas **P** *Persius*

46 CHARADRON ciuitas Peloponnensis, quae Charadro fluuio iracunde teritur.

47 NERIS montis nomen Argiui, ut ait Callimachus. CLEONE ciuitas Arcadiae in confinio Argiuae regionis.

48 ET LACEDAEMONIVM THYRE LECTVRA C. historia talis est: Thyre ciuitas est. huius populi duo quondam inter se bello dissentientes, Lacedaemones et Argiui. sed Lacedaemoniis dux Theriades. cum eius exercitus iam prope uictor esset, tamen graui uulnere iaceret, excepto — antequam totam animam exhalaret — sanguine, tropaea iussit attolli. quibus digito sanguine oblito ter haec scripsit: κατὰ Ἀργείων. hoc dixit 'Lacedaemonium Thyre lectura cruorem'. siue quia apud Lacedaemonios uerberum et plagarum habebatur certamen. [propter hoc dixit 'Lacedaemonium lectura cruorem'.]

49 MEMORES qui haberent memoriam generis, qui Adrasto longa affinitate iunguntur.

Lind. p. 121 50 QVI DREPANI SCOPVLOS Corinthi Drepanon dicit, non Siciliae. OLIVIFERAE SICYONIS Corinthi municipium oliuis fertile. unde Virgilius ⟨georg. II 519⟩: 'teritur Sicyonia baca trapetis'. hanc autem primum Adrastus

2 fluuio Charadro **L** | trahitur **LPa** ‖ 3 NERIS] Reis **Pa** | calimacus ait **Pb** | *Schneider fragm. 566* | et *ante* Argiuae *ins.* **Pa** *del.* **M** ‖ 4 Argiuae] archadię **Pb** ‖ 5 LECTVRA] i. **M** e. **Pa** c. **Pb** | c. *om.* **L** ‖ 6 est[2] *om.* **LP** *del.* **M** | duo] di **Pa** ‖ 7 bello inter se **L** ure se bella **Pa** | bellum **Pb** | disserrent **Pa** | sed] & **LPa** ‖ 8 Lacedaemoniorum **L** lacedemonius **Pa** | Othriades **L** tiriades **Pb** ‖ 9 ipse tamen *an* tametsi? ‖ 10 tropheum **Pa** ‖ 11 quibus] quid **Pa** q **Pb** | oblitrato' **Pa** | ter *om.* **L**(**Pa**) ‖ 12 hoc **M** *om.* **Pa** | κατὰ* aptron e prata λoιιoɴ **L** *Κατα* ꝺ patrone piata . ΛΡΘΙΟΝ **M** *Κατα* . ꝺ patrone · piata ΛΕΙΟΙΟΝ *Mon.* h. a. t. a. a. p. trone piazaa pōjon **Pa** Cata aptro ne piata argion *Bamb. spat. uac. rel.* **Pb** κατὰ Ἀργείων *corr. Kohlmann. in* Mus. Rhen. *uol.* XXXI p. 302—304 | hec **Pa** | hoc est quod dixit **L** ‖ 13 lecturā **M** | siue] fuit **Pb** ‖ 14 etamen habebat **Pb** | propter . . cruorem *om.* **M** ‖ 15 dixit *om.* **Pb** ‖ 18 Corinthion uel **L** corinthio uel **Pa** | Drepanem **L** drepanen **M** repanen **Pa** drepanum **Pb** ‖ 20 territur **P** ‖ 21 baca *corr. ex* pacca **M** bachi **Pb** | primus **Pb**

ciuitatem regnando possedit, ut ipse in secundo libro ⟨uu. 179 sq.⟩ testatur dicens: 'quis te solio Sicyonis auitae excitum infrenos componere legibus Argos'.

51 LANGIA TACENTI id est quos Langia palus lambit.

52 ELISSOS flumen Atticae regionis. hunc Graeci ita uocant. tractum nomen a flexibus. qui fertur ex Cocyto fluuio inferorum undarum augmenta percipere. uel in isto dicuntur Furiae fessas siti animare serpentes.

56 SEV TECTA MYCENIS propter fratrum discordias et parricidiales epulas et fugam Solis. unde Virgilius ⟨Aen. I 568⟩: 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'.

59 EPHYRE ipsa est, quae Corinthos, quae Dyrrhachium, in qua mater Palaemonis colitur. huic templum ciuitas prima Ephyre dedit, quia de Scyradibus petris se Ino, uxor Athamantis, praecipitauit in mare. et cum corpus filii Melicertae Corinthum fuisset appulsum, de habitu contemplati regis fuisse filium, humauerunt. cui humato institutum fertur lustrale certamen, quod Isthmicum uocant. ut quidam uolunt, ita solata est Ephyre matris querelas. est autem Corinthi ciuitas. unde Virgilius ⟨georg. II 464⟩: 'Ephyreaque aera' hoc est Corinthia.

60 CENCHREAEQVE Cenchreus portus est Corinthi.

3 excisum **Pb** *corr. in* excitum **M** exosum **Pa** | infrene **Pa** | *post* argos *in* **Pa** *legitur* alias stogilla hab'r ‖ 4 LANGIA **L** langilla **Pa** stagilla **Pb** *del. superscr.* Langia **M** Slangia *Mon.* | Langia **L** stagilla **P** tagilla *del. superscr.* Langia **M** slangia *Mon.* ‖ 5 Et flumen elisos **Pa** | fluuius **L** fl'est **Pb** (*om.* **Pa**) | Graeci] igitur **L** ‖ 6 quibus **Pa** | e cocyto **Pb** et scito **Pa** ‖ 7 augumenta precipue **Pb** ‖ 8 fessos **Pb** | fess. s. a. s.] solitae morari **L** ‖ 10 par(r)icidales **P** ‖ 11 aduersus **LPa** | 13 Corinthion **L** *corr. in* corinthon **Pa** corinthon **MPb** | dirihasiū **Pa** dirraratium (scy superscr.) **M** ‖ 15 prima] propia **Pb** | ephira **MP** | que **Pa** ‖ 17 melicertis **Pa** *corr. in* melicerti **M** ‖ 19 fertur *corr. in* feruntur **M** | lustrare **M** lustrate **Pa** | qui **Pa** | stimicum **MP** ‖ 20 est solata **L** | matrisq; **Pb** ‖ 22 aera] erea **M** manus **P** | hoc est] i. **L** *om.* **P** | Corinthia. CENCHREAEQVE *om.* **P** ‖ 23 Cenchraeus **L** cencreus **M** cenechrereus **Pa** cenchereus **Pb** | corinthi portus est **M**

61 GORGONEO PERCVSSVS EQVO equo Pegaso, cuius ungula percussus locus fontem effudit, qui Hippocrene dicitur. hoc enim fonte qui labra proluerit, poeta fiet. ideo uatum conscium dicit. Pegasus autem, Neptuni et Medusae Gorgonae filius, uolare solitus, cum uenisset in montem Heliconem, qui est in Boeotia, ungula locum quem percusserat, fontem inde excussit. hoc dicit seruare uatibus carmina. unde Persius ⟨prol. 1⟩: 'nec fonte labra prolui Caballino'.

62 ISTHMOS terra siue mons, qui Aegaeum mare diuidit ab Ionio. ideo autem dixit 'maria inclinata repellit', quia Achaiam, in qua pater regnauit Pelops, duo maria circumdant, adeo ut insulam faciant, nisi utrumque pelagus obiectus Isthmos interiaceret. Lucanus ⟨I 101⟩: 'gracilis mare separat Isthmos'.

Lind. p. 122 64 PARS GESA tela Gallica. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 661 sq.⟩: 'duo quisque Alpina coruscat gesa manu'. FLAMMIS ut Virgilius ⟨Aen. VII 506⟩: 'hic torre armatus obusto'.

66 NEQVE SANGVIS ordo: alii gesa, alii robora flammis indurata pro telis habent. nam quia non ipsis unus sanguis aut origo fuit, ideo dissimilia arma gestabant.

73 PLAGARVM IN PECTORE NODOS signa praeteritarum uirtutum. id est cui praestant priora uulnera dignitatem.

74 DIRCAEVS GENER Polynices est de fonte Boeotiae sic uocatus, qui ex Dircaeo funere, cuius corpus iuxta

1 pegaseo **Pb** ‖ 2 effod'e **Pa** | qui] per **Pb** | Hippocrenes **L** ippocrenes **Pb** ypocrenes **MPa** ‖ 4 dixit **LPa** dicitur **Pb** | aut **Pa** | et] aut **Pa** ‖ 5 Gorgonis **L** gorgones **Pb** ‖ 6 loco **L** ‖ 7 fontem *om.* **Pb** | inde] uñ **Pa** | hec dixit **Pa** ‖ 9 calino **Pb** ‖ 10 terra siue mons **M** Achaiae mons **L** annos **Pa** mons **Pb** | qȝ **Pa** ‖ 11 aut **Pb** ‖ 12 quia **Pa** qui **M** quod **LPb** ‖ 14 interiacet **Pa** *om.* **Pb** | Luc. . . . Isthmos *om.* **Pb** ‖ 16 PARS *om.* **MP** | unde **Pb** ‖ 17 gessa **P** ‖ 18 Virgilius *om.* **MP** ‖ 19 adusto **Pb** opto **Pa** ‖ 20 Illeque **Pa** | sanguinis **Pb** | alii gesa *om.* **L** ‖ 21 edurata **Pb** | qȝ **Pa** *om.* **Pb** | non] ante **P** ñ *om. superscr.* **M** | unde sanguinis **Pb** ‖ 23 preteritorum **Pa** ‖ 25 Polynices *om.* **P** | est *om.* **MPb** ‖ 26 nominatus **L**

eum — quod taurus traxit — inuentum est, inde nomen accepit. Polynicen ergo Dircaeum appellat, propter quem ab omnibus populis prodiebatur ad bellum.

78 AVCTA FIDES in quibus est fides aucta calamitatibus, quia misericordia commoti sunt, siue quibus praecipuum erat potentes mutare.

81 AEGION ARENENQVE ciuitates Arcadiae. quas regendas Polynici genero quasi dotalis familiae Adrastus dederat, ne exul regnare desuesceret aut certe ne sentiret exilium. THESEIA TROEZEN Thessaliae ciuitas, quam Theseiam dixit, quod Theseus Troezenae ciuitatis iter obsessum a latronibus liberum praestitisset, uel quia Theseus Aethrae filius in hac urbe natus est.

84 DEBITVS HOSPES fatalis: responso Apollinis debitus.

85 TVLIT aut detulit aut gessit.

87 SPHINX ideo dicta est, quod quaestionibus con|stringeret homines, ut se expedire non possent. nam Graece σφίγγειν constringere dicitur. uel uinculum, quod quasi illa propositi sui uinculis colligaret omnium mentes, uel propter Oedipoden patrem, cuius labor Sphinx est. Lind. p. 123

92 PECTORE THEBAS a cupiditate Thebarum solo coniugis reuocatur affectu.

94 ET INTEGER ARTVS integros artus habens post uulnerum curationem. dicit ergo Tydeum audito tubarum strepitu nondum curatis uulneribus tamquam integro cor-

1 quod *Mon.* qui **LPa** *corr. in* quo **M** quem **Pb** | taurum **L** | inde *om. superscr.* **M** ‖ 2 pollinicem **P** | ideoq; quē ab omnibꝫ ppt **M** ‖ 3 populis] ppª **Pb** | progrediebatur **M** ‖ 4 hęc est fides **M** hoc est fides **Pb** ‖ 5 siue *om.* **Pb** ‖ 6 immutare **L** ‖ 7 ARENENQVE *om. superscr.* **M** ‖ 10 thesea **Pa** thesa **Pb** | thoemem **Pb** ‖ 11 thessentiam **Pb** | dicit **L** | thoemenę **Pb** ‖ 12 quod] quia *in ras. man. 2* **M** ‖ 13 eatrę **MPa** eacię **LmPb** ‖ 14 fatis uel **L** fata uel **Pa** ‖ 15 aut gessit aut detulit **LPa** ‖ 16 est *om.* **L** | p̃stitionibus **Pb** | ita stringeret **Pb** constringit **L** constringere **Pa** ‖ 17 se *om.* **LPb** ‖ 18 σφίγγειν **L** spin **M** spinx **Pa** spi . . . **Pb** | quod *om.* **L** q **Pa** ‖ 19 propositis **LP** | suis **LPb** sibi **Pa** sui/// **M** | colligere **Pa** ‖ 22 remouetur **Pa** ‖ 23 ET *om.* **MP** | integros *om.* **Pb** | artus *om.* **P** | uulnerum *om.* **Pa** ‖ 25 sonitu **L**

pore ad bellum prodisse, cuius arma uti uerno tempore anguis lubricus splendore radiabant.

97 SQVALENTIBVS ANNIS quia deposita pelle dicuntur serpentes in iuuentutem redire. herba quaedam dicitur marathros, quam cum comederint, senium deponunt aetatis.

100 SICCAVERIT ORA id est in se exhauserit uenena serpentis.

102 SENSIT SCOPVLOSA PYLENE detrimenta cultorum. est Pylene ciuitas Aetoliae.

103 MELEAGRIA PLEVRON ciuitas Boeotiae, ut Homerus ait, in qua Meleagri sorores, dum fratrem flerent, in aues uersae sunt, quae hodie meleagrides uocantur. causa enim haec illis fletus fuit, cum Althaea, mater Meleagri, titionem fatalem combureret, dum uindictam Plexippi et Agenoris quaerit, quos Meleager occiderat. quo facto ipsa post tantum nefas merito laqueo uitam finiuit exosa lucis. secuta est luctum alia calamitas. namque Meleagri germanae in tantum fratrem fleuerunt, ut deorum misericordia in aues uerterentur.

105 OLENOS Arcadiae ciuitas, in qua Iouem Amalthea capra dicitur nutrisse, quae in cultum Iouis Idam prouocat, montem Cretae, in quo Iuppiter colitur. contendit autem, ut Iouem suum alumnum uindicet.

106 TVRPATVS palaestrae arte superatus, ut Ouidius ait. qui autem uerius, hunc dicunt fluuium ante inuium ab Hercule in fossam deductum uires amisisse. ut Lu-

1 prodiisse **LMPb** | ita ut **LPa** ‖ 2 lubrico **Pa** ‖ 3 armis **Pb** ‖ 5 marathros **L** marabtros **M** mathros **Pa** mathios **Pb** muratros *Mon.* | deponunt senium **Pb** | aetates **M** *om.* **Pb** ‖ 8 detrimentum **Pb** ‖ 9 est *om.* **LMPb** ‖ 10 ut . . ait *om.* **LPb** ut h'om **Pa** | homerus *corr. ex* homines **M** ‖ 11 Meleagri *om.* **L** | sorores . . . mater Meleagri *om.* **P** ‖ 13 titonem **M** cionie **Pa** ‖ 14 combusit **L** comburere **Pa** | Pleuxippi **L** pleusip(p)ie **MP** | et *om.* **MP** ‖ 16 laqueo gulam fregit **L** ‖ 17 nam **LP** ‖ 18 deorum *corr. ex* eorum **M** dei **Pa** ‖ 21 cultu *Vollmer* | iouis idē non **Pa** idam iouis **Pb** Iouis Idam non **L** ‖ 23 uindicet *corr. in* uendicet **M** uindicēt **Pa** ‖ 24 Turbatus **M** | pelastri **Pa** palestri **M** | *met. lib. IX initio* ‖ 25 autem *om.* **LPa** | inunū **P** ‖ 26 fossa **Pa**

canus ait ⟨IV 142 sq.⟩: 'et scisso gurgite riuus dat poenas maioris aquae'. Achelous autem fluuius Deianiram, Oenei regis Aetoliae filiam, in coniugium petiit, cum eo tempore praedictam etiam Hercules postularet. accepta lege ab Oeneo, ut qui uirtute superasset, ipse eam acciperet, congressi in certamine, cum uinceretur Achelous, mutatus est initio in iuuenem, mox in draconem, tertio in fluuium, qui per Aetoliam fluens labitur in Arcadiam[, ad ultimum conuertit se in taurum. Hercules autem dicens se etiam | Lind. p. 124 tauros domuisse, cornu illius fregit, quod descendens ad inferos Cerberum rapturus secum tulit. illud Nymphae omnibus bonis repleuerunt datumque est Copiae, quae est ministra Fortunae. unde in Boethio legitur ⟨de cons. I 5⟩: 'Copia pleno cornu'. hoc ideo fingitur, quoniam Fortuna ditissima est omnium et diuites multos facit. cum pleno cornu, quoniam sicut cornu carnem exuberat et supercrescit, ita et diuitiae foris stipant hominem. in cornu etiam uirtus est animalium, et Fortunae uires in diuitiis sunt, quibus multos ad se pertrahit].

109 AEGRESCVNT dicitur Achelous duobus alueis fluxisse, cui Hercules unum clausit. ideoque dicitur cornu truncatus. hoc etiam sciens poeta aliud agens occulte tetigit dicens: 'anhelantes aegrescunt puluere ripae'. maerentem ergo tristem dixit.

1 rius **Pa** riuis **Pb** ‖ 2 autem *om.* **LPa** ‖ 3 petit **LPa** poni **Pb** | cum *om.* **L** ut **Pa** ‖ 4 predicta **Pa** | et hercules **Pb** | postulabat **L** postulare **Pa** ‖ 7 tertio in taurum nouissime in fluuium **M** ‖ 8 qui *corr. ex* quod **M** | ad ultimum . . . . pertrahit *omissis* **M** *praebet haec*: sed uictum acheloum hercules truncauit cornu, quod nymphis (*corr. ex* nymphā) consecrasse dicitur. fortuna ē cornu c̄ (*add.*) cupiñ//// fecisse *cf. Myth. II 165* | iā ad **Pa** ‖ 9 conuersus est **Pb** | dicens autem se (*om.* etiam) **Pb** ‖ 10 dominasse **Pb** | cornū **Pa** | q **Pa** | descendente **L** ‖ 12 omnibus nymphe **Pb** ‖ 13 *Schottky pro* in Boethio *putat scribendum esse* in Horatio (*carm. saec.* 59) ‖ 14 pleno copia cornum **Pb** | dites **P** ‖ 16 exsuperat *conicio* extulerat **P** ‖ 17 et *om.* **LPb** | duritiae **Pa** ‖ 18 uires *om.* **Pb** ‖ 19 sunt *om.* **Pb** | contrahit **Pb** ‖ 22 hec **Pa** | etiam] ita **Pb**

Lind. p. 125 111 PATRIVS STAT etenim ex Marte Oeneus dicitur natus, ex Oeneo Tydeus. sic enim in primo ⟨464 sq.⟩: 'et Marti non degenerare paterno aspicies'. alii quod quasi referunt ad uirtutem. ut Virgilius ⟨Aen. IX 685⟩: 'et Mauortius Haemon', non Martis filius, sed qui uirtute polleret.

116 MAIOR AT INDE transitus ad Hippomedontem. magna arte et uarietate sermonis primo copia, deinde dux describitur.

117 LYRCIE fluuius est Aetoliae.

119 INACHE fluuius est maximus in Graecia, cuius Io filia a Ioue compressa in uaccam mutata est. unde Virgilius ⟨Aen. VII 789 sq.⟩: 'at leuem clipeum sublatis cornibus Io auro insignibat iam setis obsita, iam bos'. PERSEA HVMO Argiua est, ubi Perseus regnauit. Persea ergo principale pro deriuatiuo Perseia. unde et longam posuit 'se'.

120 CVM TAVRVM AVT PLIADAS quorum ortu pluuiae immensae funduntur. et optime tempus excepit. nam aestate torrente degenerat. ideo tempus adiecit, quo undarum sumit augmentum, cum signa sunt pluuialia, quae illum mouent.

121 GENERO TVMVIT IOVE id est gloriatur, quod cum eius filia Io concubuerit Iuppiter. cum ergo elatus est.

122 DRYOPVMQVE Dryops et Icadius duo de finibus dum contenderent, Hercule iudice terminos ceperunt.

---

1 etenim *om.* **LP** | oeneus indicitur ex marte (*om.* natus) **Pb** ‖ 2 enim] et **Pb** ‖ 3 et *om.* **LPa** | respicies **Pb** accipies *Statius* | quod alii ? | quod *om.* **L** ‖ 4 ferunt **Pb** ‖ 5 Haemon *om.* **Pa** heros **Pb** | uirtutū pollere **Pa** ‖ 7 MAIOR *om.* **Pb** ‖ 8 et *om.* **P** *superscr.* **M** | uarietates **Pa** | copiae **L** ‖ 9 describitur dux **LP** ‖ 10 LYNCE **L** lircee **Pa** | est *om.* **L** ‖ 12 conpressa **MPa** | unde] ut **L** ‖ 13 cornibus *om.* **Pa** ‖ 14 auro . . . bos *om.* **LMPa** ‖ 15 HVMO] uino **P** | est *om.* **LMPb** | Persea *om.* **Pb** ‖ 16 ego **L** | Perseia] prospera **Pb** ‖ 19 inmense **MPa** ‖ 20 in torrentem **L** torrentem **Pa** | unda **Pa** ‖ 21 augumentum **P** | sint *Mon.* **Pb** ‖ 23 id est *om.* **Pb** | gloriatur *superscr.* ba **M** ‖ 24 cum *om.* **L** *an latet* tumuit ? ‖ 25 Dryopus **LPa** | cadius **Pa** | cum de finibus (*om.* dum) **L** dum de finibus (*om.* duo) *Bamb.* ‖ 26 coeperunt **L**

123 EPIDAVRIA ciuitas Argiuorum, ubi Aesculapius colitur, equorum fertilitate gratissima. unde Virgilius ⟨georg. III 44⟩: 'domitrixque Epidaurus equorum'.

124 AETNAEAE CERERI Siculae Proserpinae. ostendit supra dictum collem aptum uinetis esse, frugibus infecundum.

125 PYLOS NELEIA Pylos a Neleo, patre Nestoris, nuncupata Neleia.

126 AETATE SECVNDA quia nondum militauerat Nestor. multumque ipsa nouitate declamauit. nam prima aetas triginta annorum est, secunda sexaginta. nam Nestorem constat tertia aetate ad bellum uenisse Troianum. ideo adhuc iuuenem aetate secunda dixit, quia postmodum militauit.

130 LATVS OMNE SVB ARMIS quod latus eius armis tegitur.

132 FLAMMEVS laus operis. NOX non nox uiuit, sed quae gesta sunt nocte.

136 ILLVM PALLADIA Hippomedontem dicit, qui ab Athenis id est a Capitolio Mineruae ad bella descendit.

137 ARMA PAVENS id est equus nouus ad bellum uelocitate insignis.

138 ATTOLLIT PVLVERE CAMPVM quasi ipse campus assurgat.

139 VTROQVE PECTORE eleganter utroque scilicet Lind. p. 126 hominis et equi, quod bimembres sunt, id est humano et equino.

141 PAVET OSSA VIAS mons Thessaliae, in quo et Centauri

---

3 Domitrix **LPa** ‖ 7 Pylos *om.* **M** | patris **Pa** ‖ 9 qua non **Pb** | Nestor . . . annorum est *om. in marg. inf. add.* **M** ‖ 10 militum ipsa **Pa** | declarauit **L** declinauit **Pb** | nam nestoris prima **Pa** ‖ 11 costat nestorem **Pb** ‖ 13 dixit *om.* **Pb** ‖ 15 eius **M** est **LP** ‖ 16 flammineus **Pa** | VIVIT IN AVRO NOX DANAI **L** *om.* **Pa** ‖ 17 sed ea quae **L** ‖ 19 descendit ad bella **Pb** ‖ 20 parens **Pb** | bella **Pb** | uelocitatis **LMPa** ‖ 22 campus] caput **Pb** cāpitis **Pa** ‖ 24 scilicet *om.* **MPb** ‖ 25 eo quod **Pa** | bimembris **P** | sint **L** sit **P** | id est *om.* **Pb** ‖ 26 equino et humano **Pb** ‖ 27 in quo . . . 143 . . Thessaliae *om.* **Pb** | et] erant **L**

143 PENEIA STAGNA Peneus Thessaliae fluuius. quasi tam diu timeant, donec ad amnem ille perueniat.

146 MORTALE SONANS quod pro meritis militum fortitudines non poterunt laudare mortales.

147 TIRYNTHA DEVS Iuppiter mutatus in Amphitryonem concubuisse cum Alcmena Electryonis filia dicitur in urbe Tirynthia. unde natus est Hercules, unde et Tirynthius dicitur. de qua Plautus tragicocomoediam dixit.

149 DEGENERAT non degenerat a fama Herculis: ipsi quidem fortes sunt, sed aeuo mutata est fortuna ciuitatis.

150 ROBVR OPES quia non potest fortuna addere uirtutes. sola enim uirtus neque donatur neque accipitur. ut Sallustius ⟨Iug. I 3⟩: 'probitatem, industriam aliasque artis bonas neque dare neque accipere quisquam potest'.

151 MONSTRAT CYCLOPVM DVCTAS SVDORIBVS ARCES ductas aedificatas. ut Virgilius ⟨Aen. I 423⟩: 'pars ducere muros'. Cyclopes istius ciuitatis moenia condiderunt, sicut asserunt Graeci.

153 INNVMERVM BELLO expositio, quid sit ter centum pectora, uulgus innumerum: quia tam fortes erant, ut multorum facta fortia sua uirtute pensarent.

---

1 PENEI **L** | fluuius Thessaliae **L** ‖ 2 timens **Pb** ‖ 3 mortalis **Pa** | quid **Pb** quicquid *Mon.* | fortitudinis **MPb** ‖ 4 non *om.* **M** *Mon.* | poterint **LMPa** *Mon.* ‖ 5 *locus corruptus est. quae conieci, mihi non satisfaciunt.* | Tyrinthia **Pa** ‖ 7 Iuppiter] hercules **Pb** Hercules. Iuppiter **L** ‖ 6 *post* Amphitryonem *secuntur in* **Pa**: malchiuateste claue filium, *in* **Pb**: malchiua testi daue filium, *in* **M** 'malchi uates tidaue filium' *linea subscripta deleta sunt* | concubuisse cum *om.* **Pb** | alchmene *Mon.* alcmen *corr. in* cū alcmena **M** | alchmene . . . electri (*cf. Plauti u. 99*) filiam **Pb** ‖ 7 Tirynthe **L** ‖ 8 traitio (*corr. in* traico) comediā **M** trialcodiam **Pa** ‖ 9 degenerant **L** ‖ 10 quid **Pa** | sed *om.* **P** ‖ 12 neque dono neque precio accipitur **LPa** neque dono datur neque accipitur **Pb** ‖ 13 industrias **LMPa** | atque alias **M** ‖ 14 bonas artes **Pb** | neque²] nec **Pb** | eripere *Sall.* | quis **LPa** quispiam **M** *Mon.* cuiquam *Sall.* ‖ 15 ciclopidum **Pa** | ARCES *om.* **LP** a. **M** ‖ 16 ductas] id est **L** *om.* **Pb** | ut Virg. *om.* **Pb** ‖ 17 ciuitatis istius **LP** ‖ 19 EXPOSITO **LPb** | quod sint **LM** | trecentum **Pa** ‖ 20 pectora scilicet uulgus **LPa**

155 EXVVIAE bene totum a similitudine Herculis. quemadmodum ille claua, sic isti stipite.

156 TELA PHARETRIS ita erat pharetra referta sagittis, ut exhauriri non posset.

157 PAEANA proprie paean Apollini canitur. CANVNT ut Virgilius ⟨Aen. VII 698⟩: 'ibant aequati numero regemque canebant'.

158 OMNIA aut canunt omnia uastata monstris id est purgata, aut certe omnia audit Hercules in frondosa Oeta positus, quae uastata est monstris. in qua etiam concrematus Hercules eo loci, cui Tymphrestion nomen est.

160 SACRA CLEONAEI Herculem eo loco Molorchus accepit hospitio censu pauper, diues affectu. ordo: Nemea dat comites, dant et Molorchi uineta. Cleonaei ciuitatis nomen est Nemeae siluae uicinae. ut Lucanus ⟨IV 612 sq.⟩: 'ille Cleonaei proiecit terga leonis, Antaeus Libyci'. ergo cum Hercules ad occidendum leonem isset ab Eurystheo missus, a Molorcho susceptus hospitio est, cuius filium interfecerat leo, didicitque ab eo, quemadmodum aduersus ferum coiret. quo superato ludos instituit, quos a loco Nemea appellauit. igitur Nemea dat comites, dant et Molorchi uineta. quia ea omnia in clipeorum pictura, et

---

1 ad similitudinem **LPb** ‖ 2 iste **LPa** ‖ 4 possit **MPa** ‖ 5 pean proprie (*om.* PAEANA) **P** | cantatur **Pb** | CANVNT . . . canebant *hoc loco om. secuntur post schol. 158* **MP** ‖ 8 aūt **Pa** | canunt . . . audit *om.* **Pa** | id est . . . est monstris *om.* **Pb** ‖ 9 *post* Hercules *man. 2 add.* † ĉcrematis **M** ‖ 10 positisq; **M** | etiam] esset **L** et **Pb** ‖ 11 loco **LPa** | cui *om.* **Pa** ut **Pb** | Tymphrestion *scripsi* Prestion **LPa** amprestion **Pb** tiprestion *Mon. corr. ex* tripestion **M** ‖ 13 sensu **Pa** | diuersa affatum **Pb** | nomeę **Pb** ‖ 14 dat] dant **L** | Cleonea **L** cleoneia **MPa** *latetne* cleonaei autem ? ‖ 15 est *om.* **P** | uicina **MP** | ut *om.* **LP** | Luc. *om.* **MPb** ‖ 17 dum **MPb** ‖ 18 est hospitio **L** est hospicium **Pb** | filiam *Myth.* ‖ 19 leo filium interfecerat **L** filium leo interfecerat (interficeret **Pa**) **P** ‖ 20 ferrum **MPb** feram **LPa** | qua **L** quia **Pa** | superata **LPa** ‖ 21 Nemeos **L** uenea **Pa** | dat] dant **L** | uineta *om.* **MP** ‖ 22 quia . . . fuerit *om.* **Pb** | quia oms in clippeorum pictura casū molorchi *om. add.* **M** | (ea *om.*) omnis **Pa** | et . . . fuerit *om.* **M**

quomodo filius eius a leone occisus fuerit et Herculis hospitium, auro figuras notante descripserunt.

164 QVA CVBITI SEDEANT calcati, pressi sunt. ordo: qua cubiti terra sedeant uestigia. cubitum posuit pro loco cubilis. CVBITI cuius generis sit in Captiuis Plauti ⟨uu. 795 sq.⟩ lectum est ex persona Ergasili parasiti: 'ne quis hac platea negotii conferat quicquam sibi, nam meus est balista cubitus, pugnus catapulta est'. SEDEANT autem mire. significat enim factam lacunam terrae Herculis mole. hanc descriptionem poetae pictam ipsius Tirynthae portabat exercitus.

Lind. p. 127 165 AT PEDES pedes quidem erat Capaneus, sed omnibus eminebat. solent enim equites altiores esse peditibus. bellum ergo pro bellatoribus posuit.

167 INIECTV MOLIS ostendit multis taurorum coriis, laminis etiam ferreis Capanei clipeum obductum fuisse.

169 HYDRA RECENS ita ueritatem expressit pictura, ut paene recenti obitu Hydra cum suis serpentibus interiret.

171 IGNESCIT IN AVRO admouetur ignis uulneri. itaque factum, ut non pullularet.

172 CAERVLA LERNA ferri materia facta est caerula.

175 NON MATRIS OPVS non matris manu factum, sed artificum manu fabricatum: quasi imbellibus illa conueniant, quae a femina fabricantur. ut Virgilius ⟨Aen. X 818⟩:

1 eius Molorchi **L** | fuisset **L** fuerit molorchi **Pa** ‖ 2 figurata **L** | notāter **L** notanī **M** notantur **Pb** notatas *Mon.* | descripserunt *superscr.* expresserī **M** ‖ 3 calcati *Mon.* calcatę **MP** VESTIGIA TERRA **L** | expressi *Mon.* pressę **MP** *om.* **L** | sunt *om.* **L** *Mon.* ‖ 4 quia **Pb** | terra cubiti **L** | CVBITI . . . pugnus *in* **MP** *post* mole *secuntur* ‖ 5 genus cuius generis **MPb** ‖ 6 Ergasili] ergospli **MPa** ergo pli **Pb** ‖ 7 in hac *Plautus* | negoti *Plaut.* | quidquam **L** | sui *Plaut.* ‖ 8 pugnus, cubitus *Plaut.* | catapultast mihi *Plaut. om.* **MP** ‖ 9 autem *om.* **L** | factiam **M** festra **Pa** ‖ 10 molem **MPb** | pincta **Pa** ‖ 11 Tirynthe? ‖ 12 pedē **Pa** *om.* **Pb** ‖ 13 pedestribus **LMPa** ‖ 14 ergo *om.* **Pb** ‖ 15 iniecta moles **Pb** ‖ 16 fereis **M** ferantis **Pb** ‖ 18 obitu] habitu **MP** ‖ 19 idque **L** ‖ 22 manu matris **P** ‖ 23 artificium **Pa** | inbellibus **MPa** | conueniant *corr. ex* conueniunt **M**

'et tunicam, molli mater quam neuerat auro'. haec ergo thorax aut ex aere aut ex ferro facta fuerat, quippe Capanei solius apta uirtutibus.

177 STAT FRONDIBVS ORBA CVPRESSVS horret hasta frondibus amputatis et ὑπερβολικῶς non hastam nominat, sed cupressum.

178 AMPHIGENIA ciuitas est, cuius Homerus quoque meminit.

179 PLANAQVE MESSENE non ipsa plana, sed in plana camporum patentia constituta. MESSENE ciuitas prope Pylum, quam Pamisus amnis interfluit. MONTANAQVE sic Homerus epitheto pari significauit ⟨Il. B 729⟩: καὶ Ἰθώμ|ην κλωμακόεσσαν. quod significat montuosa ab excessione uelocis cerui. Lind. p. 128

180 AEPY oppidum Messenae dissimile. nam ut illa in campo posita est, ita hoc in montibus collocatum.

181 GETICO VATI Thamyram dicit, quem Musae ingenti liuore commotae caecasse dicuntur.

182 DORION oppidum, de quo hic poeta fuit.

183 AONIDAS Musae a montis nomine nuncupatae. DAMNATVS caecatus mente, non lumine.

184 ORE SIMVL optime poeta Homeri ambiguum uerbum

1 hęc **MPa** h' **Pb** hic **L** *Mon.* ‖ 2 thorax et tunica **L** torax et tunica **Pb** | facta **LMP** fact' *Mon.* ‖ 4 FROND. ORB. CVPR. *om.* **LMPa** | horret *om.* **MPa** | hasta *post* amputatis *praeb.* **LMPa** ‖ 5 frondibus scilicet **L** | amputatis *corr. ex* ambutis **M** | et *om.* **L** | hasta **L** | nominatur **LPa** ‖ 7 Homerus quoque huius **LPa** | quoque *om.* **M** | *est locus Iliadis* B 593 ‖ 9 MESSENA **L** | plana[2] *om.* **LPb** pala **Pa** ‖ 10 potentia **Pa** planitie **LPb** ‖ 11 Pylum **L** pilo **M** pilio **Pa** pilon **Pb** | Pamisus *corr. Kohlm.* amissus **MPa** admissus **LPb** | montana **MP** ‖ 12 pari **MPb** patri **Pa** pali **L** | significat **LP** | *καιτον εικλονοκονπεαν* **L** ⊦ei. iton. n. n. ⊦ea ω. n. ω. heon. ce. an **Pa** *om.* **Pb** ΚΛΙΤΟΝeΝΚΛΟΝΟΚΟΝCΕΛΝ **M** *corr. Woelfflin. in Philol. XXIV p. 157* ‖ 13 quod . . . 180 . . . montibus *om.* **P** ‖ 14 cerui] currui *Gud.* ‖ 15 *schol. om. in marg. sup. add.* **M** ‖ 16 collatū **Pa** ‖ 17 tamiram **Pb** T(h)amirum **LM** Z⁊raʒmirum **Pa** ‖ 18 motae **L** commite **Pa** *om.* **Pb** | *post* dicuntur *in* **Pa** *legitur*: paniam statii ‖ 20 AONIAS **L** | Musas . . nuncupatas **LPb** ‖ 21 ñ *om. superscr.* **M** ‖ 22 similiter **Pb**

positum intellexit de hoc ipso, quod accentus commutatione significauit, non caecatum, sed eum, cuius sit damnatum ingenium, ut nec cordarum gloriam nec sonum uocis inferret.

186 CELAENAS Celaenae Lydorum ciuitas, in cuius antro Marsyas uictus ab Apolline est et supplicio affectus a tortoribus. cuius de sanguine fluuius eius nomine natus est. ut Lucanus asserit ⟨III 207 sq.⟩: 'et rectis descendens Marsya ripis errantem Maeandron adit'. est sensus: temeritas Thamyris Marsyae debuit coerceri suppliciis. ut Lucanus ⟨III 206⟩: 'damnatae Phoebo uictore Celaenae'.

188 AVGVRIS Alcmaeon monile, occisa matre, Apollini consecrauit, quod in fontem missum hodieque cerni dicitur. quod si quis manu attrectauerit et ostenderit caelo, offendi solem et tempestates oriri. unde Virgilius ⟨Aen. VI 445 sq.⟩: 'maestamque Eriphylen crudelis nati monstrantem uulnera cernit'.

194 DONA VIRO de Homero transtulit. ita uelit pacisci, ut malit monile habere quam coniugem.

Lind. p. 129 197 HAC NVTARE VIDET uidet Argia belli totius mutari sententiam, si Amphiaraus desit auxiliis.

198 SACROS exsecrandos.

202 SAT DVBIVM sensus: sufficit ad solatium feminae tali tempore ornatibus carere. ordo talis est: sat mihi timorem dubium coetu solante fallere hoc est dissimulare.

207 FORS DEVS praecellens. PRAESTABO superabo. MARITAS maritae dicuntur uxores maritis deditae.

---

1 hoc *om.* **P** ‖ 2 significatione conmutauit **Pb** | signauit **Pa** | caecatum lumine **L** | eum] enim *Mon.* eniũ **Pa** | eius sit **Pb** ‖ 3 uocis sonum **L** ‖ 4 Lydiae **L** | ciuitas est lydorum **Pb** ‖ 5 ab Apolline uinctus est **Pb** ‖ 6 de cuius **Pb** ‖ 9 temeritate **Pa** | Thamiri **L** tam̄ miris **M** maris **Pa** | supplicis **Pa** ‖ 11 AVGVRIIS **L** | hoc monile **LP** ‖ 12 consacrauit **Pb** | missus **MPa** | hodie quoque crimini **Pb** ‖ 13 quod] qui **M** | attractauerit **MPa** | et *inserui* | ostendit **L** | caelo *om.* **L** | offendisse **M** ‖ 15 Eriphylem **L** | monstrante **Pb** *om.* **M** ‖ 18 quam *corr. ex* qui **M** | coniūgis **Pa** ‖ 19 Hanc **Pa** ac **Pb** | MVTARE **LP** | uidet *om.* **Pa** | a regia uidet **Pb** | mutare **M** nutari **Pa** ‖ 20 si] nam **P** ‖ 22 STAT **LP** ‖ 23 stat **LPa** ‖ 24 solantem **M** ‖ 25 superabo *om.* **Pa** *post* MARITAS *praeb.* **L** *ante* PRAESTABO **PbM** (*sed deleuit* **M**) ‖ 26 ducuntur **Pb**

ut Horatius ⟨epod. VIII 13 sq.⟩: 'nec sit marita, quae rotundioribus onusta bacis ambulet'. et notandum, cum Sallustius ⟨Cat. I 1⟩ dixerit: 'praestare ceteris animalibus' [Virgilius tamen ⟨Aen. XI 438⟩: 'uel magnum praestet Achillem'].

212 SEMINA MOVIT ideo ingentia semina, quia et maritum prodidit, ut periret, et in se excitauit filium, ut fieret parricida. ipseque est correptus insania.

214 DISPARE COETV bene dispare. nec enim tanta nobilitas equi ex eadem stirpe equam potuit inuenire. coetu a coeundo dixit in uenerem.

215 CYLLARVS hunc equum Pollucis dixit Virgilius licentia poetae ⟨georg. III 90⟩: 'Cyllarus et quorum Grai meminere poetae'. hic Castoris est, sed inter amabiles fratres totum decet esse commune.

220 INDE MORAE IACVLIS id est impeditae et occupatae fuerant manus eius ex iaculis.

222 VICTVM PYTHONA CORVSCAT quia uatis Apollinis tui gloriam et serpentis Pythonem dicit insignem, uiro forti religio fecerat sacerdotis.

223 AMYCLAE Laconicae ciuitas sacra Apollini, in Lind. p. 130 qua Hyacinthus in agone celebratur in honorem pueri regis. qui cum exerceretur disco, percussus zephyri uerti-

---

1 ut] unde **Pa** ‖ 2 baccis **L** ‖ 4 Virgilius . . . Achillem *om.* **MP** ‖ 6 ideo et **Pb** ‖ 7 perdidit **Pa** ‖ 8 ipsaque **Pa** ipse$^{q;}$/// qui **M** ‖ 9 dispara . . dispari **Pa** ‖ 10 ex *om.* **LP** | eodem **Pa** /////em *superscr.* ex eadem **M** | equam . . . uenerem *om.* **M** | inuenerunt **Pa** ‖ 12 CYLLARVS *om.* **LMP** | equum **Pb** ‖ 13 c illaruslicentia poete **MP** (poetica **Pb**) | licentia poetica **L** | graii **Pb** ‖ 14 poetae *om.* **Pb** | castri **Pa** castorius **Pb** ‖ 16 mores **M** | inpeditę **M** | et *om.* **L** ‖ 17 iaculis] iacinthi **Pa** ‖ 18 qua **Pa** | uates **Pb** ‖ 19 cui **Pb** *Mon.* | gloria **Pa** | et *om.* **Pa** | triphonem **Pa** | insigne **L** ‖ 20 fuerat dicere sacerdoti **Pb** | *fortasse sic scribendum est:* quia uates Apollinis, cui gloria et serpentis. |Pythonem dicit insigne, quod uiro forti religio fecerat sacerdotis ‖ 21 Laconiae **LPb** | ciuitatis **Pa** ‖ 22 in honore **Pb** ‖ 23 exerceret **Pb** | decore percussus **P** | repercussus **M** *man. 2 corr. in* percussus est

gine, quod se Apollini praetulisset, occisus est. cuius sanguis in florem nominis sui uersus est ob memoriae perpetuam dignitatem. ut Virgilius ⟨ecl. III 106 sq.⟩: 'inscripti nomina regum nascuntur flores'.

224 MALEA Maleae, quae propter periculum a nauigantibus circumeuntur. ut Virgilius ⟨Aen. V 193⟩: 'Maleaeque sequacibus undis'. historia autem de hoc monte fertur huiusmodi: Maleus Tuscorum rex, qui tubam primus inuenit. is cum piraticam exerceret et mare tempestatibus esset infestum, hunc montem insedit, qui et Apollinem Maleoticum de suo uocabulo et montem ipsum Maleam nominauit. alii dicunt hunc montem Achaiae esse. bene Statius haec dicit auxilia uatem habuisse, quia hi populi deum uenerantur praecipue Apollinem.

225 CARYAE Caryae templum est in Laconica Dianae sacrum, quod etiam Caryatium nominatum est ex hac causa: cum luderent uirgines, meditatus ruinam omnis chorus in arborem nucis fugit et in ramo eius pependit. quam nucem Graeci καρύαν uocant. ergo de arbore et templum et dea nomen accepit.

226 VOLVCRVMQVE PARENS et hunc uersum de Homero transtulit. uolucrum ergo parens columbarum, unde

1 qui se *corr. in* qui cum se **M** ‖ 2 euersū est **Pa** conuersus est *post* dignitatem *praeb.* **L** | de . . perpetua dignitate **Pa** ‖ 3 ut *om.* **LP** ‖ 4 nascantur *Vergil.* ‖ 5 *schol. 225 ante schol. 224 praeb.* **LPa** | Malee **MP** | malea **MPb** ‖ 6 circueuntur **Pb** ‖ 7 sequentibus unde **Pa** ‖ 8 maletus **P** | Tusculorum **L** tesculum *corr. in* tusculum **M** | rex *om.* **Pb** ‖ 9 primus tubam **L** | primus inuenit tubam **Pb** | piraticū **Pa** | et] ut **P** *corr. in* cū **M** ‖ 13 bene *om.* **Pb** | hoc dixit **Pb** ‖ 14 praecipue Deum uenerantur **L** deum praecipue uenerantur **P** ‖ 16 Caryae *post* Apollinem *praebet* **L** | caria **Pb** cariei **Pa** | est *om.* **L** et **Pa** | laconia **LPb** liconia *Mon.* ‖ 17 etiam *om.* **Pb** | Caryatium *Myth.* Carratium **LM** caractum **P** | nominatum *om.* **P** ‖ 18 laudarent **Pa** ‖ 20 καρύαν *scripsi* caram **L** carram **MPa** cāram **Pb** ‖ 21 templū *Mon.* templo **LMP** | et de dea **L** et de ea **Pa** ‖ 22 *Iliad. B 582:* *Φᾶρίν τε Σπάρτην τε πολυτρήρωνά τε Μέσσην*

se probat Cytheream esse, quia amat aues Veneri consecratas. quae autem causa sit ficta, propter quam Venus columba delectata sit, talis est: quod Venus et Cupido, cum quodam tempore uoluptatis gratia in quosdam nitentes descendissent campos, lasciua contentione certare coeperunt, qui plus sibi gemmantes colligeret flores. quorum Cupido adiutus mobilitate pennarum, postquam naturam corporis uolatu superauit, uictus est numero. Peristera enim nympha subito accurrit et adiuuando Venerem superiorem effecit cum poena sua. Cupido siquidem indignatus mutauit puellam in auem, quae a Graecis περιστερά appellatur. sed poenam honor minuit. Venus namque consolatura puellae et innocentis transfigurationem, columbam in tutela sua esse mandauit.

227 EVROTAE Eurotae cur dixerit, ipse enarrauit. iuxta hunc fluuium Lacones uapulando contendunt. gloriosior tamen ille est, qui ultra praescriptum numerum plagarum animae non pepercit, quod, cum deuouerit spiritum, publice funeratus capite coronatur. tanta enim crudelitas in hac gente est, ut mater lacrimas suas consoletur funere coronato. deum dixit hoc hortari Mercurium, quia

1 citerum **Pb** ettherā **Pa** ‖ 2 qua **Pb** | *post* sit *superscr.* fuit **M** | facta **Pa** fictum **Pb** *om.* **L** | propter *om.* **LP** *add.* **M** | quam] quod **LP** ‖ 3 columba *corr. in* columbis **M** | delectatur **Pb** | sit *om.* **P** *add.* **M** | quod] *superscr.* cū **M** *om.* **L** ‖ 4 cum] quod **Pa** pro **Pb** qđ **M** | gratia] causa **Pb** | nitentes *om.* **L** ‖ 5 contemptione **Pa** ‖ 6 geminantes **Pb** | colligeȓ *add.* ent **M** colligerent **L** colligere **Pb** colligerant **Pa** | corum **Pb** ‖ 7 nobilitate **P** *corr. in* mobilitate **M** | posteaquam **L** | naturam] neque **Pb** ‖ 8 uictus *del. superscr.* auct' *man. 2* **M** ‖ 10 efficit **Pb** effectu *corr. in* effecit **M** | cum *om.* **M** | sua *om.* **Pb** | indignitate **Pb** indignata *corr. in* indignatus **M** ‖ 13 consolatur **Pa** consolatum **Pb** | puellae *om.* **MP** | et *om.* **L** | transfugationem **Pb** ‖ 14 esse *om.* **Pb** ‖ 15 cum **Pb** | dix̃ *corr. in* dixerit **M** | narrauit **LP** ‖ 17 illi **M** | ultra] iuxta **L** ‖ 18 pepercit *corr. man. 2 in* pepercerit **M** | quod] qui **L** ‖ 19 publice] pace **Pb** | funeratur & **L** funeratur **Pa** fuerant **Pb** | coronatus **Pb** ‖ 20 lacrimas suas *om.* **Pa** ‖ 21 coronati **L** | hoc *om.* **Pb** | qui **L** qua **M** que **Pa**

palaestrarum numen est. unde Mercurius ad uirtutem et belli officia studiosus palaestrae est.

231 GAVDENT quia cum dimicant, contra uerbera patientiam dicuntur hortari, cum autem ad bellum eunt, arma dant liberis et hanc hortationem subiciunt: 'aut cum his aut supra haec', quod significat uel uictores debere reuerti uel mortuos. unde Lucanus ⟨I 460 sq.⟩: 'inde ruendi in ferrum mens prona uiris'.

233 FVNERE MATER sensus: omnis quidem turba ephebi lamentatur interitum, mater sola neglegit luctus, quia filius coronatur exstinctus.

236 AVT CONO LEDAEVS APEX aut ut Castoris pilleus aut Ledaeus olorinus, quia in olorem mutatus Iuppiter cum Leda concubuit. nam hi quoque Lacones fuerunt.

237 MERENT militant. Virgilius ⟨Aen. V 801⟩ 'merui quoque' dixit, unde missos militia emeritos dicimus. merui et militaui. ut Lucanus ⟨VI 144⟩: 'castrorum in plebe merebat'.

238 DEPRESSAE quia uallibus undique Pisae cinguntur et Crotonio monte premuntur.

239 ALPHEE SICANIS constat enim hunc fluuium amore Arethusae nymphae occultas egisse uias subter mare et in Sicilia fluctibus amatae misceri.

240 ADVENA merito scilicet aduena, quia ab Elide in Siciliam labitur per mare nec tamen aquae marinae miscetur.

---

1 est] eius **P** | ad belli **Pb** ‖ 3 dimittant **Pb** | patientia **Pb** ‖ 5 hac hortatione **LP** hac oratione *corr. in* hanc oratione̅ *superscr.* hortatione **M** | subiiciunt **L** ‖ 7 ruenti **LP** *corr. in* ruendi **M** ‖ 10 lamentatum **Pb** | negligit **LPb** ‖ 12 CONO LEDAEVS] cario. c. **Pa** corioc. **Pb** | APEX *om.* **Pb** a. **Pa** | & aut **Pb** | ut *om.* **LPb** | pileus **LPb** ‖ 13 olerinus **M** oleriuis **Pa** lernius **Pb** | quod **P** ‖ 16 merui et militaui *om.* **Pb** ‖ 17 ut] et **Pb** ‖ 18 merebant **L** . merebant id est militabant **Pb** ‖ 19 Depressa **MP** | conguntur **Pb** ‖ 20 cortonio **Pa** *significaturne* Cronion *mons?* | premunitur **Pb** ‖ 21 Alpheeqȝ **M** ‖ 23 Siciliam **LPa** *corr. in* sicilia **M** ‖ 24 Aduenam **MP** | aduenam **LMPb** | qui **M** | que belide **Pa** ‖ 25 in Siciliam labitur *om.* **Pa**

241 CVRRIBVS circensibus propter Olympicum certamen, quod lustris singulis Ioui exhibetur Olympico. PVTRIA ARVA id est nimis culta. ut Virgilius ⟨georg. II 204⟩: 'et cui putre solum — namque hoc imitamur arando'.

242 ET BELLIS aut in bellis domant.

244 AXIBVS OENOMAI ex quo Oenomaus hanc legem procis filiae posuit, ut uictus interficeretur, uxorem uictor acciperet. quia Myrtili aurigae sui fraude deceptus est, ipse supplicia, quae praeponebat, expendit. ET FRACTIS AXIBVS ingenio ut diximus Myrtili, qui corruptus rotas cera coniunxerat. dixit autem de his, qui ex Pisa sunt, ingenitum esse, ut equis gaudeant ex illo studio, quod rex Oenomaus ea arte praecelleret.

246 TV QVOQVE Parthenopaeus, Atalantae filius. Lind. p. 131
PARRHASIAS Arcadias. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 344⟩: 'Parrhasio dictum Panos de more Lycaei'.

247 A RVDIS ANNORVM ut adhuc in annis minoribus constitutus non timeas incerta bellorum. ut Virgilius ⟨Aen. IX 311⟩: 'ante annos animumque gerens curamque uirilem'.

250 PACABAT CORNV id est uenationibus pacata ferarum reddebat interitu. ut Virgilius ⟨Aen. VI 802 sq.⟩: 'aut Erymanthi pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu'.

251 PVLCHRIOR HAVT VLLI id est Parthenopaeo pulchrior nullus fuit.

---

1 circensibus *om.* **P** *post* singulis *pos.* **L** ‖ 2 lustras singularis **Pa** | exercetur **Pb** | Olympio **LPb** ‖ 3 id est *om.* **Pb** | minus **L** ‖ 4 miramur **Pb** ‖ 5 clamant **Pa** ‖ 7 interimeretur **L** | uictor uxorem **Pb** ‖ 8 qui **L** que **Pa** | est *om.* **L** ‖ 9 proponebat **L** | quia fractis **L** si fractis **Pa** sed fractis **Pb** ‖ 10 ut diximus ingenio **Pb** | corruptas **M** | rotam **LPb** rota **Pa** ‖ 11 cere **Pa** | *ante* dixit *inseruit* uictus est **L** | ex i͠pa **Pa** ‖ 12 et **Pb** | gaudebant **P** | 13 ea *om.* **MP** | praecellit **LPa** precellebat **Pb** ‖ 14 tuque **Pb** | atlante **Pb** ‖ 15 Virg. *om.* **Pb** ‖ 16 monte **Pa** m. **Pb** ‖ 17 ha **Pb** A *add.* h **M** At **Pa** *om.* **L** ‖ 19 animi geretis **Pa** ‖ 21 placata **Pa** ‖ 22 interitum **P** ‖ 23 erimanto **Pb** ‖ 24 Pulcrior **MPa** | HAVD **LPb** aut **Pa** | illi **MP** | id est *om.* **Pb** | pulcrior **MPa**

253 NEC DESVNT ANIMI id est: in Parthenopaeo animorum uigebat insigne, si modo ad id etiam aetatis robur accederet.

254 QVAS NON ILLE nymphas aut Dryadas aut Oreadas aut Potamidas aut Napaeas dicit. Dryades sunt, quae quercubus delectantur, Oreades montibus, Potamides fluminibus, Napaeae uirgultis et floribus.

256 IPSAM MAENALIA Dianam scilicet, quae Atalantae ob amissam uirginitatem ignouit.

257 SIGNANTEM GRAMINA eleganter infantis gressum non calcantem, sed signantem ostendit. ut Horatius ⟨epist. II 3, 158 sq.⟩: 'reddere qui uoces iam scit puer et pede certo signat humum'. dicit ergo Dianam, cum tam pulchrum uidisset Parthenopaeum, Atalantae dedisse ueniam, cui propter concubitus fuerat irata Meleagri.

262 FLAVENTEM SORDERE COMAM Horatius ⟨carm. I 1, 3 sq.⟩: 'sunt, quos curriculo pulnerem Olympicum collegisse iuuat'.

263 TAEDET NEMORVM sensus: erubescebat Parthenopaeus, quod nondum humano sanguine suas sagittas infecerat et quod non hac crudelitate laudis fuerat titulum consecutus.

Lind. p. 132 266 VNDANTEMQVE SINVM quia undantem chlamydem quassando facit. NODIS HIBERIS panno, balteo.

267 IMBELLI PARMA cum qua nunquam pugnasset.

1 DESVNT] uirtus **Pb** | animarum **L** ‖ 2 agebat **Pa** | aetatis robur etiam **L** ‖ 4 ILLE] is **L** | nymphe **Pb** | aut Dryades *post* Potamidas *posuit* **L** | oreades **MPa** ‖ 5 aut patamidas **Pa** *om.* **Pb** ‖ 6 quae *om.* **Pa** ‖ 8 ipsa . . diana **Pb** | at(a)lanti **MPb** athalantā **Pa** ‖ 9 omissam **M** ‖ 10 SIGNANTEM GRAMINE *om.* **MP** ‖ 11 calentem **Pa** calantē *corr. in* calcantē **M** ‖ 12 qui laudes **Pa** | iam uocis (*corr. in* uocē) **M** | iam *om.* **Pa** ‖ 13 ego **L** | pulcrum **Pa** ‖ 14 atalanti **MPa** atlanti **Pb** ‖ 15 cum nobis propter **Pb** ‖ 16 sudore **Pb** | haec Horat. **L** ‖ 18 colligisse **MPa** ‖ 19 erubescat *corr. in* erubescit **M** ‖ 20 madefecerat **Pb** ‖ 21 fuerit **MPa** fuit **Pb** ‖ 23 -QVE *om.* **MP** | qui **P** ‖ 24 fecit **Pa** faciebat **Pb** | HIBERIS Hispanicis id est panno **L** | balthei **L** baltro **Pb** ‖ 25 numquam **M**

MATRIS PROELIA hoc est scuto picta gerens proelia. Calydonium quippe aprum comitata uiros Atalante sagittis fixit, ut priore libro docuimus.

268 ASPERA PLVMIS loricae squamas explicuit, quam alii cataphractam uocant. unde Virgilius ⟨Aen. XI 770 sq.⟩: 'quem pellis aenis in plumam squamis auro conserta tegebat'.

269 CORYTOS corytos dicitur theca arcus, ut pharetra sagittarum. aut certe corytos pro pharetris posuit. ut Virgilius ⟨Aen. X 169⟩: 'corytique leues humeris et letifer arcus'.

273 MIRANTEM GRAVIORIS ERI armorum permutatio grauiorem equo fecerat dominum. addita enim lorica onerosior Parthenopaeus exstiterat.

275 ARCADES HVIC Cicero pro Fundanio opinionis huius meminit, cum de nobilitate tractaret. aiunt autem Arcades esse uetustos. denique de antiquitate cum Phrygibus certauerunt. hi singulos paruulos cum singulis nutricibus clauserunt, quibus ademerant linguas, ut experirentur, utrum uox nata esset an disceretur, et si esset innata, quaenam illa esset, Phrygum aut Arcadum. producti autem pueri 'here' locuti esse dicuntur, qua significatione Phrygum lingua panis intellegitur. sic ergo cognitum est Arcadas non esse primigenas. item de eodem, cur se Arcades nobiles dicant, Thucydides libro

1 calidonum **Pa** ‖ 2 comitata *om.* **Pb** | Atalanta **L** ‖ 3 priori **MP** ‖ 4 squamas . . . plumam *om.* **Pa** = 5 catafractam **MPb** ‖ 6 quem . . . plumam *om.* **Pb** | bellis amis in plumē **M** ‖ 7 corytos *om.* **LPa** ‖ 8 certe aut **Pb** ‖ 11 HERI **L** eui **MP** | mutatio *superscr.* p **M** ‖ 12 enim *om.* **Pa** ‖ 14 HIC **L** huic *del.* **M** ‖ 15 eius **L** huc eius **Pa** | de bilitate **Pa** | aiunt] aue eorum **Pa** ‖ 16 uenustos **Pb** | cum Phrygibus de antiquitate **L** ‖ 18 quibus nutricibus **L** quibus nutricibus de antiquitate Frigum et Archadum **Pa** ‖ 19 esset innata **L** | doceretur **Pb** ḋcertaretur **Pa** ‖ 20 quae **Pb** *om.* **Pa** | esset *om.* **Pa** | an **LPb** *om.* **Pa** ‖ 21 uere **LPa** *corr. ex* here **M** ũe **Pb** *in lingua hebraica* חֹרִי *panem album significare docuit me Zacharias Auerbach uir linguarum semiticarum peritissimus* ‖ 22 intelligitur **LP** ‖ 23 Arcades **L** | Arcadas . . cur se *om.* **Pb** ‖ 24 cur **L** cū **MPa** | arcadas **MPa** | thuquirides **MP** | ait libro primo **Pb**

primo ait hunc morem Graeciae fuisse, ut coacti in alienam irent terram. quas fertiles esse cognouerant, easdem uastabant ueteribus incolis pulsis. sed Arcades soli ob sterilitatem agrorum commoti non sunt et ideo soli nobiles existimantur. Ouidius de his libro secundo ⟨fast. II 289 sq.⟩: 'ante Iouem genitum terras habuisse feruntur Arcades, et luna gens prior illa fuit'.

276 NEMORVM VOS STIRPE RIGENTI non quia de arboribus uere nati sunt, sed quia deerat usus casarum et in morem pecorum uagabantur. filios autem suos aut arborum caueis aut cautium specubus contegebant, quos transeuntes arborum filios aestimabant. quam opinionem Virgilius asserit dicens ⟨Aen. VIII 315⟩: 'gensque uirum truncis et duro robore nata'.

Lind. p. 133 282 HI LVCIS STV|PVISSE VICES quasi qui primi nati sunt, quia diei nox obscura succederet.

283 TITANA SECVTI oculis persecuti sunt solis occasum.

284 DESPERASSE DIEM dicit homines arboribus natos perpetuam noctem timuisse solis occasu. RARESCVNT desolantur necessitate bellorum. ut Virgilius ⟨georg. I 507⟩: 'squalent abductis arua colonis'.

285 MAENALA PARTHENIVM mons et nemus Arcadiae.

286 VENTOSA uentosam dixit aut tempestatibus grauem aut, ut quidam uolunt, in edito positam.

287 NON IPSA DEO omnes hae ciuitates Arcadiae in

1 prius **Pa** | *est locus capitis secundi: ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες . . . πλὴν Ἀρκαδίας* | coactis **MPa** | alienas . . terras **LPb** ‖ 2 irent **Pb** ire **LMPa** ‖ 4 moti **Pb** ‖ 7 et luna] sed una **M** ‖ 8 turpe **Pa** | quod **L** que **Pa** ‖ 9 sint **Pb** | deerat **MPb** adhuc non erat **LPa** ‖ 10 aut] ait **L** ‖ 11 cautium] cauatiuȝ **Pa** concauis **L** ‖ 12 exstimabant (*sic*) **LPa** existimabant **Pb** estimabant **M** ‖ 13 asserit Virgilius **Pb** ‖ 14 nati **MPa** ‖ 15 qui] quod **L** | primi *corr. man. 2 in* prius **M** ‖ 16 quia *corr. in* quā **M** quam **L** quod **Pa** ‖ quia . . . suc- *om.* **Pb** | cederet obscura **Pb** ‖ 17 oculi **L** | secuti **LP** | occasu **M** ‖ 18 natos ex arboribus **L** ‖ 21 squalent . . . colonis *om.* **M** | Squallent **L** ‖ 22 Menala et **MP** | nemus] silua **Pb** ‖ 23 VENTOSA *om.* **M** | uentosam dixit *om.* **Pb** | grauis . . . posita **Pb** ‖ 25 hec **Pb** hic **M**

Maenalo monte. unde Virgilius ⟨Aen. VIII 459⟩: 'Tegaeum subligat ensem' et ⟨Aen. VIII 139⟩: 'Cyllenae gelido conceptum uertice fudit' et si fas est quemquam cepisse deorum.

289 CLITOR et hic fluuius est Arcadiae.

290 PAENE SOCER propter Daphnen Ladonis filiam, quam Apollo dilexit. 'paene' autem, quia uirginitatis damnum passa non est et in laurum ante concubitum fuisse conuersa dicitur. LAMPIA NIVOSIS Lampia ciuitas est Arcadiae niuosis montibus constituta. ergo Lampiam a candore pruinarum dictam nominis ipsius proprietas monstrat. λάμπον enim Graece splendidum dicitur.

291 STYGA MITTERE palus, a qua Styx sumit exordium. constat inter prudentes Peneum Stygi undas submittere aut subministrare.

292 AEMVLVS AZAN ideo 'aemulus', quia in illo monte ut Iuppiter ita etiam Mater deorum colitur ritu Idaeo. AZAN apud Arcades Curetes hoc nomen habent de monte Azanio. unde uulgo in sacris deae magnae . . . dicitur Azan.

294 NONACRIA RVRA Nonacria una pars orationis est ut Trinacria. est autem nomen loci uel agri Arcadiae, in quo Iuppiter in speciem Dianae conuersus cum Callisto Lycaonis filia concubuisse narratur. Ouidius ⟨met. II 409⟩ sic: 'in uirgine Nonacrina'.

295 CYNOSVRA locus Arcadiae. unde et minor ursa

1 monte sitae sunt **L** monte posite **Pb** | Tegeaeum *Vergil.* ‖ 2 et] CYLLENE ut **L** ‖ 3 quemquam . . . deorum *om. superscr.* **M** | coepisse **MPa** ‖ 4 CLITON **LM** ‖ 6 autem] ait **L** | qua **Pa** | uirginitas **L** ‖ 7 passa non *om.* **MP** | et *om.* **Pa** | laurom conuersam *corr. in* conuersa ē laurum **M** ‖ 8 dicitur *om.* **MP** | LAMP. NIV. *om.* **Pb** | Lampia *om.* **L** | est ciuitas **Pb** ciuitas **L** ‖ 9 Lampia candore **Pa** ‖ 10 dicta **Pa** ‖ 11 lampon **MPb** Iiāponi **Pa** λαμπρὸν **L** ‖ 12 Styx *om.* **P** ‖ 13 stigias **Pa** | undas Stygi **L** ‖ 14 aut] et **L** ‖ 15 ideo *om.* **L** ‖ 16 rite **Lc** | Idaeo *scripsi* inde **L** Ideo **MP** ‖ 18 Azane **L** Azania **P** | Deae **L** deum **MP** | *post* magnae **M** *praebet:* dim, **Pa**: d'i, **Pb**: dei, *latetne* Dindymos? ‖ 19 axon **Pb** ‖ 20 RVRA *om.* **L** | una pars orationis est Nonacria **L** ‖ 22 uersus **L** est uersus **Pa** | Calystone **LP** ‖ 24 uirginē **MPa** | nonagria nam **M** nonacrinā **Pa** ‖ 25 minor] non mi *post* ursa *praeb.* **Pb**

Cynosura dicitur. Lucanus ⟨VIII 180⟩: 'propiorque mari Cynosura feretur'.

296 AEPYTIOS a ciuitate uel monte ducis nomine nuncupatos. hi quoque Arcadiae populi.

297 HERCVLEO VVLGATOS ROBORE MONTES uirtute Herculis cognitos.

298 ERYMANTHON ET STYMPHALON quorum in altero aprum cepit, quem uiuum Eurystheo detulit, in altero aues, quae Stymphalides uocantur, occidit. Erymanthon quidam uolunt locum esse, qui iuxta Parthenios agros est, ubi Hercules de Auge susceptum filium exposuit Telephum, qui a cerua nutritus est. sed haec loca hic non conuenit
Lind. p. 134 suspicari. nam | montes eos dicit, in quibus Hercules de apro et de auibus triumphauit. Erymanthus autem mons et silua est eodem signata uocabulo in Arcadiae finibus constituta. Stymphalon autem aerisonum dicit, quia non sagittis, sed aeris sonitu Hercules Stymphalidas occidit.

301 PASTORALI PROELIA TRVNCO id est pedo, quod armorum genus Homerus ῥόπαλον uocat. ut Virgilius ⟨Aen. X 318⟩: 'sternentes agmina claua'. item ⟨Aen. VII 524⟩: 'stipitibus duris agitur sudibusue praeustis'.

306 MILITE VICINAE plenus enim fabulae ita se continet textus. Atreus et Thyestes, Pelopis filii, Tantali nepotes, alternis uicibus regnum regebant. uerum Thyestes, cum incestasset Europam, fratris uxorem, ab eo pulsus est e regno. sed inter eos, qui scelere certabant, uidebatur

1 dicitur . . . Cynosura *om.* **P** ‖ 2 fertur **Pb** ‖ 3 nuncupatos nomine **Pb** ‖ 4 populi sunt **L** ‖ 5 uulgato **P** | uirtutes **Pa** ‖ 7 herimanton **P** ‖ 8 coepit **MPb** | dedit euristeo **Pb** | appellantur **L** ‖ 10 parthenosios **M** ‖ 11 de Auge . . . Hercules *om.* **Pa** ‖ 12 quia cerua **L** qui cerua **Pb** ‖ 14 ouibus **M** ‖ 15 est et sylua **L** | significata **Pb** ‖ 16 aeris sonum dicit **LPa** dicit aeris somnum **Pb** ‖ 17 Hercules *om.* **Pb** ‖ 18 PASTORALI *om.* **MP** | id est *om.* **Pb** | qđ *corr. ex* qui **M** ‖ 19 ῥόπαλον **L** *spat. uac. praeb.* **Pb** (*om.* **MPa**) | conuocat **Pb** coinuocat **M** *in marg. add. man. 2:* c̄tū *propono* κοντόν uocat ‖ 25 Aeropam *Vollmer* | est *om.* **Pb** *add.* **M** ‖ 26 e **LPb** in **Pa** *del. superscr.* a **M** | regnū **Pa** | quia **M** | certabant *corr. man. 2 in* certare **M** | uidebatur *corr. in* uideretur **M**

pro uindicta ficta gratia reconciliationis. Atreus fratri filios suos apposuit epulandos. cui post epulas filiorum capita signum conuiuii feralis ostendit. in cuius rei consultatione, cum Thyestes consulta de oraculis posceret, responsum est per eum illi certam uenire posse uindictam, qui ex ipso et filia Pelopeia natus fuisset. unde illicitos filiae amplexus inuasit. ex qua natus est puer, quem illa in siluas propter conscientiam abiecit. hic caprae uberibus nutritus ex eadem re Aegisthus nomen accepit. qui Atreum in uindictam patris, cum adoleuisset, occidit. idem autem Agamemnonem, cum Clytaemestram uxorem eius adulterasset, occidit. ut ipse Virgilius ⟨Aen. XI 266⟩: 'ipse Mycenaeus magnorum ductor Achiuum'. qui postea ab Oreste, filio Agamemnonis, cum ea, quam adulterasset, occisus est. sed ab origine, irarum quae fuerit causa, describam. Mercurius aegre ferens a Pelope Myrtilum filium suum in pelagus praecipitatum spoliatumque uitae lege repperit uindictam, qua consolaretur orbitatem. nam Pelopis filiis Atreo et Thyestae tantum discordiae iniecit, ut germanitatis iura disrumperent. Thyestes enim cum sciret regnum penes eum fataliter mansurum, qui arietem aurei uelleris haberet, quem tum Atreus regnum ingressus plurimum custodiebat, corrumpens Europam fratris sui uxorem, eum ad se transferri posse iudicauit. quod ille postquam didicit, eum cum duobus filiis suis expulit. et postea

1 facta **Pa** | atreo **MP** ‖ 2 cui] cū **MPb** eū **Pa** ‖ 3 delectatione **LPa** delectationē **M** consultatione **Pb** *an latet* deluctatione? ‖ 5 illi *om.* **Pb** | posse uenire **LPb** ‖ 6 pelopia **MPa** | unde] unus **Pa** | illicito **Pa** ille cito **MPb** ‖ 7 ex qua . . . nutritus *om.* **Pa** | ex quo **Pb** ‖ 9 qui *om.* **MP** ‖ 10 idem . . . occidit *om.* **M** ‖ 11 Agamemnona **L** | Clytemnestram **LPb** ‖ 12 occidit . . . adulterasset *om.* **Pa** | ipse[1] *om.* **Pb** ‖ 13 miceneis . . . achiuis **Pb** ‖ 15 fuerat **Pa** ‖ 17 pelagos **Pa** | precipitauit **Pb** ‖ 18 reperit **LPa** | quę **Pb** *corr. in* qua **M** | orationem **Pb** ‖ 19 filius **P** | et *om.* **M** | Thyesti **LPb** | deiecit **Pb** ‖ 20 dirumperent **L** ‖ 21 penes eum regnum **Pb** | quia **Pb** ‖ 22 uelleris aurei **L** | regiam **LPa** *corr. in* regnum **M** regnia **Pb** ‖ 23 *legas hic quoque et infra* Aeropam | sui *om.* **Pb** ‖ 24 se *om.* **Pa** | transferre **Pa** transferi **L** | indicauit *corr. in* iudicauit **M** | posteaquam **L** ‖ 25 filiis duobus **L**

simulata gratia ad eum misit eiusque filios interemptos epulandos apposuit. quo facinore cum eum punisset, Sol dicitur ab eorum se regionibus auertisse. unde Virgilius e contrario ⟨Aen. I 568⟩: 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'. ergo ne Mycenae auxilio sint, par fuit paene fortuna, quia et illos fratrum odia uexabant. Thyestes enim Atreo fratri filios epulandos apposuit ob adulteratam Europam uxorem suam. ideo funestas dapes propter epulas et recursum solis propter offensam affabilis dei, qui inter nulla nubila pietate tanta egit occasum, et oblatum aurei uelleris arietem, quo fato regnandi tenebatur.

Lind. p. 135 309 IAMQVE ATALANTAEAS Atalante, Iasi filia, fugiens concubitus in uenando Dianae comes facta, sed a Meleagro hoc adinsinuante compressa puerum edidit. cuius conceptum quia diu sub uirginitate celauerat, Parthenopaeum uocauit. is admodum puer Polynici auxiliatum Thebas petiit.

316 PRAEDATORIS EQVI equum pro equite posuit.

323 DVM PREMIS uenatores enim, cum uestigant, errant; cum persecuntur, premunt. Virgilius ⟨georg. III 413⟩: 'ingenti clamore premes ad retia ceruum'.

329 VIX DRYADVM THALAMIS ueneriae uoluptati. adeo filium dehortatur, ut nec uirum credat.

---

2 posuit **Pb** | quo facinore . . . apposuit *om.* **M** *in marg. add. man. 2* ‖ 3 euertisse **MP** | unde] ut **Pa** | et contrario **Pa** ‖ 4 nec tam cū **M** ‖ 5 sint *om.* **M** | sint auxilio **Pb** ‖ 6 fuit *om.* **P** | furtune **M** | q̃ **Pa** | uersabant **Pb** ‖ 7 Thiestas **Pa** | enim *om.* **M** | opposuit **Pa** ‖ 8 uxorem suam Europam **L** | europeꝫ **Pa** | funeratas **LPa** *corr. ex* funestras **M** fumantes **Pb** ‖ 9 & propter offensam **L** | effabilis *corr. in* affabilis **M** ‖ 10 quia **L** | occasu **Pa** ‖ 11 arietatem quoqꝫ facto **Pb** | fatum? ‖ 13 atlanteas **Pb** | Atalanta **L** atlante **Pb** | iasi *add.* i **M** ‖ 14 comes dianę **Pb** | est facta **L** ‖ 15 hęc **Pb** | adinsinuante **LP** adsinuante *corr. in* insinuante **M** | compressaꝫ **Pa** | edidit puerum cui **Pb** | ṕceptum **M** ‖ 17 auxiliaturus **LPb** ‖ 19 equitate **Pb** ‖ 20 dum **Pb** | inuestigant **L** ‖ 21 prosequuntur **L** persequntur **Pb** ‖ 22 ingentem *Verg.* | premens **LPb** premis **M** ‖ 23 Venereae **L** uenerere **Pb** | adhuc **Pb** ad hec **Pa**

330 OMINA VERA futuri scilicet mali. id est: uera sunt prodigia, quae uidebam. quasi irata uel tristis futura morte.

332 INFERIOR aut humilis aut non laeta.

333 HOC SEGNIOR ARCVS celeres sagittas non mittens.

336 VVLTVSQVE RECEDVNT ne leuitate uultus femina esse credaris. dum tuo ore mei uultus recedunt, id est dum uiri sumis formam. nam modo similis es matri.

340 O SAXIS NIMIRVM ET ROBORE NATI ut origini conueniret animus. quia dura corda habetis et non uos flectit misericordia. maledicit illis dicendo asperos durosque, quia materno non commouentur affectu.

345 CADMI MAVORTIA PLEBES utique Thebani. transitus ad Thebas. Lind. p. 136

359 SVRDVM ATQVE IGNOBILE surdum opus procincti. διαστολή. illa ui operis, quod canente Amphione instructum est. modo autem surdum est, quia manu, non carmine condebatur. ad Thebarum muros cantilena Amphion dicitur saxa traxisse. ut Virgilius ⟨ecl. II 23 sq.⟩: 'canto, quae solitus, siquando armenta uocabat, Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho'.

360 TAMEN ET BOEOTIS VRBIBVS VLTRIX hoc dicit: Eteocli quoque dedisse Boeotiae urbes auxilia. nullus regis causa uenit ad bellum, sed aut uicinitate compulsae sunt aut misericordia ciuitatis.

365 DEFORMIS HIANTIA LANA ὑπέρβατον. ora deformis: Lind. p. 137 deformia ora habens. sed hiantia cruentataque lana.

---

1 ueri **MP** ‖ 2 quasi . . . morte *spectare uidentur ad schol. quod sequitur* ‖ 5 mittit **Pb** ‖ 6 Vultuqꝫ **Pa** ‖ 8 modo] adhuc **L** | es *om.* **Pb** ēē **Pa** ‖ 9 adrigine cūuenire **Pa** ‖ 10 habetis *corr. ex* habens **M** ‖ 11 nam maledicit **LPa** ‖ 12 non commouentur] qz **Pa** | cōmouetur **Pb** ‖ 13 THEBES **L** *om.* **Pa** | utique *om.* **L** ‖ 15 id est surdum **Pb** | *quae secuntur, corrupta uidentur* ‖ 18 cūdebeāt **Pa** | a **P** | Amphion *om.* **Pb** ‖ 21 in . . Aracyntho *om.* **LMPa** i. a. a. **Pb** ‖ 22 VLTRIX *om.* **MP** | hic **Pb** ‖ 23 nullus enim regis **L** ‖ 24 ad bellum *om.* **Pb** | aut] auid **Pa** auiditate **Pb** | uicinitatis **Pb** | sunt *om.* **Pb** ‖ 25 misericordie **Pa** | ciuitates **M** ‖ 26 deformis *om.* **Pa** ‖ 27 & **L** | cruenta **L** cruentata **P** *Mon.* cruentataq; **M**

366 TVRBIDA non terribilia, sed conturbata.

368 NON INSCIVS AVSI occisi pecoris, ut conscius audacis facti.

370 ERRARE ASOPIDE RIPA ut Lucanus ⟨I 473 sqq.⟩: 'est qui, tauriferis ubi se Meuania campis explicat, audaces ruere in certamina turmas afferat'.

372 ILLE RAPI TEVMESON mons est haut longe a Thebis.

373 NVNTIAT EXCVBIIS id est nuntiat Argiuos hostili more excubias agere. VIGILES ARSISSE PLATAEAS pro multo lumine excubantium uigiles Plataeas dicit arsisse. est autem ciuitas Boeotiae in confinio hostium. ideo semper inuigilat. et quia in aditu est posita, dicit primo fuisse uastatam.

375 FETVSQVE NOVOS Lucanus ⟨I 563⟩ 'matremque suus conterruit infans'. Tyrios lares: quos in Thebas Cadmus inuexit. Dirce autem fons est Thebanorum. utrumque monstrauit ut Virgilius ⟨georg. I 480, 485⟩: 'aeraque sudant. nec puteis manare cruor cessauit'. solent enim ad omen publicum portenta gigni, et est fetus aut bicapitis aut biformis. ut Lucanus ⟨I 562 sq.⟩: 'numeroque modoque membrorum'.

379 REGINA CHORI ut choros ducebat sacerdos una Baccharum. ostendit autem antistitem Liberi, quae Cithaeronem incolebat.

380 TRIFIDAMQVE HVC TRISTIS ET ILLVC pathos tribus modis fit. attendamus igitur, ut haec complexus sit facto:

---

1 *schol. om.* **Pb** ‖ 2 Num sius **Pa** ‖ 4 iasonide **P** ‖ 5 est] Et **L** | tauriferus **Pa** ‖ 7 THEVMESON. Theumesos **L** | haud **LP** ‖ 8 hostibus **Pa** ‖ 9 uirides **Pb** ‖ 10 excubantum uigilis **Pa** ‖ 14 *schol.* 375 *hoc ordine praebet* **L**: DYRCEN. Dyrce autem ... cessauit. FOETVSQVE NOVOS quos ... inuexit. Lucan. Matremque ... infans. Solent ... membrorum ‖ 15 Tyrios lares *inserui* ‖ 16 uinx̃ *corr. in* uix̃ **Pa** ‖ 17 utrum **Pb** | monstrum*?* ‖ 18 putris **Pb** puteiis *corr. ex* putens **M** | manere **Pa** ‖ 19 enim] autem **L** omne **Pb** om̃e **Pa** | publica **M** ‖ 20 bicapit' **M** incapitus **Pa** numero **M** ‖ 22 regna **Pb** ragna **Pa** ‖ 23 bacharum **MPa** quasi **Pb** ‖ 26 modi sit **Pa** | hic **Pb** | facto, habitu, dicto*?*

sparsis subito correpta canistris siluestris regina chori ... trifidamque huc et illuc lumine sanguineo pinum deiectat et ardens erectam attonitis implet clamoribus urbem. de fonte Virgiliano hunc colorem deriuauit. is enim Amatam in siluis eadem fecisse describit. pathos ipsius tribus modis ostenditur. facto ⟨Aen. VII 397 sq.⟩: 'ipsa inter medias flagrantem feruida pinum sustinet', habitu ⟨u. 399⟩: 'sanguineam uoluens aciem', dictu ⟨u. 400⟩ 'io matres, audite'.

383 GENTIS AVITAE propter Semelen, Cadmi filiam, Lind. p. 138
matrem Liberi.

387 GANGEN fluuius Indiae, per quem gentem poeta significat. hunc primus Liber tenuit, secundus Alexander, tertius Apollonius. Ouidius de ipso ⟨am. II 13, 10⟩: 'per septem portus in maris exit aquas'.

393 PENDIMVS inuidiose. quasi pro sacrificio bellum lacrimasque tibi pendimus.

394 AMAZONIIS VLVLATVM CAVCASON ARMIS Caucasus mons Scythiae. ideo ululatum, quod Amazones cum finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus id est barbarus ritus.

397 IVRAVI iuraui tibi in furorem sacrorum, non bellicum, hoc est non ut bella canerem, sed ut sacrorum causas intellegerem. et bene de more militiae 'iuraui' dicit, quia militiae sacramentum dicitur. et sacerdotio se dixit iurasse, non bello.

404 ET SALTVM DVX ALTER HABET Creontem significat, qui post interitum fratrum solus possedit imperium.

---

1 corupta **Pb** ‖ 2 trifidam **Pa** ‖ huic **Pa** huc tristis **L** ‖ 3 disiectat **MP** | erecta **Pa** ‖ 4 colorem] locum **L** ‖ 5 eademque **M** ‖ 6 ostend̄ **M** ‖ 7 medios **Pb** ‖ 9 torquens *Vergil.* | dictū **Pa** | io *om.* **L** ‖ 12 poeta gentem **Pb** ‖ 13 tenuit *om.* **LMPa** ‖ 14 Apollo **Pb** apollinius **M** ‖ 16 Tendimus **M** ‖ 17 pendimus tibi **Pb** ‖ 19 mons est **L** modo **Pb** | pugnare dicuntur cum finitimis **Pb** ‖ 20 barritus **LPa** barratus **Pb** barbarit' *corr. in* barbareus **M** | id est] est **MPb** uel **Pa** ‖ 22 iuraui *om.* **LPb** | sacrorum ... sed *om.* **P** ‖ 23 sacrorum ut **P** ‖ 24 intelligerem **LP** | dixit **LPa** ‖ 25 se *om.* **L** ‖ 27 SALTVS **L** | habebat **Pb** ‖ 28 que **Pa** | habebit imperium **Pb**

GELATIS VVLTIBVS pallore. nam iam deposuerat numinis furorem.

406 VARIIS TERRORIBVS IMPAR qui [non] terretur. [ac per hoc inconterritus.] par est enim timori, qui non terretur.

407 TENEBRASQVE SAGACES quia caecus, sed diuinus Tiresias. [tenebras dicit ignorantiam futurorum], sagaces, quia totum inuestigarent.

409 CONSVLIT ILLE DEOS immolationem hostiarum totam hanc de Lucano ⟨VI 425sqq.⟩ mutuatus est: 'non tripodas Phoebi, non Pythia consulit antra, nec quaesisse libet, primis quid frugibus altrix aere Iouis Dodona sonet'.

411 TRIPODE IMPLICITO obscuro Apollinis responso.

Lind. p. 139 NVMERISQVE SEQVENTIBVS ASTRA | ut arithmetici, quos mathematicos dicimus, quorum in numeris est tota doctrina. est etiam ars quaedam ex fumo arae uerum prouidere, quia ex diuisione ipsius fumi, quae sint futura, cognoscunt. quos Graeci καπνομάντεις appellant.

414 ELICITOS PATVISSE REFERT non aliis rebus melius quam manibus elicitos. id est: tantum interius inferos aperire refert, quam sunt mortis durae spatia demensa.

415 CONFINIA inter iuncturas Ismeni fluuii pelagique.

416 PARAT ANTE DVCEM ad futurum scilicet sacrificium Eteoclen. et mersum parat: uerbum figurauit a nomine.

417 VISCERIBVS LACERIS extis incisis.

---

1 pallorē **M** ‖ 3 ac . . inconterritus *om.* **Pa** ‖ 4 interritus **Pb** ‖ 6 *schol.* 407 *post schol.* 409 *praeb.* **MP** | quia . . . quia *om.* **Pb** ‖ 7 teresias **MPa** | tenebras . . . futurorum *om.* **Pa** ‖ 8 quae **L** | inuestigauerant **L** inuestigarent̄ **M** ‖ 10 imitatus **Pb** *corr. ex* mutatus **M** mutatus **Pa** ‖ 11 Deli *Luc.* | antra *om.* **MP** ‖ 12 primis *om.* **Pb** | quod **Pa** qđ **M** *om.* **Pb** | frigibus **P** phrigibus **M** | Ore **L** ‖ 14 frequentibus **Pb** ‖ 16 ars *om.* **M** | arae] aere *corr. in* aeris **M** ‖ 17 ex prouisione **Pb** | sunt **L** | futura *om.* **M** ‖ 18 Graeci *om.* **MP** | capnomantes **MPa** capiomantes **Pb** ‖ 19 nam **LPb** ‖ 21 qua **Pa** que **Pb** | sint **L** | dura **LPb** | demersa **LMPa** ‖ 22 Hismenii **LPb** Hismeni **MPa** | fluuii *om.* **L** ‖ 23 ad futurum] actura **Pa** acturum **Pb** ‖ 24 ad Etheoclem **L** et etheoclem **Pb** | et mersum **M** m̃sū **Pb** et uersum **Pa** uersus **L** ‖ 25 LACERIS *om.* **Pa**

419 CAPAX AEVI antiqua.

420 AETERNVM INTONSAE nunquam depositae.

422 AB VRSA a septentrionali plaga.

423 SILENTIA SERVAT HORROR possidet quaedam ueneratio, quia in magno silentio horror nascitur.

424 PALLET pallor est imago lucis, sed mala id est non similis.

425 NEC CARET VMBRA DEO quasi alios quoque deos habeat consecratos.

427 EFFICTAM sculptam, quasi in omnibus arboribus imago eius esset insculpta.

428 HVIVS INASPECTAE omnis lucus Dianae est consecratus, ut quercus Ioui. STRIDERE SAGITTAE ut sonus tantum sit, uisus uero nullus.

430 INQVE NOVAE MELIOR REDIT ORA DIANAE melior, quoniam inferos deserit. Lucanus ⟨VI 736sq.⟩: 'ad quos alio procedere uultu ficta soles, Hecate'.

434 IMMANE PATET TELLVS extra ipsum lucum campus late diffunditur.

435 QVI VOMERE PRIMO durus, | quisquis primo hunc arauit, id est Cadmus satis draconis dentibus. Lind. p. 140

438 INFELIX TERRA TVMVLTVS tumultus dicit illarum animarum, quae se occiderunt. id est: aratoris proscissione indignantes pugnant inter se.

439 SOLAQVE IN NOCTE in qua solitudo est.

442 INSANI IVVENCI metu perterriti.

443 HIC SENIOR VATES causam dicit, cur ibi Tiresias

---

1 antiquitas **L** anquitas **Pa** antiquitatis **Pb** ‖ 2 eternam **Pb** ‖ 3 a septentrione (*om.* plaga) **Pb** ‖ 9 consecretos **Pa** consacratos **Pb** ‖ 10 Et fictam **MP** ‖ 11 est sculpta **Pb** ‖ 12 in aspectu **Pa** | diane lucus **Pb** ‖ 13 iouis **M** ‖ 15 REDIT ORA DIANAE *om.* **LP** r. o. d. **M** | melior *om.* **LPa** ‖ 16 quando **LP** q̃m **M** ‖ 17 ecate **M** eccata **Pa** aetate **Pb** ‖ 18 inmane **Pb** | PATENS **L** | locum **M** lupum **Pb** | caput **Pa** ‖ 20 durus *praebet ante* QVI **Pb** | hunc primo **L** ‖ 21 araui **Pa** ‖ 22 TERRA *om. add.* **M** ‖ 23 proscissu est **Pb** ‖ 25 IN *om.* **L** ‖ 27 HIC *om.* **LP** *om. add.* **M**

sacrificet, quia nunc terrigenarum sanguine sanguineus locus est. sanguine enim inferi delectantur.

444 SOLA PINGVIA TABO satiata cruore. describitur locus, in quo hoc contendit, opportunus inferis sacris.

445 ARMENTAQVE SISTI ATRA MONET ut Virgilius ⟨Aen. VI 243 sq.⟩: 'quattuor hic primum nigrantis terga iuuencos constituit'.

Lind. p. 141 448 STVPVERE SILENTIA VALLES Baccharum uocibus clamosae ualles destitutae immolatarum pecudum mugitibus stupuere. dicit poetica phantasia omnem gregem in luco immolatum usque adeo, ut fons, de quo potabant armenta, et mons, per quem errabant, ingemiscerent, cum se armentis destitutos uiderent. sic Ouidius ⟨met. IV 752 sqq.⟩ de simili sacrificio: 'dis tribus ille focos totidem de caespite ponit: laeuum Mercurio, dextrum tibi, bellica uirgo, ara Iouis media est. mactatur uacca Mineruae, alipedi uitulus, taurus tibi, summe deorum'.

450 IPSE MANV TRACTANS cum oculorum officio manibus fungeretur.

451 TELLVRE CAVATA pro nouem scrobibus factis, in quibus ductus aquae, quae sacris esset necessaria, collocauit id est nobiles latices fudit.

453 ACTAEOS IMBRES Actaea dicitur regio Attica, de qua et mella ueniunt, quae et liquida sunt et nimis dulcia. unde Virgilius et montem Atticum Aracynthum dicit Actaeum, quia omnis regio maritima est. Actaeum

---

1 sacrificat **LP** ‖ 2 est locus **LP** | enim *om.* **Pb** ‖ 4 haec **L** hic **P** | inportunus **L** ‖ 5 Armenta **Pa** | scissis **Pb** isti **Pa** | ad aram **MPa** | mouet **M** ‖ 6 nigrantes **Pb** ‖ 8 STVPERE **LPa** ‖ 9 ualles sunt **Pb** | destitutae *om.* **Pb** | immolaturum **Pa** immolatum **Pb** ‖ 10 stupuerunt **Pb** | poetica] pene *superscr.* o **M** | in illo luco **L** in loco **P** ‖ 12 ingemescerent **Pa** ingemisceret **Pb** ‖ 14 Diis **L** dii **Pb** | focus **MP** ‖ 15 poni **MPb** pon **Pb** ‖ 16 *post* est *add. man. 2* in q̊ **M** ‖ 17 uitulos **Pb** ‖ 19 fingeretur **Pa** uteretur **Pb** ‖ 21 esset **MP** est **L** | collocaui **Pa** ‖ 23 Actos **Pa** Actros **Pb** | acta **P** | actica **Pb** ‖ 24 mellia **Pa** melle *corr. in* mella **M** | quae ueniunt **LMP** | et[1] *om.* **Pb** ‖ 25 unde] ut **Pa** | *ecl. II 24* ‖ 26 Actaeum dixit **LP** | quia *om.* **Pa** | est *om.* **LP**

imbrem mulsum dicit, aut Actaeos imbres aquam fontis illius, unde Actaeon aspersus in ceruum mutatus est. sed utrum mulsum purum an fontem an cruorem pecudum, quo possit tellus arida satiari, incertum est. nonnulli rorem marinum in Actaeo Aracyntho dicunt. SVADVMQVE CRVOREM qui persuadeat manibus ad superos redire.

454 AGGERITVR infunditur. deest 'tantum'.

456 TRIS HECATAE quia triformis est aut quia eadem deum mater creditur et Proserpina uel Terra aut Vesta. SATIS ACHERONTE natis de Acheronte. etenim matre Nocte patre Acheronte natae dicuntur.

457 VIRGINIBVS Furiis.

459 PROFVNDAE ERIGITVR CERERI tria sunt in sacrificiis deorum loca, per quae piationem facimus: scrobiculo facto inferis, terrestribus supra terram sacrificamus, caelestibus exstructis focis. unde etiam nominata sunt altaria, atque sacrificantes manus porrigimus in altum.

460 CVPRESSVS PLORATA luctibus apta. Cyparissus speciosus puer, dum uenaretur, in amorem sui Apollinem compulit. a quo accepit ceruum pulcherrimum munere et mansuetum. quem cum diligeret, lassus somnum sub arbore capere coepit. subito excitatus strepitu ceruum longe uidit. credens siluestrem missa sagitta eum interemit agnitoque usque eo ingemuit, ut ab omni cibo et potu abstineret. quo tabescente Apollo miseratus eius uertit eum in arborem sui nominis. de qua Virgilius ⟨Aen. IV 506 sq.⟩:

---

2 aspersū **Pb** ‖ 3 an[1] *om.* **L** ‖ 4 arrida sacrari **Pb** ‖ 7 deẽẽ **M** | tamen **L** ‖ 8 tristiformis **Pa** | que **Pa** ‖ 9 creditur Deum mater **LP** | et *om.* **L** | aut] uel **L** ‖ 10 natis de Acheronte *om.* **Pb** | natae Acheronte **LMPa** ‖ 13 erigūt **P** ‖ 14 deorum *om.* **L** | scrobicolo **M** ‖ 15 sacrificia **Pb** ‖ 16 et **Pb** | nomina **Pa** ‖ 17 ad quae **LPb** atque *corr. ex* ad **M** ‖ 18 Cyparissus . . . . inferorum *post schol.* 463 . . . cultros *praeb.* **P** | Tiparissus **M** Cupressus **L** Cyprianus **Pa** ‖ 19 ueneretur **P** | in *om.* **Pa** ad **Pb** ‖ 21 lassum **M** lapsus **Pa** | lassum somnus? ‖ 22 subitoque **L** | strepitu *om.* **Pb** ‖ 23 missam **Pb** | eum *om.* **Pb** | intremuit **Pa** ‖ 24 agnito **P** | eo usque **Pb** | gemitu (*om.* ut) **Pb** | cibo potuque **L** cibo et poto **M** ‖ 25 misertus **LP** ‖ 26 quo **L**

'fronde coronat funerea'. haec causa est, quare cupressus adhibetur locupletum funeribus. Lucanus ⟨III 442⟩: 'et non plebeios luctus testata cupressus', quia incestatas familias Romani hac notabant. quidam uolunt ad hoc nomen electam arborem, quia infructuosa apta defunctis est, uel quod in tutelam eam dixerint inferorum.

462 SIGNATI CAPITA designata capita habentes. prius enim setae tolluntur aut lana et aris imponuntur, et ita quasi designatur immolationis uictima. ET FRVGVM LIBAMINE PVRO illibato, impolluto. significat autem salsas fruges.

463 IN VVLNVS CECIDERE GREGES sacerdotum consuetudo talis est, ut aut ipsi percutiant uictimas — et agones appellantur — aut sic tenentis cultrum alter impingat. ideo dixit 'in uulnus cecidere greges'. qui uictimatores dicuntur. ut Virgilius ⟨Aen. VI 248⟩: 'supponunt alii cultros'. MANTO filia Tiresiae uirgo.

464 PRAELIBAT SANGVINEM primo est sanguinem libare, deinde immolare, tertio reddere, quarto litare.

465 TER CIRCVM ACTA PYRAS cum ter omnes pyras circumisset.

466 REDDIT VISCERA aut aris imponit aut nuntiat patri suo.

468 ATQVE IPSE SONANTIA FLAMMIS VIRGVLTA hostias. et sic futura dicit. ars autem haruspicina hoc habet, ut

---

1 Funesta fronde coronat **L** | funerā **Pa** | est *om.* **Pb** | cipressus locupletum funeribus adhibetur **Pb** ‖ 3 plebeos **L** | testare **Pa** cipressus **Pb** | que **Pa** | incestata **Pb** incestatis **M** ‖ 4 romanū **Pa** ‖ 5 elatam **Pb** | apta *om.* **Pa** | defunct' *superscr.* is **M** defunctus **Pa** ‖ 6 quia **Pb** | ea **Pa** | eam dixerint] sit **Pb** ‖ 7 capita *om.* **Pb** ‖ 8 sese tollunt **Pb** | lana **L** *Mon.* arana **MP** | inponitur **L** imponitur **MP** inponuntur *Mon.* ‖ 9 inmolatione **Pa** immolationi*?* ‖ 10 inpolluto **M** ‖ 12 uultus **Pa** ‖ 13 in ipsiṣ **Pb** | periciant **Pa** ‖ 14 agonei **Lc** | tenentes **L** | inpignat **M** ‖ 15 dicitur **L** ceciderūt **Pa** | quia **L** ‖ 16 subponunt **M** ‖ 17 teresię **M** | uirgo *om.* **Pb** ‖ 18 SANG. . . . est *om.* **Pb** | sanguine **P** sanguinē **LM** ‖ 19 inmolare **M** ‖ 21 circuisset **Pb** ‖ 24 IPSA **LP** | FLAMMIS *om.* **Pa** ‖ 25 aut **M** | aruspicine **MPa** aruspicum **Pb** | haec **LPa**

et turis motus et crepitus et fumi motus et flexus colligat, quoniam haec primum signa aut testantur extorum promissis, si bona sint, aut, si contraria, refragantur. ut testatur liber de turis signis, qui ipsius Tiresiae scribitur.

469 SENSIT quia carebat oculis sacerdos.

470 PLVRIMVS ARDOR ANHELAT bene hoc adiecit. nam quomodo caecus posset intellegere aras ardere nisi ignis afflatu?

472 ET VOX IMPVLIT IGNEM id est illius precibus flamma nutrita est.

478 VVLGVSQVE CAVA SVB NOCTE REPOSTVM caua Lind. p. 142 patenti aut alta, sed melius caua nocte est: uacua ab opere. repostum ideo, quia itidem ad superos ad corpus reuertatur.

479 ET PLENA REDEAT STYGA PORTITOR ALNO et portitor plena alno redeat ad hanc Styga, quomodo dicimus 'uiam redeat'.

480 FERTE SIMVL GRESSVS nocentes, inquit, de Tartaro, pii de Elysio ueniant. MANIBVS Graecorum manes dicit.

482 VIRGAQVE POTENTI NVBILVS ARCAS AGAT nubilus infernus. imperat autem Mercurio et Libero, ut animas piorum euocent. quare autem Persee dicat, ratio est. quidam enim uolunt non Iouis filium esse Mercurium, sed

---

1 et[1] *om.* **Pb** | flexus aruspex ipse **L** | colligit **Pa** ‖ 2 hoc **Pb** | ex eorum *del. superscr.* extorum **M** | promissus **L** ‖ 3 sunt *Vollmer* | si *om.* **Pb** | refringantur **P** refrangantur **M** | aut **M** ‖ 4 qȝ **Pa** | describitur **P** | quo ipsius Tiresiae signa describuntur *Schottky* ‖ 6 hoc bene **L** ‖ 7 quomodo **LPb** q̃uo **Pa** q̊m̃ **M** | posset cecus **Pb** | intelligere **LP** ‖ 8 afflatu *corr. ex* afflato **M** ‖ 9 id est] uel **P** ‖ 11 SVB *om.* **LPb** | NOCTE REPOST. *om.* **Pb** | REP. . . . nocte *om.* **Pa** ‖ 12 patientia ut **M** | uel **Pb** | caua sub nocte **Pb** | est] scilicet **Pb** ‖ 13 repositum **P** | quod **LP** | istidem **Pa** ‖ 15 ET . . . redeat[1] *om.* **Pb** | STYGA *om.* **LPa** | PORTITOR . . . redeat[1] *om.* **Pa** ‖ 16 stigā **MPa** stygiā **Pb** ‖ 17 uiam *om.* **M** ‖ 18 dicit **Pb** ‖ 19 MANIBVS . . . dicit *in* **MP** *secuntur post schol.* 482 . . . Persei | MANIBVS **L** manes **MPb** ymane **Pa** | manes Graecorū **L** ‖ 21 ut *om.* **Pb** ‖ 22 quare] quia **Pb** | Persee dicat *scripsi* per se clara **Lc** persecate **LPa** peseucate **Pb** pse cate (*corr. in* hate) **M** pse ecate *Mon.* | est ratio **L**

Pyrrhae — in qua opinione etiam Hesiodus uersatur in his libris, quos de Theogonia scripsit — quidam Persei. Cornilius quattuor Mercurios esse scribit: unum Iouis et Maiae filium, alterum Caeli et Diei, tertium Liberi et Proserpinae, quartum Iouis et Cyllenes, a quo Argus occisus est. quem ipsum ob hanc causam Graeci profugum dicunt, Aegyptiis autem literas demonstrasse. ergo Mercurium Liberi et Proserpinae filium dicunt animas euocare. de quo Virgilius 〈Aen. VI 749〉: 'Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno'. — ordo: per crimina functis, o Tisiphone, pande diem. sensus hic est: Hecate et Mercurius pias animas ducant, nocentes uero Tisiphone.

484 QVI PLVRES EREBO ut Virgilius 〈Aen. VI 611〉: 'quae maxima turba est'. sed modo aucti per sanguinem Thebarum.

485 TAXO quia de hac arbore uenenosa faces Furiae dicuntur habere.

486 TISIPHONE DVX tu, inquit, Tisiphone, illos reduc, qui scelerati sunt plurimique de stirpe Thebana.

487 DETORQVEAT VMBRAS auertat ad superos quidem uenire cupientes.

Lind. p. 143 489 ILLI FORMIDINE NVLLA subaudimus 'stabant'.

492 NVNC VELLERA PRESSAT amplectitur, constringit petens auxilium timoris.

494 CONFRAGA aspera et deserta.

496 ET SVDANTIA NISV ex manuum sudore. nam per timorem sudor oritur uenatori.

---

1 Pyrrhae **LM** pyre **Pa** pĩre **Pb** Proserpinae **Lc** | et **L** ‖ 2 perse **Pa** | coruilius *corr. ex* ceruilius **M** cōuilius **Pb** Cornutus *Vollmer* ‖ 3 quatuor **LPa** | dicit **Pb** ‖ 6 profugam **Pa** | egipt' *corr. in* egiptiis **M** aegyptius **Pb** ‖ 7 mecurium **Pb** mater uiriū **Pa** ‖ 9 uocat agmine certo **Pb** ‖ 10 ordo *om.* **L** | o *om.* **L** ‖ 11 hoc **Pb** ‖ 12 uero *om.* **LPa** | tisiphone uō nocentes **Pb** ‖ 13 herebo **MP** ‖ 14 qui **M** ‖ 16 qui **Pa** ‖ 18 illuc **Pa** ‖ 20 quidem] quod **Pb** qui **Pa** ‖ 21 euenere **Pa** ‖ 22 stabant Mantho et Tirhesias **LP** (**Pa** *om.* Mantho) ‖ 23 NVNC] ET **L** | uellera *corr. ex* uelleret **M** *in marg. adscr.* uallat | pressat *corr. in* prensat **M** ‖ 26 NIXV **L** uisu **Pa** nisij **Pb** | pro timore **Pa**

499 ET CAECA METITVR quae caecat mentem et conturbat. caeca cura: tacito animo non illum uidet, sed magnum esse clamore metitur.

502 LAEVAQVE CONVVLSAE DEDIMVS CARCHESIA TERRAE quae sinistra manu funduntur, laeua manus infuderat. inferis sinistra manu immolamus pocula.

503 CASSVSNE SACERDOS et hunc locum de Lucano mutuatus est. ut 〈VI 730 sqq.〉

'Tisiphone uocisque meae secura Megaera,
non agitis saeuis Erebi per inane flagellis
infelicem animam?'

506 COLCHIS AGET ciuitas Scythiae, de qua omnes ueneficae. unde Medea.

507 NOSTRI CVRA MINOR hoc est: illis obtemperatis, nostra praecepta contemnitis.

509 SVB VNVM FVNESTARE DEOS pro 'in unum' et 'in commune'. immolationem hominis. propter necromantiam. his enim inferi delectantur.

514 ET QVIDQVID DICI NOSCIVE TIMETIS haec de Lucano mutuatur, cum minantem manibus Thessalam induceret.

515 NI TE THYMBRAEE VERERER bene: licet magicam faceret, honorem seruauit Apollini. cuius et reuerentia nolle se dicit germanae eius dei inuocationis metu contumeliam facere. ipsa autem Hecate et Diana dicitur.

---

1 quae] qui *del. superscr.* & **M** ‖ 2 uidi **Pb** ‖ 3 clamorem **P** ‖ 5 qui **L** q̇ *superscr.* e **M** | funduntur *add.* in **M** | funduntur . . manus *om.* **Pb** | manu **L** manū **Pa** | infūderat **P** ‖ 6 inmolamus **M** ‖ 8 iminatus **Pb** mutatus **Pa** | ut *om.* **LPa** ‖ 9 megerā **M** ‖ 10 saeuas **LMPa** sceuos **Pb** ‖ 13 benefice **Pa** | media **Pa** ‖ 14 NOSTRI . . MINOR *om.* **MP** ‖ 15 et nostra **LPb** | contentas **Pa** ‖ 16 & ē **M** | in communem **L** in omnem **Pb** ‖ 17 *ante* immolationem *lemma excidisse credo* | inmalationem **Pa** ‖ 19 QVICQVID **LP** | nosciqȝ **P** | TIMETIS . . . cum *om.* **Pa** | hoc **Pb** | *VI 730 sqq.* ‖ 20 imitatur **Pb** | minante **Pa** minantibus **Pb** | thes(s)aliam **MPb** ‖ 21 licet *corr. man. 2 in* liceret **M** | magiam **L** *corr. ex* magicā **M** ‖ 22 Apollinis **Pb** | cuius] ouidius **Pb** | et *om.* **L** ‖ 23 ducit **Pa** | eius *om.* **Pa** | diei **Pa** ‖ 24 et *om.* **L**

tetigit et philosophice partem sacrorum iuxta picturam, quam inferiore adnotatione commemorat.

516 ET TRIPLICIS MVNDI SVMMVM iuxta picturam illam ueterem, in qua tormenta descripta sunt et ascensio ad deum. dicit autem deum *δημιουργόν*, cuius scire nomen non licet. infiniti autem philosophorum, magorum, Persae etiam confirmant reuera esse praeter hos deos cognitos, qui coluntur in templis, alium principem et maxime dominum, ceterorum numinum ordina|torem, de cuius genere sint soli Sol atque Luna. ceteri uero, qui circumferri a sphaera nominantur, eius clarescunt spiritu maximis in hoc auctoribus Pythagora et Platone et ipso Tagete. sed dire sentiunt, qui eum interesse nefandis artibus actibusque magicis arbitrantur. in uersu ergo poeta sic dixit 'illum', quasi sciret nomen. sic repetiuit, ut proderet. sed hoc magis ad terrorem dixit 'illum', ut putaretur scire. si ergo sciri nefas est, disci a uate non potuit. licet magi sphragidas habeant, quas putant Dei nomina continere, sed Dei uocabulum a nullo sciri hominum potest. sed quid ueritas habeat, percipe. huiusne dei nomen sciri

Lind. p. 144

1 philosophie **P** ‖ 2 in inferiore **L** *om.* **Pb** | inferiore *corr. in* inferiorē **M** | ad notationē **L** adnotationem **M** ‖ 3 triplices **P** | SVMMVM *om.* **LPa** ‖ 4 haec tormenta **LP** | scripta **Pb** | et *om.* **Pb** ‖ 5 autem *om.* **L** | demoirgon **M** emoirgon id est summum **Pa** demogorgona summum **L** demogorgon id est summum **Pb** *δημιοῦργον* **Lc** | nomen scire **L** ‖ 6 non licet nomen **P** | autem *om.* **Pb** | magi Persarum *Schottky* | Persae etiam *om.* **Pb** ‖ 7 confirmant aut **MP** | reuera alios esse **Pb** ‖ 9 deum **LPb** | ceterum **Pb** | ordinationem **Pb** ‖ 10 atque] et **Pb** | circumferuntur **L** ‖ 11 astra **LPb** aspera **MPa** asphera *Mon.* | nominaretur **Pb** nominantur quae **L** ‖ 12 hoc *superscr.* his **M** *om.* **Pb** | tageta **M** | *post* Tagete **L** *inseruit* conuenientibus, *Mon.* nitentes ‖ 13 dire *corr. ex* ire **M** ‖ 15 nomen sciret **LP** | sic repetunt **L** *om.* **Pb** | prodiret **L** | sed hoc . . . scire *secuntur post* potuit *in* **Pb**, *post* nefas est *in* **Pa** | sed] id est eis **Pa** *om.* **Pb** ‖ 16 dixit *om.* **Pb** ‖ 17 sciri **MPb** scire **LPa** | disci *om.* **Pa** ‖ 18 magi sphragidas *Grotius* magis frigidas **LM** magis frigas **Pa** magis phriges **Pb** | putare **Pa** | nomine **L** ‖ 19 sed hoc Dei **L** | scire **Pa** *corr. in* sciri **M** | hominum sciri **Pb** | potest hominum **M** ‖ 20 sed quid . . . sciri potest *om.* **Pb** | scire **Pa**

potest, qui nutu tantum regit et continet cuncta, cuius arbitrio deseruiunt, cuius nec aestimari potest mundus nec finibus claudi? sed cum magi uellent uirtutis eius, ut putabant, sese comprehendere singulas appellationes, quasi per naturarum potestates abusiue modo designarunt et quasi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati sunt, quasi ab effectu cuiusque rei ductis uocabulis. sicut Orpheus fecit et Moyses, Dei summi antistes, et Esaias et his similes. Etrusci confirmant nympham, quae nondum nupta fuerit, praedicasse maximi Dei nomen exaudiri ab homine per naturae fragilitatem pollutionemque fas non esse. quod ut documentis assereret, in conspectu ceterorum ad aurem taciti Dei nomen nominasse, quem ilico ut dementia correptum et nimio turbine coactum exanimasse. sunt qui se — licet secreto — scire dicunt, sed falsum sciunt, quoniam res ineffabilis comprehendi non potest.

518 VOS AVIDE 'inferne canes eliciam aut insequar' deest.

524 ET STYX quae meatu suo manes discernit a superis. ut ⟨Aen. VI 439⟩ 'et nouies Styx interfusa coercet'. et ideo hic interflua nominauit.

Lind. p. 145

527 IVNONIS THALAMOS Pythagoras dicit duo esse hemisphaeria, quibus proprios deos assignat. et facit superioris regem Iouem et reginam Iunonem, inferioris Ditem Iouem

2 mundus *om.* **P** ‖ 3 magis **Pb** | uirtutes *corr. ex* uirtutis **M** ‖ 4 sese **M** | quasi] quas **LPa** ‖ 5 designauerunt **Pa** ‖ 6 numerum **Pb** | nobilitatem? ‖ 7 ductus **Pa** ‖ 8 moises *corr. ex* moisis **M** missis **Pa** | summus dei **Pb** | esesias *corr. in* esaias **M** isaias **Pb** esais **Pa** ‖ 9 dum non **LMPa** ‖ 10 fuerit *corr. in* fuerat **M** | maxime **MP** ‖ 11 ab homine *Mon.* hominem **LMPa** homines **Pb** | naturam **Pb** naturas **Pa** *corr. in* nature **M** | fragilitates **Pa** ‖ 12 asseret **Pa** asserent **Pb** ‖ 13 tacito **P** *corr. ut uidetur ex* taciti **M** tauri **L** ‖ 14 illico **LPa** ‖ 15 sunt qui se] si que si **Pa** si qui **Pb** ‖ 16 sed] si **Pa** s, **M** *om.* **L** | ineffabilis res **Pb** ‖ 18 canes inferne **Pb** | uel **L** ‖ 20 ET *om.* **L** | six **Pa** fax **Pb** | decernit **P** ‖ 21 et *om.* **Pb** ‖ 22 in eo **Pa** | hic *om.* **LP** | interfluā **L** ‖ 23 esse *om.* **Pa** ‖ 24 assignant **Pa** ‖ 25 et reginam *om.* **Pa** | inferioris . . . Stygiam Iunonem *om.* **Pa** | inferioris inferiorem **Pb**

esse infernum, Proserpinam uero Iunonem infernam. et duas Veneres: unam supernam et alteram Libitinam. et alios deos binos constituit: Hecaten, sicuti Ditem Iouem, ita et hanc Stygiam Iunonem. ut Virgilius ⟨Aen. VI 138⟩: 'Iunoni infernae dictus sacer'.

530 ARBITER HOS DVRA VERSAT CORTYNIVS VRNA licet de disceptatore animarum et censore uitae alia sit secreta et arcana ueritas, tamen, quod ex opinione translatum sit in fabulis, scribam. Cortynius arbiter Minos Cretensis, cui ad gloriam et titulum sola natalium sufficeret claritas, meruit placiditate mentis, ut illum plus moribus quam generis auctoritate homines mirarentur. fuit enim rex Cretae ita uita clemens, ut — quod est mirum — gauderent eum dominum, quibus imperabat, habuisse. defunctus deinde, quantum mansuetudo mereatur, nec fato quidem hoc honore priuatus est. nam dicitur apud manes de supremo exitu iudicare mortalium. ueteres enim Graeci, ut impios crudelesque poenas apud inferos luere, sic bonum quemque adeptum bonae uitae praemia post mortem esse dixerunt. quod est bonitatis exemplum, quia Minos se non ut regem aut tyrannum, sed tamquam unum de plebe gessit; quae laus summa est. ut Seneca in Thyeste ⟨uu. 342—352⟩:

'nescitis, cupidi arcium,
regnum quo iaceat loco.
regem non faciunt opes,
non uestis Tyriae color,
non frontis nota regia,

1 uero *om.* **L** | infernam . . . Iunonem *om.* **Pb** ‖ 3 sicut **L Pa** | ditē *om. superscr.* **M** ‖ 6 urnā **Pa** ‖ 7 de *om.* **Pb** | disceptatrione **Pa** desceptatione (*om.* de) **Pb** ‖ 8 quia **Pb** qui **Pa** | sit] est **L** ‖ 11 plus eū **L** ‖ 12 claritate generis **L** | omnes **L Pa** ‖ 14 habuis **Pa** *om.* **L** | defuncto **L** defunctum **Pb** ‖ 15 mercatur **Pa** mereatur, patuit *Myth.* | facto **Pa** | hoc *om. superscr.* **M** ‖ 17 mortales **L** | crudesque *add.* le **M** crudeles **L** ‖ 19 adeptum *man. 2 add.* ru **M** ‖ 20 se *om.* **L** set **Pa** ‖ 21 se gessit **L** ‖ 22 thiestis **M P** ‖ 23 nescichorotis **M** ne sic horotis **Pa** | cupidū **Pb** | arctium *corr. in* arotium **M** aretium **Pa** atrium **Pb** ‖ 24 uocat loco **Pa** ‖ 26 uestes **M Pa** ‖ 27 regiae *Seneca*

non auro nitidae trabes.
rex est, qui posuit metus
et diri mala pectoris,
quem non ambitio impotens
et nunquam stabilis fauor
uulgi praecipitis mouet'.

ARBITER HOS quasi quaesitor. ex sorte iudex legit, quos habeat in consilio. ut Virgilius ⟨Aen. VI 432⟩: 'quaesitor Minos urnam mouet'. hic Iouis et Europae filius, cui fuere fratres Rhadamanthus et Sarpedon.

532 POENARVM LVCRA FATERI poenas, quas apud superos lucrati sunt. ut ⟨Aen. VI 568⟩ 'quae quis apud superos furto laetatus inani'.

535 ANGVSTAM CENTENI AEGAEONIS VMBRAM Virgilius ⟨Aen. X 565⟩: 'Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt'. angustam tenuatam. nec enim in figura aurae tanta est magnitudo, quanta in corporis ueritate. uel quem spatia tanta uix capiant, uel quamuis centum manus fuerint, umbra tamen eius memoratur angusta. quia maior est in umbra inani quam in corpore magnitudo.

537 REMEABILE SAXVM Virgilius ⟨Aen. VI 616⟩: 'saxum ingens uoluunt alii'. Sisyphi exemplo illi signantur, qui contempta uera philosophia ad uoluendum mundi onus crebro uertuntur.

538 FALLENTESQVE LACVS Tantali, cuius ab ore epulae subtrahuntur. bene lacus pro potu posuit. sic Horatius ⟨sat. I 1, 68 sq.⟩: 'Tantalus a labris sitiens fugientia captat flumina'. TITYON quia Latonae uoluit uim inferre, eius pectus lacerat uultur.

1 tabes **Pb** fores *Seneca* ‖ 2 Regem regem qui **Pa** ‖ 6 uulgis **Pb** ‖ 7 et sorte **Pb** | legis **Pb** ‖ 8 concilio **Pb** | Virgilius *om.* **L M Pa** ‖ 9 cuius **L** hem **Pa** ‖ 10 ///r/// hadamant' **M** radamantus **P** ‖ 12 sunt lucratuit **Pb** ‖ 13 furto . . inani *om.* **Pb** ‖ 15 qua t **M** ‖ 16 aurae] animae **L** umbrae *Mon.* ‖ 17 magnitudo . . . tanta *om.* **Pb** ‖ 18 capiunt **L** ‖ 19 fuerunt **Pb** | eius *om.* **M** | augusta **L** | que **Pa** ‖ 20 inaīā qua **Pa** ‖ 22 significantur **Pb** ‖ 23 c̄ cepta **M** ‖ 24 utuntur **Pa** ‖ 28 que **Pa**

539 IXIONA GYRIS . . . . quod rotae uolubilitate rapiatur. Ixion, Phlegyae filius, cum misericordia Iouis in caelum sublatus fuisset, Iunonem de stupro interpellare ausus est. quae de audacia eius conquesta Ioui suadente ipso pro se nubem misit, cum qua Ixion concubuit. et geniti sunt Centauri. reuersus autem ad mortales Ixion gloriatus est cum Iunone concubuisse. ob quam causam eum Iuppiter fulmine percussit et ad rotam uoluendam ligauit.

548 NOSTRAMQVE MONE PER SINGVLA NOCTEM quia a Iunone caecatus fuerat Tiresias, qui maiorem libidinem locutus mulierum est, ideo quia ante femina fuisset. et merito, quia utriusque sexus fuerat expertus naturam. de qua re et ante dictum est.

Lind. p. 146 549 CARMENQVE SERIT sensus: et serit carmen, quod collectas umbras et non necessarias spargeret, necessarias uero ac passim uagantes in unum cogeret.

550 QVALIS SI CRIMINA DEMAS COLCHIS talis erat Manto criminibus ademptis, qualis Medea aut Circe: magica arte perfecta. ut collatio conueniret, Medeae artem tulit herbarum, quia Manto uno carmine potentiam exercet. Circen

---

1 post GYRIS *praebet* **L**: cathimenõ, **M**: ekatimenon, **Pa**: dici ixiona ekatimeon, **Pb**: de isione hecatimenon, *Bamb.*: ЄKαΘYϢHNON. *latetne* de Ixione *ἐνϑύμημα tale quid?* ‖ 3 stubri (*om.* de) **Pb** ‖ 4 ē questa **M** ‖ 5 ꝑ se **M** | nubem prę se **Pb** | concubuit et **MPb** cum coiret **L** concumberet et **Pa** ‖ 7 Ixion *om.* **Pb** | quod . . concubuisset **Pb** | cocubuissʒ **Pa** ‖ 8 rotū uolendū **Pa** ‖ 10 MOVE **L** monet **Pa** | singulā **Pa** secula **Pb** | qua **Pa** ‖ 11 tirresias quia **Pb** | caecatus fuerat a Iunone **L** caecatus a iunone fuerat **Pa** | maiorem multo **L** ‖ 12 mulierum locutus **L** | esset **L** *om.* **Pb** | qui **Pa** q̧ **Pb** qđ *corr. ex* qui **M** ‖ 13 qua de re **L** ‖ 14 ante *ad II 95* ‖ 15 et serit *om.* **Pb** | carmen *om.* **Pa** | quo **L** *om.* **Pb** ‖ 16 et **L** ad **MP** | non *om.* **M** | necessaria **LMP** | sparg.] semper gerit **Pb** ‖ 17 ad passum **MPa** ad passim **Pb** | cogere **MPb** ‖ 18 SI *om.* **Pa** | DEMAT **L** ‖ 19 carminibus **L** | adeptis *corr. in* adēptis **M** ea demptis **Pa** | qualis depretis criminibus **Pb** ‖ 20 perfectam **Pa** | et ut **Pb** | collocatio **Pa** ‖ 21 que **Pa** | exercet potentiam **Pb**

autem non carminibus constat, sed herbis ualuisse, quia decipiebat poculis transeuntes. ut Virgilius ⟨Aen. VII 19sq.⟩: 'dea saeua potentibus herbis induerat Circe in uultus ac terga ferarum'. equidem cum sit naturae ratio fingendo corpora facere homines, qui fuerant beluae, resoluta ferae figura humanos uultus effingunt. Circe ergo fuit mortalis, quam stulti | Solis filiam fuisse dixerunt, si fas Lind. p. 147 est, ut Solis filia credatur esse mortalis. sed ordinem fabulae perstringamus. haec igitur Circe in insula Maeonia delatos ad se in feras mutabat. ad hanc forte delatus Vlixes Eurylochum cum uiginti et duobus sociis misit, quos ab humana specie commutauit. sed Eurylochus inde fugit et Vlixi nuntiauit. is solus ad eam proficiscitur. cui in itinere Mercurius remedium dedit monstrauitque, quomodo Circen deciperet. qui postquam ad eam uenit, ab ea poculo accepto Mercurii remedium inmiscuit et eduxit ensem eique minatus est, ut socios sibi restitueret. tunc Circe sensit sine uoluntate deorum non esse factum fideque data socios ei restituit. ipse cum ea concubuit, ex qua Telegonum procreauit. inde proficiscens ad Auernum delatus ad inferos descendit. reliquos labores eius Tiresias uates edocuit.

553 PRIMVS SANGVINEO eleganter coepit a conditore Thebarum posteriorum historias narraturus. Cadmum et

---

1 sed herbis constat **L** | sed *om.* **Pa** ‖ 2 decipiat **MP** ‖ 3 dea saeua *om.* **LMPa** | Cyrcē **L** dircen **M** dircē **Pa** | in *om.* **LMPa** ‖ 4 Et qd **Pa** ‖ 6 ferae] pene **Pb** | fingunt **M** | *post* fingunt *in Mon. et* **M** *secuntur haec*: cum uero de gramine sit hoc est (aut *Mon.*) de frugibus terrae. quales etiam praeter animam licentia est ‖ 7 quam stulti . . . mortalis *om. in marg. add.* **M** | esse credunt **Pb** ‖ 8 Solis] dei **LP** ‖ 9 igitur] quam **Pb** | in *om.* **Pa** *om. add.* **M** | meonia insula **Pb** ‖ 11 Vlysses **L** ‖ 12 quas ab una **Pa** ‖ 13 Vlyssi **L** | renuntiauit **Pb** ‖ 14 remedium Mercurius **L** ‖ 15 qm̄ **Pa** | non decipitur **Pa** | posteaquam **L** | ad deam **Pb** ‖ 16 miscuit **LMPa** ‖ 17 & ei **Pb** | est *om.* **Pb** | restituisset **MPa** ‖ 19 sibi **Pb** ‖ 20 Tellogonum **L** | ad cumā **Pa** ‖ 21 delatas **Pa** ‖ 22 edicunt **Pa** ‖ 24 et *om.* **Pb**

Harmoniam diximus in dracones esse conuersos, quorum ueniunt animae, ut bibant fossam sanguinis plenam.

555 AMBORVM Cadmi et Harmoniae.

556 TERRIGENAE quos sparsis draconis dentibus terra edidit.

557 MENSVRA DIES quibus nascendi moriendique dies fuit.

559 SPIRANTVM RABIE id est furore uiuentium adhuc arma tractabant suumque magis fundere sanguinem festinabant quam eum, qui erat fusus in fossa.

560 SED ALTERNVM CVPERENT HAVRIRE CRVOREM quos draconis dentibus satis tellus ediderat, odia uetera retinentes potandi ordinem immatura festinatione turbarunt.

561 FLETIQVE NEPOTES Pentheus, Actaeon et Melicertes.

562 ORBAM AVTONOEN quia Actaeonem filium perdidit.

ANHELAM INO uel furentem, quod ei nupsit pelex, uel quod mariti Athamantis tela fugiens cum Melicerta sese fluctibus tradidit, quod Athamas Learchum occiderat.

564 ET OPPOSITIS SEMELEN A VENTRE LACERTIS quia cum proximas uidisset fulminis flammas, pia mater non immemor pignoris manus uentri, ne perimeretur, opposuit, quasi fulmen non sibi, sed filio formidaret. mire autem dictum est 'a uentre', quod inter periculum fulminis filio timeret.

565 GENETRIX CADMEIA Agauen dicit non Cadmi filiam, sed quae a Cadmo originem duceret, quae filium furens

1 Harmonien **L** armoniā *corr. in* herminā **M** | *ad III 274* | conuersus **M** ‖ 2 fossa **Pa** | plena **Pb** ‖ 3 AMBORVM] serpens **P** | Harmonies **L** armonię *corr. in* harmionę **M** hermione **Pb** ‖ 4 TERRIGINAE **L** | draconibꝯ **Pa** | terra] cont~ **Pa** ‖ 6 mensura *corr. in* mansura **M** | et moriendi **Pb** ‖ 7 id est *om.* **Pb** ‖ 9 fossas **M** ‖ 11 draconum **LMPa** | terra **Pb** | edidit **L** ediderit **Pa** ‖ 12 potando **P** | inmatura **MPa** | turbauerunt **Pa** ‖ 13 Melicerta **L** melicrita **Pb** ‖ 14 autonem **M** autonen **Pa** | que **Pa** ‖ 15 INO uel *om.* **Pb** | inupsit **Pa** innupsit **M** | pellex **LPb** ‖ 16 quod] cum **Pa** | melicerte **M** ‖ 17 fluctibus sese **L** | qui **M** | ceciderat **Pa** ‖ 18 APPOSITIS **L** ‖ 19 mater *om.* **P** ‖ 20 inmemor **MPb** | opposuit ne perimeretur **Pb** ‖ 21 mire . . . timeret *om.* **P** ‖ 22 in uentre **L** | filio *om. in marg. add.* **M** ‖ 24 GENITRIX **LMP** ‖ 25 a *om.* **Pa** | origine **Pa**

occidit. ergo 'genetrix Cadmeia' ambigue. non enim mater Cadmeia, sed filia. ordo: Cadmeia genetrix insequitur, quae scitur esse Cadmeia.

569 ECHION pater Penthei, Actaeonis uero Aristaeus fuit, filius Apollinis et Cyrenae.

570 TRISTEM NOSCO LYCVM hic est Lycus, qui Megaeram filiam suam Herculi dedit uxorem et ob hoc a Iunone in furorem uersus est et filios Herculis ex Megaera susceptos Oxea et Leontiadem occidit. tristem ergo propter mortem nepotum. hic est ergo Lycus maritus Antiopae, Nyctei regis filiae, et tristis ob stuprum coniugis, quam per uim stuprauerat Epaphus. ille eam proiecit. Epaphus autem fuit ex Ione et Ioue natus. quam fabulam latius aperiemus. Antiopa, Nyctei regis filia, ab Epapho per dolum stuprata est. quae ob id a uiro Lyco eiecta est ui. qua pulsa Dircen duxit uxorem. cui suspicio incidit uirum suum clam cum Antiopa concubuisse. itaque impetrauit a famulis, ut eam uinctam in tenebris clauderent. cui cum partus instaret, Iouis uoluntate effugit uincula et in monte Cithaerone partum exposuit. natos Zethum et Amphionem proiecit. hos pastor pro suis educauit. quos postea mater agnouit. qui iniurias eius executi Lycum interfecerunt, Dircen tauro indomito religatam uita priuauerunt.

571 AEOLIDEM Athamanta dicit, Aeoli filium, cum

1 genitrix **LMP** | ambigue . . . mater Cadmeia *om.* **M** | ambigua **Pb** ‖ 2 genitrix **LMPa** | genetrix cadmeia **Pb** | sequitur **P** ‖ 5 et Cyrenae *om.* **Pb** ‖ 6 *ad hoc scholion conferas schol. X 891* | LYCVM] licon **M** | Megaram *Kohlm.* ‖ 7 dedisset **Pa** | ob hoc] aboe **Pa** ‖ 8 uersus in furorem **Pb** ‖ 9 Toxea *Grotius* | leonadem **Pb** | mortem] matrem **M** ‖ 10 hoc **Pb** | nicti **Pa** nectei **M** nitei **Pb** ‖ 11 et *om.* **Pb** | tristem **P** | et tristis *om. superscr.* **M** ‖ 13 ūō **Pb** | Ixione **M** etione *Mon. om.* **LPb** | et *om.* **LPb** ‖ 15 est *om.* **Pa** | est stuprata **Pb** | est eiecta **LP** ‖ 16 ui *om.* **P** | dircem **Pb** ‖ 17 concubuisse cum anthiopa **Pb** ‖ 18 clauderet **Pa** | clauderent in tenebris **Pb** ‖ 19 cum *om.* **Pa** ‖ 20 parto **Pa** ‖ 22 qui *om.* **MPb** | cuius **Pb** | exsecuti *corr. in* persecuti **M** ‖ 23 occiderunt **M** | dircem **Pb** ‖ 25 Athamantem **L** | cum] omni **Pb**

humero onusto, quia sic pingitur: insequens Ino uxorem, collo portans filii Learchi cadauer.

572 AVT VERSAE CRIMINE FORMAE propter crimina, quia in Dianam nudam inciderat.

573 FRONS ASPERA CORNV Actaeonem significat, quem dicit apud inferos eadem forma mansisse, qua apud superos fuerat: habentem cornua.

576 TANTALIS Niobe filia Tantali et Penelopes, quae partus sui fecunditate praelata cum filiis septem a Diana et Apolline probatur exstincta.

577 NIL DEIECTA MALIS IVVAT EFFVGISSE DEORVM NVMINA filiis delectatur exstinctis amplius sibi posse in deorum iniuriam licere, cum desint, in quibus peccatorum licentia uindicetur. nam ideo subdidit: 'et insanae plus iam permittere linguae'.

Lind. p. 118 584 EXTERNAE SATIS EST MIHI LVCIS duplex hic expositio est. nam externae aut humanis aspectibus, quoniam diuinam lucem uult magis intellegi, aut certe quod ipse diuinatione alieno fruebatur aspectu. INERTES NEBVLAE inertes epitheton est nebulae. nam uultum caecitate obrutum ad uidenda, quae sunt diuina, perpetua nox exuit caecitatis.

588 MAERENT ARGOLICI coniecturam facit de ducum uultibus luctuum futurorum.

589 TORVVS ABAS Acrisii pater, quem idcirco toruum

1 onusto] oenusio **Pa** | Ino *om.* **Pb** in **M** ‖ 3 *schol. om.* **Pa** | haud **Pb** ‖ 5 qui dicitur **L** ‖ 6 dixit **Pa** | que **Pb** quia **M** ‖ 7 habens **Pb** ‖ 8 Tantalis filia **Pa** Tantali filia **LPb** | et *om.* **Pb** | poenalapes **Pb** penelapes **Pa** Peniopes **L** *conf. schol. IV 589 et myth. II 71* ‖ 9 elata **L** | septem filiis et **Pb** ‖ 10 extincti **Pa** ‖ 11 NIL *om.* **Pb** ‖ 12 sibi non posse **L** | in *om.* **L** ‖ 13 nocere **L** ‖ 14 subit **Pb** ‖ 15 iam plus **L** ‖ 16 Eterne **Pa** | est nichil **Pa** | est hec expositio **Pb** | expositio hic **L** | positio **M** ‖ 17 humanas **Pa** | affectibus **Pb** ‖ 18 diuum **LPa** | intelligi **LPa** | certe *om.* **Pb** ‖ 19 qui **M** | diuinatione *Mon.* diuinationem **LMP** | alienā **Pa** alie non **Pb** | fruebat **Pb** ‖ 20 inertes *om.* **Pb** | est *om.* **L** | iam? ‖ 21 obruptum **Pb** ‖ 23 coniecturus **Pa** ‖ 25 patrem **Pb** | iccirco **L**

dicit, quia fuerit toruus in ciues. PROETVSQVE NOCENS ideo nocens, quia Bellerophontem innocentem uoluit occidere. Bellerophontes, Glauci filius, cum ignarus ad Proetum in hospitium uenisset et uxor Proeti Sthenoboea siue Antia illum amaret nec ab eo impetrare potuisset, ut secum concumberet, apud suum uirum mentita est ab eo se compellatam fuisse. Proetus ad Iobatem, socerum suum, misit et de eadem re Bellerophonti dedit tabellas perferendas socero. quibus lectis interficere uoluit talem uirum. sed cum ille prudentia sua et castitatis auxilio se ab instanti periculo liberasset, tamen, ut pudicitiam periculi probaret immanitas, ad interficiendum Chimaeram missus est, quam ille Pegaso iuuante prostrauit. denuo eum misit, ut Calydonas uinceret. etiam illos cum uicisset, nouissime Iobates sciuit, quae sibi fuisset causa tanti mali faciendi. crimina, quae in eum confinxerat, aboleuit uirtutemque eius laudans alteram filiam Alcimenen ei dedit uxorem. at Sthenoboea ea re cognita ipsa se interfecit. ergo hic Proetus nocens, qui innoxium iuuenem periculis tantis obiecit. haec fabula apud Homerum est in libro sexto. ipse Proetus, cuius filias sub contumelia laesi numinis Iuno furore compleuit, quo se factas buculas putarent. de quibus Virgilius ⟨ecl. VI 48⟩: 'Proetides

1 qui *corr. ex* quam **M** quod **LP** | toruus *om.* **Pa** ‖ 2 uoluit innocentem **L** ‖ 3 bellerofontis **Pa** pellerofontis **M** Bellerophon **L** | glāci **Pa** clauci **M** ‖ 4 Proeti *om.* **Pb** ‖ 5 impetrare . . . ab eo *om.* **Pb** ‖ 7 conpellatam **M** | Iobatem *scripsi cum mythogr.* Adiuuarcem **L** iuuatem **M** iuuantem **P** ‖ 8 ꝑferendas **M** | tebella ꝑferendas **Pa** ‖ 9 perlectis uoluit interficere **Pb** ‖ 10 illum prudentia uirū et **Pb** | sui **M** ‖ 11 se . . . liberasset *om.* **P** | instante **L** | tamen . . . immanitas *om.* **LP** ‖ 12 inmanitas **M** | interficiendam **L** interficienda **Pb** ‖ 13 illa **MPa** ‖ 14 calidonias **M** ‖ 15 & cum nouissime sciuit Adiuuarces **L** | adiuuacres **Pa** ariobates **Pb** adiuuantes **M** | quod ipsi fuisset **L** ‖ 16 facundi **Pb** faciendi *corr. in* paciendi **M** | confixerant **L** confixerat **M** ‖ 17 Alchimenem **L** alchimen **P** alchimeni (a *superscr.*) **M** alchimenen *Mon.* ‖ 18 ac **Pa** | ea *om.* **LP** | ipsa *om.* **Pb** ‖ 19 hic *scripsi* is **L** his **MPa** hiis **Pb** | quia **L** ‖ 21 (in *om.*) lib. VI. est **L** | *Il. VI 155—197* | est ipse **Pa** ‖ 22 nominis **MP**

implerunt falsis mugitibus agros'. PHORONEVS hic est, qui primus Iunoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Ioui. Lind. p. 149 Pho|roneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnauit, cuius filiam Nioben, quia alia Tantali est, Iuppiter primo mortalem dicitur compressisse.

590 TRVNCATVSQVE PELOPS Virgilius ⟨georg. III 7⟩: 'humeroque Pelops insignis eburno'. SAEVO PVLVERE SORDENS OENOMAVS sordens, quia per circum tractus est. saeuo, quia ibi occisi fuerant innocentes.

593 GREGE CONDENSO isti sunt quinquaginta, quos Tydeus interfecit.

595 FALSO CLAMORE ut Virgilius ⟨Aen. VI 493⟩: 'inceptus clamor frustratur hiantes'.

596 INTENDVNT SINE PACE MANVS REX FALLOR AN HI SVNT o rex Eteocles. eos ostendit Eteocli, quos ipse etiam posset agnoscere. 'sine pace' autem dixit aut bellicosas aut ipsi discordes, cuius causa fuerant interempti.

598 PRAESIGNEM MAEONA LAVRV Maeonem illum uatem dicit ideo praesignem lauru, quoniam fuit sacerdos Apollinis et diuinatione pollebat. quem Tydeus a quinquaginta uirorum caede seruatum remisit Thebas incolumem. qui se in conspectu regis donatam uitam respuens conscientia uirtutis occidit.

599 NE SAEVITE DVCES quasi apud indignantes eos loquitur, qui fuerant interempti a Tydeo, et casum humanae sortis excusat fatorum legibus euenisse. omina prospera

---

2 Iunoni . . . primus *om.* **P** ‖ 4 tantali alia **Pb** ‖ 5 p' *superscr.* primo **M** | comperisse *corr. in* compressisse **M** ‖ 6 PELOPOS **L** ‖ 7 Pelopos **L** ‖ 8 OENOMAVS *om.* **MP** | sordens *om.* **Pa** | pro **Pa** | per currū *Mon.* per eum circum **LPb** ‖ 10 istis (*om.* sunt) **Pa** ‖ 11 teseus **Pb** | occidit **LP** ‖ 12 ut *om.* **LM** ‖ 15 et eos **Pb** | quo **Pa** | etiam ipso **Pa** et ipse **Pb** ‖ 16 cognoscere **L** | pace *om.* **P** | bellicosos **Pb** ‖ 17 ipsi *om. superscr.* **M** | fuerint **P** ‖ 18 MAEONA *om.* **Pb** | LAVRO **LPb** laurū **M** | Maeonem . . . lauru *om.* **Pb** ‖ 19 lauro **L** ‖ 21 thebis incolomē **M** ‖ 22 que **Pb** | regis] gis **P** | donate **Pa** *spat. uac. rel.* **Pb** ‖ 25 fuerunt **LPa** | causa *corr. in* casū **M** ‖ 26 ex causa **M** | omina . . . Thebana *om.* **P** *hoc loco iterum schol. 588 praeb.* **P**

uiderat de parte Thebana et Argolicos duces uultu pronuntiasse de fato belli. sed uidit illos Thebanos, quos Tydeus peremit. quos hic minantes ciuibus suis placat dicens fatorum fuisse legem, ut tot caderent, non uirtutis alienae. dein superstitibus Thebanis, qui Tydeum uidentur esse passuri. hoc autem mihi uidetur dixisse Statius historiae ductus exemplo, ut animas seu manes irasci diceret et a Tiresia placatas. Alexander igitur cum in Asiam traduceret exercitum, conspexit proximam litori manum armatorum armis Achiuis candentibus. propterea tubam canere iussit et milites nauibus egredi armatos. sed cum abesset a conspectu Macedonum ea species umbrarum ante cunctis perspecta, ut attigit Thraciam terram, certus a uicinis factus, quod eiusmodi uisiones ibi frequentissime fierent, suspicatus animas esse Achiuorum, qui consociati foedere Thessalis fuerant heroico bello, inferias apud tumulos eorum dedit precatus aduersus barbaram gentem auxiliarios sibi fieri opinatus eosdem et in excessione classis apud litus sibi uisos. itaque in ea pugna, cum apud Granicum conflixere exercitus, multas eiusmodi species in proelio conspectant putantes Macedonum exercitum. nec minus alias animas apparuisse barbarico habitu, ex ad-

---

2 uidet **Pb** ‖ 3 placeat **P** ‖ 4 uirtutes *corr. ex* uirtutis **M** ‖ 5 aliene *corr. in* alieni **M** | dein . . . passuri *om.* **P** | uiderent esse passurum **L** ‖ 6 uideatur **Pa** | Statium fretus historiae **L** statium historie ductus **Pb** flectus hostiarie ductus **Pa** ‖ 8 placatos **LP** *corr. ex* placatas **M** | in asia **MP** ‖ 9 littori **L** ‖ 10 manum] copiam **Pb** | cadentibus **Pa** cadere **Pb** ‖ 11 tubam *om.* **Pa** ‖ 12 abesse **Pa** abiret **L** ēēt **M** ‖ 13 aña (= antea) **Pb** | prospecta **Pb** perfecta *corr. in* perspecta **M** | ut *del.* **M** postquam **L** | a (*om.* ttigit) tracia **Pa** | certior **L** ‖ 14 huiusmodi **Pb** | sibi **Lm** ‖ 15 suspicati **MP** ‖ 16 fuerunt **Pb** | heroico *scripsi* Hernico **L** heruico **MP** ‖ 17 eorum] Achiuorum **L** aetorum **Pa** | auxiliario **P** ‖ 18 ibi **M** | fieri . . . sibi *om.* **Pb** | opinatus quod **MPa** ‖ 19 usos **Pa** uersos **Pb** | Isque **L** idque **Pa** itemque *Vollmer* ‖ 20 confligeret **L** confligere **P** | eiusdem **MP** ibidem **L** *an scribendum est* eiusdem modi? ‖ 21 in praelia **LPb** imprelia **Pa** prelia **M** | conspectant *conieci* conspectans **LMP** | putans **L** *Bamb.*

uerso existimantes hostium numerum. eo proelio multis ex utraque parte caesis locus, in quo ceciderunt, faba prima florentique nata fidem ueteribus praebuit, quia abstinendum usu fabae suadent. NIHIL HIC MORTALIBVS AVSVM quotiens ratione carent facti immanitate uirtutes, humanis non sunt assignandae consiliis. Virgilius ⟨Aen. XII 427sq.⟩ simili admiratione ait: 'non haec humanis opibus, non arte magistra proueniunt'.

601 EXISTIS CASVS euasistis. — ut furentum ducum placaret inferias. euasisse enim dicit casus et fortunae ludibria. nam Virgilius exisse pro 'euasisse' posuit ⟨Aen. V 438⟩: 'atque oculis uigilantibus exit'. BELLA HORRIDA NOBIS nobis uero supersunt belli discrimina. Virgilius ⟨Aen. XI 96⟩: 'nos alias hinc ad lacrimas'.

Lind. p. 150 607 NON ILLE AVT SANGVINIS HAVSTVS CETERA CEV PLEBES ALIVMVE ACCEDIT AD IMBREM oblicus ob parricidium posteris. horret nepotem Laius ex scelere procreatum nec sacrificii oblatione mitescit. nam cum importune instantes abigit illos quinquaginta, qui Tydei manu fuerant interempti, quos uittis redimitos dicit utpote reges, eosque sanguine sacrificii placat ostenso, illum tamen non sanguinis sacer, non alius liquor, qui sacrificiis consueuit offerri,

---

1 existimans *Bamb.* | *post* numerum *Bamb. praebet* iterum bellare cepit. *fortasse hinc principium corrigendi sumi debet, ut scribamus* '. . . in proelio conspectans iuuantes . . . iterum bellare coepit' *seclusis* nec minus . . . numerum ‖ 2 primo **L** prema **Pb** ‖ 3 floresque **L** florendique **Pa** floruit quae *Vollmer* nati **L** | florentique campo nata est. q *Bamb.* | ueteribus fidem **Pb** | q̄ *add.* d **M** | ab abstinendo **Pb** ‖ 4 HIC] in **MPa** ‖ 5 fati **P** | inmanitate **MPb** | non . . . humanis *om.* **Pa** ‖ 10 placeat **Pa** | inserias **LM** | enim] eius **P** ‖ 12 BELLA . . . NOBIS *om.* **MP** ‖ 15 c. c. p. a. a. a. i. **MPa** *om.* **L** ‖ 16 plebs **Pb** | obliqus **Pb** obliquus **L** *corr. ex* oblicus **M** ‖ 17 posternis **Pa** posteris **M** | Laius *om.* **Pb** | ex *om.* **L** | excellere **Pa** *corr. in* scelere **M** ‖ 18 nec creatum sacrificii **Pa** | ablatione **Pb** | intescunt **Pa** | non eum **Pa** | inportune **Pa** *corr. in* inportunitate **M** ‖ 19 manu Tydei **L** ‖ 20 intercepti **Pb** | dicat **Pa** ‖ 21 sacrificii sanguine **L** | placeat **Pa** | ostensio **M** | non tantum non **Pb** | sanguis **LPa**

mitigat, id est uini aut mellis aut lactis. sed immortale odium posteris seruans nulla sacrificii oblatione placatur.

612 VIDIT AMICA DIES prospera id est quae ab exsecrabilibus facinoribus esset aliena. nam post eius obitum uxor filii sui Oedipodis est sortita coniugium, qui funestam rem saepissime fecunditate partus incesti significauit. secutum est nihilo minus, ut re cognita filius coniunx uoluntaria se caecitatis poena damnaret, deinde Polynicis exsilium et post omnia imminens bellum.

613 PLACATA MINORIBVS VMBRA calamitatibus posterorum. nam et parricida filius perpetua erat morte caecitatis damnatus et in regno nepotes erant regnandi cupiditate discordes.

616 PAEDORE squalore confectus.

617 EIECTVSQVE DIE exclusus a diei claritate.

618 CREDE MIHI quia simili caecatus crucior uita.

619 LITANTI pro litato.

621 PANDE VEL INFENSVS VEL RES MISERATE TVORVM quoniam: si iratus es, narra, quod doleam, si placatus es, posteris ede, quod caueam. ut in inferorum squalore perpetuo posito regi suaderet, quae poscebat, edicere, spem ulterioris ripae, ad quam praeter gloriosam mortem, quam belli necessitas ingerebat, uiolenter occisi prohibebantur accedere, promittit carminibus posse concedere. et deis inferis se commendat, quamuis esset contra iura prohibitum.

---

1 inmortale **M** non immortalis **Pa** ‖ 2 posternis **Pa** posteris **M** | oblatione sacrificii **L** ‖ 3 id est *om.* **P** | ab *om. add.* **M** | secrabilibus **Pb** ‖ 4 est **L** ēē **Pa** ‖ 5 oedippodes **MP** ‖ 6 incerti **LP** | significauit *corr. in* signauit **M** ‖ 7 coniux **P** ‖ 8 deinde uoluntariū Polynicis **L** ‖ 9 omni **Pa** | inminens **MPa** ‖ 10 *post* calamitatibus *inseruit* uerbi **Pa** ‖ 11 errat **L** | caecitatis morte **Pb** caecitate (*om.* morte) **L** ‖ 12 in regnū **MPa** *om.* **Pb** ‖ 13 discordes cupiditate regnandi **L** ‖ 15 exclusa diei **Pb** ‖ 16 Qui **L** que **Pa** | simul **Pa** | crucior *om.* **Pb** ‖ 19 doleam *corr. ex* deleam **M** ‖ 20 posceres **Pa** poteris **Pb** | edere **Pa** | cauerna **Pb** causā **Pa** | in *om.* **LP** | inferiorum **Pa** ‖ 21 posito *om.* **Pb** | q (i supra) **M** | et dicere **Pa** ‖ 24 c̄dere **M** | de his **Pa** de eis **M** ‖ 25 se *om.* **Pa** | commodat **P** commendaturum (eum)? | esse **Pa**

624 MVLCETVR HONORIS MVNERIBVS TINGITQVE GENAS placatus muneribus sacerdotis sumpsit sacra libamina et tunc demum reddit consultanti responsum. alii tingitque genas magis intellegi uolunt fletu quam sanguine.

Lind. p. 151 626 VERSANTI MANES consideranti.

627 POTISSIMVS melior ad augurandum.

630 POSCITIS ILLVM ILLVM schema: epizeuxis id est repetitio nominis. dicit ergo Oedipum, filium suum, haec sacra debuisse facere, qui nece patris et matris concubitu Thebanum commouerat bellum.

633 FVRIARVMQVE ATRA FATIGAT CONCILIA imprecando filiis lassat. Horatius ⟨carm. I 2, 26 sqq.⟩: 'prece qua fatigent uirgines sacrae minus audientem carmina Vestam?'

638 LERNAEOS Graecos a Lerna, palude Arcadiae.

639 HOS TERRAE MONSTRA propter Amphiaraum, qui hiatu terrae demersus est. seu propter Tydeum, qui prodigialiter Melanippi, percussoris sui, cerebrum uorando defunctus est. DEVMQVE TELA MANENT propter Capaneum, qui eo clarior fuit, quod Iouis fulmine meruerit interire.

641 SONTES LEGE MORAE id est ex lege morae uenientes, ne sontes sepelirentur Achiui. — sontes autem morae optime: nocentes, quia differunt sepulturam. sic et in primo ⟨36 sq.⟩: 'tumulisque carentia regum funera'.

644 EI MIHI CRVDELIS aut quia effectum est, quod optauit, aut quia superuicturus est filiis.

646 GELIDAM NEMEEN silua, in qua leo ille fuit, quem Hercules uicit.

---

1 carminibus **Pb** ‖ 2 placatus . . . genas *om.* **Pb** ‖ 3 reddidit **LPa** | tinguitque **MP** ‖ 4 intelligi **LP** ‖ 7 ILLVM *om.* **LMP** | epizeusis **LMPb** epizitusis **Pa** ypozeuxis **Lm** | id est] uel **Pa** ‖ 8 repetionis (*om.* nominis) **Pa** ‖ 10 mouerat **LP** ‖ 11 FVRIARVMQVE *om.* **MP** | CONCILIA *om.* **MP** | in precando **MP** ‖ 12 filius **Pa** filii **Pb** | laxat **Pb** | Preceque **L** ‖ 13 sanctae *Hor.* | carmine **L** crimina **Pa** ‖ 15 qui *om.* **Pa** ‖ 16 ter emersus **Pa** | prodigialitate **Pb** ‖ 17 Menalippi **LMP** *corr. Kohlm.* | sui *om.* **LPb** | uorandū defunctū **Pa** ‖ 18 MANENT *om.* **MP** | p̄ **Pa** ‖ 19 meruit **Pa** ‖ 22 quod **Pa** | sic] sed **LPa** ‖ 24 HEI **LPb** | affestum **Pa** ‖ 25 super- *om.* **P** | uictus est filius **Pb**

648 SIDONIAS Thebanas, quia Thebarum conditor Cadmus. Sidonius uero Tyrius.

652 MARCIDVS lassus, ebrius, aut quod molles faciat per pacem.

653 BRVMAE eleganter brumas pro annis posuit, non aestates, quia apud Thracas et Getas perpetuae semper habentur hiemes. ut Virgilius ⟨georg. III 356⟩: 'semper hiems, semper spirantes frigora cauri'. dicit ergo duobus annis Thracas Getasque | exutos furore bellandi docuisse Lind. p 152
culturas.

655 VMBRA id est uitibus obsitam facere. Icaria umbra dixit, quia Icarus comes Liberi accipitur, qui a Libero uini usum, ut mortalibus traderet, sumpsit. quod cum pastoribus exhibuisset potandum, ebrii facti putauerunt se ueneno fuisse temptatos. Icarum peremerunt. cuius Erigone filia cum ductu canis inuentum fleret cadauer, in uindictam patris deorum implorauit auxilium. recepti ambo dicuntur in sidera: Erigone in uirginem, Icarus in Bootae stellam. dicitur enim cum plaustro suo receptus in caelum. unde Iuuenalis ⟨V 22 sq.⟩: 'aut illo tempore, quo se frigida circumagunt pigri serraca Bootae'.

656 ET IAM PAMPINEOS MATERNA AD MOENIA CVRRVS PROMOVET Ouidius ⟨met. III 666 sq.⟩:

> 'ipse racemiferis frontem circumdatus uuis,
> pampineis agitat uelatam frondibus hastam'.

---

1 qui herbarum **Pa** ‖ 2 uero] nō **Pa** ‖ 3 lapsus **Pa** | quia **L** qui **Pa** ‖ 5 non] ne **Pa** ‖ 6 apud *om.* **M** | Thraces **L** | semper *om.* **Pb** ‖ 7 habent **M** | ut *om.* **Pb** ‖ 8 spirantis **Pb** | frigore **L** | chauri **MPa** uenti **L** brume **Pb** ‖ 9 Thraces **L** ‖ 11 facere obsitam **L** ‖ 12 a libero patre **Pb** ‖ 13 uinum suum (*om.* ut) **Pa** | tradere **Pa** ‖ 14 dedisset **Pb** ‖ 15 esse **L** | tentas **Pb** | & Icarum **L** | perimerunt **MPa** | cuius] alisb **Pa** ‖ 16 erigione **Pb** ‖ 18 locuntur **Pa** locantur **L** | inter **L** | Erigione **M** erigonem **Pb** ‖ 19 stellam Bootae **LP** ‖ 20 ut **LPb** | haud **MPa** ‖ 21 sarraca **L** saraca **Pb** | bootē **M** boeten **Pa** ‖ 22 cursus **Pb** ‖ 23 PROMOVET *om.* **Pb** ‖ 24 circūdat^γ **M** | ubi **Pa** umbris **L** ‖ 25 agitant **LP** agitanṭ **M**

MATERNA MOENIA id est ad Thebas, quia exinde fuit Cadmi filia Semele, mater Liberi.

658 LYNCES Triptolemus beneficio Cereris cum fruges per omnes spargeret gentes, ad Lycum, Scythiae regem, uenit ibique paene deceptus est. uolens enim Lycus id, quod hospes attulerat, fuisse suum monstrare Triptolemum insidiis finire conatus est. at ille periculo cognito stricto gladio Lycum persequi coepit. ille in feram sui nominis Lind. p. 153 uersus mo|rum suorum colore distinctus est. ut Virgilius ⟨georg. III 264⟩: 'quid lynces Bacchi uariae?'

659 ARMENTALIA non armentaria. ut Virgilius ⟨Aen. XI 571⟩: 'armentalis equae mammis et lacte ferino'.

660 MIMALLONES VRSAS lingua Macedonum Bacchae. hinc Persius ⟨I 99⟩: 'torua Mimalloneis implerunt cornua bombis'.

661 NEC COMITATVS INERS SVNT ILLIC IRA FVRORQVE ET METVS ET VIRTVS ET NVNQVAM SOBRIVS ARDOR quae omnia nascuntur ex uino. ut Virgilius ⟨georg. II 455⟩: 'Bacchus et ad culpam causas dedit'.

663 SVCCIDVIQVE GRADVS ebrietate titubantes.

668 AERAQVE TYMPANAQVE Virgilius ⟨Aen. IX 619⟩: 'tympana uos buxusque uocant'.

672 ARGOS masculini generis in plurali tantum numero esse Virgilius docet ⟨Aen. II 95⟩: 'si patrios unquam remeassem uictor ad Argos', in singulari uero saeuum Argos notandum neutri generis ciuitatem Argos dictam.

1 id est *om.* **Pb** | ad *om.* **P** | inde **Pb** ‖ 3 treptolemus **MPa** | cum *post* LYNCES *posuit* **L** ‖ 4 Siciliae **L** squacie *superscr.* spuicie **M** quisne **Pa** squitie **Pb** ‖ 5 et ibi **L** ibi **Pa** ‖ 6 et tulerat *corr. in* ac tulerat **M** ‖ 7 conatibus (*om.* est) **Pb** | illo **L** ‖ 8 prosequi concepit **Pa** ‖ 10 linges **Pa** ‖ 11 equi non **L** | armenta **LPa** armentaria (i *superscr.*) **M** armentitia **Pb** | ut *om.* **MPa** ‖ 12 equi **LPa** ‖ 13 VERSAS **L** ursos **Pb** | macedonium **Pa** ‖ 14 mimaloniis **Pb** ‖ 15 bobus **Pa** ‖ 16 NEC . . . ILLIC *om.* **L** ‖ 18 ut *om.* **LPa** ‖ 19 cupam **L** ceopam **Pa** culpas **Pb** ‖ 22 uox **MP** | buxosque **Pa** usque **Pb** ‖ 23 mascłm gn̄n̄s **M** | in plurali numero masculini tantum generis **L** | numero tantum (esse *om.*) **Pb** ‖ 24 umquam **MPa** ‖ 25 Saeuos **L** ‖ 26 neutri . . . Horatius *om.* **P**

nam et Horatius neutro genere posuit ⟨carm. I 7, 9⟩: 'aptum equis Argos'.

673 CINERI DATA MATER INIQVO illud dicit tempus, quo fraude Iunonis Semele mater optauit Iouem eo cultu uidere, quo cum Iunone concumberet. quod cum ferre non potuisset, diuino igni apud Thebas consumpta est. merito ergo eam ciuitatem matris sepulcrum Liber appellat.

674 SENSI ad exaggerationem materni supplicii dicit etiam se in utero constitutum sensisse uim fulminum.

677 NECTAM FRAVDE MORAS nectam: iniciam. dis enim solum conceditur, ut contra fata moram faciant. ut Virgilius ⟨Aen. VII 315⟩: 'at trahere atque moras tantis licet addere rebus'. in opinione ergo multorum est multa fieri extra legem fatorum. nam si in hoc, quod fixum est et ineluctabile, dilatio uel mora habetur, fides decreti uiolatur et quasi uincitur fatum. unde Cicero ⟨Philipp. I 10⟩: 'multa fiunt praeter naturam praeterque fatum'.

ILLVM ILLVM TENDITE CAMPVM deest 'in'.

678 HYRCANAE id est Scythicae tigrides. ut Virgilius ⟨Aen. IV 367⟩: 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres'.

679 DICTO PRIVS Virgilius ⟨Aen. I 142⟩: 'dicto citius tumida aequora placat'.

681 TOLLIT ANHELA DIES anhela id est aestuosa, quando sol in Cancro est. et necesse est, quando sol in medio caelo est, omnia illustret.

1 et *om.* **L** | in neutro **L** ‖ 2 aptum dicet *Horatius* | equos *corr. in* equis **M** ‖ 5 (cum *om.*) ferri **P** ‖ 6 igni *corr. in* igne **M** ‖ 7 sepulchrum **LM** ‖ 9 enim se **Pb** | in utero matris **L** *om.* **Pa** | fulminis **Pb** (*om.* uim) fulmina **L** ‖ 10 MORAS *om.* **Pb** | iniiciam **Pb** | diis **LPb** ‖ 12 at] haec **L** hac **Pa** | ac **Pb** ‖ 14 quod iam fixum **Pb** ‖ 15 uel] & **L** | habentur **L** | derecti **Pa** de certi **Pb** ‖ 16 unde] ut **Pb** ‖ 17 *cf. not. II 191* ‖ 18 ILLVM *om.* **LMPa** ‖ 19 id . . . tigrides *om.* **Pb** | id est *om.* **L** | Scythiae **L** quitice **MPa** ‖ 21 Virgilius *om.* **L** ‖ 22 aequorum **L** ‖ 23 tolat **Pb** | DIES . . . sol *om.* **Pa** | anhela *om.* **Pb** | id est *om.* **M** ‖ 24 est in cancro **Pb** | est *om.* **Pb** | in *om.* **LMPa** ‖ 25 est in medio cęlo ut **Pb** | illustris **Pa** illustrari *Bamb.*

683 MEDIVSQVE SILENTVM cum silerent Nymphae, quibus conuocatis medius ipse constiterat.

Lind. p. 154 684 AGRESTES FLVVIORVM oratio | Liberi apud Nymphas, ut cuncta siti exhausta siccarent. numina autem fluuiorum sunt Nymphae. a fontibus enim originem ducunt. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 71⟩: 'Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est'.

685 ET NOSTRI PARS MAGNA GREGIS nostri comitatus maxima portio.

687 RIVOS id est tanta uis sit siccitatis, ut riuorum aluei puluere impleantur.

688 NEMEES paludis nomen, unde erant Argiui. ex qua et campum significat, quo aduentat Argiuus exercitus.

689 EX ALTO FVGIAT LIQVOR penitus imperat, ut humor ex alto in profundum discedat.

690 ADHVC SVMMO quia medio caeli spatio uiolentior terris ardor solis infunditur, per quem unda siccatur. ut Virgilius ⟨georg. IV 426 sqq.⟩: 'et medium sol igneus orbem hauserat; arebant herbae, et caua flumina siccis faucibus ad limum radii tepefacta coquebant'. et sensus hic est: nisi uestra uoluntas cesset, summo limite indulgent astra uim coeptis.

691 MEAEQVE ERIGONES SPVMAT CANIS id est: quam ego uindicaui, id est Erigone. singulis enim mensibus aliorum siderum ortus ingreditur. canicularem ergo dicit stellam. quae ideo inter sidera recepta est, quia seruauit

1 Mediūq; **M** | silentiū **MPa** | siderent **Pa** ‖ 2 ēuocatis *corr. ex* uocatis **M** ‖ 3 ad **LPb** ‖ 4 siccaret **P** | autem] enim **Pb** | sunt fluuiorum **L** ‖ 5 dicunt **Pa** | unde **L** ‖ 6 Nymphae[1] *om.* **L** ‖ 8 ET NOSTRI *om.* **MP** ‖ 10 uis tanta **LPb** ‖ 12 Nemen **P** | ex q̃ **M** *propono* ex quo ‖ 13 etiam **Pb** | exercitus Argiuus **L** | argi' **M** ‖ 14 FVGAT **LM** ‖ 15 descendat **Pb** ‖ 16 quia *om. superscr.* **M** ‖ 17 solis ardor **L** | ardor *om. in marg. add.* **M** | ut *om.* **Pa** ‖ 19 *uerba, quae secuntur post* orbem, *sing. literis indicantur, quarum partem om.* **L** ‖ 21 Cesset uestra uoluntas nisi **L** | nisi] si **P** ‖ 23 MEAE **L** | id est] uel **Pa** ‖ 24 iudicaui **Pb** | erigones **Pa** | similis enim **Pb** ‖ 26 in sidera **Pa** | q̆ **Pa**

cadauer Icari interempti, aut quia ipsa Erigonae nuntiauit interitum domini. et bene ait 'meae' et propter Icarum patrem. hodieque enim sacra Libero dantur in Erigones honorem. Virgilius ⟨georg. II 389⟩: 'oscilla ex alta suspendunt mollia pinu'.

695 LICENTVM CORNIPEDVM licenter facientium Panum, nam solent Nymphas ad usum libidinis rapere. etiam Faunos sumpto uino in uenerem constat esse petulantes. constat etiam Liberum eundem et Apollinem esse et Solem. ideo iuuenes omnes imberbes, quia ignis non senescit.

698 VIRIDISQVE COMIS ad imitationem radiorum, qui luce sua funduntur. ergo aut ipse Liber a se cepit ardorem aut uelociter, quod petierat, impetrauit, ut uirides uuae situ caloris horrescerent.

699 PROTINVS INACHIOS Graecus exercitus iam describitur. Lind. p. 155
Inachius autem campus Argiuus. ut ⟨Aen. VII 286⟩ 'Inachiis sese referebat ab Argis'.

702 AEGRA SOLO MACIES aegra arida, quasi macilenta. ut Virgilius ⟨Aen. III 142⟩: 'et uictum seges aegra negabat'.

704 SIC VBI SE MAGNIS Ouidius libro primo ⟨met. I 422—428⟩:

'sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus et antiquo sua flumina reddidit alueo,
aetherioque recens exarsit sidere limus,
plurima cultores uersis animalia glebis

1 Learci **L** | q̄ **Pa** | ipse **MPa** | Erigone **LMP** ‖ 2 ait *om. add.* **M** | meaeque **L** | et *om.* **LPb** *del.* **M** ‖ 3 Liberi **L** liber **Pa** | in honorem Erigones **L** | erigonis **MPb** ‖ 4 honore **MP** | alto **LMP** ‖ 6 LICENTER **L** ‖ 7 nam Fauni solent **L** ‖ 9 eundem *om.* **L** ‖ 10 adeo **P** | omnis **P** | inberbes **MPa** ‖ 11 VIRIDISQVE *om.* **Pa** et omnes **MPb** | comat **MP** | immutationem **Pb** ‖ 12 origo **Pa** quia ergo **L** | coepit **L** cocepit **Pa** ‖ 13 qui **Pa** quod ipse **M** | inpetraui **Pa** ‖ 14 uiue **Pa** | coloris **Pa** ‖ 15 descēditur **Pa** ‖ 16 argiuos *corr. in* argiuus **M** | ut Iuno Inachiis **L** ‖ 18 arida *om.* **L** ‖ 19 egrā **Pa** ‖ 20 negabat *om.* **L**(**Pa**) negrabat **Pb** tulit **M** ‖ 21 libro *om.* **Pb** ‖ 24 reddit **L** ‖ 25 Aethereoque **L** &erio **P**

inueniunt et in his quaedam modo coepta per ipsum nascendi spatium, quaedam imperfecta suisque trunca uident numeris'.

705 BRVMAE illo tempore, quo bruma apud Aegyptum esse creditur. Eoae autem liquentia: Aegypti liquore nascentia. ergo hoc facit Nilus, quod apud alias gentes bruma id est imbres. ut Lucanus ⟨X 300⟩: 'atque hiemes afferre suas'.

707 HIVLCA AEGYPTVS calore fissa. ut Virgilius ⟨georg. II 353⟩: 'aut ubi hiulca siti findit Canis aestifer arua'.

709 MAGNVMQVE INDVCAT MESSIBVS ANNVM Lucanus ⟨III 70⟩: 'effusis magnum Libye tulit imbribus annum'.

712 AVDAX ERASINVS qui ripis suis se contineri non patitur. et idcirco dixit audacem id est grauiter sonantem.

713 ASTERION Erasino contrarius fluuio. nam cum sit ille populator aruorum, hic fructibus est aequus. et haec flumina in Nemea silua sunt omnia.

715 IVSSV NVMINIS ipsius Liberi. bona uero oeconomia. nam si ea Langia defecisset, perissent Argiui, et non esset bellum, quod fataliter debebatur.

717 LANGIA fons est, qui postea uocatus est Archemorus. et huic consecratus est fons et Nympha, cuius famam postea Argiui accepto beneficio extulerunt, quia non perdiderat aquam. iuxta hunc fontem agon celebratur

---

1 quemadmodum MP | sub ipsum *Ouidius* || 2 inperfecta M | suisque . . . numeris *om.* MP || 3 humeris L || 5 eo aūt Pa Et AEOAE L | liquenti MPa linquenti Pb | liquorē M || 6 hoc *om.* Pa | apud *om.* MP | alibi Pb | gentes . . . atque *om.* Pb || 7 id est] uel Pa || 8 adferre Pa | tuas *Lucanus* || 9 AEGYPTOS L | fixa Pb | ut *om.* MP || 10 aut] hoc *Vergilius* | fundit Pb fūde Pa | ara Pa ira Pb || 11 Magnum Pa | m̃sib' M || 12 Libyae L || 13 continere P || 14 iccirco L | id est *om.* Pb || 15 fluuius L || 16 illae L | ille sit Pb | arborum LMP aruorum *Gudian.* | est fructibus L | fluctibus *Statius* || 18 uero *om.* Pb || 19 ea *Gudian.* ei LMPa *om.* Pb | periissent L || 20 dicebatur Pb debatur *superscr.* ba M || 21 inuocatus Pb | est *om.* Pa || 22 eius Pa || 23 abstulerunt P || 24 non *om.* Pb | celebratur *superscr.* ba M

in honorem Archemori consecratus et in Nymphae beneficium. Archemorus est Lycurgi filius Graeci, quem Hypsipyle acceperat nutriendum. quae dum sitientibus Graecis Langian fontem demonstrat, regium puerum ictu serpentis amisit. idem puer Opheltes, qui post Archemorus est dictus. nomen enim lacrimabile significat Archemorus ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μοίρας, eo quod primus occisus est. nomen gloriam uel famam.

721 HYPSIPYLEN Lemnias fuit. quodam tempore dum Lemniadum uiri in Thracia pugnantes triennio tenerentur, indignatae desiderio decem feminae aduersus omnes coniurauerunt, ut omnes perimerent. inter quas sola Hypsipyle Thoanti patri pepercit. ex quo in se armauit ceterarum furorem. quae dum fugeret, capta ad Lycurgum regem ducta est Graeciae. in cuius seruitio cum filium eius Ophelten nutriret, puer dracone periit. qua orbitate rex iratus cum in Hypsipyle ius dominii exercere uellet eamque filio inferias mittere, a Graecis prohibitus est, quibus fontem sitientibus demonstrauit. Graecis uero postea responsum est non prius eos ad Thebas peruenire, nisi clacassent manes Archemori. pro qua re illi ludos funebres pondiderunt, de quibus ipse poeta plenius loquitur.

723 ERGO NEC ARDENTES CLIPEOS VECTARE NEC ARTOS Lind. p. 156

---

1 honore Pb | etiam in Pb | beneficij Pa || 2 Graeci *secludendum esse puto* || 3 quē Pa | dū grę̄ci sitirent Pb | sentientibus *corr. in* sitientibus M || 4 fontem demonstrat Langiam L || 5 idem . . . . Archemorus[2] *om.* Pb | idē Pa Is est L || 6 signat M || 7 *ἀπὸ . . . . μοίρας Kohlm. in Philol. XXXIII p. 137* ἀπὸ ΘCAPXNCINCЄIρλC L ΛypωθCΛPXHCINC Ͻ-C IPΛC M *λ. Π. ω. o.* ca. p. x. n. cι. N. L. Ͻ-C. Pac. Pa *om. spat. rel.* Pb | qui M || 8 fama uel gloria L famam uel gloriam P || 9 Hysipyle L hisiphile Pb || 11 indignato M indignanteṛ Pb | X femine M fæminae necem L || 13 armauit caeterarum in se L || 15 Graeciae ducta est L | in heuius Pa | filio Pa || 16 eius *om.* L | offeltē M || 17 in *om.* P | Hypsipylen L (h)i(p)siphile MP | dūi M || 18 inferiu' Pa | est *om.* P *om. superscr. man. 2* M || 19 sitientibus fontem L | mōstrauit Pb || 20 est *om.* Pb | uenire M | ni M nisi prius Pb || 21 placuissent Pa | re *om.* Pb | illi *om.* Pa || 22 constituerunt L || 23 PORTARE L | ARCTOS . . . arcti LPb

THORACVM NEXVS quia arti et angusti efficiebantur per anhelitum hominum. nam anhelitu solet corpus intumescere.

731 CATENATAS frenatas.

735 AMYMONES ab Amymone, Danai filia, nuncupatus fons. CAECIS latentibus, quia ignorabantur.

736 SEDENT quia, quod incenditur, sedet et deprimitur.

737 FLAVAM LIBYEN Iuppiter Epaphum, quem procreauerat, in Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. oppidum Memphim et alia plura constituit et ex Cassiopa uxore suscepit filiam Libyen, quae postea in Africa regnum possedit. cuius ex nomine terra Libyes est appellata.

738 SYENEN ciuitas, quae ab Aegypto Aethiopiam diuidit. quia ibi nunquam pluit, ideo nulla nube umbratam dicit.

740 SVBITAM PVLCHRO IN MAERORE TVENTVR cum septem duces Thebas oppugnatum uenissent et aquam quaererent, Adrastus deuenit ad Hypsipylen, Thoantis filiam, cuius alumnus Archemorus periit. et ludos funebres instituerunt. quibus ludis Hypsipyle cum duobus filiis ex Iasone intererat. qui et ipsi matrem quaerentes currendo uicerunt. quorum nomina praeco cum pronuntiasset, Iasonis et Hypsipyles filios esse mater eos cognouit. qui ab rege impetrarunt, ut matrem recuperatam Lemnum reuocarent.

---

2 inclitu solet **Pa** ‖ 7 quia quod] quaque **LPa** | sedet *om.* **L** di **Pa** ‖ 8 Frauā libiē **M** | quem . . . oppidum *om.* **Pa** | quem *scripsi* qui **LM** *om.* **Pb** | procreauerat **Pb** ////creauerat **M** hoc petiuerat **L** ‖ 9 in Aegyptum **LMPb** | *an scribendumst* in Aegyptum ire et *tale quid?* ‖ 10 Memphin **L** memphum **Pa** | italia **M** (= item alia?) | et *om.* **Pb** ‖ 11 Cassiopeia *Myth.* cassiopan **MPa** casiopan **Pb** | uxorem **Pb** | librē **Pa** lybię **Pb** ‖ 12 africam **Pb** | ex *om.* **L** | est] ·i· **Pa** ‖ 14 Sienen *corr. in* Sienem **M** | Aethiopiam ab Aegypto **LP** ‖ 17 TVENTVR *om.* **L** ‖ 20 infuerunt **Pa** ‖ 21 ludib' **M** | cum *om.* **LP** *om. add.* **M** | duos filios **LP** | ex iasonis **Pa** | intererat *om.* **P** excepit **L** ‖ 22 quia **Pb** ‖ 23 ipĩphile **Pa** ‖ 24 agnouit **LP** | a **LPb** | impetrauerunt **Pb**

742 PROLES INFAVSTA LYCVRGI Lycurgi duo fuerunt Thrax et Nemeus, de quo loquitur poeta. ille in mari praecipitatus dicitur, quia primum aquis uina permiscuit et rem in haustu sinceram pluribus uenenis infecit. infausta ideo, quia peritura.

748 SEV TE LATONIA CASTO siue te, inquit, Diana de grege suo alicui uxorem dedit, siue te deus aliquis suo amore dignatus est. nam posse hoc fieri Iouis docemur exemplis, qui multas Graeciae feminas amauit. Lind. p. 157

749 TRANSMISIT THALAMIS hoc est in matrimonium collocauit. hoc ideo, quia uidet illam infantem ferre.

750 NON HVMILIS FECVNDAT AMOR id est a numine compressa peperisti. non humilis, quia non patitur iniuriam numen, si tecum id est cum Argiua concumbat.

751 ARBITER ARGOLIDVM THALAMIS NOVVS quasi qui consueuerit cum Argolicis matribus saepe concumbere. an quia Inachi Argiui filiam amauit et Danaen item Acrisi Argiui filiam? ergo uerisimile est et hanc Iouis paruisse complexibus, quia frequenter Iuppiter est Argiuarum concubitu delectatus.

754 CARPIT consumit. ut ⟨georg. III 215 sq.⟩ 'carpit enim uires paulatim uritque uidendo femina'.

756 SEV TIBI FOEDA PALVS caenosa sordibus. unde Lucanus ⟨IV 312 sq.⟩: 'moriensque recepit, quas nollet uicturus, aquas'.

762 NVMERVMQVE REPENDAM id est omnis te plebs uenerabitur, ut pro numero exercitus de Thebanis gregibus

---

1 Lycurgi *om.* **Pa** | duo filii? ‖ 2 Thracius **L** | Nemeaeus? | de *om.* **Pb** ‖ 3 qui **Pa** | primum . . . sin- *om.* **Pb** | pẹmiscuit **M** ‖ 4 in augustu **Pa** ‖ 5 quia] et **M** dicit quia **L** ‖ 6 si uere inquit **Pb** ‖ 7 uxorem dedit alicui **L** | te deus] tydeus **M** ‖ 10 in *om.* **MPa** ‖ 11 quod **Pa** ‖ 13 op(p)ressa **P** | non humilis . . . numen *om.* **Pb** | non humilis *om. in marg. add.* **M** | que **Pa** ‖ 14 id (*om.* est) **Pa** | concubet **Pa** comcuberet **Pb** c̄cumbet **M** ‖ 15 ARGOLICVM **LMP** | qui *om.* **Pb** ‖ 16 consueuit **L** consueuerat **Pa** consueuerunt **Pb** ‖ 17 acrisii **P** ‖ 19 que **Pa** | Iupiter frequenter **L** ‖ 22 uritque . . . femina *om.* **MP** ‖ 23 ceu **M** | ut **Pb** ‖ 24 Lucanus] hic **Pa** | morientibus **Pa** ‖ 26 rependit **M**

tot tibi uictimas immolemus. perseuerat in opinione, qua coepit, ut tot hostias de grege Thebano numeret, quantus fuerit plebis numerus nominatus.

Lind. p. 158 764 MEDIA INTER ANHELITVS inter media uerba rapit. an melius sic: media uerba interrumpit?

765 CVRSV ANIMAE spiritu uitae.

766 SOLVTI patuli ad auras capiendas. egent enim humore uitali. ideo aerem expetunt.

768 ETSI CAELESTIS ORIGO EST nam pater eius Thoas Liberi patris fuisse filius dicitur. ergo ista neptis Liberi fuit.

770 ORBAM haec cum Iasone aliquando in Lemno concubuit. ex quo enixa est geminos, quorum alter Thoas, alter Euneus dictus est. quos fugiens reliquit in Lemno. et quia, uiuant, ignara est, orbam se pignoris esse confessa est.

771 AN QVIS SINVS id est: si meis filiis adhuc est nutrix.

773 DEMOROR VNDIS uoluit dicere de suis liberis et pudore reuocata est. noluit enim pandere, quod uidebatur sine pudore fecisse. aut ideo in media oratione conticuit, cum illi magis desiderio audiendi succenderentur.

776 ICARII ASTRI Canem Sirium dicit. qui cum Erigonae patris eius corpus ostendit, in siderum numerum Liberi est beneficio collocatus.

778 ALVMNVM Archemorum, Lycurgi filium, quem draco interemit. cui proprium nomen Opheltes est.

---

1 quam **L** ‖ 2 tot . . . quantus *om.* **Pb** ‖ 3 fuerat **L** ‖ 4 MEDIAM **L** ‖ 5 sit **Pb** | interrapit **MP** ‖ 6 cursum **Pb** | spiritum **Pb** ‖ 7 Spiritus uitae flatusque soluti. PATVLI **L** ‖ 10 filius fuisse **LP** | 11 nec **M** | in Lemno aliquando **L** ‖ 12 nixa **Pa** | est enixa **L** | alter Thoas *om.* **Pb** ‖ 13 ennius **P** euneus *corr. ex* eneus **M** ‖ 14 que **Pa** | uiuerent **L** | ignara est *om.* **L** | orbam pignoris se **L** ‖ 16 Antiquis **P** | si] scilicet **Pb** | essem **LPb** ‖ 18 unde **Pb** uñ **Pa** | sed **L** ‖ 19 uocata **Pa** | est *om.* **L** | eum **L** ‖ 20 fuisse **L** audisse **Pa** | ideo *om.* **L** ‖ 21 illis **Pb** | succederent **P** succiderent **M** | *estne scribendum* hauriendi quam audiendi *an* (magis *omisso*) hauriendi succiderent? ‖ 23 Erigone **LMP** | numero **Pb** ‖ 24 beneficio collocatus est **L** ‖ 26 est Opheltes **L** | est *om.* **Pa**

779 PONIQVE NEGANTIS ordo est: lacrimas poni negantis murmure consolatur et floribus. poni autem significat abici et conquiescere. legitur et 'ponit negantem' id est inuitum et reluctantem. expressit enim morem infantiae, quia nolunt a nutricibus separari.

783 CVRETAS TREPIDOS aut ad naturam rettulit Curetum, quod sint celeres ac feroces, aut trepidos metu Saturni intellegamus uel quasi iam deum formidantes Iouem. PLAVDVNT ORGIA ad certationem plaudunt hoc est feriunt. orgia id est tympana.

784 SED MAGNIS RESONAT VAGITIBVS IDE postquam Ops Iouem ex Saturno peperit, Nymphis commendasse dicitur in Ida monte, ne a Saturno interiret propter exclusionem regni, quod Proteus edixerat. itaque cum Opem rogasset, ubi esset, quod pepererat, illa lapidem ei inuolutum ueste monstrauit. quem Saturnus uorauit. Amalthea nutrix, ne uagitus pueri audiretur, Corybantes posuit, qui Curetes Latine lares familiares appellantur.

787 NITENS pronus reptans.

788 RENIDENS labia contrahens.

789 VERBA ILLVCTANTIA LABRIS quia infanti quasi quoddam est inter uerba et labra certamen. nam dum conatur uerba proferre, impeditur a labris immaturis.

795 ORTYGIAE LATVS Iuppiter cum Asterien, Titani filiam, amaret et illa eum contem|neret, in auem Ortygiam Lind. p. 159 conuersa est, quam nos coturnicem dicimus, eamque in

---

1 PONITQVE NEGANTEM **L** | negant **L** ‖ 2 significatur **Pb** ‖ 3 abiici **Pb** abuti (*ante* significat) **L** | et conquiescere legitur *om.* **L** ‖ 4 recusantem **L** ‖ 5 qui **Pa** ‖ 6 curentes **Pb** ‖ 7 aut quod sint **M** | feroces ac celeres sīt **Pb** ‖ 8 intelligamus **LPa** | uel *om.* **M** ‖ 9 ad . . . orgia *om.* **P** ‖ 11 SED *om.* **L** | IDE *om.* **P** | opis **MPa** uel opis **Pb** ‖ 12 e **Pa** | Nymphis *om.* **LMP** ‖ 13 monte *om.* **M** | a *om.* **Pa** ‖ 14 dixerat **Pb** ‖ 17 Quia **L** ‖ 18 latine curetes **Pb** ‖ 20 labra **L** ‖ 21 inluctantia **MPa** | infantibus (*om.* quasi) **Pb** ‖ 22 et labra . . . uerba *om.* **P** ‖ 23 impedita labris **Pb** | inmaturis **M** ‖ 24 LATVS *om.* **L** | asteriem **Pb** ‖ 25 contenderet **Pb** | in nauem **P** ‖ 26 uersa **Pb** | est quam . . . Ortygia *om.* **Pa**

mare deiecit. unde insula Ortygia est dicta. postea ibi Latone enixa est Apollinem et Dianam. quibus natis insula Delos nominata est. INCLINABAT suo scilicet pondere.

803 ARGVS AQVAE hic uexillum portabat et, ut erat in armis positus, exclamauit 'aquae, aquae sunt hic'. cui tota multitudo respondit exercitus: 'aquae'. ut Virgilius ⟨Aen. III 523 sq.⟩: 'Italiam primus conclamat Achates, Italiam laeto socii clamore salutant'.

804 SIC AMBRACII PONTI ciuitas Epiri, de qua mare nomen accepit. Lucanus ⟨V 651 sq.⟩: 'oraeque malignos Ambraciae portus'.

807 LEVCADA PANDIT APOLLO hoc est: facit uideri montem ipsum id est Leucada, promunturium Epirotici maris.

810 AEQVA SITIS ut omnibus aequa sitis fuerat, ita omnibus aequam fecerat dignitatem. IN CVRRIBVS pro 'in currus impliciti', ut biberent.

816 DIRIPITVR populatur, bibentibus siccantur tori riparum.

Lind. p. 160 824 SILVARVM NEMEE LONGE REGINA V. memor sui poeta laudat Nemeam siluam, quae inter Thebas et Argos est, quod in ea Iuppiter colitur, cuius sacerdos erat Lycurgus rex, pater Archemori.

832 CANA REPOSTAS flumina enim, quae ex niuibus uel imbribus sumunt uires, possunt siccari. uel hoc

---

1 dicta est **Pb** ‖ 2 Latona **LPb** | est *om.* **Pb** ‖ 3 delẹos insula **M** | est nominata **LP** ‖ 6 aquae *om.* **LPa** | sunt . . . aquae *om.* **Pa** | hec **Pb** ‖ 7 respondet **L** respond̄ **M** | exercitus respondit **Pb** ‖ 8 Italiam Italiam **L** | cūclamat **Pa** clamans **Pb** ‖ 10 SIC *om.* **MP** | mare *om.* **M** re **Pa** ‖ 11 (h)oraque **MP** ‖ 12 ambrachia **M** ‖ 13 APOLLO *om.* **MP** ‖ 14 id est *om.* **L** | id est . . . biberent *om.* **Lm** ‖ 16 fuerit **Pb** ‖ 17 IN *om.* **Pa** ‖ 18 in currus *scripsi* cum curribus **L** cū currus **M** eo currus **Pa** currus **Pb** ‖ 21 NEMEA **L** | REGINA *om.* **L** | v. *om.* **L** ut **P** ‖ 22 Poeta memor sui **L** | argos *corr. ex* argiuos **M** ‖ 23 quā *superscr.* qđ **M** | colitur . . . pater *om.* **Pa** | colitur *om.* **M** ‖ 25 cane **P** | reportas **MP** REPORTAT **L**

intellegendum: non interim effunduntur, niues cum uerticibus montium solis calore licuntur.

836 APOLLINEVS LADON siue qui lauros habeat circa ripas suas, quae in tutela sunt ipsius, siue propter Daphnen, cuius hic fluuius pater est. XANTHVS VTERQVE quia Lyciae et Troiae est.

837 SPERCHIVS Thessaliae fluuius Centauris uicinus. LYCORMAS qui et Euenos, quem Centaureum dixit, quod in eo Herculis sagittis Nessus Centaurus sit interemptus. ut Lucanus ⟨VI 365 sq.⟩: 'et Meleagream maculatus sanguine Nessi Euenos Calydona secat'. Centaureum ideo, quia hunc Nessus Centaurus custodiebat. Herculis uero fabula cunctis notissima est.

840 AB IOVE PRIMVS HONOS post Iouem tu secundus inuocabere. sic Horatius ⟨carm. I 12, 51 sq.⟩: 'tu secundo Caesare regnes'.

COMMENTARIVS IN LIBRVM V.

Descriptio alacris exercitus. allocutio Adrasti ad Hypsipylen petentis, ut sibi narret, quo esset genere procreata uel quemadmodum nunc seruiat. illius responsio, quemadmodum coniurauerint Lemniades mulieres ira Veneris Lind. p. 161

---

1 intelligendum **LP** | niues cum] niuentium **L** ‖ 2 cum Solis **L** | liquantur **L** liṇquntur **M** liquuntur **Pa** liquntur **Pb** ‖ 3 quod **LP** | apollini lauros h͡t **Pb** | habeant **LMPa** ‖ 4 sunt *om.* **M** | ipsius] Apollinis **Pb** | siue *inserui* | dañem **Pb** ‖ 5 est *om.* **Pa** ‖ 7 fluuius *om.* **P** | centauri **M** ‖ 8 Lacrimas **P** | qui et *om.* **L** | Thebanus fluuius **L** thebenos **M** hebenos **Pa** ebenos **Pb** ‖ 9 Centaurus Nessus **L** | sit centaurus **Pb** ‖ 10 ut . . . custodiebat *om.* **Pb** ‖ 11 evenos **Pa** etuenos **M** *om.* **L** | Calydona secat *om.* **L** ‖ 13 omnibus est notissima **L** ‖ 14 A IOVE **L** *Statius* a brioue **Pa** ambioue **Pb** | honor **M** ‖ Explicit lib' IIII. Incipit liber quintus **Pa** ‖ INCIPIT QVINTVS L. **M** ‖ 19 hisphilē **Pb** ‖ 20 nunc . . . quemadmodum *om.* **P** | serui& **M**

hortante Polyxo, ut omnem uirilem necarent sexum, et quomodo ipsa Thoanti pepercerit patri eumque praeuio Libero patre, cuius filius fuerat, imposuerit naui et ipsa acceperit regnum. aduentus Argonautarum et eorum labor tam contra tempestatem quam contra Lemniadas, quae eos bellis lacessebant. pacis petitio ab Iasone. quomodo suscepti sint hospitio Argonautae et in consortium etiam cubilis admissi. quomodo ipsa ab Iasone decepta, ut eius matrimonio consentiret. Argonautarum discessio. fama, quod uiueret Thoas. fuga Hypsipyles et captiuitas et uenditio Lycurgo facta. pueri Archemori descriptio et draconis terrigenae. exsecutio occidentis Archemorum. ipsius draconis a Capaneo interitus. planctus Hypsipyles supra Archemori cadauer. Lycurgi aduentus uolentis occidere Hypsipylen. defensio Argiuorum. iniuriosa militis indignatio circa Lycurgum pro Hypsipyle. interuentus Amphiarai pacem facientis. aduentus filiorum Hypsipyles de Iasone susceptorum. Amphiarai allocutio suadentis, ut consecretur Archemorus.

Lind. p. 162 1 PVLSA SITIS FLVVIO POPVLATAQVE GVRGITIS ALVVM hunc librum poeta extra ordinem carminis fecit, excessit enim oeconomiam suam. in quo libro ludi funebres sanciuntur Archemoro, qui primus in hoc bello, ut Protesilaus in Iliaco, expertus est mortem. POPVLATA hic agentis est, non patientis.

---

1 Polixone **L** polixo *corr. ex* polipxo **M** polipo *Mon.* polix ip̃o **Pa** ‖ 2 prelio **P** ‖ 3 erat **LPb** | inposuerat **Pa** imposuit **Pb** ‖ 4 accepit **Pa** acceperat **Pb** | aduentum **LPb** | earum **Pb** | laboratā **M** laborata **Pa** ‖ 5 tam *om.* **Pb** | lēniades **Pb** ‖ 6 potio **Pa** | iasione **Pa** | qm̃ **M** ‖ 7 sunt **P** | et *om.* **Pb** ‖ 8 quoniam **Pb** | ab] a **LPa** est **Pb** ‖ 9 matrimonio consentiret *om.* **Pb** | famaqʒ uiuere **Pb** ‖ 10 hipsiphilę **M** | captiuū **P** ‖ 11 et *om.* **Pb** ‖ 12 terigenarum **Pb** & Erigones **L** ‖ 13 ipsiphilę **M(Pa)** ‖ 17 Amphiarai . . aduentus *om.* **L** | hipsiphile **M(Pa)** ‖ 19 consacretur **Pb** ‖ 20 PVLSA . . . FLVVIO *om.* **MP** | altum **P** | *post* ALVVM *in* **MP** *sequitur* hic . . . patientis ‖ 21 fecit . . . suam *om.* **Pa** ‖ 22 enim *om.* **M** | in quo . . . mortem *in* **LP** *leguntur post schol.* 2 . . . ad bellum ‖ 24 in Iliaco **L** ilico **M** illico **Pa** iliaco **Pb** | est *om.* **Pa** | POPVLATA *om.* **MP** ‖ 25 hoc **Pb** huius *del. superscr.* hoc **M** | agentis hic **L** | patientis est **P**

2 LINQVEBANT postquam ductu Hypsipyles Argiuus exercitus sitis ardore succensus uires liquore et haustu recuperauit, rursus ordinatur ad bellum. AMNEMQVE MINOREM quem per potum minorem fecit exercitus.

3 ARMA quia uacuantur, cum exuuntur, et ubi corpus muniunt, implentur.

4 REDIERE ut Lucanus ⟨IV 380sq.⟩: 'sic gurgite puro uita redit'.

6 HAVSISSENT BELLI uota belli, quae ante susceperant aqua inuenienda.

7 LEGEMQVE SEVERI quem confundi militaris prohibet disciplina.

8 MONENTVR id est: unusquisque locum suum et dignitatem post potum recipit.

10 CRESCIT quia, dum erigitur puluis, crescit terra in altitudinem.

11 PHARIIS Aegyptiis. Pharos enim ciuitas est Aegypti. Lind. p. 163

12 RAVCA PARAETONIO laetitiae congrua comparatio. sic Argiui post sitim laeti erant et alacres ut redeuntes grues ex Aegypto in Thraciam, quando fugiunt notum, qui in Aegypto calorem aeris tempore auget aestatis.

13 CVM FERA PONIT HIEMS desinit. ut Virgilius ⟨Aen. VII 27⟩: 'cum uenti posuere'.

14 VMBRA FRETIS ARVISQVE VOLANT ut sint umbrae fretis et aruis, quasi ipsae grues umbra fretis sint, uolens multitudinem designare. omne enim spatium pennarum

---

1 liquebant **Pb** *om.* **LPa** | postquam . . . exercitus *om.* **Pa** | hi(p)siphile **MPb** ‖ 2 succensus est **P** | uire **P** *corr. in* uires **M** ‖ 5 ARMA *scripsi* ANIMIQVE **LMP** | uagantur **Pa** uacuant **Pb** ‖ 6 muniuit **P** ‖ 7 REDIERE *inserui. an huc quadrat* ANIMIQVE *illud?* | ut *om.* **M** | sic] sed *Lucan.* ‖ 9 belli *om.* **L** | quod **Pb** ‖ 10 pro aqua **LPb** ‖ 11 quam **L** ‖ 13 MONETVR **L** ‖ 14 post potum *om.* **Pa** *ante* locum *posuit* **L** | et dignitatem *om.* **Pa** | recipit *om.* **MPa** ‖ 15 *schol. 10 om.* **Pa** ‖ 17 pharus enim ęgyptus est ciuitas **Pb** ‖ 18 PARETRONIO **L** pethenio **Pa** parathenio **Pb** ‖ 19 & alacres erant **L** ‖ 20 fugiunt · notum, quod Aegyptus **L** ‖ 21 aeri **P** *add.* s **M** ‖ 24 ARVISQVE *om.* **MP** | uolat ut sic **Pb** ‖ 25 qua **Pa** | umbre **Pb** umbrā **Pa** | freti **P** ‖ 26 enim *om.* **L**

densitate, qua praeteruolant, inumbratur. AVIVS AETHER hominibus scilicet.

16 ET NVDO sine honore siluarum. Haemus est autem mons Thraciae. et bene nudo. uestiuntur enim arboribus. ut Sallustius ⟨Iug. 48, 3⟩: 'uestitus oleastro ac myrtetis aliisque generibus arborum'.

18 DVX TALAIONIDES Adrastus, Talai et Eurynomes filius.

20 CVI GLORIA TANTA quasi ad gloriam Hypsipyles pertinet, quod saluti sit restitutus exercitus.

21 DEBERE COHORTES sensus: quia nostram uitam tibi debemus. ut pro salute, quam tot cohortibus dederat, eosdem habeat debitores.

23 QVANDO pro 'quoniam'. ut Virgilius ⟨Aen. I 261⟩: 'quando haec te cura remordet'.

24 QVAE DOMVS cuius regionis esset aut unde originem duceret.

25 ET ILLE PATER emphasis est. ut ⟨Aen. I 606⟩: 'qui tanti talem genuere parentes?'

26 TRANSIERIT FORTVNA LICET id est quamuis a te felicitas emigrarit. fortunam autem dixit felicitatem.

Lind. p. 164 29 LEMNIAS ORSA Lemniades cum diis omnibus decimas frugum annis soluerent singulis, solam Venerem praetermittendam esse duxerunt. quae irata his odorem misit hircinum. quas mariti exsecrantes deserta Lemno odio coniugum Thracas petiuerunt eorumque sibi filias asciuere

1 qua praeteruolant *post* omne *posuit* **L** | q̈ *corr. in* qđ **M** | praeteruolat **P** | inumbrantes **L** ‖ 3 ET *om.* **L** | ET . . . Thraciae *om.* **Pa** | HAEMVS. mons Thraciae *post* arborum *praebet* **L** ‖ 5 Vestit⁓/ **M** ‖ 7 Adrastus *om.* **MP** | talagete urimes **Pa** talagentes urimones **Pb** talai &e urinones **M** ‖ 10 quod **P** quia **L** qui **M** ‖ 11 et debere **Pb** | quasi **Pb** ‖ 12 dedimus **L** dederimus **Pb** ‖ 13 habeam **Pa** ‖ 14 pro *om.* **Pb** | ut *om.* **LPa** ‖ 18 est *om.* **Pa** ‖ 19 tanta **Pa** te **L** ‖ 20 a te fortuna **L** fortuna a te **Pb** ‖ 21 fortuna **Pa** ‖ 23 singulis annis decimas soluerent frugum **Pb** | singulis annis soluerent **L** ‖ 24 esse praetermittendam **L** | duxeř *corr. ex* dixeř **M** | eis **Pa** | odorem *om.* **Pa** | inmisit **LPa** ‖ 26 filias sibi **Pb** | assciueř **M** adsciuerunt **Pb**

coniugio. quod ubi Lemniadibus compertum est, stimulante Venere in omne genus uirile coniurant remeantesque ex Thracia uiros omnes interimunt. inter quas Hypsipyle patri Thoanti sola subuenit, ut non solum parceret, uerum etiam fugientem prosequeretur ad litus. tunc Thoanti Liber occurrit eumque ad insulam Chion prospera nauigatione perduxit. Lemnon Argonautae uenerunt. quos Lemniades suscipientes hospitio cum his concubuerunt. Hypsipyle ex Iasone duos filios procreauit Euneum et Thoantem. cum plurimis diebus detenti essent, ab Hercule obiurgati discesserunt. Lemniades autem postquam intellexerunt Hypsipylen patrem suum seruasse, interficere eam conatae sunt. illa dum fugit, a praedonibus capta Nemeam deportata est et Lycurgo, regionis eius regi, in seruitutem distracta.

30 INTEGRARE implere uel renouare. ut Virgilius ⟨georg. IV 514sq.⟩: 'miserabile carmen integrat'.

31 INSERTA inducta. ut Virgilius ⟨Aen. II 671sq.⟩: 'clipeoque sinistram insertabam aptans'. ita, inquit, fuimus furore mutatae, ut nostro scelere sexus omnis uirilis occumberet.

33 FVROR ADDITVS bene additus, cum libido iam esset in furia uel quasi naturaliter haberent furorem.

34 ILLA EGO NAM PVDEAT NE sensus: ne uos pudeat, quod me benignam fortuna fecerit, non uoluntas. hospitem

1 coopertum **Pa** coptum **Pb** ‖ 2 in] etiam **Pb** | remeantes **Pb** ‖ 3 peremerunt **L** perimerunt **Pb** | *post* quas *in* **Pa** *legitur*: l. c. u., *in* **Pb**: l. u. e. ‖ 4 sed etiam **Pb** ‖ 5 persequeretur **L** | littus **LP** | nunc **Pb** ‖ 6 ad] in **L** ‖ 7 produxit **Pb** | lennum **Pb** lemñ *superscr.* *ov* **M** | peruenerunt **LPb** ‖ 8 susceperunt . . . et cum iis **Pb** ‖ 9 Oeneum **LMPb** eoneum **Pa** ‖ 10 pluribus **LPa** ‖ 11 obiuranti **Pa** ‖ 12 suum *om.* **Pb** ‖ 13 ea **Pb** illam **L** | fugeret **Pb** ‖ 14 et *om.* **Pb** | regionis eius *om.* **Pb** | in seruitute regi **Pa** ‖ 18 ut *om.* **M** ‖ 20 scelere **MPb** foedere **LPa** ‖ 22 etiam **M** ‖ 23 quasi *om.* **M** | naturalem **LPb** ‖ 24 ILLA *om.* **Pb** | ergo **Pa** | NAM] SVM **L** non **P** | NE *om.* **MP** | sensus est **L** | nec **LP** | nos **Pa** ‖ 25 qui *add.* a **M** | fortunā **M** *om.* **Pa** | faceret **Pa**

autem se dixit. id est: ego illa sum, quae non fortuna suadente bene feci, sed sponte occului patrem. ordo: illa, quae raptum sola parentem occului. ne se tamquam parricidam audientes horrerent.

41 PARQVE OPERI TANTO beneficio. quae tantum merito seruaret exercitum. Lucanus ⟨IX 1029 sq.⟩: 'tu nomina tanto inuenies operi'.

44 NEC FACILIS NEMEE explicare tantam multitudinem. id est: angusta uia est, per quam omnes transire non possumus. ergo, dum mora est in transitu, narrandi spatium habes.

Lind. p. 165 53 THRACVM FATALIA NOBIS id est uicinitas Thraciae in nos suum transtulit nefas. nam quemadmodum illic Procne filium necauit, ita et nos in Lemno maritos peremimus. — uel quia exemplum de caede maritorum petitum est a crudelitate Tydei, qui fuit ex Thracia.

56 SPVMIFER ASSILIT AEGON mare Aegaeum, quod insulas plurimas habet, dictum ab Aegeo, Thesei patre. et eleganter insulam insulis comparauit. assilit insulas id est circumfluit.

59 NVLLA DEAE SEDES quia adulterium Veneris in honorem Vulcani damnauerant, inde nulla Veneris sedes in Lemno est. unde iratum numen immisit odorem feminis hircinum. ob quam causam horruisse uiri dicuntur uxores. igitur pergentes ad Thraciam eorum filias sortiti sunt. Lind. p. 166 quo dolore commotae Lemniades reuersos uiros | uniuersos peremerunt. sed hanc ueritatem poeta declinauit. alii

1 ergo **Pa** ‖ 2 benefici **Pa** *corr. in* bene feci **M** | quę illa **Pb** ‖ 3 tanquam **LPa** ‖ 5 PARQVE *om.* **MP** | tanto **Pb** ‖ 7 tanta **Pb** ‖ 8 NEMEAE **L** ‖ 9 id est *om.* **Pb** | augustia (*om.* uia) **Pa** ‖ 12 tracies mos suum transeundit **Pb** ‖ 13 illic *om.* **L** ‖ 14 progne **P** | et *om.* **Pb** | necauimus **Pb** ‖ 17 SPVMIFER *om.* **MP** ‖ 18 Thesei . . . com- *om.* **P** | patre Thesei **L** ‖ 19 parauit **P** | assilit. insilit **M** | insulis **Pb** *corr. ut uidetur ex* insulas **M** | id est *om.* **Pb** ‖ 20 affluit **M** ‖ 21 qui **Pa** | in ore **Pa** ‖ 22 dānauerat **MPb** ‖ 23 est *om.* **MPb** | iratum] ipsum **Pb** | nomen **Pa** | immisit *post* hircinum *posuit* **LPb** inmisit **MPb** *om.* **Pa** | olorem **Pa** calorem **M** ‖ 26 uniuerse **Pb** *superscr.* os **M**

dicunt templum Veneris fuisse in Lemno Graecorum opinione celebratum. diuersa est odii causa. nam hoc alii asserunt, quod adulterium eius in hac insula uidetur esse detectum. ut ipsa Venus ⟨Theb. III 274⟩: 'hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae'. ideo etiam illas ineptas Solis filias acriter persecuta est. QVONDAM interdum. ut ⟨Aen. II 367⟩: 'quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus'.

60 LENTO AGMINE id est incessu et impetu. id est tarde ueniunt Poenae. ut Horatius ⟨carm. III 2, 31 sq.⟩: 'raro antecedentem scelestum deseruit pede poena claudo.'

62 PRIOR SOLVISSE IVGALEM CESTON id est sui dissimilis, omnibus deliciarum signis amotis, quoniam ira molles abicit habitus. ceston est uinculum ornamenti, quo circumdatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque cupiditatibus elaborato, quo matrimonia dicitur alligare. declinatur autem haec cestos ut Delos, Lemnos. specialiter tamen ceston zonam Veneris debemus accipere, quae non rutilo auro gemmisque sit, sed pelle, ut probentur corporeae uoluptates. ceston autem uocatur, quia copulae ex matrimonio uis est, quia adeo, quae adulterio perpetrantur, incesta dicuntur, quasi, quod non uinctum fuerit, sit incestum.

63 ABLEGASSE VOLVCRES IDALIAS epitheton de numinis sede, quod sint Veneri consecratae columbae.

1 deorum oppinione **Pa** ‖ 2 diuerso **Pa** | alii dixerunt **M** ‖ 3 quia **MPb** qui **Pa** ‖ 4 de te lemniace **MP** (leniande **Pb**) ‖ 5 illas] *om.* **M** illas quas **P** | ineptas opinione **Pa** inepta opinione **Pb** | filias Solis **L** solis filias finxit **P** ‖ 6 acriter] aerū **Pa** | prosecuta **L** ‖ 7 uinctis **Pb** ‖ 8 id est[1] *om.* **LPa** ‖ 11 PRIOR *om.* **MP** | id est] uel **Pa** ‖ 12 omnium **Pb** ‖ 13 proiicit **LPb** prohic **Pa** ‖ 15 elaboratum **L** elaboratio **Pa** | matrimonio **P** | dicatur **P** *corr. in* dicitur **M** | *in* **MP** *post* alligare *inseritur* ceston subligetur, *quod Vollmer. corrigi iubet in* CESTON subligar ‖ 16 declinetur **Pb** | Lemnos Delos **L** ‖ 17 tantum **Pb** | ceston *om.* **LPb** | zonam] omnia **P** ‖ 18 sed *om.* **Pa** | impelle **Pb** ‖ 19 autem *om.* **MPb** | uocantur **Pb** catur **Pa** dicitur **L** | quod **L** qua **Pa** ‖ 20 et **LMPb** | sit **L** | qui **P** | pro adulterio **Pb** ‖ 21 fuerit uinctum **Pb** ‖ 23 ABL. VOL. *om.* **M** | id est, Columbas. Epitheton **L** ‖ 24 columbae *hoc loco om.* **L** id est columbę **P**

65 IGNIS habet enim Venus ignes nunc cupiditatis, nunc odii secundum fidem sacrorum uel precationum Veneris Verticordiae praecipue, quae rogatur, ut amores iniciat, rursum, ut auferat. si enim potestas est dandi, nihilo minus ius est tollendi. et amore sublato aut naturaliter odium residet aut immittitur. ut Virgilius 〈Aen. IV 479〉: 'quae mihi reddat eum uel eo me soluat amantem'.

66 TARTAREAS sunt qui dicerent Venerem se cum Furiis uidisse. et bene philosophice prope se obscure hic poeta tetigit furias amori esse coniunctas secundum Virgilium 〈georg. III 244〉: 'in furias ignemque ruunt'. talia enim per amorem committuntur, qualia per furorem solent. quid est enim uoluptas Veneris nisi mera insania? ideo Venus ignis dicitur, ideo Vulcani et Martis coniunx id est ignis et furoris. idcirco et Furiae ignis facibus distinguuntur armatae.

69 NEC FIDI POPVLVM MISERATA MARITI ideo fidi, quia et post adulterium dilexit uxorem. dixerat enim supra 〈V 50〉: 'ubi ignifera fessus respirat ab Aetna'. dicuntur spiramina ignis in hac insula esse, quae constat efflari semper.

82 ANNIQVE TEGVNT defendunt id est separabant a tali consilio. siue tegunt: a curis defendunt. ut Virgilius 〈Aen. X 50〉: 'hunc tegere et dirae ualeam subducere pugnae'.

---

1 Venus *om.* **M** | nunc *om.* **MP** | cupiditates non **Pb** || 2 odiis **M** || 3 uerecundię precipue **Pb** | iniiciat **LPb** || 4 est *om.* **M** | est potestas **Pb** || 5 est ius colendi **Pb** | more *corr. in* amore **M** || 6 remanet **Pb** | inmittitur **MPa** | ut *om.* **M** || 7 qui **MPb** || 9 uidisse] coniunxisse **L** | philosophi **LPa** | prope se] quod **L** || 10 coniunctas esse dixerunt **L** | qui iunctas **Pb** nō iunctus **Pa** || 12 pro amore **L** | committunt **L** ɔmitantur **Pa** | pro furore **Pa** || 13 quidem (*om.* est) **MPa** | enim *om.* **Pb** || 14 coniuxta **Pb** | id est] I. **L** *om.* **MP** || 15 et[2] *om.* **L** || 16 distinguntur **LMP** || 17 POPVLVM FIDI **L** | MARITI *om.* **Pb** | et quia **M** || 18 et *om.* **LPa** | ut supra **Pa** || 19 ubi] tibi **M** *om.* **Pa** | suspirat **Pb** || 20 afflari **LPa** || 22 ANIMIQVE **LPa** | separant **L** | itali (*om.* a) **M** || 23 teguntur **Pb** | ut *om.* **M** || 24 duę ualeant **Pb**

86 CEV STARET EQVOS quia meridie cursus solis uidetur stare. Lind. p. 167 QVATER AXE SERENO INTONVIT de numero tonitruum ratio est. nam omnis impar numerus prospera significat et uiuis ascribitur. id uero, quod par est, exit infectum. quia ergo nihil agit, defunctorum est. ut Virgilius 〈ecl. VIII 75〉: 'numero deus impare gaudet'. et ubique mortuis geminum hoc est parem ascribit numerum uel dualem: quattuor iuuencos inferis Orphei immolat, quattuor dis tauros inferis mactat. ideo etiam hic quattuor, quia aduersum tonat. et nitide obseruauit, ut senae horae eo tempore diuiderentur a sole, ut par numerus, qui est uiuis contrarius, poneretur. dicitur autem hic impar numerus a Pythagora repertus et masculinae uirtutis et deorum superum propter trinam regulam diuinae rationis. ergo huiusmodi signa contigerant ut 〈Aen. II 242 sq.〉: 'quater ipso in limine portae substitit atque utero sonitum quater arma dedere'. nam occulte Virgilius de numero actus equi infernam infaustamque rem id est mortem pronuntiari praedicebat.

88 EXERVERE APICES flammarum scilicet. ut 〈Aen. II 682 sq.〉: 'de uertice uisus Iuli fundere lumen apex'. AEGON promunturium Lemni est, id est mare Aegaeum.

91 INSVETA hoc est: praeter solitum tollitur in furorem.

92 TEVMESIA THYIAS Teumesia Boeotia. Teumesus

---

1 CEV *om.* **L** | meridies **Pa** | uidebatur **Pb** || 2 INTONVIT *om.* **MP** || 4 est *om.* **L** (parem **Pb** partē **Pa**) | extra **P** || 5 *post* infectum **Pa** *praebet*: al' mortuis uero geminus id est par, **Pb**: alter uero genis id est par | quod **LP** | ut] Et **P** || 7 adscribit **L** || 8 iuuencas **Pb** || 9 dies **Pa** *om.* **LPb** | tauros . . . etiam *om.* **Pb** | etiam *om.* **L** et in **Pa** | quattuo hic **Pa** | quater **L** *om.* **Pb** || 10 quia *om.* **L** que **Pa** | auersum **Pb** || 11 diuiderent **Pb** | quia **L** || 14 superum *om.* **Pb** || 15 hui'///cemodi **M** | contingerant **P** contigerat **M** || 16 ipse **MP** | subsistit **Pb** | atque] aut **MPb** || 17 dedeř **M** | (nam *om.*) p occulto **M** || 18 coactus **Pa** | inferna **Pa** *om.* **Pb** | infaustam **Pa** infausta **Pb** || 19 p̄nuntiari **Pb** || 20 exercuere **Pa** || 22 est[1] *om.* **L** || 23 ꝑpt̃ **M** | in furore **Pa** || 24 THYAS Thyas **LPa** thias **M** tias **Pb**

enim campus est iuxta Thebas prope Cithaeronem. thyias Baccha ἀπὸ θυίειν βακχᾶν id est bacchari. INSANO DEO insanum Liberum dicit, qui cultores suos faciat insanos.

95 TREMENTI SANGVINE instabili furore.

98 INFELIX COMITATVS quia eos primum occisura est, ut fidem faciat sceleris ceteris suadere.

100 SVMMASQVE AD PALLADOS ARCES opportune in templo uirginis deae in maritorum interitum feminae uniuersae coniurant. haec enim dea uidetur damnasse matrimonium uirginitate contenta.

Lind. p. 168 104 REM SVMMAM quam merito habemus in uiros. instinctu enim superorum, non humano errore paramus ista committere. et est ordo: rem summam sancire paro.

105 O VIDVAE uiduas maritas uidetur incongrue posuisse, sed ad explicandum dolorem muliebrem dixit. hoc est: quae, cum habeatis uiros, illis longe a uobis positis uiduarum uiuitis more. bene ergo nomen uiduitatis apposuit, quo uocabulo iam de coniugibus desperarent et ut quasi alienos sine affectu uideantur occidere. SEXVM non dixit 'sexum perdite' id est naturam immutate, quod fieri nulla poterat ratione, sed: pulsa feminea imbecillitate uiriles ad facinus arripite animos.

107 AETERNVM sic ait, quasi semper desint mariti. ut Virgilius ⟨Aen. IV 32⟩: 'solane perpetua maerens carpere iuuenta?' IVVENTAE FLORE ideo posuit iuuentae, ne spes sit ulterius neue malum sit temporale.

1 est *om.* **MP** | Citheron **L** citheron est **P** | Thyas est **L** || 2 Baccha *om.* **Pb** baclā **Pa** | ἀποeycιικλCнγнι **L** ΛΡΟΕΥCIIΝ-ΚλCƆ-CλΝΙ **M** no; e. y. cu. n. k. ac. Ɔ-C. a. ɒȷ. **Pa** *om.* **Pb** ɗnoεyoι ΙΝΚɗCƆ-CλΝΙ *Bamb.* ɗnoeyCIIΝ ΚɗCƆ-CɗΝΙ *Gud.* ɗnoεyoι ΙΝΚCƆ-CɗΝJ *Mon.* ἀπὸ θύειν *Woelfflinus in Philol. XXIV p. 157* | deum insano libero **Pb** || 3 quia **Pb** | facit **Pb** || 6 ut fidem *om.* **M** | sceleris *om.* **L** || 7 Palladis **MPb** || 8 interitu **P** || 9 coniurant uniuersae **L** | conuersę **Pa** || 10 c̄tēpta **M** || 11 qua **P** q̋ **M** | meritum **P** || 12 enim] eorum **Pa** || 13 et *om.* **LPa** | Ordo est **L** || 14 maritatas **LPa** || 15 muliebrem dolorem **M** || 16 est *om.* **Pa** | quae *om.* **L** | illos **Pa** || 17 uiduitatis nomen **L** || 18 opposuit **MP** | desperar& **M** || 19 effectu **MP** || 20 prodite **P** n̄pdite **M** pellite **L** | mutate **L** inmutate **Pb** || 21 inbecillitate **M** || 24 ut *om.* **M**

108 SITVM uetustatem, quae turpis est in iuuene. ut Virgilius ⟨Aen. VII 452⟩: 'en ego uicta situ'.

110 RENOVANDA VENVS Venerem hic pro maritis posuit. id est: ut inueniamus alios uiros.

112 CVI CONVBIALIA VINCLA interrogatiue, id est: cui uestrum thalami honos secretus fuit?

113 CVI CONIVGE PECTVS INTEPVIT cuius pectus intepuit blandientis mariti complexu?

114 LVCINA LABORES ab inutilibus maritis argumentatur et docet, quid habeant utilitatis, si uoluerint consilia mutare.

116 VOTA TVMENT metaphora ab inclusis, qui pulsant, ut aperiatur. et hic partus inclusus est. non uota tument, sed crescentibus mensibus uterus tumet. propter quem, partu ut detumescat, uota suscipiuntur.

117 GRAIVS Danaum dicit, qui quinquaginta filiabus suasit, ut sponsos suos eadem nocte, qua fuerant coniugatae, perimerent. quarum omnes sponsi filii Aegypti, fratris Danai, fuerunt. et totum hoc ab exemplis posuit.

120 QVOD SI PROPIORIBVS ACTIS a recentis exemplo, ut ad tempus referatur. recentiore enim exemplo id est .... siue quia prope erat Thraciae, in qua Procne, Pandionis filia, Terei uxor, in ultionem suam, quod maritus

2 spex (*om.* sit) **Pa** spexit **Pb** || 3 ut *om.* **M** || 4 en] nec **MP** non **L** | ergo **Pa** || 6 uiros *om.* **Pa** || 7 CONNVBIALIA **LPb** | interrogatiue *om.* **Pb** | hoc est **LP** || 8 honos thalami **L** | secretos **Pa** secretis **Pb** | fuit *post* uestrum *pos.* **LP** || 9 Que coniuge **MP** | PECT. INT. *om.* **MP** | cui **Pa** || 10 blandimentis **MP** | marito cōplexū **M** || 12 et] ut **M** | quod **MPa** | habent **Pa** | uelint **Pb** || 13 mutare consilia **LP** || 15 est *om.* **M** || 16 tumet uterus **L** || 17 artu **M** partum **LPb** | ut *om.* **M** | detumescant **LP** *corr. ex* detumescat **M** | suscipiantur **MP** || 18 GRAIS VIRGINIBVS **L** | q (e sup.) **M** || 19 fuerint **M** | coniunctae **L** || 20 Aegisti **LMP** *cf. schol. I 324* || 22 properantibus **Pb** | recenti **L** || 23 recentiori **Pb** | *aliquid excidisse apparet* || 24 que **Pa** | trache **M** tratia **Pb** | progne **MP** || 25 uxor therei **Pb** | quidem **Pb** q **M**

cum Philomela concubuisset, Ityn filium, quem de Tereo susceperat, interemit; siue propter Harpalycen. quam cum pater amasset et compressisset, illa filium ex incesto natum patri apposuit comedendum; quam opinionem secutus Virgilius ait ⟨Aen. IV 602⟩: 'patriisque epulandum ponere mensis'. — praeterquam quod aptum uideatur exemplum, maior necessitas persuasionis est, cum etiam uicinum docetur. nam Thracia, quae Lemno uicina est, duobus maxime exemplis id est Procnes et Harpalyces Lemniades matres ad perficiendum nefas hortatur. de duabus ergo historiis similibus quaeuis ad rem aptari potest et aptata hortatur ad facinus. nam sicut bona suasio bonis debet suscitari et asseri exemplis, sic et mala malis. nullae enim rei argumenta desunt. et est in utroque pugna: bona bonis, ut Virgilius ⟨Aen. VI 121⟩: 'si fratrem Pollux alterna morte redemit', mala malis, ut Lucanus ⟨I 94 sq.⟩: 'nec longe fatorum exempla petantur: fraterno primi maduerunt sanguine muri'.

121 RHODOPEIA CONIVNX hoc historia non habet, quod Procne pariter cum Tereo filium comedisset. sed ut Lemniadum animos hoc scelere magis accenderet, Procnen quoque pariter epulatam pro loco persuasionis suae necessario mentita est.

123 SECVRAVE COGO nec uos ideo ego hortor ad scelus,

---

1 Philomena **LPb** | utin **M** itim **Pb** ‖ 2 arpalicem **Pb** | quē **M** qua **Pa** ‖ 3 cum *om.* **Pa** | incestu **Pb** ‖ 5 Virgil. secutus **L** | patrisque **L** ‖ 6 apponere **LMPa** ‖ 7 erat **Pb** erit **L** ‖ 8 dicetur **L** ‖ 9 maximis **LMPb** maximus **Pa** | prognes **Pb** progne **MPa** | et *om.* **P** † **M** | arpalice **MP** ‖ 10 proficiendum **Pa** | nefas] opus **Pb** ‖ 11 duobus **Pb** | similibusque uis **LPa** | quā uis **M** quę uix **Pb** ‖ 12 sic **Pb** ‖ 13 suscitari *corr. in* excitari **M** | adseri **Pa** *corr. in* asseri **M** ‖ 14 nullae (*pro* nulli) *sumpsi ex* **M** nulla **LP** | desunt] potest **Pb** ‖ 15 dei utraque **Pb** | pugno *Vollmer.* | bona *om.* **M** | ut *om.* **Pb** ‖ 16 sic **LMPa** | redimit **Pa** ‖ 17 ne **MPa** ‖ 20 theseo **MPa** ‖ 21 magis *om.* **Pa** | prognem **M** progne **Pb** ‖ 22 queque **Pa** q̃q̃ **M** q̃ **Pb** | prosuasionis **Pb** | necessario **L** necessarie **MP** ‖ 23 *ante* mentita *libri praebent* fuisse, *quod post* epulatam *inseras* ‖ 24 SECVRA NE **L** | ergo **MPa** *om.* **Pb**

quod minime orbitate plena mihi sit domus filiis. et est figura antiphora: ne ideo uideatur hoc ipsa persuadere, quia non habet ipsa, quos perimat. sudorem autem dixit filiorum multiplicem par|tum, Lind. p. 169 in quo dolore nimium laboratur. siue sudorem occidendorum quattuor posuit filiorum, siue sudorem dixit liberos: quos parturiendo et educando sudaui.

126 LACRIMISQVE ut ostenderet grandi necessitate ad tale compelli facinus, quo crudelior fiat, sentire se dicit affectum.

128 PATREMQVE SVPER SPIRANTIBVS ADDAM ut Virgilius ⟨Aen. IV 605 sq.⟩: 'natumque patremque cum genere exstinxem'.

132 FORTVNAM occasionem temporis. ut Virgilius Lind. p. 170 ⟨Aen. IX 240⟩: 'si fortuna permittitis uti'. nata persuasionis occasio est reuertentium uirorum. dicit enim deorum nutu factum esse, ut eo tempore coniuges aduenirent, quo de eorum caede tractatum est. probabili argumento agendi uirtute necessarium fecit dicendo: 'deus, hos deus ultor in iras . . .' SVPERISNE VOLENTIBVS VLTRO DESVMVS ut Virgilius ⟨Aen. IV 45⟩: 'dis equidem auspicibus reor et Iunone secunda'.

134 NEC IMAGO QVIETIS confirmat audaciam suam deos adiuuare somnii expositione. et est ratio philosophica: cur, quae futura sint, miseris mortalibus praesagiis somniorum demonstrantur? sed de multis paululum dicam. natura rerum, ex qua homines mixti sunt, effectus suos

---

1 mihi *om.* **Pb** ‖ 2 antipophora **LMP** ‖ 3 que **Pa** | quod ipsa **L** | quod **P** ꝗ *superscr.* os **M** ‖ 5 dolorem **M** ‖ 7 sudauit **L** *corr. ex* sudaui **M** ‖ 10 affectumqꝫ **Pb** ‖ 11 SVPER] si q **M** ‖ 12 extinguam **L** ‖ 14 ut *om.* **Pb** ‖ 15 nota **M** | persuasio est (*om.* occasio) **LM** ‖ 16 occasiōe **Pa** *fortasse sic scribendumst:* nata persuasio est occasione ‖ 17 cū c̄iuges uenirent **M** ‖ 18 de deorum **Pb** deorum **Pa** | caede *om.* **Pa** | tractum **Pa** | probabile argumentum *Gud.* ex probabili argumento *Vollmer.* ‖ 19 facit **LPa** ‖ 20 VOCANTIBVS **L** *Statius* ‖ 21 VLTRO DESVMVS *om.* **L** | diis **LPb** ‖ 24 somni **LPa** ‖ 26 demonstrentur **L** ‖ 27 mixti sunt] de somnio **Pa** | affectus **LPa** | suos *om.* **Pa**

silere non patitur. et cur per ipsam essentiam corporis sentire permittit? est animae diuina prouidentia, quae, quamuis caeco carcere ac tenebris clausa tenetur, quid e contrario natura factura sit, somniorum uaticinatione denuntiet.

135 VANA MEAE id est: nec somnium meum uanum est, sed uerum. ergo debet perfici, quoniam somnium ueritatis imago est. ut Virgilius ⟨Aen. V 636 sq.⟩: 'nam mihi per somnum Cassandrae uatis imago ardentes dare uisa faces' et alibi ⟨Aen. III 173⟩: 'nec sopor illud erat'.

136 QVID PERDITIS AEVVM iuuentutem uestram quid perditis maritis orbatae?

137 AVERSIS animo inimicis. consideranda est persuasio, in qua primum est beneficium, quod mala tollit, deinde quod optima pollicetur. auersos autem dicit: qui a uobis auersi sunt et qui uos neglegunt. ut Virgilius ⟨georg. III 499⟩: 'fontesque auertitur'.

139 DIXIT hoc loco poeta dicta factaque complexus est.

140 DVM TEMPVS AGI REM id est: dum opportunitas agendae rei est. ut Virgilius ⟨Aen. V 638⟩: 'iam tempus agi rem'.

142 BISTONIDES illecebrosa sic fuit. dixerat enim supra mulieres omnes hoc dolere, quia omnes Lemni iuuenes

1 sententiam **Pb** *Mon.* sentiam **Pa** ‖ 2 permittat **LPa** | est] cum **Pb** ‖ 3 ac] & **L** | qđ ē **M** qdē **Pa** | contraria **Pb** ‖ 4 futura **Pb** fictū **Pa** | sint **Pb** | denuntiat **LPb** ‖ 5 MEAE *om.* **Pb** nec id est **Pb** ‖ 6 profici **Pa** ‖ 8 Cassandrae . . . faces *om.* **M** | Cassandrae per somnum *Vergil.* | ardentes *om.* **Pa** ac. **Pb** | d. u. r. s. talibus **Pb** ‖ 9 alibus **Pa** ‖ 10 Qđ **M** | qd *superscr.* o **M** ‖ 11 maritis orba- *om.* **Pb** ‖ 12 aduersis **P** ADVERSIS THALAMIS **L** | animo *om.* **L** | considerandi **Pa** | est *om.* **Pb** ‖ 14 predicetur **Pb** | aduersos **P** aduersis **L** ‖ 15 auersi *superscr.* a uobis **M** uobis aduersi **Pb** uero ausi **Pa** non reuersi **L** | nos **LMP** negligunt **LP** ‖ 16 fortesqȝ **Pa** frontesqȝ **Pb** | aduertitur **LPb** ‖ 17 Dicit **M** | dictaque **Pb** ‖ 18 AGIT **L** | oportunitatibus **Pb** ‖ 19 est agendae rei **L** | iam tempus *om.* **Pb** ‖ 20 agit **L** | 'res *Vergil.* ‖ 21 illecebrosa sic fuit *corr. Vollmer.* Thraciae **L** In le^v^cosa roo sic fuit **M** In leucos arco sic fuit **Pa** in leucos acresis fuit **Pb** In leucosa roa sic fuit *Gud.* | superius **L** ‖ 22 dolore **P** | qui **Pa** | Lemnii **L** lemnū **Pa**

odio odoris uxorum sunt in Thraciam profecti siue in eodem loco coniugiis copulati. et Bistonides femininum genus posuit. si de uiris diceret, 'Bistonii' dixisset, ideo additum propter societatem coniugii. nam maritos earum uenire notissimum est.

145 LVNATVM peltatum. quod scuta Amazonarum, quae peltas appellant, in modum lunae formata sint. ut Virgilius ⟨Aen. I 490 sq.⟩: 'ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens' et ⟨Aen. XI 663⟩ 'feminea exsultant lunatis agmina peltis'.

146 INDVLGET PATER pater aut secundum consuetudinem poetarum dixit, qui solent deos patres uocare, ut Virgilius ⟨Aen. V 14⟩: 'quidue, pater Neptune, paras?', aut pater id est Mars, quia Penthesileae siue omnium Amazonum proprie Gradiuus dicitur pater.

149 SOLARE DOMOS uastare id est solas facere. compositiuum 'desolare'. ut est ⟨Aen. XI 545⟩ 'solorum nemorum'. IVVENVMQVE SENVMQVE id est indiscrete omnes occidere.

150 PLENISQVE AFFRANGERE PARVOS VBERIBVS id est uiolenter necare et ipsis uberibus appositos enecare. et hoc incongrue poeta posuit. cum tanto tempore dicat earum maritos abfuisse, unde Lemniadibus lactantes filios? purgatur obiectio, si dicatur etiam trimos infantes lactare posse. ait enim superius ⟨u. 112⟩: 'tertia canet hiems; cui conubialia uincla . . .?'

151 OMNES EXIRE PER ANNOS id est nullam in necando

1 sunt in **M** in **L** exin **Pa** exim **Pb** | siue **M** s. siue **Pa** sunt siue **Pb** sunt **L** ‖ 2 copulatos **M** copulato **Pa** | et *om.* **L** | bistoneas **Pb** bistones **Pa** ‖ 3 Bisthones **L** bisthonis **Pa** ‖ 4 marito seruū **MP** ‖ 6 qui **M** | Amazonum **LPb** ‖ 7 quas **LMPa** | formata *sp. u. r. om.* **Pb** ‖ 8 ducit . . . furens et *om.* **MP** ‖ 9 et . . . peltis *om.* **L** | et . . . exsultant *om.* **Pb** ‖ 11 pater aut *om.* **Pb** ‖ 14 quia] que **Pa** | pentesilie **Pa** penthaphileę **Pb** | (siue *om.*) omniumque **Pb** ‖ 15 Grad.] Mars **L** ‖ 16 domus **Pa** | compositum **Pb** ‖ 18 IVVEN. . . . occidere *om.* **Pb** ‖ 20 adfrangere **Pa** affrangere *corr. in* affringere **M** ‖ 21 necare *om.* **L** ‖ 23 lactantibus **LPb** | filii **L** ‖ 24 trinos etiam **Pb** ‖ 26 cū **P** ‖ 27 id est] uel **Pa**

aetatem excipere. ut Lucanus ⟨II 108 sq.⟩: 'crimine quo parui caedem potuere mereri? sed satis est iam posse mori'.

152 IVGA CELSA templa Mineruae sunt.

153 PROPTER OPACAT HVMVM uicini agri spatia inumbrat. NIGER umbrosus.

154 ET GEMINA PEREVNT CALIGINE SOLES gemina duplici hoc est montis et nemoris.

155 SANXERE FIDEM fidem in scelus firmauere. ENYO Bellona, soror Martis. ideo Martiam dixit, quae aui pro actu ipso nomen accepit, quasi Bello nata.

156 ATQVE INFERNA CERES Proserpina.

158 MIXTA VENVS quicquid agitur, quicquid nefarie cogitatur, Venus urget infensa. et cum hoc poeticum uideatur, est tamen uera ratio. cuncta enim mala, quae geruntur, per Venerem fiunt, cui omnes propemodum mortales student.

159 NEC DE MORE CRVOR non sacrificium secundum immolantium ritum factum est: pecudum aut suum cruore, sed humano sanguine a matribus iuratur in scelus et futura crudelitas parricidii crudelitate sancitur. Sallustius, cum Catilinam parricidium patriae cum coniuratis sancire monstraret, ait plenum humani sanguinis poculum circumtulisse et hinc omnes contra salutem patriae degustasse. NEC DE MORE CRVOR in sacris enim Liberi consuetudo talis est, ut occiso capro omnes sacratum sanguinem eius

---

2 caedem parui **L** | mereri] mori **Pa** ‖ 3 mori *om.* **L** ‖ 4 hoc est quae iuga celsa *ante* templa *inser.* **P** ‖ 5 uicina *om. in marg. add.* **M** ‖ 8 duplicia **P** | montis *om.* **Pa** ‖ 10 quia **Pb** ‖ 11 a ui*?* | nomen pro actu ipso **L** ‖ 13 quicquid agitur *om.* **Pb** ‖ 14 urguet **Pa** | hoc *om.* **Pb** ‖ 15 tamen uera est **L** tamen uera **Pa** ē est uera **Pb** ‖ 19 ritum **Lc** meritum **LMP** | suadum **MP**(!) ‖ 21 futuri **L** | parricidii crudelitas **L** | crudelitate *om.* **L** ‖ 22 *Catil. XXII 1* | catelina cum coniuratis paricidiis patrie **Pb** | cum *om.* **L** ‖ 23 monstraret sancire **L** ‖ 24 hic **L** | degustasse contra salutem patriae **Pb** ‖ 26 est *om.* **Pa** *om. superscr.* **M** erat **Pb** | sacrati **LP** *superscr.* v̄ **M** | sacrati omnes sanguineei cohiberēt **Pb**

bibant. est enim animal uitibus eius infensum. unde Virgilius ⟨georg. II 380 sq.⟩: 'non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris caeditur'. hoc sane animal contrarium est Libero, ut etiam aliis diuersis diis. et pecus, quod hic uult deus mactari sibi, alius non uult. ut Venus ⟨Aen. I 335⟩: 'haud equidem tali me dignor honore'.

160 ET MIRANTIA id est admiratione digna et quae, nisi a talibus matribus, uiolare ferro nullus auderet.

162 IN SANGVINE VIVO recenti uel adhuc tepido aut certe, quo uita firmatur. ergo cum adhuc non esset puer emortuus, ostendere uolens poeta furoris insaniam, uix passae emori filios in sanguine semiuiui coniurant.

163 CIRCVMVOLAT VMBRA et hoc poetice. ut Euri- Lind. p. 171
pides . . . . Virgilius ⟨Aen. IV 386⟩: 'omnibus umbra locis adero dabis, improbe, poenas'.

165 QVALIS CVM CERVA comparatio non secundum artem poeticam. CIRCVMVENTA nefariam matrem in uindictam sui recens mactati filii umbra.

168 SVSPENSA sollicita. ut est ⟨Aen. II 728 sq.⟩ 'sonus excitat omnis suspensum'. aut uelocitate corporis pendens. ut Virgilius ⟨Aen. VII 810 sq.⟩: 'uel mare per medium fluctu suspensa tumenti ferret iter'.

169 CONCVRRERE MORSVS ut Virgilius ⟨Aen. XII 755⟩: 'increpuit malis morsuque elusus inani est'.

---

1 biberent **Pa** | eius uitibus **L** | unde] ut **Pb** ‖ 2 ob causam **L** *om.* **Pb** ‖ 3 creditur **Pb** ‖ 4 deis **L** | quod pecus **Pb** ‖ 5 hic deus uult **Pb** | sibi mactari **L** ‖ 6 aut **Pb** haut **M** nam **Pa** ‖ 7 id est *om.* **Pb** uel **Pa** ‖ 8 uisi **M** uisse **Pa** | a *om.* **Pa** | uideret **LPa** ‖ 10 feratur **Pb** (*an recte?*) | ē *superscr.* ēēt **M** ‖ 12 passi **Pa** passa **Pb** | mori **M** ‖ 13 VMBRA *om.* **MP** | *Euripidis locum restituere non potui, in libris leguntur haec:* Syrseen opersu **L** siy seeno. psu **M** sir seen (*corr. ex* senen) opsū **Pa** *sp. u. r. om.* **Pb** surse enopersu *Gud.* ‖ 15 inprobe **M** ‖ 17 circunuentia **Pb** | post CIRCVMV. *aliquid excidisse puto uelut* circumuolat | nefaria **Pa** ‖ 18 sui *om.* **Pa** ‖ 19 est *om.* **P** ‖ 20 sonus . . . ut *om.* **Pa** | suspensos **Pb** | corporis *om.* **M** ‖ 21 pendens *om.* **MPb** | uel *om.* **LPa** ‖ 22 fluctus **Pb** ‖ 23 ut] unde **P** *om.* **M** ‖ 24 increpulis **MPa** intrepidu **Pb** | malis *om.* **MP** | elisus **Pa** | inanem **Pb** | est *om.* **LP**

175 NIGER OMNIBVS ARIS hic enim color conuenit morituris. unde Virgilius, quoniam peritura Dido erat, quae sacrificium faciebat, ait ⟨Aen IV 454⟩: 'latices nigrescere sacros'.

176 SPIRAT DEVS INTEGER EXTIS est quoddam in extis signum, quod deus appellatur. quod si integrum apparuerit, propitium numen ostendit, sin uero dimidium, iratum significat numen aut certe non praesens.

177 TARDIVS HVMENTI Lucanus ⟨VII 1⟩: 'segnior Oceano, quam lex aeterna uocaret ...'

178 ET VERSVM AETHERA iuxta rationem: qua antipodes feruntur. Virgilius ⟨georg. I 250sq.⟩: 'nosque ubi primus equis Oriens afflauit anhelis, illic sera rubens accendit lumina Vesper'. ordo ergo talis est: et uersum aethera miti cura sustinuit. uersum aethera, quia nox a quibusdam axis conuersione fit. ut Virgilius ⟨Aen. II 250⟩: 'uertitur interea caelum et ruit Oceano nox'. miti cura id est: benigna mente diem tardauit et cursus Lind. p. 172 aeris, | quo solem Iuppiter retineret, longiores effecit imminentia cupiens nefariae noctis facta tardasse.

183 LATET OBRVTA CAELO LEMNOS id est: cum astris relucentibus aliae insulae cernerentur, immanitate sceleris futuri obruta sola Lemnos latebat.

186 IAM DOMIBVS FVSI id est in somnum demissi. ut Virgilius ⟨Aen. V 837⟩: 'sub remis fusi per dura sedilia nautae'.

188 AVRVM IMMANE id est aureas pateras. ut Virgilius ⟨Aen. I 728sq.⟩: 'grauem gemmis auroque poposcit impleuitque mero pateram'. dicit ergo hos grauibus poculis ebrios factos, ut merito crederentur a feminis interempti. PER STRYMONA per Thraciam. Strymon enim fluuius Thraciae est. Rhodope et Haemus montes eiusdem prouinciae. dum ergo in Rhodope ...... commemorant, quem laborem pertulerint apud fluuium Strymonem uel apud montem Haemum.

2 unde *om.* **L** ut **Pb** | quia **L** | peritura *om.* **LPa** | erat dido **Pb** ‖ 5 SPIRAT *om.* **MPb** | EXTIS *om.* **MP** ‖ 6 propellatur **P** | nisi **Pb** | integrum *om.* **Pb** | apparuit **L** ‖ 11 ET *om.* **L** ‖ 12 noxque **L** nos quoque **Pb** ‖ 14 ergo ordo **L** origo **Pb** | et . . . sustinuit *om.* **Pb** ‖ 15 que **Pa** ‖ 18 id est *om.* **LPb** ‖ 19 Iupiter solem **L** | retinet **Pb** | fecit **L** ‖ 20 tardasset **Pa** ‖ 22 lucentibus **Pb** | futuri sceleris **LP** ‖ 25 sub . . . 188 . . . Virgilius *om.* **Pa**

192 MITES CYTHEREA SVPREMA et hic obscure illud poeta tangit, quod foetoris causam hircini, quem dudum Venus Lemniadibus miserat, nunc dulci odore lenisset.

194 PERITVRO non longo tempore duraturo.

196 DECRESCVNT MVRMVRA paulatim uigiliae hominum deficiunt, ut ab omnibus eatur in somnum.

200 SECERNITQVE VIROS quos, ut letifero sopore perfunderet, separauit.

204 HYRCANAE Hyrcania Indiae regio, in qua tigrides generantur. EXIGIT ORTV id est euocat incipiente die. exigit proprie est Graeca annotatione signatum: quasi ex eo agit.

207 TEMERARIA GORGE improba uel audax: quae prima Lind. p. 173 cedit ad scelus.

210 RIMATVR quaerit, scrutatur.

215 TANGERET tunc enim credidit se peremisse, si tam diu transfigeret dormientem, donec adactum ferrum ipsa sentiret.

217 INDIGNO non indigno collo, sed indignae uxoris. nam amplexus eam fuerat auxilium petens.

2 ē fl' thratie **Pb** | est *om.* **L** ‖ 3 *locus corruptus est* | in rodope *Gud.* in rhopen **M** in rhodopen *Mon.* i rodopen deo **Pa** in rhodopen deo **Pb** *om.* **L** | commemorarent **Pb** ‖ 4 pertulerunt **LPa** ‖ 6 mit(t)is **MP** | SVPREMA *om.* **MP** ‖ 7 quod **P** q (ia) **M** et **L** | causa **MP** ‖ 8 dolorē **M** | linisse **Pb** ‖ 9 durato **M** ‖ 10 uigiliae hominibus **L** ‖ 11 omnibus *corr. in* hominibus **Pb** | in insaniam **L** insanum **Pa** ‖ 12 Secernit **M** | confunderet **LPb** ‖ 14 indiane **Pb** | in *om.* **LP** ‖ 15 ueniente **Pb** ‖ 16 proprie] prime **Pb** | est *om.* **LPa** ‖ 17 eo *om.* **M** (*ἐξάγει Vollm.*) ‖ 18 prima] propria **Pb** ‖ 19 cedit *scripsi* c(a)epit **LMPa** texit **Pb** | id scelus **L** ‖ 21 tangere **LM** ‖ 22 tandiu **MPb** | transiret **Pa** transciret **Pb** ‖ 23 ipse **P** ‖ 24 Indigna **P** | indigna colla **Pb**

219 PROPRIA DE STIRPE cognationis meae scelera referam.

220 QVOD TE FLAVE CYDON quod te, Crenaee, uidi lapsare. hos sibi dicit et lactis alimentis et affinitate fuisse coniunctos. Gyan uidi lapsare, quem fortem desponsata metuebam, quia uirtus pueri formidanda puellis est.

222 OBLICVMQVE A PATRE GENVS quia collactaneus meus fuerat et patris mei nothus. oblicum ergo dicit ex concubina progenitum. ut Lucanus ⟨VIII 286 sq.⟩: 'obliquo maculat qui sanguine regnum et Numidas contingit auos'.

228 FINXERAT composuerat.

234 INCIDIT ordo: incidit collapsa id est a matre compulsa.

Lind. p. 174 236 IN MVRMVRE adhuc murmurantis.

237 EGENTEM SANGVINIS quia senem occiderat et gladium cruore non tinxerat.

239 MEVS ILLE THOAS hic Thoas, Hypsipyles pater, rex Lemnius fuit.

242 ETSI LATA RECESSIT dicit occasionem ab urbe disiunctae domus opportunitatem liberandi patris dedisse.

243 QVINAM STREPITVS ordo: ille quidem dudum agit uersans secum, quinam strepitus, quae murmura noctis. ceterum illae duae sententiae per parenthesin interpositae sunt: una, quae generaliter dicit non esse quietos regnantibus somnos, altera, in qua domus remota a ciuitate fuisse monstratur.

---

1 PROPRIA *om.* **MP** ‖ 3 QVID **L** quo **Pb** | FLAVA **L** | quo te crine uidi lassare **Pb** ‖ 4 quem . . . puellis est *ante* hos *leguntur in* **Pb** | et[2] *om.* **M** ‖ 5 gion **Pb** Cydon **L** cyon **Pa** | lassare **Pb** | forte **Pb** fortiter **M** ‖ 7 OBLIQVVMQVE **L** obliqumque **Pb** | PARTE **L** | $\overset{i}{q}$ **M** | conlactaneus **Pa** collactanei **Pb** | meus *om.* **P** ‖ 8 fuimus **Pb** | obliquum **L** obliqum **Pb** ‖ 9 ut Lucanus *om.* **Pb** ‖ 10 qui maculat **Pb** | contigit **MP** ‖ 13 conlapsa **M** ‖ 16 et *om.* **Pa** (!) ‖ 19 fuit Lemnius **L** ‖ 21 distinctę *superscr.* disiuncte **M** ‖ 22 ordo . . . strepitus *om.* **Pb** | dudum *om.* **M** ‖ 23 secum agit versans **L** ‖ 24 sententiae *om.* **Pa** ‖ 25 qua **LPa** ‖ 26 (a *om.*) euitate **Pa** | mostratur fuisse remota a ciuitate **Pb**

247 ET MECVM FORTASSE CADES bene de periculo suo dubitauit, quia de sexu muliebri non coniurauerant occidendo Lemniades. perimenda enim haec fuerat ut proditrix coniurationis.

250 CRVDELIS VESPERA eo quod nox ueniens eos somno prostrauerat. inter uesper et uespera hoc interest: Vesper est stella, uespera tempus, quo nox ingreditur, quod hoc loco poeta describit.

252 HIC IMPRESSA TORIS ORA hic pro 'ibi'. impressa implicita ora ad lectum.

261 GELIDA NON SAEVIVS OSSA Centauri, Ixionis et nubis filii, quam pro se Iuno mutauit. qui cum in nuptiis Pirithoi ebrietate caluissent et uellent puellae nubentis irrumpere thalamum, a Lapithis, quorum rex Pirithous fuit, interemp|ti sunt. Lind. p. 175

263 NVBIGENAE Herculis fabulam tangit. qui cum in hospitio ad Dexamenum regem uenisset, Deianiram filiam eius corrupit et fidem dedit se eam uxorem esse ducturum. post eius discessum Eurytion Ixionis filius Centaurus uxorem Deianiram petiit. quam pater uim timens Eurytioni promisit, qui constituto die cum fratribus ad nuptias uenit. eo forte die, quo nuptiae celebrantur, superueniens Alcides Centauros interfecit, Deianiramque insperate suo matrimonio copulauit. [item aliter: Centauri, cum in matrimonium Pirithous Hippodamiam duceret, uino pleni Lapitharum uxores conati sunt rapere. qui omnes a Lapithis occisi sunt. unde Virgilius ⟨georg. II 455 sqq.⟩:

---

2 curauerant **M** comunicauera **Pa** ‖ 3 hec *om. superscr.* **M** ‖ 6 uesperam **LPb** ‖ 7 Vesper est stella *om.* **P** | ingreditur nox **LP** ‖ 9 inpressa **Pa** ‖ 12 p̧ se **Pb** ‖ 13 calcauissent **Pa** ‖ 14 fuit Perithous **L** ‖ 16 in *om.* **L** ‖ 17 Dexaminum **L** exeanimū **M** exanimum **Pa** exantinum **Pb** *cf. not. ad myth. II 162* ‖ 18 corrumpit **P** | uxorem esse *om.* **Pb** ‖ 19 eius *om.* **LP** | decessum **Pa** | e///uritiūs **M** | Iouis **L** | uxorem *om.* **Pa** ‖ 20 petit **P** *corr. ex* petiit **M** petiuit **L** | cuius pater **L** ‖ 21 cum fratribus . . . die *om.* **P** ‖ 22 celebrarentur **Pb** celebrantur *superscr.* ba **M** | superuenit **Pb** ‖ 23 suo matrimonio insperato **Pb** ‖ 27 unde] ut **Pa**

'Bacchus et ad culpam causas dedit; ille furentes
Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque
et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.]

VIX mox.

Lind. p. 176

265 THYONEVS sic Thyoneus, quomodo Semeleius. Liberi enim patris mater Thyone dicta est, quae et Semele appellatur. et in hoc colore Virgilium poeta secutus est. nam ille in perturbatione Troiani excidii dicit Aeneae Venerem subuenisse, iste Thoanti Liberum patrem.

267 ET MVLTA SVBITVS CVM LVCE quotienscumque se numina mortalibus ingerunt, multo se luminis splendore perfundunt.

270 NVBILVS tristis. pro calamitate propriae ciuitatis.

275 QVAE PLVRIMA FVDI ex eo, quod dicitur, factum intellegitur.

277 INFANDVM NATAE id est Veneri. nihil ergo sine Iouis nutu numinibus conceditur facere. ut Virgilius ⟨Aen. VII 305 sq.⟩: 'concessit in iram ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae'. uides ergo sine iussu Iouis ne numinibus quidem licere suas iniurias uindicare. ut Horatius ⟨carm. IV 6, 21 sqq.⟩: 'ni tuis uictus Venerisque gratae uocibus diuum pater annuisset rebus Aeneae potiore ductos alite muros'.

282 MAVORTIA DIVAE pudicae Veneri. exclamatio cum admiratione Liberi patris, sed iucunda et uere poetica. cum sciamus Venerem semper lasciuam et delicatam,

---

1 Bacchus . . . Pholumque *om.* **MP** ‖ 3 Lapithis *om.* **Pb** | minantēs **Pb** ‖ 5 Thoneus **M** Prothioneus **P** | prothioneus **P** quoniam **Pb** | Semeleus **L** o semeleī **Pa** ob semelem **Pb** ‖ 6 liber liberi (enim *om.*) **Pb** | etiam semelle **Pb** ‖ 7 uirgilius **Pb** ‖ 8 in *om.* **Pa** | *Aen. II 588 sqq.* ‖ 9 Venerem Aeneae **L** ‖ 11 numina se **L** semina **M** | luminis se **L** ‖ 12 *post* perfundunt *in* **P** *haec leguntur*: et rem temporis transtulit ad personam quod saepe (semp **Pb**) maro fecit (facit **Pb**). *quae spectare uidentur ad* SVBITVS ‖ 14 fundi **M** fuit **Pa** ‖ 15 intelligitur **LP** ‖ 18 iras *Verg.* ‖ 19 uidens **LMPa** ‖ 21 uictus *om.* **LMP** ‖ 23 muros o. **M** ‖ 24 pudiue **Pa** p. diuę **MPb** ‖ 25 iocunda **Pb** ‖ 26 cum] ut **Pb** | semper *om.* **Pb**

mirandum, unde in delicato pectore tam repentina crudelitas.

285 ARCENTIBVS VMBRIS id est quamquam arcentibus. et est anacoluthon, ut sit: quamquam arcentibus umbris tamen iter clarauit limite longae flammae. longae autem dixit stellae tractu. clarauit ergo pro 'clarum fecit'.

287 CVRVO ROBORE CLAVSVM fluuiali nauigio, quod sinu roboris incauatur. et ideo clausum: quasi in angusto roboris collocatum.

289 AMPLEXO participium est. hoc est: huic Aegaeoni Cycladas amplexo — pro 'amplectenti' — patrem commendo.

296 PVDIBVNDA nomen est, non participium. nam tempore caret, patiendi significatione priuatur. et indicat non pudentem, sed pudenti similem, quae erubescit admissum facinus temporis alieni et lucem, etiamsi nollet nocturnae caedis crudelitate foedari.

297 IVBAR ostendit poeta generis neutri esse. et Ouidius ⟨met. I 767 sq.⟩ hoc genere declinauit: 'per iubar hoc . . . . iuro'. DECLINIA quae declinarent et fugerent. opposita enim nube ante uultus suos Lemniadum crimine declinauerat sol.

298 IVGA pro equis. REFERT referit. fugit enim sol crudelitatem. aut refert 'deflectit' melius intellegamus.

300 HABITVS RVBOR quamquam inter similes rubor non habetur, tamen noui criminis conscientia se inuicem formidabant.

Lind. p. 177

305 INSVLA DIVES AGRIS uerba plangentis et ideo pronuntiatione sensus est adiuuandus.

---

3 arcentibus umbris: & est **L** ‖ 5 claruit **LPb** l'ruit **Pa** ‖ 6 tractaū **Pa** ductu **L** ‖ 9 collatum **M** ‖ 10 est[1] *om.* **L** | hoc] et **Pa** ‖ 11 ciclades **P** | commendo *om.* **Pb** ‖ 12 nam . . . pudentem *om.* **Pb** ‖ 13 caret & **L** ‖ 14 qui **L** quod **Pb** qʒ **Pa** q̄ **M** ‖ 15 etsi **Pb** ‖ 16 nocturna **L** ‖ 17 esse neutri **L** neutri **M** ‖ 20 ante *om.* **L** autem **Pa** | crimina **MPa** (!) ‖ 22 pro equis posuit **L** | referit **MPb** refert **Pa** *om.* **L** | fugit enim *om.* **Pb** ‖ 23 intelligamus **LP** ‖ 25 non *om.* **MP** | habitus **Pb** ha **Pa** | conscientia noui criminis **L** ‖ 27 AGRIS *om.* **MP** | pronuntiatio **Pa** ꝑnuntiatio **Pb**

306 NOTA SITV temporis nobilis. ET GETICO TRIVMPHO Thracico bello, ex quo redeuntes uictores Lemniadibus multas in triumpho contulerunt opes.

307 NON MARIS INCVRSV id est: non naufragio, non bello, non pestilentia perierunt.

309 NON ARVA VIRI officia uirorum cessasse dicit, quibus fuerat Lemnos orbata.

314 SCEPTRVM SVPER ARMAQVE sceptrum ad regni ornamenta, arma rettulit ad uirtutem.

325 SINE CONIVGE LEMNON id est sine uiris. aut sine culmine dignitatis.

326 VIGILES epitheton commune: uigil sensus, aut quia maritorum desiderio nocte fortius cogitatur.

327 INVISA POLYXO quae persuaserat scelus.

332 MASSYLO SVB HOSTE sub leone Mauro.

Lind. p. 178 335 ECCE AVTEM aduentum Argonautarum describit ad Lemnon, qui missi erant a Pelia rege ad Colchos ad Phrixei arietis pellem auream deferendam.

336 PELIAS PINVS Argo nauem dicit, quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. Cicero ⟨de Fato 35⟩: 'utinam in nemore Pelio caesae securibus ad terram cecidissent abiegnae trabes'. siue Pelion, unum de numero Argonautarum, significat Phthium (cuius ciuitas est Phthia,

---

1 corporis L ‖ 2 TRIVMPHO *om.* M | thaco Pa taico Pb tracho *add.* i M | Lemniadum LP *corr. in* leniadib9 M ‖ 3 in triumphum Pb | contulerant LP c̄tuler̄ M ‖ 4 id est *om.* Pb | non[1] *om.* M ‖ 6 arma LmMP | officii M ‖ 8 Sceptrumque MPb | SVPER *om.* MP | ARMA L ‖ 9 ornamentū Pb | arma *om.* M | retulerit M | ad uirtutem rettulit Pb ‖ 10 LEMNOS L ‖ 11 uirginitatis P ‖ 14 suaserat L ‖ 15 SVB HOSTE *om.* MP | Mauro leone L ‖ 17 Lemnum L | Pelia L oeta MP (= Aeeta. *fabula plane peruersa esse uidetur*) | ad[2] *inserui* ‖ 18 defendendam P *del. superscr.* deferendam M ‖ 19 PINVS PELIAS L | nauim L ‖ 21 'Ex hoc genere illud est Ennii: Vtinam ne in nemore Pelio securibus caesa cecidisset abiegna ad terram trabes!' *Cicero* | pelion (= Pelio ne?) MPa *om.* Pb ‖ 22 siue] si uero Pa | Peleum*!* | unum . . . meminit *om. in marg. super. add.* M | de] e L *om.* P | numero *om.* Pb ‖ 23 phitium Pb filium LMPa | cuius *om.* P | thia M phitia P

cuius Virgilius ⟨Aen. I 284⟩ meminit: 'Phthiam clarasque Mycenas') aut certe Pelion, Neptuni filium, qui Iolci summam obtinebat. hic enim responsum acceperat, ut ab eo spoliaretur arce, qui altero ei nudo pede occurrisset. quapropter hoc uelocius sustinuit, quo euitare captauit. Iason quidem natus ex Aesone, fratre regis, occursurus sacris, quae Neptuno is faciebat, dum per Anaurum flumen transit, detentum limo alterum pedis calciamentum reliquit atque ita fato agente peruenit ad Peliam. qui in illo timens, quidquid ab oraculo fuerat dictum, sub specie gloriae eum misit ad Colchos ad auferendam auream arietis pellem. ergo Pelias pinus Argo nauem dicit, quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. HOSPITA quasi prima. INTACTI PONTI quia ante Argo nauem inuiolatus fuit.

337 AGVNT MINYAE Minyae Thessali, a Minya rege Thessalorum, a cuius nomine omnes Argonautae Minyae nominati sunt. CANET spumat. id est dextra laeuaque reuulsi fluctus cano litore feruebant.

340 TONSIS remis.

341 MITIOR ET SENIBVS CYGNIS Ouidius ⟨met. XIV 429 sq.⟩:

> 'uerba sono tenui maerens fundebat, ut olim
> carmina iam moriens canit exsequialia cygnus'.

---

1 meminerat uirgilius Pb | Phthiam *om.* M ‖ 2 Peliam*!* | qui *om.* P | hiulci M illius loci LP ‖ 3 summa P | optinebat MPa | huic L | acceperat] fuit L ‖ 4 *in* arce *ἀρχήν latere puto* | qui] ut M | alterno nudo pede ei Pb ‖ 5 quo magis*?* | tentauit L captaū M captaui Pa ‖ 6 equidem Pb siquidem L quod Pa | essone Pb eo Pa | occusurū Pa occursum Pb ‖ 7 sacris *om.* Pb | faciebat is neptuno Pb | anaurum *corr. ex* anarum M annarum Pb Euhenum L ‖ 8 religit Pa negligit L ‖ 9 perueniunt Pb deuenit L | pelion quia qui Pb ‖ 10 ab *om.* MP ‖ 11 eum *om.* LPa | aurea . . . pelle Pa ‖ 13 HOSPITA . . . . fuit *in* P *post* abiegnae trabes *leguntur* ‖ 14 quia ante] que non Pa ‖ 16 AGVNT *om.* MP | Mimiae.minsę.thessalimine a rege M *similia* P | Minyae *om.* L ‖ 17 thebanorum Pb thessaliborum M ‖ 18 appellati L | dextera Pa *corr. in* dextra M | laeua dextraque L ‖ 19 littore L ‖ 21 segnibus M | agnis Pb

343 ACCEDVNT consentiunt, ut tranquilla subdant. sic Terentius in Adelphis ⟨u. 350⟩: ‘accedo, ut melius dicas’. aut accedunt, ut audiant. quasi sensum recipientia. sed melius ‘consentiunt’.

344 ORPHEVS quemadmodum in naue caneret, dicit. cuius dulcedinem morientis cygni comparat cantilenae. dicuntur enim cygni mortis tempore dulcius solito canere.

345 NESCIRE LABORES id est cantus dulcedine laborem sentire non sinit.

346 ORAQVE PRIMI Symplegadas, ut asserit Euripides.

347 CYANEIS MARIS Cyane Nympha in Sicilia est. Venus indignata, quod Proserpina suum numen contemneret coniugia spernens, Plutoni, qui territus uiribus Typhoei euomentis Aetnam, cui subiectus erat, cum ab inferis emersisset, intulit amorem, ut Proserpinam circa cacumen Aetnae flores legentem eriperet. qua compressa cum properaret curru fugere, Cyane Nympha, quam dilexerat Anapus amnis, intercedente tardatus est. at ille incensus ira morae, intercedentem, ut rumperet, sceptro percussit, praecepsque in inferna demersa est et in liquorem conuersa. cuius lacus contiguus est Arethusae. NOS THRACIA VISV nos putamus Thraces in ultionem uenire nauigio, qui uicti a uiris fuerant Lemniadum.

Lind. p. 179 355 SOLVTO molli aut muliebri.

357 ADVERSO utrum situ aduersum posuit id est positione loci an aduerso inimico, quippe Mars Lemnum merito oderat, quia in ea insula a Vulcano cum Venere fuerat deprehensus?

361 CORTYNIA tantum, inquit, a portu aberat nauis,

1 *schol. 343 et 344 inuerso ordine leguntur in* **LMP** ‖ 2 cedo *Terentius* ‖ 3 accedant **M** ‖ 5 Orpheum **M** | in naui **LP** | canerent **L** ‖ 6 dulcedine **P** ‖ 8 *schol. 345 om.* **Pa** ‖ 9 non sentire sinit **Pb** ‖ 10 PRIMVM **L** Primi *ex correctura* **M** | riplegadas **M** | *Medea 1 sq.* ‖ 11 Cyonei **MP** | est *om.* **L** ‖ 12 numen *om.* **Pb** ‖ 13 Plutoni *inserui ex myth.* (II 93) ‖ 16 quam compressam **Pb** ‖ 17 curruque **L** cursu **Pa** | fugeret **LPa** fingere **Pb** ‖ 20 in[1] *om.* **Pb** ‖ 22 non **Pa** | putamus *superscr.* ui **M** ‖ 26 merito Lemnum **LPb** ‖ 27 que **P** | in illa **L** ‖ 28 deprensus **Pb** ‖ 29 ab portu **M**

quantum Cretensium sagittarum iactus exprimitur. Cortynia enim dixit Cretensia.

363 PELASGAE Graecae nauis id est Argo.

364 HORROR obscuritas.

365 SOLE DIES pro ‘ab omni die raptus est sol’. noue dictum.

367 REDIT HVMIDA TELLVS arenae funditus auulsae impetu iactantur aquarum.

372 TRITONA puppim. solet enim omnis nauis pictura quacumque signari. ut Virgilius ⟨Aen. X 209⟩: ‘hunc uehit immanis Triton’.

373 INSANA ARBOR uel magna uel instabilis. nimis poetice dixit ‘insana arbor’. accipimus enim mobilem, ut hi, qui insani sunt, loco stare non possunt.

377 DVM LABOR ILLE VIRIS dum Argonautae tempestate Lind. p. 180 iactantur.

378 FLVITANTIA ordo: inualidis lacertis fluitantia tela spargimus. et bene inualidis utpote femineis. fluitantia incerta.

379 QVID NON AVSA MANVS quod non post scelus ausae sumus? nam cum occidissemus uiros, etiam semideos bello attrectare tentauimus.

382 AEQVORA FVNDO EGERERE hoc est sentinam proici facere. Ouidius ⟨met. XI 488⟩: ‘egerit hic fluctus aequorque refundit in aequor’.

384 CARENT CONAMINE VIRES Lucanus ⟨III 692 sq.⟩: ‘incertasque manus ictu languente per undas exercent’. omne enim corpus, quod motu rei alterius commouetur,

5 *post* DIES hiperbaton *inser.* **P** | raptus est *om.* **M** (*recte ut uidetur*) | *post* sol *denuo praebent* pro ab omni die **P** ‖ 7 Regit **P** | harenae **LPa** ‖ 9 TRITONIA **L** | PVPPIS **L** nauī **M** ‖ 11 inmanis **MPb** ‖ 13 accipiam **Pb** ‖ 14 sunt *om.* **LM** (insanis = insani sunt **Pa**) ‖ 20 non potest scelus **P** *corr. in* non post scelus **M** scelus non **L** | ausus **Pa** ‖ 21 odissemus *superscr.* occidissemus **M** | etiam] et **Pb** ‖ 22 tempestauimus **Pb** ‖ 23 AEQVORA *om.* **MP** | EGERERE *om.* **MP** | proicere **Pa** proici *corr. in* proiici **Pb** *om.* **LM** ‖ 24 hic *om.* **L** hi **Pa** i **Pb** ‖ 25 aequore fluctus **L** ‖ 28 enim *om.* **M** | alterius rei **L**

ad iaciendum stabilem non habet firmitatem. sicut Sallustius: 'imbecilla est fortitudo, dum pendet'.

385 FERREA NIMBIS iaculorum pluuiam describit. ut Virgilius <Aen. XII 284>: 'ac ferreus ingruit imber'.

387 CRINITVM MISSILE lanceis per stuppam insertum ignem demonstrat. nam quando flammam aliquis quatit, ut iaciat, quosdam crines facit. ut Virgilius <Aen. V 528>: 'crinemque uolantia sidera ducunt'.

389 ET AB IVNCTIS REGEMVNT TABVLATA ab iunctis ergo hyphen noli accipere. operta autem pinus pellibus, ut mos est. abiunctis quidam hyphen legunt: diuisis. sic in Olympio: 'abiungere luna iunices'. cui contrarium est iungere.

Lind. p. 181 390 HYPERBOREA NIVE Scythica. Hyperborei enim montes trans aquilonem sunt. et est uocabulum Graecum. ὑπὲρ enim Graece, Latine 'ultra' dicitur. βορέας aquilo nuncupatur.

392 AMARO noxio. unicuique enim res, quae nocet, amara est. ut Virgilius <georg. II 247>: 'tristia temptantum sensu torquebit amaror'.

397 ARMA ALIENA non maritorum suorum arma dixit, sed arma aliena id est sexus alterius. nam cum per timorem uisorum Argonautarum reuocamur ad sexum, reperit uires suas natura, cum alienas non potuisset implere.

398 AEACIDAS Telamonem et Peleum, filios Aeaci.

399 ANCAEVM Lycurgi filium a Salamina.

401 ALTERNVS eleganter alternus: ne in uno latere

1 iaciendum **MPb** iecendum **Pa** ‖ 2 *Maurenbrecher II p. 204* | inbecilla **MP** ‖ 5 CRINITVM MISSILE *iterau.* **P** ‖ 6 ignem insertum **L** ‖ 8 dicunt **MP** ‖ 9 REGEMVNT TABVLATA **L** ab illa regemunt **MPb** ab illa re regemunt **Pa** | adiunctis **MP** ‖ 11 adiunctis **MPa** ‖ 12 *ad* 'Olympio' *cf.* II 58 | cuius **Pb** ‖ 13 coniungere **L** ‖ 14 enim *om.* **Pb** ‖ 16 dicitur *om.* **Pb** | βόρεας **L** ‖ 18 rei res **P** ‖ 19 temptatum **Pa** temp . . . **Pb** te tantū **M** ‖ 20 sensuȝ **Pa** | torquebat **L** | amaro **LMPb** amoror **Pa** ‖ 23 uisorum *om.* **P** | argonautorum **Pa** | ad secum **P** ‖ 25 ęacides id est peloum et thelamonem **Pb** | Aeaci filios **LP** ‖ 26 Angeum **P** | & Salaminae **L** ‖ 27 ne] est **Pb** ut *superscr.* ne **M**

forte consistens mole corporis aut uirtutis uerteret nauem. alternus ergo nunc hic nunc illic, in utraque parte consistens.

403 AT LEVIS utrum hoc epitheton ad discretionem Herculis dicitur, quia ille grauis, an ad animi mobilitatem, quia nullam Iason firmo amore possedit uxorem? deserta enim Hypsipyle Medeam duxit, relicta Medea Glaucen sortitus est uxorem. hoc ideo dixit, quia cum Argonautae Lemnum fuissent ingressi, hanc Iason suo matrimonio sociauit, quam utero grauem reliquit. ex quo conceptu geminos edidit Hypsipyle.

405 OENIDEN Meleagrum significat.

412 AVDIRE NEGANTEM non obtemperantem dextrae. Lucanus <III 593 sq.>: 'qua nullam melius pelago turbante carinae audiuere manum'. audire et nauis dicitur et currus. ut Virgilius <georg. I 514>: 'neque audit currus habenas'. hic ergo Tiphys gubernator nauis Argo.

413 MVTAT IMPERIA mutare imperia est modo huc modo illuc nauem conuertere.

417 MOPSI GESTAMINA quia Mopsus tamquam uates Argonautarum olea fuerat coronatus. huic Mopso se Amphiaraus ab Iasone praelatum fuisse iactauit. ait enim <III 520 sq.>: 'nec me uentura locuto saepius in dubiis auditus Iasone Mopsus'.

419 INVOLVERE PROCELLAE uox enim, quae aut in speluncam emittitur aut in antrum uel certe per litora ipsa, inuoluitur, quia aut caua loca sunt aut curua, quae uero in libero aere iactatur, late fusa respondet.

2 huc **L** | in neutra **LP** ‖ 4 LEVIS leuis **L** lenis lenis **Pa** ‖ 5 an ad imbecillitatem quia **Pb** ‖ 6 deserta . . . uxorem *om.* **M** ‖ 7 deserta medea **Pb** | glaucē **Pa** glaucem **Pb** ‖ 9 fuiss. ingr.] uenissent **M** | iason *corr. ex* iaso **M** ‖ 10 copulauit **Pb** ‖ 12 oenidē **MPa** oearidem **Pb** ‖ 14 quā nulla **Pa** | turbare **L** ‖ 15 carinam **L** carina **Pa** carmina **Pb** | audire **P** | & currus dicitur **L** ‖ 16 ut *om.* **Pb** unde **L** ‖ 17 habenas *om.* **Pb** ‖ 21 huic mopsus **Pa** | se *om.* **Pb** et **Pa** ‖ 22 amphiaraum **Pb** | a **Pb** ‖ 24 a iasone **Pb** ‖ 26 spelunca **LPb** speluncā **M** | antro **LPb** ‖ 28 iactantur **MPb** | fusa] sua **Pa** | non respondet *Vollmer*.

Lind. p. 182 422 DE MORE contrarie poeta dixit 'de more', cum nemo nauigium ante temptasset. de more ergo hic ait de propria ipsorum consuetudine.

427 RVBENTVM quia iuxta mare rubrum sunt, siue quia uicinia solis ignita est. Aethiopas ergo hoc loco describit. Gigantes ab ipsis suscepti dicuntur hospitio. aut certe propter iustitiam a numinibus diliguntur. hoc etiam Homerus in primo libro signauit eo, quod Iuppiter cum his propter iustitiam et aequitatem morum deserto caelo frequenter epuletur. dicuntur enim iustissimi homines esse Aethiopes et ideo relicto orbe frequenter eos reuisunt caelicolae.

430 CAELIFER ATLAS Iuuenalis de raritate numinum ita dixit ⟨XIII 46 sqq.⟩: 'nec turba deorum talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis numinibus miserum urgebant Atlanta minori pondere'. quod hic de absentia numinum respirare dixit Atlantem.

431 AB ADSERTO MARATHONE Marathon ciuitas est, in qua Theseus nutritus est. quam cum Persae inuasissent, ab Atheniensibus Theseo duce caede magnorum uirorum liberati sunt. unde factum est, ut ita Athenienses iurent: *μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι.* HIC ET AB ADSERTO Minos, Iouis et Europae filius, cum patri sacrificaturus ad aras accederet, orauit potentiam numinis, ut dignam aris suis hostiam ipse praeberet. itaque subito taurus apparuit

---

1 cum nemo . . . de more *om.* **LPa** ‖ 4 recūbentū **M** rubentiū **Pb** | qui **MPa** ‖ 5 uicina soli signata est **MP** uicina signata est soli **L** uicinia solis ignita est *Gud.* | hic loco **Pa** ‖ 6 Gigantes **M** quia cum gigantes **L** quia **P** | haud **Pb** ‖ 7 a numinibus . . . . iustitiam *om.* **Pb** | hoc] hic *corr. in* hinc **M** ‖ 8 imprimo **Pa** | libro *om.* **LP** | *Od. I 22 sqq.* | significauit **L** ‖ 10 epulentur **Pb** ‖ 14 ita *om.* **LPa** | talis *om.* **M** ‖ 16 Atalanta **LMP** | et hic de **Pb** ‖ 17 Athalantem **LMPa** ‖ 18 ASSERTO **L** | est *om.* **LP** ‖ 19 est *om.* **Pa** | qua **Pa** ‖ 21 est *om.* **M** | uiuerent **M** ‖ 22 Marti et Marathoni **LPb** ma et maratoni **Pa** mat' & maratoni **M** | *ueram lectionem, quam iam Bodius restituit (cf. Philol.* XXXIII *p. 138), cod. Bamb. seruasse uidetur* | ASSERTO **L** | hi abserto **Pb**

nimio candore perfusus. quem admiratus Minos religionis oblitus armenti sui maluit esse ductorem. cuius ardore Pasiphae fertur arsisse. igitur contemptus a filio | Iuppiter Lind. p. 183 indignatus furorem tauro subiecit et Cretensium non solum agros, sed etiam moenia uniuersa uastauit. hunc Hercules missus Eurysthei imperio superauit uictumque Argos usque perduxit. ibi consecratus est Iunoni ab Eurystheo. sed Iuno exosa munus, quod ad Herculis gloriam pertinebat, taurum in Atticam regionem expulit. ibique a monte eius Marathonius appellatus est. quem postea Theseus, Aegei filius, interemit. quo facto aeternae gloriae sibi titulum comparauit.

432 ET ISMARIOS FRATRES Zetum et Calain dicit, Ismarii Aquilonis filios, id est Thraces a monte Ismaro, cuius etiam Virgilius meminit ⟨ecl. VI 30⟩: 'nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea'. et ideo pretiosiores dicuntur a nimietate frigoris uirides lapides, qui smaragdi nuncupantur.

434 NON INDIGNANTE PRIOREM bene non indignante, quia Admeti pecus pauerat et obsequiis eius emeritis ei tamen fauebat, apud quem passus uidebatur iniuriam. quia iuxta Amphrysum fluuium pecus pauit — unde Virgilius ⟨georg. III 1 sq.⟩: 'et te memorande canemus pastor ab Amphryso' — quod fabricatores fulminis sagitta percusserat, quia Asclepius, Apollinis filius, fuerat fulminatus. rogatu enim Dianae Hippolytum ad auras superas re-

---

1 quem cum admiraretur **Pb** ‖ 3 pasiphe **MP** | dicitur **L** | arsisse fertur **Pb** | a filio] *superscr.* i. minoe **M** ‖ 5 unius **Pa** | huc *corr. in* hunc **M** ‖ 6 corusce imperij **Pa** ‖ 7 est *om.* **LMPa** ‖ 8 ad *om.* **Pb** *add.* **M** ‖ 9 ibi **LPa** ‖ 10 theseus postea **Pa** ‖ 11 aeternos sibi gloriae titulos **LP** ‖ 12 titulū *corr. ex* titulo **M** ‖ 13 ET *om.* **L** | HISMARIOS **LPb** samarios **Pa** | Calaim **L** calim **Pb** ‖ 14 Hismarii & **L** samaria **Pa** ‖ 15 meminit *om.* **Pb** ‖ 16 ideo **MP** inde **L** ‖ 19 Indignantē **M** | indignantē **Pa** indigñ **M** ‖ 20 que **Pa** | obsequi **Pa** | emeritus **LM** meritis **Pb** | ei] et **Pa** ‖ 21 faciebat **P** | que **Pa** ‖ 22 pauit pecus **L** | pecus *om.* **Pa** ‖ 24 quia **L** | percussit **M** ‖ 25 quoniam **L** que **Pa** | Aesculapius **LPb** ‖ 26 ad superos (auras *om.*) reuocauerat **Pb**

uocarat. ut Virgilius ⟨Aen. VII 769⟩: 'Paeoniis reuocatum herbis et amore Dianae'.

436 GENERVMQVE PROFVNDI generum Nereos Peleum significat, quia Thetidem, Nerei filiam, duxit uxorem, Achillis matrem.

438 OEBALIDAE id est Castor et Pollux, qui Spartani fuisse dicuntur, quia Oebalia urbs Spartae est. CHLAMYS ARDET splendet. Virgilius ⟨Aen. IV 262⟩: 'Tyrioque ardebat murice laena'.

443 VIX CVRSV TENER AEQVAT HYLAS Virgilium imitatus hoc loco poeta est dicendo ⟨Aen. II 724⟩: 'sequiturque patrem non passibus aequis'. Hercules cum accessisset comes Argonautis, Hylam, Thiodamantis filium, secum duxit armigerum, admirandae pulchritudinis iuuenem. qui remum fregit in mari, cum pro suis remigat uiribus, cuius reparandi gràtia Mysiam petens siluam fertur ingressus. Hylas uero cum aquatum perrexisset, conspectus a Nymphis raptus est. quem dum Hercules quaerit, relictus ab Argonautis in Mysia est. unde Virgilius ⟨ecl. VI 43sq.⟩: 'nautae quo fonte relictum clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne sonaret'.

445 ET TACITIS CORDA ASPERA FLAMMIS occultis. ut Virgilius ⟨Aen. IV 67⟩: 'et tacitum uiuit sub pectore uulnus'. iterum, inquit, Lemniades coniugalia iura desiderant, et Argonautis idcirco iunguntur, ut, cum abire coeperint Argonautae, denuo suas derelictis Lemniadibus uideatur iniurias uindicare.

---

1 ut] unde **L** ‖ 3 -QVE *om.* **Pb** | PROFVNDI *om.* **LPa** | generum *om.* **LP** ‖ 4 qui **L** que **Pa** ‖ 5 patrem **P** ‖ 6 oebalidem (*om.* id est) **Pb** | spartana nati **P** ‖ 7 que **Pa** | urbs supratana **Pb** | CHLAMYS *om.* **L** ‖ 8 splendet *om.* **M** | Tyrioque] *om.* **Pb** muriceque **MPa** ‖ 10 ylas **M** ulas **P** | Virgilius **Pb** | in mutatur **Pa** mittatur **Pb** ‖ 11 est *om.* **Pb** | *scribere malim* dicentem ‖ 13 hilan **Pb** ylā **M** iliā **Pa** ‖ 14 pulcritudinis **Pa** | qui ut remum **M** ‖ 15 cuius *om.* **Pb** | recupandi **Pb** ‖ 16 petere **Pb** ‖ 19 qȝ **Pa** ‖ 20 ut *om.* **MPb** | littus **L** | Hyla Hyla *om.* **Pa** | Hyla *om.* **M** | clamaret **Pb** ‖ 21 tacitis occultis **Pb** ‖ 22 uoluit **Pb** ‖ 23 itᵃ **Pa** Ita **L** | desciuerant **L** desiuerant **Pa** ‖ 24 et *om.* **Pb** | idcirco Argonautis **L** ‖ 25 relictis **L** | derelictis denuo suis **Pb** ‖ 26 uideantur **L**

446 REGIA IVNO Iuno, inquit, iniecit nobis mentem benignam, quia Argonautis fauebat propter Iasonem — qui eam fluuium transiecerat, cum se illa inanem simularet — ut eorum cupientissime thalamis iungeremur. et ideo hic Iunonem uiros nitidos | effecisse subiunxit ut nuptiis. nam Lind. p. 184 adulterio, si hoc Venus efficeret, placuissent.

453 FATVM EXCVSABILE CVLPAE fatum nostrae culpae, quod uiros occideremus. minuit ergo amoris inuidiam, cum dicit culpae. ut Virgilius ⟨Aen. IV 19⟩: 'huic uni forsan potui succumbere culpae'.

456 BLANDVS IASON subaudimus 'erat'. Iason blandus dare uincla uirginibus nouis, id est: qui solitus sit mutare coniugia. cui sese postea addixit Medea, tertio Glaucen uel uxorem habuit uel dimisit.

458 PHASIN fluuius, quem ideo cruentum dicit, quod per eum Medea patrem fugiens insequentem interempti fratris dicitur membra iactasse. siue fluuius Scythiae Phasis est barbarorum caedibus cruentus assidue. COLCHI ciuitas gentis eiusdem, Medeae patria. ALIOS AMORES quia post Hypsipylen Medeam duxit uxorem.

462 NON SPERATIS ALVMNIS unde enim sperarent filios habere posse, quae uiros omnes occiderant?

464 ENITOR pario. unde et 'enixae' dicuntur, quae generant.

---

1 infecit **P** fecit **L** | mentem *om.* **Pb** ‖ 2 que **Pa** | quia **L** ‖ 3 transfecerat **P** | in anum illa **L** illa manum **P** | similaret **L** ‖ 4 iungeretur **LMPb** ‖ 5 fecisse **Pb** | ut nuptiis placerent? | nā **M** non **LP** ‖ 6 sic **Pb** | placuissent *corr. ex* placuisset *transpos. ante* nā **M** ‖ 7 Factum **Pb** | exuperabile **P** *del. superscr.* excusabile **M** | fatum . . . culpae[3] *om.* **Pb** ‖ 9 ut . . . culpae[3] *om.* **Pa** ‖ 11 IASON *om.* **Pb** | subauđ **M** | erat *om.* **Pa** ‖ 12 uincula **P** | solitum **Pb** | sit *om.* **Pa** ‖ 13 coniuga **Pa** coniugium **Pb** | cui *om.* **Pb** tum **MPa** | tū sese *del.* **M** | addixit *om.* **MP** | medeā **MPa** | Medea . . . per eum *om.* **Pb** | *cogitaui de scribendo* qui postea Medeam, tertio . . . ‖ 16 fugiens patrem **L** | interempta **Pa** ‖ 17 dicitur fratris **L** ‖ 18 pedibus **MP** ‖ 19 eiusdem gentis **L** | patriam **Pb** ‖ 20 medea **M** ‖ 21 speraret **Pa** ‖ 22 occiderant *corr. ex* occiderent **M** ‖ 23 et *om.* **L** ‖ 24 generat **Pb**

466 QVATER QVINQVENNIA uiginti annos ostendit, ex quo ediderat ex Iasone filios.

470 ODIT dure animauit nauem dicendo 'moram odit', ut Virgilius colli oculos dedit dicendo ⟨Aen. I 420⟩: 'aduersasque aspectat desuper arces'. mirabilis allocutio est, quotiens dura a poetis animantur.

475 VELLERA PHRIXI Phrixus et Helle Athamantis, Aeolo geniti, et Nepheles filii fuerunt. quos cum nouerca persequeretur infesta, arietem aurei uelleris conscenderunt. mare ingressi patriam Colchos petebant. sed enim Helle utpote puella sexu infirmior in mare delapsa nomen Helles ponto tribuit. Phrixus deuenit ad Colchos ibique immolato ariete pellem eius auream Marti dicauit, quam draco peruigil custodiebat. ad quam repetendam Iason a Pelia rege missus semideos Graeciae congregauit, qui ex nauis nomine Argonautae sunt dicti, quae a uelocitate Argo nominata est, quod dicente Homero datur agnosci. ait enim ⟨Iliad. I 50⟩: καὶ κύνας ἀργούς id est canes ueloces. quae cum praedictis prima omnium ingressa est mare. sed Iason ubi Colchos aduenit, adamatus a Medea, Aeetae regis filia, anguem necauit carminibus soporatum et ablatam pellem reuexit ad patriam.

Lind. p. 185 476 VT STATA LVX PELAGO statuto die, quo abscederent Argonautae.

477 TIPHYS gubernator nauis Argo. RVBVERE CVBILIA PHOEBI physici serenitatem futuram dicunt, si sole occidente nubes rubescant.

---

1 ex *om.* **Pb** ‖ 3 nauim **Pb** ‖ 4 ut *om.* **L** ‖ 5 illa locutio **Lc** est *om.* **Pb** ‖ 6 qua **Pb** ‖ 7 elles **MPa** | athamanti **M** ‖ 8 Aeolo *om.* **Pa** | Nephiles **L** nephelie **Pa** nephele **Pb** nefelle **M** ‖ 9 prosequeretur **L** pseq̄tur *superscr.* i **M** | uelleris aurei **L** ‖ 10 (h)elles **MPa** ‖ 14 iason ē **M** ‖ 16 dicti sunt **Pb** | quae *om.* **Pb** ‖ 17 quod *om.* **Pb** | Homero primo Iliados datur **L** ‖ 18 cetynas *corr. in* cecynas **M** cetinas **Pa** cecinas **Pb** | argos **Pb** | canes *om.* **MP** uelox **Pb** ‖ 19 predicta **Pb** *om.* **Pa** ‖ 20 sed *om.* **Pb** | meda &ate *corr. in* medea o&e **M** ‖ 21 carminibus soporatum necauit **LP** ‖ 22 ad] in **L** ‖ 23 pelagi **Pa** | statuta **LPa** | statuto . . . TIPHYS *om.* **Pb** | qua **LPa** q̋ **M** | ascenderant **L** ‖ 26 PHOEBI *om.* **MP**

479 VIX RESERATA DIES bene ostendit tota nocte Iasonem uigilasse, siquidem ortum Luciferi primus aspexit.

484 CONTEXERE aequare, quia longe prospicientibus mare uidetur caelo coniunctum. sic enim lumina nostra falluntur, ut putemus maris fluctus usque ad caeli marginem peruenire.

486 FAMA SVBIT sensus: rumor allatus est Lemnum patrem meum Thoantem in Chio regnare nec mihi cum ceteris Lemniadibus scelus fuisse commune.

492 NON DEVS HAEC uerba Lemniadum incusantium Hypsipylen, quod sola in patrem scelerata non fuerit. et acute dictum. iam, inquit, illa fecimus nec deorum nutu nec necessitate fatali. his enim defensionibus facinus excusatur. ergo cum una est innocens, purgationem reliquae perdiderunt.

496 EVHAN Liber pater, qui Thoanti patri suo fuerat, Lind. p. 186 cum eiceretur, auxiliatus.

498 ET VESTRAS FAMVLAM eleganter iterat. ante enim quam inciperet ab origine Lemniadum facta narrare, dixit ⟨V 39⟩: 'seruitium Hypsipyle uestri fero capta Lycurgi'.

500 SOLATVR DAMNA dixit et hunc sensum poeta superius ⟨u. 48⟩: 'dulce loqui miseris'.

501 IMMEMOR ABSENTIS infantuli Opheltis, Lycurgi scilicet filii, quem nutriendum a patre susceperat. SIC DI SVASISTIS interpositio. id est: hoc dis placuit. ALVMNI non filii, sed qui alebatur.

503 COMANTI HVMO herbosae.

504 HAERET δεικτικῶς expressit aetatem. nam in

---

1 tota die **M** ‖ 2 prius **L** primum *corr. in* primus **Pb** ‖ 4 uidetur mare **L** ‖ 11 in patre **Pa** ‖ 12 facimus **Pa** ‖ 13 enim *om.* **P** ‖ 14 reliqui purgationem **L** | reliqui **Pa** reliq̃ **Pb** ‖ 16 EVAN **LPa** Euchion **Pb** ‖ 17 eiiceretur **LPb** ‖ 18 *scholion ad* ET . . . FAMVLAM *excidisse uidetur,* iterat *sumptum est ex u. 499* | iterauit **Pa** ‖ 20 uestri *om.* **Pb** ‖ 24 Inmemor **MPb** ‖ 26 Si **Pa** | hic **Pb** | diis **LMPb** ‖ 28 herboso **Pb** ‖ 29 dicticos **LMP**

actus ludicros, cum somno requiescit infantia, quidquid tenuerit, non relinquit.

Lind. p. 187 506 TERRIGENA EXORITVR exoritur de nemore. et est ordo: interea sacer serpens terrigena exoritur nemoris Achaei horror.

516 AGGERE RIPAE id est utramque ripam longitudinis suae magnitudine tangebat.

518 OGYGII Thebani hoc est Liberi patris, ab uno de terrigenis, cuius uoluntate aruerunt cuncta: amnes, flumina, Nymphae, torrentes.

524 INCERTVSQVE SVI id est de uita desperans uel quid agat ignarus aut quo tendat.

529 AETHERA PLAVSTRIS anguis illius meminit, qui creditur locatus in caelo per Aratum celebratus. hunc descripsit diuidentem plaustra Oceani usque in australem partem pertinere. hoc est 'alienum in orbem'. poetice autem dicit stellarum figuram, quibus plaustrum efficitur, in utroque sidus accipiens. de quo Virgilius ⟨georg. I 244⟩: 'maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis'.

533 VEXIT HARVNDINEAM ex monte Parnaso. Pythonem dicit serpentem. qui cum Latonam a Ioue grauidam persequeretur Iunonis immissu et illa fugiens ad mare usque peruenisset, opportune Delos insula, quae instabilis fluctibus uehebatur, admota litoribus suscepit Latonam et ingenti periculo liberauit. ibi Apollinem Dianamque edidit. post Apollo in uindictam matris Pythonem sagittis occidit et Delon insulam stabilitate donauit.

---

1 requies cū infantia **M** ‖ 3 exoritur *om.* **LPb** *del.* **M** ‖ 4 exuritur **Pb** | *post* horror *in* **LPb** *sequitur* appositiue ‖ 6 suae] siue **M** (longitudinis *corr. in* longitudine) ‖ 8 (de *om.*) terrigine **M** | amnis **L** ‖ 9 & torrentes Nymphae **L** et nýmphe torrentes **P** | torrentur **Lc** ‖ 10 id est *post* desperans *praeb.* **L** | debita **MP** | uel *om.* **L** ‖ 11 aut] uel **L** ‖ 13 locus **Pa** | paratum **MPa** | celebratū **P** ‖ 14 describit **LP** | oceani **M** occine **Pa** cecine **Pb** *occiuae **L** ab occidente *Kohlm.* | in australi pertinere **MP** in australem partem **L** ‖ 16 figuras **L** ‖ 17 accip.] efficiens **Pb** ‖ 19 arundineam **M(Pa)** | parnasso **MPa** ‖ 20 a *om.* **LMP** ‖ 21 iussu **L** inmissu **MPa** ‖ 23 amota **M** mota **Pa** ‖ 24 edidit & Dianam **L** ‖ 25 Pythona **L** pithonā **Pa** | occidit sagittis **L**

549 AMISERE NOTAS ut etiam miserae ambiguitas Lind. p. 188 nasceretur, quia pratorum signa defecerant. omnia enim perierant serpentis afflatu et distinctum floribus campum ariditas indiscreta confuderat. VIRIDI uenenoso. Horatius ⟨carm. I 17, 8⟩: 'nec uirides metuunt colubras'.

550 IVGERA COMPLET magnitudine corporis sui terrae iugera infinita compleuerat.

556 ARCAS EQVES Parthenopaeus.

559 VACVAS late diffusas.

561 MOLARES saxa ingentia, ex quibus molae fiunt.

564 DAT SONITVM TELLVS quia non resultat uox nisi aliqua sibi soliditate opposita.

566 ET TRABE FRAXINEA CAPANEVS SVBIT OBVIVS parenthesis est.

567 SEV TV PAVIDI FERVS INCOLA LVCI inter pauidum et pauentem hoc interest: pauidus est, qui pauorem incutit, pauens, qui ti|met. ergo pauidi luci: summitate Lind. p. 189 arborum siue religionis metu incutientis pauorem.

568 VTINAMQVE DEIS optat deorum esse serpentem. est enim contemptor numinum et quaerit inuenire facultatem calcandae religionis.

569 GIGANTA quia Gigantes serpentinis pedibus fuisse dicuntur, quos draconipedes uocant. Ouidius in quinto Fastorum ⟨u. 37⟩: 'mille manus illis dedit et pro cruribus angues'.

579 COGNATAE in eadem palude Lerna et nata dicitur et perempta. ergo cognatae. siue quod aliquando Lerna

---

2 pratorum *om.* **Pb** | omni **Pa** ‖ 3 destinctum **L** ‖ 4 ariditas campū **M** | indecreta **Pa** | ueneno **P** uenenusā *superscr.* o **M** ‖ 5 nec] Hic **L** | metuit **Pa** | colubris **M** ‖ 7 conpleuerat **Pa** complent **Pb** ‖ 9 diffusa **Pb** ‖ 10 ex *om.* **MPa** ‖ 11 nox **L** ‖ 12 sibi *om.* **LPb** ‖ 13 SVBIT OBVIVS *om.* **LMPa** ‖ 15 FERVS INCOLA LVCI *om.* **MP** ‖ 16 pauore **Pa** ‖ 17 luci *om.* **Pb** ‖ 18 metus inconcutientis **Pa** ‖ 19 utinam **Pa** | diis **Pb** deo **Pa** | deo **P** ‖ 20 et eo quaerit **Pa** ‖ 22 quia *om.* **LP** | esse **L** ‖ 23 draconiopedas **MPa** draconipedis **Pb** ‖ 24 mille] ille **LMPb** illi **Pa** ‖ 26 in edem **MPa** | lesina **MPa**

similem habuerit pestem siue quia iste anguis uideatur ab hydra morum originem ducere.

582 HARVNDINE FAVNI canna et ferula coronantur Fauni. haec ornamenta sua hos comminuisse mortuo serpente commemorat more lugentum.

583 SVMMA POPOSCERAT AETHRA id est per splendorem aetheris. Virgilius ⟨Aen. III 585 sq.⟩: 'nec lucidus aethra siderea polus'. ergo commotus Iuppiter Capanei uoce sacrilega iam poposcerat fulmina, nisi ira modestior sacrilegium distulisset.

585 NI MINOR IRA DEO ideo hic Capaneus fulminatus non est, quia fulminandus in bello est: quando Iouem ipsum est prouocaturus iniuriis, tunc merito peribit. maiore enim poena pro immanitate culpae plectetur. ideo minor ira deo, quia iustius, cum plus peccauerit, punietur.

587 VERTICE CRISTAS iam quasi fulmine consecratus est.

588 PERERRATIS participium passiuum posuit, cum ratio non admittat.

589 LONGE ipsa altitudo longitudinis magnum indicat spatium, quo liber pluribus foret aspectus.

594 NON LACRIMAS id est oculi sine lacrimis patuere.

598 TOTVMQVE IN VVLNERE CORPVS id est totum corpus uulneri uix prope suffecit.

600 PIGER πρὸς ἀντιδιαστολήν. piger, quantum ad alites pertinet.

---

1 habuit **LPb** ‖ 2 morum *om.* **L** ‖ 4 commeminisse dicit et **Pb** comunis **Pa** c̄gemuisse **M** ‖ 5 lugentium **Pa** ‖ 6 id est *om.* **L** | pro **L** *om.* **P** | splendore **L** ‖ 7 ethe **Pa** ethre summe **Pb** | aethera **M** ‖ 8 a capanei **M** ‖ 9 nisi ira *om.* **Pa** | molestior **L** | sacrilegum **Pb** ‖ 11 hic *om.* **Pa** ‖ 12 est in bello **L** ‖ 13 interibit **LP** | maiora **M** ‖ 14 inmanitate **M** | plectetur culpae **L** ‖ 15 ira deum **MP** | iustus **L** ‖ 16 *schol.* 587 *post schol.* 588 *praeb.* **M** ‖ 17 posuit passiuum **Pb** ‖ 19 ipsa *om.* **P** ‖ 20 quod **Pa** | plus **MPa** | aspectibus **Pb** ‖ 21 NON *om.* **Pb** | id est *om.* **M** | oculis **MPa** | 22 id est *om.* **M** | corpus *om.* **M** ‖ 23 prope *om.* **M** | sufficiet **L** sufficit **Pa** ‖ 24 CVM PIGER **L** | PIGER πρὸς ἀντιδιαστολήν *om.* **P** | ad *om.* **Pa**

620 PRAESAGIA SOMNI superius ⟨uu. 545 sq.⟩ dixit: Lind. p. 190
'iam certa malorum mentis ab augurio'.

627 AMBITIOSA tanta illius fuit cupiditas, quae tantam exstingueret religionem.

628 EXSOLVI TIBI hoc est, quod superius ⟨u. 620⟩ ait: 'nosco deos'.

631 NE TRISTES DOMINOS Lycurgum Eurydicenque significat, parentes Archemori. dominos uero secundum ius gentium dixit, quod uicti uel capti seruilibus deputantur officiis.

635 VVLTVM SORDIDA sordidum uultum habens.

637 MAERENTIBVS quod causa huius mali Argiui fuerunt, quibus dum Hypsipyle aquas ostendit, oblita puerum exposuit morti.

638 SACRIFICI Lycurgi, sacerdotis Iouis. Lind. p. 191

641 VBI AVERSO DEDERAT PROSECTA TONANTI auerso aduersanti. dederat enim numen signa contraria. prosecta autem dicuntur exta, cum redduntur inspecta. uerbo sacrificantum usus est. particulae enim minutae membrorum omnium prosecta dicuntur in sacris, quae inferuntur aris. Lucanus ⟨VI 708 sq.⟩: 'si pectora plena saepe dedi, laui calido prosecta cerebro'.

643 SERVAT AB ARMIS hic, inquit, ideo a Thebano sese abstinuit bello nec Polynici ferebat auxilium, quia consulenti responsum fuerat Thebanum bellum ipsius sanguine

---

2 ab *om.* **Pa** ‖ 3 nullius tanta fuit **L** ullus fuit tanta **Pa** nullius fuit tanta **Pb** ‖ 5 *schol.* 628 *om.* **P** ‖ 7 et Eurydicen **L** ‖ 8 uero] non **Pb** ‖ 9 dixit *ante* secundum *posuit* **L** | quia **L** | deputentur **Pb** ‖ 11 *schol.* 635 *om.* **M** | habens uultum **L** ‖ 12 morientibus **Pb** | quia **LP** | ferunt **Pa** ‖ 13 quia dum **Pb** | puero exponit **Pa** ‖ 15 Lycurgi *om.* **P** | sacerdotis] sacrandis **Pa** | Iouis] huius enim licurgus erat antistes **P** ‖ 16 VBI ... TONANTI *om.* **M** | ADVERSO **LPb** diuerso **Pa** | PROSECTA ... dederat *om.* **Pb** | aduerso id est **LPa** ‖ 18 autem dicuntur *om.* **M** | uerba **Pa** urbis **Pb** ‖ 19 sacrificantium **LP** ‖ 20 omnes **Pb** ‖ 21 Lucanus ... cerebro *om.* **M** | pleno **LP** | dedi laui] declinaui **P** ‖ 23 se abstinet **P** | bello se abstinet **L** ‖ 24 ne ... ferat **L** ‖ 25 bellum ... imbuendum *om.* **Pb**

imbuendum. quod tamen contigit morte filii, quem serpens peremit.

647 PRIMA LYCVRGE hoc uersu tenor oraculi continetur.

649 INVIDET ARMIS quod non iret ad bellum.

650 THOANTIS Hypsipyle. patronymicon a Thoante patre. accentus in fine est.

Lind. p. 192 659 GENERIS MENDACIA SACRI propter Liberum, patrem Thoantis, cuius filia fuisse dicitur Hypsipyle.

663 INFRENDENS infrendere est dentes dentibus quatere. ut Virgilius ⟨Aen. III 664⟩: 'dentibus infrendens'. infantes enim sine dentibus infrendes dicuntur.

665 RECTOQVE ERYMANTHIVS ENSE quidam 'rectorque Erymanthius' legunt, sed male. Erymanthium ergo Parthenopaeum dicit ab Erymantho, monte Arcadiae. r e c t o e n s e protenso gladio.

666 PRAESTRINGVNT obcaecant. Lucanus ⟨I 154⟩: 'obliqua praestringens lumina flamma'. id est: aut armorum lumine obcaecant aut toruis oculis intuentur.

668 COMMERCIA VITAE alii 'uittae' legunt. ergo si u i t a e, quia omnes Argiui erant siue quia commercia uitae communia sunt irruentes casus excipere; si u i t t a e, quia sacerdos erat Apollinis.

670 VNVS AVVM SANGVIS a Perseo enim, Danaes filio, omnes Graeci originem ducunt. INDVLGETE permittite seu operam date. ut Virgilius ⟨Aen. VI 135⟩: 'iuuat indulgere labori'.

671 SEDATO PECTORE patienti. magna enim uirtus est, quae irasci non nouit.

---

1 inbuendū **MPa** | contingit per mortem **L** | quem . . . peremit *om.* **M** ‖ 5 patronymicum **LP** ‖ 6 est *om.* **P** ‖ 8 dicitur fuisse **L** ‖ 10 infantes . . . infrendes *om.* **P** ‖ 11 dicitur **Pa** ‖ 12 -que Erymanthius *om.* **Pb** ‖ 14 recto telo **MP** ‖ 16 PERSTRINGVNT **L** | occecant **Pb** ‖ 17 perstringens **LPa** ‖ 18 occecant **Pb** | orbis **P** *del. superscr.* toruis **M** limis **L** ‖ 19 uicte **Pb** uite **M** | ergo *om.* **Pa** ‖ 21 commune **Pa** | uicte **Pb** uite **MPa** ‖ 23 Danai **L** *corr. ex* danace **M** dana **Pa** damne **Pb** Danaae*?* ‖ 24 dicunt **Pb** *corr. in* ducunt **M** ‖ 25 ut *om.* **Pb** ‖ 27 patienti enim magna **Pb**

673 INGRATIS non sentientibus beneficia aut praestito minime gratiam relaturis.

676 STIRPIS AVVS Hypsipylae dicit Liberum patrem propter Thoantem auum fuisse.

681 THEBES singulariter dixit. Lind. p. 193

682 ET HOSTILES subaudi: non rebar huc uos hostiliter aduenisse, in excidium scilicet meum.

684 ARMA DOMI id est domestica caede. subaudis: mea morte et socium regni communis.

685 TEMPLA IOVIS quae coluntur frustra aut nihil praestant. QVID ENIM HAVT LICITVM subaudi 'feceram, si uilis ancillae morte luctus meos ultus fuissem'. IMPIVS IGNIS incendite templa, quia parum est, si famulorum ius domini perdiderunt.

689 SERA QVIDEM Tibullus ⟨I 9, 3 sq.⟩: 'a miser, et si quis primo periuria celat, sera tamen tacitis Poena uenit pedibus'.

691 PRAEVERTERAT ALAS nuntiatum Argiuis fuerat Hypsipylen ad supplicium trahi.

692 GEMINOS TVMVLTVS quia unus in ciuitate erat, alter, ubi Lycurgus est.

698 VERSVSQVE DOLOR timore belli in metum uersus dolor mortis Archemori.

700 ANTE ORA VIRVM secum Hypsipylen ferebat impetum furentis exercitus Adrastus cupiens refrenare, qui eam putabant interemptam esse.

704 SIC VBI DIVERSIS MARIA Virgiliana comparatio Lind. p. 194

---

1 reddentibus **L** | praestitori*?* ‖ 3 Hypsipyle **LMP** ‖ 4 propter *om.* **M** ‖ 5 singulare **Pb** ‖ 6 ET *om.* **Pb** | subaudis **M** ‖ 7 meum scilicet **P** ‖ 8 subaudi **Pb** subā **M** ‖ 11 QVID . . . fuissem *post* perdiderunt *praeb.* **L** | HAVD **L** aut **P** *corr. in* haut **M** | sub **M** subaud' **Pa** | feram **Pa** ‖ 12 mortis **Pb** | uultus **P** vltos **M** | essem **L** ‖ 15 tulius **Pa** tibulus **Pb** tillus (i *superscr.*) **M** ‖ 16 poena tamen tacitis seruauerit **Pb** ‖ 18 prouerterat **Pa** peruerterat **Pb** | fuerat Argiuis **L** ‖ 20 erat in ciuitate **L** | *post* erat **MPb** *iterant*: ipsiphilen ad supplicium trahi, **Pa**: trai ‖ 22 bello **Pa** | metu **P** (*om.* in) | in me cuersus **M** | uersus est **Pb** ‖ 25 que **Pa** ‖ 26 fuisse **LP** ‖ 27 SIC *om.* **Pb** | DIV. MAR. *om.* **MP** | *post* Virgiliana **P** *inser.* nam

est, sed contrarie. nam ille ad Neptuni comparationem uirum bonum posuit, hic ad Adrasti Neptunum.

706 VENIT AEQVORIS ALTI ordo: sic uenit rex aequoris, ubi maria diuersis procellis euertere uenti.

707 GEMINVS TRITON duobus corporibus factus. ut ⟨IV 139 sq.⟩ 'utroque refringens pectore montano duplex Hylaeus ab antro'.

709 ET IAM PLANA THETIS Virgilius ⟨Aen. I 154⟩: 'sic cunctus pelagi cecidit fragor'.

712 EVHAN inuenit poeta, quod primum dubitabat. Euhan Liber, a quo Hypsipyle originem ducit.

713 QVI GEMINOS IVVENES tunc enim Hypsipylen matrem quaerentes illuc deuenerant. a quibus cognita est. hi tunc hospitio a Lycurgo suscepti.

714 MIRANDAQVE FATA quae cogant Hypsipylen de seruitio ad regnum redire.

718 PRO FORS eleganter more comoediae contigit agnitio filiorum.

724 NON AVDET CREDERE incredula enim diu sunt uota laetitiae. tarde enim fidem adhibemus, cum, quae optamus, eueniunt.

726 INTEXTVS IASON Iason, pater iuuenum, ex quo hos apud Lemnum ediderat Hypsipyle.

728 ATQVE ALIO quae paulo ante luctu flebat, nunc gaudio. alio ergo fletu scilicet gaudio. Terentius ⟨Adelph. 409⟩: 'lacrimo gaudio'. immoderata enim laetitia et maxime parentum habet lacrimas suas.

729 SIGNA POLO datum signum est caelo uelut barritus. Liber dedit sonitum tympanorum.

---

1 contraria **LP** | Aen. I 124 sqq.? ‖ 2 ad *om.* **MP** ‖ 4 sicut ubi **L** | praelis **L** | conuertere **Pa** ‖ 6 refrigent **L** refrigerent **Pa** ‖ 8 Virg. *om.* **M** ‖ 10 euan **Pb** | quod . . . Euhan *om.* **Pb** ‖ 11 ipsiphilen **MPa** | duxit **M** ‖ 12 IVVENES *om.* **MP** ‖ 13 matris **Pb** ‖ 14 a Lycurgo hospitio **L** ‖ 15 cogunt **Pb** ‖ 16 uenire **M** ‖ 17 PROH **L** *corr. ex* pro **M** | SORS **LMPa** ‖ 19 enim *om.* **L** ‖ 20 laetitiae uota **L** ‖ 22 Iason *om.* **L** ‖ 24 luctus **P** ‖ 25 alio . . . lacrimo gaudio *om.* **P** ‖ 28 dictum **Pb** | est signum **L** | parritus **M** haritus **Pa**

738 ET PVER Lycurgi filius. id est: qui primo Opheltes dicebatur. sed quoniam initia Thebani belli eius initiata sunt morte, iure fatali postea Archemorus nominatus est Graeca pronuntiatione sermonis. ἀρχή enim Graece principium dicitur, μόρος mors eodem sermone nuncupatur. Lind. p. 195

744 PHOEBE MORAS sciebat enim aduersa denuntiata, ne pugnarent. ideo 'necte moras'.

748 DVM LERNAEA PALVS Virgilius ⟨Aen. I 607⟩: 'in freta dum fluuii current, dum montibus umbrae'.

751 PYLIAE NEC FATA SENECTAE . . . . iam annos Nestoris dicit. Phrygios autem annos Priami dixit, quem bis excidium Troiae uidisse certissimum est. ut Virgilius ⟨Aen. II 642 sq.⟩: 'satis una superque uidimus excidia et captae superauimus urbi'. sed amborum annos dicit debere contemni. neuter enim post mortem est consecratus. alii uero Tithonem dicunt, Laomedontis fratrem, quem Aurora dicitur adamasse. et postea cum ille longae uitae fata defleret, in cicadam mutatus est.

753 CAVAM obscuram. omne enim, quod cauum, obscurum est. aut cauam inanem. ut Virgilius ⟨Aen. II 360⟩: 'nox atra caua circumuolat umbra'.

---

1 ET] TVNC **L** | id est *om.* **Pb** | prius **Pb** ‖ 4 Graeci **L** | pernuntiatione **Pb** | grecę enim archon **Pb** ‖ 5 sermone eodem **LPa** | eodem . . . nuncupatur *om.* **Pb** ‖ 6 enim *om.* **LPa** ‖ 9 currerent **P** | dum . . . umbrae *om.* **MP** ‖ 10 *post* SENECTAE *praebent* **LMP**: Pylias (*corr. ex* Pylas **M** pilia **Pa** piliax **Pb**) senex. *legendum puto aut* Pyliae senectae *aut* Pylius senex Nestor ‖ 11 stigios **Pb** | dixit *om.* **Pb** ‖ 12 bis] urbis **L** uerbis **Pa** | Troiae excidium **L** | uidisse constat **Pb** | ut *om.* **LPb** ‖ 13 uidemus **M** ‖ 15 deberet **Pa** | neutri **Pb** ‖ 16 *lege* Tithonum | esse dicunt **L** | laumedontis **Pb** ‖ 17 longę uitę cū (*om.* ille) **M** ‖ 19 enim *om.* **Pa** | obscurorum et inane est (*om.* aut cauam) **Pb** ‖ 20 est *om.* **L** | aut cauam *om.* **P** ‖ 21 umbram **LMPa** ‖ Explicit liber quintus. Incipit liber sextus **Pa**

COMMENTARIVS IN LIBRVM VI.

Lind. p. 196 Sextus liber continet agonis causa per totam Graeciam famam futuri certaminis cucurrisse. secuntur exsequiae Archemori. descriptio planctus Eurydices matris et patris Lycurgi. descriptio una Archemori, altera expiationis. descriptio circensium cum omnium ducum nominibus et equorum et ipsius certaminis uarietate uel euentu, in quo docetur Apollinis fauore Amphiarao concessam esse uictoriam. currentium puerorum descriptio, in quo certamine uincit Parthenopaeus. discobole, in quo certamine uincit Hippomedon. deinde pugiles, in quo certamine Capaneus uincit Alcidamam. deinde luctatio, in quo certamine uincit Tydeus Agyllea. prohibitio monomachiae Agrei et Polynicis. Adrasti regis sagittae iactus cum prodigio teli ad dominum reuertentis.

Lind. p. 197 2 SANCIRE NOVO SOLLEMNIA BVSTO agon Archemori apii corona celebratur idcirco, quia puer hic, cuius memoriae certamen Nemeaeum dicatum est, admodum paruus obierat. nam humilis herba immaturi luctus ostendit indicium. quidam super hanc herbam puerum reptantem a nutrice derelictum esse et serpente interemptum uolunt. ex hoc creditum est hoc coronae genus indicium immaturae mortis electum ...... nam in hoc agone etiam poetae certantes apio coronantur. unde Virgilius ⟨ecl. VI 68⟩: 'floribus atque apio crinis ornatus amaro'.

---

2 HIC sextus **L** ‖ 3 sequuntur **LPa** ‖ 4 Eurydices *om.* **Pb** ‖ 7 euentum **Pb** | in *om.* **P** ‖ 9 in quo . . . discobole *om.* **Pb** ‖ 10 Parthenopaeus . . . uincit *om.* **Pa** | Discobolo **L** | uicit **Pb** ‖ 11 ippomedo **Pa** | in quo . . . luctatio *om.* **P** ‖ 12 Alcidama **L** | uicit **Pb** ‖ 13 Agilleam **LMP** | agrai **Pb** Amphiarai **LPa** ‖ 14 Adrasti *om.* **Pb** | iactus sagitte **Pb** ‖ 15 reuertentiū **M** ‖ 17 puer *om.* **M** ‖ 18 Nemeum **LMP** ‖ 19 herbę **Pb** | inmaturi **M** | ostendat **Pa** ‖ 21 esse *om.* **MPb** ē **Pa** | a serpente **L** | intēptū **M** occisum **Pb** ‖ 22 hoc² *om.* **L** | in indicium **Pb** | inmaturę **MPa** ‖ 23 electum esse **L** | *aliquid excidisse puto* | in *om.* **M** ‖ 24 coronantur apio **L** ‖ 25 apio *om.* **M** | crines **L** cernes **Pb** ciuibus **Pa**

6 HVNC PIVS ALCIDES primus Hercules hunc honorem manibus | Pelopis exhibuit, qui erat Herculi per Alcmenam Lind. p. 198 genere coniunctus hoc ordine: Pelopis et Hippodamiae Lysidice filia, Lysidices Alcmena, Iouis et Alcmenae Hercules. prima ergo certaminum genera haec fuerunt, quae per ordinem hoc loco poeta descripsit: Olympia in honorem Pelopis, cuius uictores oleastro coronantur; Pythia in honorem Apollinis, cuius uictores lauro coronantur; Isthmia in honorem Palaemonis, cuius uictores pinu coronantur; Nemea in honorem Archemori, cuius uictores apio coronantur. pium autem dixit, quia hoc Hercules Pelopi in honorem consanguinitatis exhibuit. CERTAVIT HONOREM in honorem ipsius consecrauit.

7 FERA OLIVA pro oleastro posuit, quia uictores ipsius certaminis hac fronde coronantur. possumus et feram pro feraci intellegere.

8 VIPEREO CELEBRAVIT LIBERA NEXV Pythone enim interfecto Achaei agonem Apollini instituerunt, quem Pythicum nominauerunt.

10 MOX CIRCVM TRISTES sic uocantur Isthmia. celebrantur apud Corinthum in honorem Palaemonis et Leucotheae, marinorum deorum. Isthmos terra in longum porrecta, quae Ionium ab Aegaeo diuidit. Ouidius ⟨Fast. VI 495 sq.⟩: 'et spatio concreta breui, freta bina repellit unaque pulsatur terra duabus aquis'.

16 CONEXVM CAELO genus, id est qui originem ducunt propter illam opinionem, qua dicuntur dii terrenis feminis mixti liberos procreasse. disputatio est, quae dicit bono-

---

1 PRIMVS **L** | hunc honorem hercules primus **Pb** ‖ 2 quia **M** | alcmenan **M** ‖ 4 lisidic' **M** lisidis **P** ‖ 6 describit **L** ‖ 7 coronabantur **Pb** ‖ 8 uictorie **Pa** uictoris **Pb** | coronabantur lauro **Pb** | cū lauro **M** ‖ 9 coronantur *om.* **Pb** ‖ 11 pium] apium **L** | hoc *om.* **LP** ‖ 12 id exhibuit **L** ‖ 13 in honorem *om.* **Pa** ‖ 14 posuit *om.* **MPa** ‖ 15 hic **Pa** ‖ 16 ferari **Pa** ferali **Lm** | intelligere **LP** ‖ 17 CELEBRAVIT *om.* **MP** ‖ 18 interfecta **Pa** ‖ 19 Pythiacum **LMPb** ‖ 20 celebratur **MP** ‖ 22 hi terram (*om.* longum) **Pa** ‖ 23 Ionium alta **Pa** iouis **Pb** ‖ 24 est *Ouidius* | contracta *Ouidius* ‖ 26 CONNEXVM **L** | id est *om.* **Pa** ‖ 27 p̄t **M** | qua *scripsi* quia **LMP**

rum hominum animas ac uirorum fortium a diis sumpsisse principium.

17 AONIS Boeotiam dixit, quia ab his uastabitur. TYRIAE SVSPIRANT NOMINA MATRES Thebanas significat a Cadmo Tyrio conditore. suspirant autem nomina, quia uirtute Graecorum orbabuntur maritis amissis aut liberis.

18 NVDAS VIRES sine ferro. IN PROELIA in luctamen, in cursus, in caestus.

19 BIREMES naues duplicem ordinem remorum habentes.

27 ET CORNV FVGIEBAT SOMNVS INANI inani cornu idcirco dixit, quia illud noctis tempore totum diffuderat, quod idem poeta superius ⟨II 144⟩ manifestius asseruit dicens: 'cornu perfuderat omni'. nam sic a pictoribus simulatur, ut liquidum somnum e cornu super dormientes uideatur effundere. sic Ennius: 'cum sese exsiccat somno Romana iuuentus'.

Lind. p. 199 30 EXVTVS HONORO NEXV lugubriter indutus.

37 ARCET ET IPSE PATER pensanda est in matre doloris acerbitas, cum et pater prohibeat luctum. DIGNIS VVLTIBVS dignis dixit pro aptis temporibus ac per hoc lacrimantibus.

39 CEV NOVA TVM CLADES lacrimas orbitatis ingredientium Argiuorum renouare solatia. naturale enim est, ut intermissa lamenta repetantur, cum aliquis notus aduenerit. Virgilius ⟨Aen. XI 36 sqq.⟩: 'ut uero Aeneas tectis sese extulit altis, ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt pectoribus'.

---

1 hominum *om.* **Pb** | fortium uirorum **Pb** | supressisse **Pb** ‖ 3 ab *om.* **Pb** | uastabatur **L** ‖ 4 thebana **M** ‖ 5 que **Pa** ‖ 6 orbabantur *corr. ex* & babuntur **M** | omissis **LMPa** ‖ 8 INCVRSVS incestus **LMP** incestus incurrus *Mon. corr. Vollmer.* ‖ 9 habentes *ante* ordinem *praeb.* **L** | uelorum **Pa** *del. superscr.* nemorum **M** ‖ 10 ET *om.* **MP** | INANI *om.* **Pb** ‖ 11 ideo **MPb** | defunderat **Pb** effiderat **Pa** ‖ 12 asserit **M** ‖ 13 õẽs **Pa** om̃///s **M** ‖ 14 similatur **LPb** | somnium **L** | ex **L** a **Pb** | *uide Vahlen. p. 68* ‖ 15 exiccat **LPb** ‖ 22 TVNC **L** | orbitates **Pa** ‖ 23 nouare **Pa** | est enim **L** ‖ 24 quis **Pb** | aduenerit notus **L** | aduenerat **Pa** ‖ 25 foribus sese intulit *Verg.*

42 RESVLTANT ACCENSAE CLAMORE FORES aedes resiliunt.

43 SENSERE PELASGI id est: agnouere Argiui lamentationis augmento sibi imputari causam mortis Archemori.

44 ET LACRIMIS EXCVSANT flendo ostendunt interitum Archemori non sua culpa, sed fatorum ordine prouenisse.

45 DATVM QVOTIENS id est: quotiens ei flentum stupore permissum est.

48 PENSVM pro statutis fatorum posuit.

54 TRISTIBVS INTEREA RAMIS non ramis tristibus, sed Lind. p. 200 ipsis tristibus, qui pyram frondibus intexebant.

55 FERETRVM Graece φέρτρον, unde per dihaeresin feretrum fecit. nam Latine capulus dicitur ab eo, quod corpus capiat. unde Plautus: 'capularis senex' id est dignus feretro.

57 AREA locus rogi ipsius area dicitur.

58 ET PICTVRATVS MATVRIS FLORIBVS AGGER compositus recenti ture et cinnamo. ut ostenderet eum poeta orientales gentes uicisse.

59 ARABVM STRVE odoribus Arabicis.

60 INCANA non longa aetate corrupta.

61 AB ANTIQVO ueteris belli praedam istis ostendit odoribus. Liber enim deuicta India hoc unguenti genus aduexit gentibusque dedit. et bene dixit durantia. constat enim cinnama fugere, uel ad illud magis dixisse

---

1 ACC.] icte **Pb** *corr. ex* iecte **M** uoce **Pa** | FORES *om.* **MP** ‖ 3 agnoueȓ **M** agnoueȓt **Pa** agnouerunt **Pb** | argi **P** ‖ 4 argumento **L** augumento **P** | inputari **MPa** ‖ 5 ostenđ *corr. in* ostendunt **M** ‖ 7 id est quotiens *om.* **Pa** ‖ 10 non *om.* **P** | ramis *om.* **Pb** ‖ 12 *φέρετρον* Graece **L** | feretron **M** ferton **Pa** fereñ **Pb** | *διαίρεσιν* **L** dieresim **Pb** hiberesin **Pa** ieresin **M** ‖ 13 facit **L** ‖ 14 unde *om.* **Pb** | plut' **M** | capulari **Pb** | senex *om.* **P** đr **M** | tam capularis? tamne tibi diu uideor uitam uiuere? *Plaut. in Mil. glor. u.* 628 ‖ 15 feretro dignus **Pb** ‖ 16 ipsius rogi **L** ‖ 17 ET *om.* **MP** | MORITVRIS **L** ‖ 18 eum *om.* **L** enī **Pa** ‖ 19 gentes *om.* **M** partes **L** ‖ 22 ostendat **MP** ‖ 23 ungenti **M** ‖ 24 aduexit *om.* **M** | gentibus **P** gentes **M** | dedit *om.* **Pb** dic̄ **M** | duratura **Pa** ‖ 25 constat . . . uidetur *om.* **P**

uidetur, quod cinnamum odorem suum longo tempore non amittit. unde Lucanus ⟨X 166 sq.⟩: 'quod nondum euanuit aura cinnamon'.

62 SVMMA CREPANT AVRO crepant crepitant id est sonant. auri enim textilis sonus talis est. aut illud, quod in flexuosas laminas caesum est. Virgilius ⟨Aen. VI 209⟩: 'sic leni crepitabat brattea uento'.

63 MOLLE SVPERCILIVM supercilium pro fastigio posuit.

Lind. p. 201 TERETES GEMMAE multi separant gemmas a mar|garitis, ut Cicero ⟨Verr. IV 1⟩: 'nullam gemmam aut margaritam', et gemmas uolunt dici diuersi coloris, margaritas uero albas, uel gemmas integras, margaritas pertusas. dicimus autem et hoc margaritum et haec margarites, quod Graecum est.

64 INRADIANT MEDIO LINVS INTERTEXTVS ACANTHO hanc historiam in primo libro Adrasto narrante cognouimus: Linum, filium Apollinis et Psamathes, Crotopi filiae, expositum a matre a canibus fuisse discerptum. haec ergo fabula, cum arte esset intertexta, odiosa erat matri, quia miserationem paruuli commouebat. pari enim modo etiam Archemori mors uidebatur illata.

68 GLORIA MIXTA MALIS quoniam maiorum ornamenta funeri adhibebantur.

72 ET MISERANDA VOLVPTAS fletus scilicet, quod planctus quasi uoluptatem afferat orbatis parentibus.

75 FESTINVS VOTIS id est uotis antecedens aetatem

---

1 uidentur *corr. in* uideatur **M** | quod] nam **P** | cinnamonium **Pa** | longo tempore odorem (*om.* suum) **Pb** ‖ 2 admittit **M** | unde *om.* **LPb** ut **Pa** | qui **Pa** ‖ 3 cinamum **Pb** ‖ 4 crepant] id est **Pb** | crepitant *om.* **L** | id est] & **Pb** ‖ 7 bractea **LP** 8 Mole **M** | fastidio **LP** *corr. in* fastigio **M** ‖ 9 TERETES ... est *om.* **M** | GEMMAE *om.* **Pb** ‖ 10 nego ... ullam *Cicero* ‖ 13 & hęc margarita & hoc margaritum & hęc margaris **Pb** ‖ 14 *post* est *praeb.* **P**: quomodo nais ‖ 15 IRRADIAT **L** irradiant **Pb** *om.* **M** | intextus **Pb** | *cf. schol.* I 570 ‖ 17 salmacis **Pb** ‖ 18 ergo] autem **Pb** ‖ 19 esset *om.* **Pa** | q, *superscr.* que **M** ‖ 21 mors *om.* **Pb** ‖ 22 MALIS *om.* **P** ‖ 24 fletum **LP** | q *superscr.* ia **M** ‖ 25 orbitatis **L** ‖ 26 VOTI **L** *Statius* | id'o **Pa**

filii. figuratum nomen uel a participio festinans uel a uerbo festino. Virgilius ⟨Aen. IX 488 sq.⟩: 'tibi quam noctes festina diesque urgebam'.

79 (84) GNARI MONITIS conscii praeceptorum.

80 (85) AVGVRIS pater pyram filio faciebat, sacerdos serpenti, quia fuisse filius Martis credebatur.

88 (95) NYMPHAS Nymphae diu uiuunt et tamen moriuntur. istam autem pyram dicit illis antiquiorem fuisse et post mortem illorum incolumem ob honorem numinis perdurasse. ueterno autem dixit ad ostentationem aetatis antiquae.

92 (99) ILLAESA CVPRESSVS quae nunquam exuitur honore foliorum. CHAONIVMQVE NEMVS Ouidius hanc enumerationem arborum epithetis suis decimo libro ⟨met. X 90 sqq.⟩ monstrauit:

'umbra loco uenit. non Chaonis abfuit arbor, Lind. p. 202
non nemus Heliadum, non frondibus aesculus altis,
nec tiliae molles nec fagus et innuba laurus
nec coryli fragiles et fraxinus utilis hastis
enodisque abies curuataque glandibus ilex
et platanus genialis acerque coloribus impar
amnicolaeque simul salices et aquatica lotos
perpetuoque uirens buxus tenuesque myricae
et bicolor myrtus et bacis caerula tinus.
uos quoque, flexipedes hederae, uenistis et una
pampineae uites et amicae uitibus ulmi
ornique et piceae pomoque onerata rubenti

---

1 uel *om.* **Pb** | a¹ *et* a² *om.* **Pa** ‖ 3 noctesque diesque festino **Pb** | urgebam *om.* **LMPa** ‖ 4 monitu **Pb** ‖ 6 quia] et **Pa** | Martis filius **LP** | putabatur **Pb** ‖ 9 columem **Pa** | ob numinis honorem **Pb** ‖ 11 antiqui **Pa** ‖ 12 exuuntur **Pb** ‖ 13 filorum **Pa** filiorum *corr.* **M** ‖ 14 arborum *om.* **Pb** | decimo *om.* **Pa** ‖ 17 nec **L** | asculis **Pa** | hastis **M** hastus **Pa** ustis **Pb** ‖ 18 tilia **M** ‖ 19 nec **Pb** et **LMPa** ‖ 20 abies *om.* **Pb** ‖ 21 cultoribus **Pa** *corr.* **M** | inpar **MPa** ‖ 22 amnicolaeque ... myricae *om.* **MPb** ‖ 24 Bacchis **L** | pinus **LMP** *uide Ouidium* ‖ 26 amictae *Ouidius* ‖ 27 piceeque **P** (*om.* et) **M** | generata **M** genera **Pa** grana **Pb** | rubent **Pb** rebant **Pa**

arbutus et lentae, uictoris praemia, palmae
et succincta comas hirsutaque uertice pinus,
grata deum matri, siquidem Cybeleius Attis
exuit hac hominem truncoque induruit illo'.

[CHAONIVMQVE NEMVS quernas arbores dicit, quae maxime abundant in eo nemore Ioui sacrato, ubi etiam ipse per columbas dabat responsa. Virgilius ⟨georg. II 16⟩: 'atque habitae Grais oracula quercus'. dixit autem Chaonium nemus a toto partem ostendens.]

101 (108) ISMARA Ismarus mons Thraciae, unde Boreas nascitur. ut Virgilius ⟨ecl. VI 30⟩: 'miratur et Ismarus Orphea'. hic genere neutro posuit, ut Maenala, Gargara.

104 (111) ARBITER VMBRAE id est dominus nemorum.

105 (112) SEMIDEVMQVE PECVS Panes. tetigit hanc opinionem, ut diceret Nymphas et Faunos esse mortales. ut Virgilius Turnum, a Venilia Nympha natum, ab Aenea monstrat occisum, cum ipsius auctor sanguinis immortalis esset. sunt qui dicunt illam auram numinis, quae fontibus arboribusque deuincta est, casu aut aqua siccata aut excisa arbore ilico emori. sed absurdum est, ut numen emoriatur. neque enim res in aliquo potest casu occidere, cum omnium uisibilium et quae incorporata sunt multis uisa mori opinantur. ceterum succisa arbore aut siccato

1 lenta **MP** | uictores **MPa** ‖ 2 uertice *om.* **Pb** ‖ 3 scilicet quid̄ **Pb** | quile uiues **Pa** pleuiues **Pb** que//////// (i leius superscr.) **M** | ////// (adiis superscr.) **M** adicta **Pb** Athis **L** ‖ 4 hoc **Pb** ‖ 5 CHAONIVMQVE . . . ostendens *om.* **M** | NEMVS *om.* **P** | quernus **Pb** *om.* **L** ‖ 6 Iouis **Pa** | ubi] ut **Pa** | ipsae . . . dabant **LPa** ‖ 7 atque *om.* **Pa** et **Pb** ‖ 9 par tentēs **Pa** ‖ 10 Ismarus *om.* **L** | Thraciae *om.* **Pb** ‖ 11 ut *om.* **Pb** ‖ 12 hic autem **Pb** ‖ 13 domus **LMP** ‖ 14 panes dicit **Pb** ‖ 15 immortales **Pb** ‖ 16 ut *om.* **L** | Virgilius dixit **LP** | *Aen. X 76* ‖ 17 demonstrat **Pa** | inmortalis **MPa** ‖ 18 est **Pb** ‖ sunt] Nō sed **P** s, **M** si *Mon.* ‖ 19 deuicta *corr. in* deuincta **M** | aqua **LPb** aeque **M** que **Pa** | excise **P** *corr. in* excisa *add.* cari(?) **M** ‖ 20 arboris **M** arboreis **P** | aeque illico **L** illiquo **Pa** | ///mori **M** amori **Pa** | sed] sedes **Pb** *Mon. Gud.* ///// **M** ‖ 21 eius emoriatur **Pa** moriatur **L** ///moriatur **M** | potest in aliquo **L** ‖ 22 & ęque **M** | incorporea **L** | *ad totum locum corruptum cf. Schottky p. 27*

fonte ille spiritus, qui societate illius tenebatur naturae astrictus, fugit inuitus, interdum aufertur ratione diuina. ceterum nec ipsis corporibus contingit interitus. soluta enim figura ad naturam suam recidunt. unde et Virgilius ⟨georg. IV 225 sq.⟩: 'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri omnia, nec morti esse locum'. Lucanus in nono libro ⟨uu. 8 sq.⟩: 'innocuos uita patientes aetheris imi fecit et aeternos animam collegit in orbes'. quia dixit Pythagoras animas bonorum uirorum in stellas posse conuerti. semideos autem | Panes dixit, quia partem habent Lind. p. 203
deorum, partem hominum.

110 (117) IMMODICI MINOR ILLE FRAGOR ille fragor immodici tumultus non erat minor eo tumultu, quo gesturi erant bella. id est: maiore clamore diripiunt urbem, quam ante pugnauerant.

111 (118) IAMQVE PARI CVMVLO similibus pyris: una pro filio Lycurgus, altera Amphiaraus pro serpente.

114 (121) TIBIA religio iubet, ut maioribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur. Persius ⟨III 103⟩: 'hinc tuba, candelae'. Homerus ⟨Iliadis lat. uu. 1048 sqq.⟩ in funere Hectoris dicit: 'nunc pyra construitur, quo bis sex corpora Graium quadrupedesque adduntur equi currusque tubaeque cumque cauis galeis clipeique Argiuaque tela'.

115 (122) LEGE PHRYGVM MAESTA est enim in musicis modus, qui dicitur Phrygius, quem dicit poeta ad euoca-

1 spiritus *om.* **Pa** | tenebatur illius **L** | maturę **M** uero **Pb** ‖ 2 fuit **P** ‖ 3 arboribus **L** | c̄tingit (superscr.) c̄tigit **M** ‖ 4 et *om.* **L** ‖ 5 huc *om.* **Pa** et **Pb** | soluta **Pb** ‖ 7 libro *om.* **MPb** | patientis **P** ‖ 8 dicit **LP** ‖ 10 que **Pa** | habent partem **M** | deorum habent **Pb** ‖ 12 MINOR . . . immodici *om.* **Pb** | MINOR *om.* **M** | ille fragor *om.* **Pa** ‖ 16 tumulo **LPa** ‖ 17 Lycurgi **LPb** ligurgus *corr. ex* ligurgis **M** | pro Amphiarai serpente **LPb** ‖ 18 TIBIA IVBET **L** | iubet enim religio **LP** | mortuis *om.* **M** ‖ 21 Tunc **LP** | q̊ nobis **M** ‖ 22 cur̃uque **Pb** curroque **Pa** ‖ 23 Et clypei, galeaeque cauae **L** cūq, cauis caleis clipeis **M** q̄cūqȝ ciuis galeis clipeus **Pa** quecumque cauis geleis clipeus **Pb** | clipeique *conieci* ‖ 24 phrigion **Pa** | MAESTA *om.* **L** ‖ 25 qui dicitur *om.* **M** | dixit **Pa** | poeta dicit **L** | uocationem **Pa**

tionem animae conuenire. quem Pelopem Phrygium Argis asserit tradidisse. ita et Homerus. ne autem esset quaestio, unde hoc Argi nouerint, subdidit facultatem, ut Pelops Phrygius docuerit.

117 (124) QVO GEMINIS NIOBE CONSVMPTA PHARETRIS id est Apollinis et Dianae. Niobe secundum Homerum duodecim filios habuit, Sophocles autem dicit eam quattuordecim habuisse. amborum opiniones secutus poeta diuersis locis utrumque taxauit. in hoc loco ⟨III 198⟩ ait: 'bina per ingentes stipabant funera portas'. est autem ordo: quo carmine Niobe squalida bis senas Sipylon deduxerat urnas. quia occisis liberis apud Thebas ad patriam Sipylon funera cuncta deduxerat. Sipylon uero mons est, in quo Niobe in saxum dicitur immutata.

121 (128) GENTIS QVISQVE SVAE ὑπέρβατον. sed ordo eius talis est: longo post tempore surgit colla super iuuenum torus, quos iuuenes ipse dux legerat.

123 (130) FERO CLAMORE hoc est minatur, ne triste uitarent officium.

Lind. p. 205 133 (140) FINGEBAM VOTIS ANNORVM elementa pro initiis posuit. omnia enim rerum humanarum initia elementa sunt dicta.

142 (149) QVIDNI EGO deest: occidi filium, quem neglegenti commisi. nam dolori interrupta uox conuenit.

---

1 Pelopem . . . quaestio *om. in marg. sup. add.* **M** | Argis *om.* **L** ‖ 2 lyra dedisse **L** ira dedisse **MPa** | ita *om.* **Pb** ‖ 5 NIOBE CONSVMPTA] *om.* **P** geminis **M** ‖ 6 id est] scilicet **Pb** | *Iliad. XXIV 603 sq.* ‖ 8 opinionem **L** | poetam **M** ‖ 9 ait *superscr.* ubi **M** *om.* **L** ait aut **Pa** ‖ 11 philion **Pb** | deduxer̃ *superscr.* it **M** dilexerat **Pa** ‖ 12 qui **Pa** ‖ 13 funera *om.* **Pb** | deducere **M** deducere fecit **Pa** deduceret **Pb** | uero *om.* **L** ‖ 14 Niobe] monte **Pb** | inmutata **M** mutata **L** ‖ 15 Gentisq; **MPb** | QVISQVIS **LPa** *om.* **MPb** ‖ 16 eius ordo **L** ‖ 17 torus *om.* **LPa** ‖ 18 est *om.* **Pb** | minatus **Pa** | iuste **Pb** ‖ 19 officia **M** ‖ 20 ANNORVM *om.* **P** ‖ 21 omnium **L** | humanarum rerum **LP** | initia *om.* **P** (*post* EGO **Pa** *praeb.*: Zincia, **Pb**: mitia) ‖ 23 deesse **Pb** ‖ 24 negligenti **L** neglegentẽ **Pa** | uox conuenit interrupta **L**

SERVATVM FRAVDE PARENTEM illi ego paruulum crederem, quae a se patrem seruatum fuisse iactabat?

144 (151) ABIVRASSE SACRVM id est facinus exsecrandum, aut quia sacramentum fuit inter Lemniadas. abiurasse a suo animo abdicasse.

145 (152) HAEC ILLA EST demonstratiue. id est: quae fuerit ausa dominum proicere, linquere.

147 (154) NON REGEM pro concessione. ALIENOS deest 'sed'.

148 (155) INFAMIS periculosae. ut Horatius ⟨carm. I 3, 20⟩: 'infames scopulos Acroceraunia'. TRAMITE trames est uia transuersa. ergo in periculosae siluae uia filium dimisit expositum. proprie tamen trames est uia priuata, non publica, id est quae paucis cognita unumquemque ad agrum proprium ducit. Sallustius ⟨Iug. XLVIII 2⟩: 'per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit'.

159 (166) ILLA TIBI GENETRIX Hypsipylen dicit laetitiae blandimenta sensisse de luctu.

164 (171) PRIMORDIA BELLI oro uos per primordia belli. per mortem filii Argiuos adiurat, cuius obitu Thebanum ueluti sacro aliquo initiatum est bellum.

173 (188) SEV DVRAS EVEXIT PASTOR AD ARAS non aras duras, sed pastor. Lind. p. 206

174 (189) NVNC FLVMINA QVESTV ordo: non secus spoliata parens nunc uallem, nunc flumina questu, nunc armenta mouet.

---

1 fraude peremptum **Pb** | credere **M** ‖ 2 fuisse seruatum **LPa** ‖ 3 execrandum **LM** ‖ 4 haud **Pb** | q **Pa** | Lemniades **LPb** ‖ 7 proiicere **LM** prohicere **Pb** ‖ 8 NON . . . sed *om.* **M** | pro *om.* **LPb** ‖ 9 deesset (*om.* sed) **Pb** dicet **Pa** ‖ 10 INFAMES **LPb** | periculosos **L** | ut ait **Pb** ‖ 13 *post* uia **L** *inseruit*: quod est tramite, *post* filium **Pa**: quod trames, **Pb**: qui trames dicitur | reliquit expositum **Pb** | tamen *om.* **Pb** ‖ 15 dicit **P** ‖ 18 GENITRIX **LP** *om.* **M** ‖ 20 BELLI *om.* **M** | oro . . . belli *om.* **Pb** | nos **M** ‖ 21 filios *corr. in* filii **M** | argiuus **P** | obitum **Pb** ‖ 22 uelut **LPa** | aloquio **Pa** | uitiatum **Pb** ‖ 23 *schol. om.* **M** ‖ 25 QVAESTV **L** *om.* **M** ‖ 26 questu flumina **Pb**

178 (193) CVLTVSQVE TONANTIS infulas dicit, quibus ornatus incesserat, quia Iouis erat sacerdos.

180 (195) CAESARIEM nouo sermone caesariem posuit pro barba. supra uultum filii sui et comam misit et barbam.

182 (197) ALIO TIBI PERFIDE PACTO datur enim sacerdotibus dolor immensus. ut Virgilius ⟨Aen. II 745⟩: 'quem non incusaui amens hominumque deumque'.

184 (199) LIBARE DEDISSES libatio duabus rebus expeditur: lacte et sanguine. unde Virgilius ⟨Aen. V 78⟩: 'duo lacte nouo, duo sanguine sacro', quod alterum eorum alimonium sit uitae retinendae, alterum uirium continendarum, quia uita hominum his rebus iuuatur, eaque propterea sepulturae commendari solent, ut societate parta curationis lucis amissae posteritas defectionis honoretur. unde et flores sparguntur in honorem mortuorum infantium. unde Virgilius ⟨Aen. VI 884⟩: 'purpureos spargam flores animamque nepotis'. ergo numerat Ioui Lycurgus debuisse crinem suum cum primitiis filii pubescentis barbae templis libare.

186 (201) FERAT HAEC QVAE DIGNIOR VMBRA EST id est: quoniam preces meae uel uota nihil ualuerunt, quod seruabatur aris, mittatur exsequiis.

188 (203) EXCLAMAT crepitu sonat. omnis enim clamor sonus est. INSANOS impatienter dolentes uel dolore furiatos.

Lind. p. 207 190 (205) INTERCLVSERE NEFASTO ne ardens filii funus parentes aspicerent.

---

1 *schol. 178 post schol. 180 praeb.* **P** | insidias **Pa** | quibus *om.* **Pa** ‖ 2 Iouis *om.* **LPa** ‖ 3 Caesariem sui nouo sermone usus **Pb** ‖ 4 pro . . . supra *om.* **Pb** ‖ 6 PERFIDE PACTO *om.* **M** | datus **Pb** dat **Pa** ‖ 7 inmensus **P** *corr. ex* inmensas **M** ‖ 8 deorumque **L** d'oqȝ **Pa** ‖ 11 eorum] aliorum **MP** ‖ 12 uitę continendę **Pb** ‖ 13 eamque . . . commendare **LPb** ‖ 15 amisisset **Pb** ‖ 16 infantum **LPa** ‖ 17 unde *om.* **Pb** | purpureosqȝ **Pb** ‖ 18 anim. nep. *om.* **L** ‖ 21 QVAE . . . VMBRA *om.* **M** | EST *om.* **P** ‖ 23 mutatur **Pa** ‖ 24 *schol. 188 et 190 om.* **M** ‖ 25 inpatienter **Pa**

195 (210) PALLENTIQVE CROCO epitheton hic genus croci non expressit. neutro enim genere nuncupatur. Sallustius: 'in qua crocum gignitur'. Virgilius ⟨georg. IV 182⟩ 'crocumque rubentem' masculino genere dixit poetice.

196 (211) ET ATRI SANGVINIS duas res mittit: unam, quae nutrit animam, id est lac, alteram, qua constat, id est sanguis. nec mirandum, quod sanguinem ad inferos placandos intulerit. nam sanguis proprie uidetur animae esse possessio, unde 'exsangues' mortuos dicimus.

197 (212) CYMBIA pocula nauibus similia, ut et ipsa nominis figura indicat diminutiue a cumba dicta.

198 (213) TVM SEPTEM NVMERO TVRMAS ordo: tum septem numero turmas uersis ducunt insignibus.

199 (214) SVRGIT EQVES id est: equis sedentes reuersis peditibus.

200 (215) SINISTRO ORBE quia nihil dextrum mortuis conuenit. ut funeribus absoluantur, dextro orbe redeunt [milites, ut resoluantur. hoc ideo finxit, ne exsequiis implicentur, ut dextro orbe redeant].

201 (216) INCLINANT PVLVERE FLAMMAS flammarum apicem uis pulueris equorum pedibus mota flectebat.

204 (219) MOLLEM FAMVLARVM BRACCHIA PLANCTVM nunc percussionem manuum significat. planctus etenim dicitur omnis collisio. Varronis opinio est ideo mulieres

---

1 Pallentaq; **M** | croco colore **P** | hoc **LPb** ‖ 3 *Maurenbrecher II p. 92* ‖ 4 masculo **Pa** ‖ 5 poetice ET *om.* **Pb** ‖ 7 altera **Pa** alterū **M** ‖ 8 quia **L** ‖ 9 intulerant **Pb** ‖ 11 Libia **Pa** | poculi *superscr.* a **M** | et ut **M** | ut *om.* **P** ‖ 12 a cymba **L** accūba **MPa** ac uerba **Pb** ‖ 13 TVNC **L** Tu **M** | tunc **L** tu **M** cū **Pa** ‖ 14 ducentibus signis **MP** ‖ 15 Fugit equis (*om.* id est) **M** | equi **Pb** ‖ 16 pedibus **Pa** ‖ 17 ORBE *om.* **M** ‖ 18 ordine **LPa** | redeant **Pa** ‖ 19 milites . . . redeant *om.* **LPa** | hec **Pb** huius **M** ‖ 20 redeunt *superscr.* a **M** ‖ 21 PVLV. FLAMM. *om.* **M** ‖ 22 apice uix **Pb** | flebat **Pa** *corr. in* flabat **M** flāmabat **Pb** ‖ 23 FOEMINARVM **L** | BR. PL. *om.* **MP** ‖ 24 nō **P** | per planctum **Pb** ‖ 25 cons(c)ilio **P** | collisio Varronis opinione . Ideo **L**

solitas in luctu ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfiat.

207 (222) QVAMQVAM OMINA SENTIT id est quamuis nouerit calamitatem imminere immutabilem, tamen dextro orbe redeunt milites, ut exsoluant se, ne exsequiis implicentur.

209 (224) RAPTVMQVE SVIS LIBAMEN AB ARMIS unusquisque Amphiarai iussu quodcumque ex armis raptum in ignem iaciebat, ut inde expiatio fieret occisi serpentis.

212 (234) PVTRES molles.

213 (235) MVLTOQVE SOPORANT id est aqua exstinguunt.

217 (239) LVCIFER et mane oritur et uespere, sed equo mutato. quam rem sciunt sidera, quod unum astrum sit, nec falluntur sicut mortales, qui putant duos esse. poetae autem quadrigas dant soli, bigas lunae, equos singulos sideribus. eundem ergo Vesperum uult haberi. ut Horatius Vesperum pro Lucifero posuit ⟨carm. II 9, 10 sqq.⟩: 'nec tibi Vespero surgente decedunt amores nec rapidum fugiente Solem'.

225 (247) EXSPECTES laus operis.

Lind. p. 208 231 (253) EPHYRAEO Corinthio, ubi in honorem Palaemonis et Leucotheae ludi funebres celebrabantur. ut ait ipse ⟨IV 59⟩: 'it comes Inoas Ephyre solata querelas'.

233 (255) COLLIBVS INCVRVIS locum spectaculi describit.

239 (261) ILLIC CONFERTI id est in cohortem densati.

---

1 lacerare ua'ro ut **Pa** ‖ 3 omĩa **Pa** | SENSIT **L** *om.* **M** ‖ 4 nouerat **MP** | inmutabilē **MPa** | tantum **Pb** ‖ 5 *cf. schol. 200* ‖ 7 *schol. 209—213 om. in marg. sup. add.* **M** | SVIS . . . quodcumque *om.* **Pa** | VELAMEN **L** ‖ 8 rapitur **Pb** ‖ 9 insigne **MPa** insignem **Pb** | iacebant **M** iaciebāt **Pb** ‖ 10 Tres **P** ‖ 11 extingunt **MP** ‖ 12 LVCIFER Lucifer **L** ‖ 13 ꝗ *superscr.* ia **M** ‖ 14 sic̄ **MP** sicuti **L** | deos **Pa** ‖ 15 sodali **Pb** ‖ 16 esperidum **P** hesperidum **M** ‖ 18 decidunt *superscr.* e **M** ‖ 20 *schol. 225 om.* **M** | EXPECTES **LP** ‖ 22 et *om.* **Pa** | Leucothoes **LM** | celebrantur **Pb** | ut aut **Pa** aut ut **M** *superscr.* ut aū ‖ 23 querulas etc. **L** ‖ 24 *schol. 233 et 239 om. in marg. sup. add.* **M** | spectacij **Pa** ‖ 26 Illi **P** | CONSERTI **L** | id est *om.* **Pb**

246 (268) SERIES ANTIQVA PARENTVM maiorum imagines proferri significat uelut ad miraculum spectantium, quia moris fuit, ut in funere praeferrentur. ut Horatius ⟨epod. VIII 11 sq.⟩: 'funus atque imagines ducant triumphales tuum'.

253 (275) INDVLGENS INACHVS VRNAE ut Virgilius ⟨Aen. VII 792⟩: 'caelataque amnem fundens pater Inachus urna'. Lind. p. 209

257 (279) IVPPITER ATQVE HOSPES IAM TVNC AVRORA COLEBAT hoc est: hi, qui in oriente sunt. colitur autem in Aegypto, ubi etiam Isis uocatur. simul notandum, quod communis generis declinauit h o s p e s, cum legerimus ⟨Aen. III 539⟩: 'bellum, o terra hospita, portas'.

258 (280) NON QVI FALLENTIBVS VNDIS hoc est regali habitu et in meliore fortuna. id est: qualis fuerat, antequam deos offenderet.

259 (281) STERILEM RAPIT id est: qui fugientibus pomis uacuum prendit aera. ergo hic s i l u a m pro arboribus posuit. ut Virgilius ⟨georg. II 87⟩: 'pomaque et Alcinoi siluae'.

261 (283) NEPTVNIA TENDIT LORA PELOPS Virgilius ⟨georg. III 7⟩: 'humeroque Pelops insignis eburno'. a Neptuno enim aptatos curuli certamini equos acceperat, quorum cursu omnes anteiret. ipsis quoque Oenomaum superauit, qui a Myrtilo subposito axe cereo superatus est ab his. unde Horatius ⟨carm. I 1, 14⟩: 'Myrtoum pauidus nauta secet mare'. dicitur enim praedictus auriga a Pelope praecipitatus in mare.

---

2 uel **MP** | admirabilium **Pb** ‖ 3 praeferantur **L** preferentur **MPb** | ut] unde **L** ‖ 4 funus . . . INACHVS *om.* **Pb** | ducunt **MPa** ‖ 5 tuum *om.* **MPa** ‖ 6 ut *om.* **LPb** ‖ 8 IVPITER **L** | IAM . . . COLEBAT *om.* **M** | tum **P** ‖ 9 hii **MPb** *om.* **Pa** | aū & in **M** ‖ 11 ꝗ *superscr.* ia **M** | cōmunū geñ decliñ (*superscr.* ationis) **M** ‖ 14 im meliori **Pb** ‖ 16 steriles **Pa** ‖ 17 rapit **L** | hic ergo **Pb** ‖ 18 posuit pro arboribus **L** | unde **L** Vir **Pa** | et *om.* **Pb** ‖ 20 LORA PELOPS *om.* **M** ‖ 21 a *om.* **M** ‖ 22 aptatus **LPa** *superscr.* os **M** mactatus **Pb** | certamine **L** ‖ 23 ipsum **LPb** ‖ 24 cui **MP** | supposito **L** suposito **Pb** ‖ 26 fec̃ *superscr.* secit **M** | productus **P** predictis *superscr.* u **M** ‖ 27 praecipitatus a Pelope **L**

264 (286) SPECIESQVE HORRENDA COROEBI hic est Coroebus, qui monstrum Apollinis interemit et pro omnibus se deuouit. ideo horridus id est uenerabilis, aut horrenda specie: terribili, quasi contemptor uitae mortisque.

265 (287) ET DANAE CVLPATA SINVS Danae Acrisii filia. haec cum a patre ob custodiendam uirginitatem arctius seruaretur, dicitur eius specie captus Iuppiter sese in imbrem aureum demutasse et ita in modum pluuiae Danaes sinum penetrasse. ex qua coniunctione Iuppiter Perseum edidit. unde Horatius ⟨carm. III 16, 5 sqq.⟩: 'si non Acrisium, uirginis abditae custodem pauidum, Iuppiter et Venus risissent'. Terentius ⟨Eun. 588 sqq.⟩: 'deum sese in hominem conuertisse ac per alienas tegulas uenisse clanculum per pluuium fucum factum mulieri. at quem deum! qui templa caeli summa sonitu concutit'.

266 (288) TRISTIS AMYMONE Belus Danai pater, Danaus Amymones. Amymone a Neptuno compressa Nauplion generauit, Nauplius Palameden. unde Virgilius ⟨Aen. II 82⟩: 'Belidae nomen Palamedis'.

267 (289) TERGEMINA CRINEM quia cum Hercules nasceretur, continuae tres noctes dicuntur fuisse. tergemina autem nocte non sex, sed tribus uetuste posuit. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 202⟩: 'tergemini nece Geryonis'.

269 (291) BELIDAE FRATRES ex Belo nati Danaus et Aegyptus fratres. his cum par numerus filiorum filiarum-

---

1 CHOROEBI **LPa** *om.* **M** | chorebi *superscr.* us **M** ‖ 3 orridus **M** horrenda **L** | uenerabili **M** ‖ 4 etiam terribili **Pb** et terribit **M** ‖ 5 ET DAN. *om.* **Pb** | CVLP. SIN. *om.* **M** ‖ 7 arcius **MPa** ‖ 8 mutasse **Pb** ‖ 9 damne **Pb** | sinum Danaes **L** | sinu **M** sinus **Pb** ‖ 10 sed non **L** ‖ 12 misisset **LP** *superscr.* r **M** ‖ 13 se **L** | in alienas *Terentius* ‖ 14 calculum **Pa** | impluuium **LP** infiluiū *superscr.* impluuiū **M** | fucū *del.* **M** | factum fucum **Pb** | ad **Pa** ‖ 15 templi . . sonu **Pb** ‖ 16 AM.] i **M** | Belus . . . Amymone *om.* **Pb** ‖ 17 amimomis **M** | conp̄hessa **Pa** | Nauplium **L** nauphilon **Pa** naupilion **Pb** ‖ 18 naup(h)ilius **P** | Palamedem **L** ‖ 20 CRINEM *om.* **M** ‖ 21 fuisse dicuntur **Pb** | tergeminam . . noctem **Pb** ‖ 22 uestute **M** ‖ 25 Aegystus **L** egistus **MP** *cf. ad I 324 II 222*

que esset, Danaus deprehendit oraculo se ab uno Aegypti fratris filio occidendum. itaque simulauit se fratris filiis natas in matrimonii consortium | traditurum armauitque Lind. p. 210 occulte filias, coniugali nocte ut sponsos occiderent. uniuersae uoluntatem patris secutae sponsos suos occiderunt. Hypermestra sola Lynceo pepercit. a quo postea Danaus, ut oraculi fides impleretur, occiditur. inimica ergo in foedera dixit, quia dextrarum coniunctio ad discordiam profecit.

274 (296) PRIMVS SVDOR EQVIS Virgilius ⟨Aen. V 66⟩: 'prima citae Teucris ponam certamina classis'.

279 (301) ARION equus Adrasti, qui ex Neptuno et Cerere natus dicitur, humano uestigio dextri pedis.

288 (310) EVRIQVE NOTIQVE SECVNTVR equi uelocitate etiam nubila uincebantur, quasi et ipsa certarent. item Euri secuntur diuine dictum: dedit illis uotum uictoriae, sed ademit effectum.

289 (311) EVRYSTHEA id est: ad quae Eurystheus eum Lind. p. 211 mittebat. Eurystheus enim rex fuit Graeciae, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut uaria monstra superaret, quibus posset perire. unde Virgilius durum eum uocat dicens ⟨georg. III 4⟩: 'quis aut Eurysthea durum'. ideo durus, quia potuit ad complendum nouercale odium sufficere.

---

1 dependit **Pb** | Aegysti **L** egisti **MP** ‖ 2 fratris *om.* **Pb** | filii danai egisti natas **M** ‖ 3 matrimoniū **MPb** | consortium *om.* **Pb** ‖ 4 occulta **Pa** oculto **Pb** | sponsus **Pa** *superscr.* o **M** sponsos suos **L** ‖ 6 sola Hypermnestra **L** | Lino **L** licto **Pa** | a quo] ac **Pa** ‖ 7 fides oraculi **Pb** | ego *superscr.* r **M** *om.* **Pa** | in *om.* **M** ‖ 8 dixit *om.* **Pb** | que **P** q̄ **M** ‖ 9 pfecit **Pa** *superscr.* uenit **M** ‖ 10 *schol. 274 om.* **M** | EQVIS . . . ARION *om.* **Pa** ‖ 11 classis . . . Teucris **L** ‖ 12 equs **Pb** ‖ 13 pedes **Pa** ‖ 14 EVRI **L** | SEQVVNTVR **L** *om.* **M** | celeritate **Pb** ‖ 15 etiam *om.* **M** | uincebat//// *superscr.* n **M** | qui **Pa** *om.* **Pb** | ipse **LP** | certaret **L** | unde et nuri **Pb** ‖ 16 sequuntur **L** | uictoriae uotum **L** ‖ 18 *schol. 289 post schol. 300 praeb.* **LP** *om.* **M** | quem **L** ‖ 19 fuit *om.* **L** | Persa **L** perse **P** ‖ 21 eum appellat durum dicens **Pb** *om.* **L** ‖ 23 durum uocat ideo **L** | qui **P** | ad nouercale odium complendum (*om.* sufficere) **Pb**

290 (312) ALTO PER GRAMINA SVLCO id est orbita illius currus, quem ducebat. ideo, quod sessoris pondere praegrauabatur, altius infigebantur terrae uestigia.

300 (322) ASTRA INSIDIOSA periculosa, ideo quod sunt signa terribilia uisu. monebat ergo Phaethontem Sol, ut non ageret currus per australem aut septentrionalem plagam. Lucanus de Phaethonte in libro, qui inscribitur Iliacon, ita:

> 'haud aliter raptum transuerso limite caeli
> flammati Phaethonta poli uidere deique,
> cum uice mutata totis in montibus ardens
> terra dedit caelo lucem naturaque uersa'.

304 (326) OEBALIOS Laconicos.

305 (327) FVRTO adulterio furtim commisso.

306 (328) CYLLARE equi Castorum Cyllarus et Xanthus. aliter enim Virgilius ⟨georg. III 89 sq.⟩: 'Pollucis habenis Cyllarus'. sed non indifferenter iunguntur uocabulo, qui sunt uitae permutatione coniuncti. et templum Castorum dicimus, cum sit duorum. et legimus: 'Castor uterque bonus'. constat autem hunc inter Argonautas Castorem fuisse et eum omisso equorum studio remigem factum, quo tempore occasio data est, ut Cyllarus uocaretur. sed potest proprie Castoris dici. fuit enim hoc studium huic, ut Homerus asserit ⟨Il. III 237⟩: *Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.* Horatius ⟨sat. II 1, 26 sq.⟩ enim: 'Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem pugnis'.

---

1 Alta **P** | SVLCO *om.* **M** ‖ 2 cursus **P** | quia **LP** ‖ 4 quia **LP** ‖ 5 uisu terribilia **LP** | mouebat **P** *superscr.* n **M** ‖ 6 aut **M** sed **L** et **Pb** *om.* **Pa** | septemtrionalem **MPb** ‖ 7 de Phaethonte *om.* **M** | scribitur **MP** ‖ 8 illia con **Pb** | *uide Hosii edit. p. 330* ‖ 9 aut **M** | alter **Pb** ‖ 10 flammāti **Pa** | phetonti **M** | pili . . . denique **Pa** ‖ 12 lucem *om.* **L** ‖ 13 laconios **Pb** ‖ 15 equis **Pa** | Castoris **LPb** ‖ 17 q̇ . . . coniuncta **M** ‖ 18 Castoris **LPb** ‖ 19 *ubi?* ‖ 20 Castorem *ante* inter *posuit* **L** ‖ 21 emisso *superscr.* o **Pa** ‖ 22 cilaris diceretur **Pb** ‖ 23 potest **MP** debet **L** | prope **Pa** ‖ 24 *uersum om.* **P** ‖ 26 equi sono **LP**

310 (332) FELIX ADMETVS aut propter amicitiam Herculis aut propter receptam dictus uxorem.

313 (335) IN VIRES ADDVCTA VENVS cupido libidinis migrauit in uires.

316 (338) DE GREGE CASTALIO de Pegasi grege, qui fontem Hippocrenen Apollini et Musis dicatum ungula sua scalpsit. Neptunus enim pater quorundam equorum fertur: Pegasi ex Medusa, Arionis ex Cerere. ergo equae Admeti Persico colore fuerunt.

318 (340) ECCE ET IASONIDAE IVVENES de Iasone et Lind. p. 212 Hypsipyle duo nati sunt filii: Thoas et Euneos, quorum Thoas maternum auum nomine refert, Euneos uocatur alter ominis causa a patre nauigaturo. quorum nomina opportuno tempore poeta commemorat, hic uero, quia certaturi noti esse debuerant. adeo fraterna contentio fuit, ut nec uictus doleat nec uictor insultet.

324 (346) IT CHROMIS Chromin dicit, Herculis filium, quem constat equos habuisse Thraces, quos Hercules exstincto rege abduxerat, humanis carnibus uesci consuetos. cum multi uero exitio hoc hospites interissent, hunc Hercules, ne ab eodem circumuentus periret, equorum suorum pabulum fecit. quos filio suo habendos concessit.

325 (347) ALTER AB OENOMAO Hippodamum dicit Oenomai currus regentem. eorum enim equorum non

---

1 aut *om.* **L** | prope **P** ‖ 2 aut *om.* **LP** | prope **Pa** | deceptum **Pa** deceptus **Pb** | ductus *corr. in* dictus **M** ‖ 4 aures **Pa** ‖ 6 Hippocrenem **L(MPb)** ipocrene **Pa** | ungulas suas **Pa** ungulis suis **Pb** ‖ 7 scalpsit **MPc** produxit **LPb** pduxit **Pa** | pater enim **M** ‖ 8 persei **MP** | ex] et **MPb** | exercere **MPb** exere **Pa** | quae **LP** ṅeq̋ **M** ‖ 9 Admeti regis **L** | perseo **L** persi **M** perse **Pa** persici **Pb** | culoro **M** ‖ 10 IVVENES *om.* **MP** | ex Iasone **L** ‖ 11 Euneus **L** ‖ 12 euneis **Pa** Euneus **L** | uocatus **L** ‖ 13 negaturo **Pa** nauigatio **Pb** | nomina] in **Pa** ‖ 14 tempore . . . contentio *om.* **Pa** | hic *scripsi* hi **LM** hii **Pb** | qui acceptaturi nothi **Pb** ‖ 15 non esse **L** | adeo *om.* **Pb** | ut *om.* **Pa** ‖ 17 HIC **L** ‖ 18 Thracas **L** thracis *superscr.* e **M** thraciis **Pa** traces **Pb** ‖ 20 uero **M** hoc **LPb** nõ **Pa** | hoc *om.* **LP** | interiissent hospites **L** ‖ 22 fecit pabulum **L** | suo *om.* **Pb**

dissimilis fama est exitio tot procorum. ideo ambigit poeta, quibus equis ab eo maior crudelitas ascribatur. ex utroque enim stabulo processit horrenda crudelitas.

326 (348) FRENA genus pro specie: equos enim significat.

Lind. p. 213 334 (356) MANVS INSERTVS insertas manus habens.

336 (358) PHLEGRAM regio est, in qua debellati Gigantes ignitis fulminibus perierunt. φλέγειν enim Graece ignire proprie dicitur.

337 (359) ANGVIS Pythonis. FRATRVMQVE HONORES id est ea facta, quae reliqui dii gloria sua signant.

338 (360) QVIS SIDERA DVCAT SPIRITVS secta Platonica dicit omnia spiritu diuino gubernari. unde Virgilius ⟨Aen. VI 724 sqq.⟩: 'principio caelum ac terras camposque liquentis lucentemque globum lunae Titaniaque astra spiritus intus alit'. etenim illa anima, quae uinculum mundi nectit, mens et spiritus uocata est, quae dat mortalium animis cunctis species motumque et uitam. ut Virgilius ⟨Aen. VI 727⟩: 'mens agitat molem', quae Platone attestante firmat. sed huius tractatus secretae philosophiae magna laus Persis debetur, quod apud eam gentem horum secretorum primum habita ratio est. [uel Perses scilicet ille magnus praeceptor huius philosophiae.]

340 (362) VIVAT MARE ostendit poeta uiuum et uiua posse dici ea, quae neque anima neque spiritu mouentur.

---

1 dissimili **M** | est fama **L** | ambiit **M** ‖ 2 equis *om.* **Pb** | asscribit^⁄ **M** scribatur **Pa** accusabatur **Pb** ‖ 4 spicie *corr. in* spicit **Pa** spem **Pb** ‖ 6 insertas **MPb** | ides *ins.* **Pb** | manus habens insertas **L** ‖ 7 est *om.* **Pb** | debellati fuerunt gigantes quoniam ibi ignitis periere fulminibus **Pb** ‖ 8 flexe **MPa** flegere **Pb** ‖ 9 ignire *om. spat. uac. rel.* **Pb** ‖ 10 fratrum **Pa** fratres **Pb** ‖ 11 qui *superscr.* e **M** | signat **P** ‖ 12 Quid **P** | platonia **M** ‖ 13 unde] ut **Pa** ‖ 15 lucentemque . . . astra *om.* **Pb** ‖ 18 animas **Pa** | cunctas **L** cuncta **Pa** | spẽs **P** ‖ 20 affirmatur **L** firmatur **P** *corr. in* firmat **M** | secretae *om.* **Pb** ‖ 21 materna laus **Pb** | apud *om.* **L** ‖ 22 ratio habita **L** | pse **Pb** spes **Pa** ‖ 24 MARE *om.* **Pa** | po&e **M** | uiuā **MP** ‖ 25 neque[1]] nec **M**

QVAE VIA SOLES PRAECIPITET NOCTEM QVAE PORRIGAT thesis philosophica: terra elementorum omnium ima sit an suspensa, ut Lucretius, ergo utrum uoluatur caelum, quod accidit, si media est terra, quod si in imo desinit, caelum esse dicit immobile. sed tamen disputantium discordat opinio. uerum nobis dicet, si qui rite cognouit originum causas. unde Virgilius ⟨georg. II 490⟩: 'felix, qui potuit rerum cognoscere causas'.

342 (364) MVNDO SVCCINCTA LATENTI latentem mundum antipodas dicit. succincta autem pro pendenti, quia, si media est, nulla stabilitate firmatur. sed de his rebus, prout ingenio meo committere potui, ex libris ineffabilis doctrinae Persei praeceptoris seorsum libellum composui Caelius Firmianus Lactantius Placidus.

344 (366) DVMQVE CHELYN LAVRO citharoedorum disciplinam expressit, quibus mos est finito carmine coronam detractam capiti citharae subligare.

345 (367) LIMBO zona seu fascia. limbus enim proprie fascia picta dicitur, quae imis assuitur uestibus. ut Virgilius ⟨Aen. IV 137⟩: 'Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo'. [aliter: limbus est fascia, quae ambit extremitatem uestium secundum anticum ritum, ut ⟨Aen. V 250 sq.⟩ 'uictori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura'.]

347 (369) CERTAMINIS INSTAR speciem enim belli quadriiugum certamen adduxerat cupido uincendi.

353 (375) DICERE PELIACIS montem Pelion in Thessalia Lind. p. 214

---

2 ima] pene **Pb** ‖ 3 uoluitur **P** ‖ 4 desinat **Pb** ‖ 5 caelum *om.* **L** | dicit *om.* **L** | tamen **Pb** cum **LMPa** | disputanti **P** ‖ 6 nobis] ñ **M** non **P** | dic̄ **MP** | siq *superscr.* is **M** ‖ 7 unde . . . causas *om.* **Pb** | ut **Pa** ‖ 10 antipodis *superscr.* a **M** ‖ 11 si . . . de his *om.* **Pb** ‖ 12 connectere **L** ‖ 13 libelum seorsum **Pb** ‖ 14 celius **MPb** coelius **Pa** *om.* **L** | firmanus **Pb** *om.* **L** ‖ 15 CHELIM **LPb** ‖ 16 mos est *scripsi* moris est **L** mox **MP** ‖ 17 subligaret **MP** ‖ 20 ut *om.* **Pb** ‖ 21 aliter . . . purpura *om.* **M** ‖ 22 antiquum **L** antiqum **Pb** ‖ 23 uictoris **L** | quam (*om.* plurima) **Pa** habentem **L** ‖ 24 purpuram **L** ‖ 27 Ducere **Pb** *om.* **L**

esse notissimum est, prope quem deus Apollo Admeti regis pauit armenta. constat autem huius iniuriae hanc fuisse causam: fulminato Aesculapio, quod reuocare ad uitam ausus fuisset Hippolytum, pater Apollo, ubi se uidit orbatum, sagittis Cyclopas occidit, qui Iouis fulmina fabricare consueuerant. ob hoc mortalem indutus formam pecus Admeto iuxta fluuium pauit Amphrysum.

356 (378) AT HIC TRIPODVM COMES Amphiaraus scilicet. et notandum uarietatem nominum solis pronominibus separatam ille et huius. meritis tamen ille Admetus.

359 (381) ADMETO SERVMQVE MORI beneficio enim uxoris Alcestae Admetus distulerat mortem. cuius talis est fabula: Alceste Admeti uxor fuit. haec cum agnouisset uiro suo finem propinquare uitae, sese obtulit morti. quam cum exstinctam Admetus impatienter doleret, Herculis laboribus ei reducta ab inferis dicitur. eleganter ergo poeta serum mori Admeto posuit, uidelicet pro quo alter concessit in fata. unde Iuuenalis ⟨VI 652 sq.⟩: 'spectant subeuntem fata mariti Alcestim'.

361 (383) ET NOSTRAE PRIDEM CECINERE VOLVCRES sensus: etiam auium nostrarum augurio moriturum te esse praeuidisti.

362 (384) ET OS FLETV noluit dare pathos mortale numini, philosophice potius quam poetice. Ouidius idem de Apolline Coronide occisa ⟨met. II 617 sqq.⟩:

'collapsamque fouet seraque ope uincere fata
Lind. p. 215 nititur et medicas exercet inaniter artes.

2 hanc *om.* **Pb** hanc potissimum **L** ‖ 3 fulminato ab Ioue **L** | qui **LPa** ‖ 4 esset **LPb** | uidet **LPa** iubet **Pb** | turbatum **MPb** urbatu **Pa** ‖ 6 ab hoc **P** | inductus **Pb** ‖ 7 Admeti **L** ‖ 10 illic **L** | tantum **Pb** ‖ 11 ADMETO] DATVR ORDO SENECTAE **L** | enim *om.* **Pa** ‖ 12 Alceste **L** alchistę **MP** ‖ 13 Alcestes **L** alchiste **MP** | uxor Admeti **L** | cum . . . quam *om.* **Pa** ‖ 14 ottulit **Pb** ‖ 17 ergo hic **LPa** ergo **M** hic **Pb** | posuit admeto **Pb** ‖ 19 Alcesten **L** alchistin **MPa** al. **Pb** ‖ 20 CECIN. VOL. *om.* **MP** ‖ 21 nostrorum **Pb** | moriturus **Pa** ‖ 23 noluit *corr. in* nolunt **M** nolūt **Pa** | mortali **LP** ‖ 24 phisice potius **Pb** ‖ 25 et coronide **Pb** ‖ 26 c̄lapsāqꝫ **M**

quae postquam frustra temptata rogumque parari
uidit et arsuros supremis ignibus artus,
tum uero gemitus — neque enim caelestia tingui
ora licet lacrimis — alto de corde petitos
edidit'.

369 (391) DECORA AEQVA IVGALES propter metrum 'co' syllaba breuis accipitur.

370 (392) DIVVM VTRVMQVE GENVS quia equi et auriga diuino oriuntur ex semine.

376 (398) VRITVR calidum fit siue calore atteritur.

378 (400) VESTIGIA MILLE quia illud uidebatur geri, quod adhuc non coeperat. familiare enim generosorum equorum est inquietudine pedum anticipare cursum, quorum multa stans mutat uestigia. Virgilius ⟨georg. III 84⟩: 'stare loco nescit'.

382 (404) TYRRHENVM MVRMVR tubam significat, quam Maleus, Tyrrhenorum imperator, primus inuenit, a qua opinione nec Virgilius discrepat, cum dicit ⟨Aen. VIII 526⟩: 'Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor'.

386 (408) TARDIVS ASTRA CADVNT parabola per hyperbolen, quae tunc adhibetur, cum nec illa quidem, quae comparantur, ad exprimendam similitudinem posse sufficere scriptor affirmat.

391 (413) VIX INTER SESE ordo: uix sese internoscunt clamore aut nomine. aut enim confundit clamore sonum spectantium multitudo, aut frequenter increpitat, cuius fauor aduenit. utrumque autem turbationem facit.

1 quae . . . gemitus] &c. deinde **Pb** | temptantur obūqꝫ **MPa** ‖ 2 uidet **M** sensit **L** ‖ 3 tunc **L** | tingi **LPb** ‖ 4 lachrymas **P** | petita **M** petitas **Pb** petras **Pa** ‖ 6 AEQVA IVGALES] alias decorique, ut **L** ‖ 7 quo **Pa** que **Pb** qo *superscr.* co **M** ea **L** | accipiatur **L** ‖ 10 siue *om.* **Pa** | adterit√ **M** ‖ 13 equorum *om.* **Pb** | quorum **M** quia **LP** ‖ 17 Meleus **L** malteus **Pa** | *cf. IV 224* | aq̊ **M** ‖ 20 hyperbolem **Pb** ‖ 21 adhibebatur **Pb** ‖ 24 inter sese noscuntur **Pb** ‖ 25 aut[1]] & **L** | sonu **Pa** ‖ 27 fautor **Pa** | autem] enim **Pb**

392 (414) EVOLVERE GLOBVM id est primam metam transierunt.

396 (418) REPECTIT dispergit, dissoluit.

397 (419) ALBENTES NIMBOS spumas aut sudores.

401 (423) OLENIIS Olenium Arcadiae oppidum, unde Oleniam capram fuisse uolunt, Iouis nutricem. haec cum filiis suis inter sidera recepta est, cuius sidus imbriferum Lind. p. 216 dicitur. unde Virgilius ⟨Aen. IX 668 sq.⟩: | 'quantus ab occasu ueniens pluuialibus haedis uerberat imber humum'. est enim signum hiemale Aquarium sequens. dicit igitur uerberum crebritate assiduos imbres posse superari.

Lind. p. 217 408 (430) CIRCVMSPICIT OMNI id est: pro omni campo circumspiciendo facit huc atque illuc circumcurrendo.

414 (436) CHROMIS ASPER Herculis filius. Hippodamus Oenomai filius.

415 (437) SED MOLE TENENTVR ut Virgilius ⟨Aen. V 153 sq.⟩: 'melior remis, sed pondere pinus tarda tenet'.

417 (439) INCENDITVR AVRA id est equorum afflatu.

424 (446) LAXO CVM TANDEM AB ORBE id est ab exteriore gyro.

425 (447) AEQVOREVS SONIPES Arionem dicit aequoreum. ait enim supra ⟨uu. 280 sq.⟩: 'Neptunus equo, si certa priorum fama, pater'.

429 (451) LABDACIDES patronymicum significat Polynicem, cuius auus Laius Labdaci filius fuit.

432 (454) DEVIA CAMPI antiptosis est: dum in directa tendunt, in deuia obliquant.

436 (458) MORTEMQVE MINANTVR Virgilius ⟨Aen. V 230⟩: 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

---

1 Auoluere **Pa** ‖ 3 REPETIT **LMPb** ‖ 4 Albentis **P** *superscr.* e **M** | spuma aut sudore **Pb** ‖ 5 OLENIIS *om.* **Pa** | Olenus Achaiae *Dubnerus* ‖ 6 uolunt fuisse **L** ‖ 10 enim **M** ergo **LP** ‖ 11 uerborum **Pa** umbrarum **Pb** | crebritatem **LP** | superare **L** ‖ 12 id est] † **Pa** ‖ 16 SED *om.* **LP** ‖ 17 sed] sub **L** ‖ 19 Lasso **Pb** ‖ 21 Arionem ... LABDACIDES *om.* **P** ‖ 24 patronomicum **MPa** ‖ 25 Labdacii **LM** | fuit filius **L** ‖ 26 in re(c)ta **P** ‖ 28 Mortem **M**

437 (459) MVLTAQVE TRANSVERSIS multa currentes faciunt per transuersa camporum.

439 (461) PHOLOEN ADMETVS ET IRIN equarum nomina sunt. supra enim ⟨u. 311⟩ sic dixit: 'uix steriles compescit equas'.

441 (463) CYGNVM de colore candenti nomen accepit. quia igneus fuit.

443 (465) IGNEVS AETHION iucunde Graeco nomini expositionem adiecit, quia Aethion dicitur de colore, unde et Hyperion, quamuis alii patronymicum accipiant. utrique tamen recte.

460 (482) RIGENTIA TENDVNT quia prensum axem re- Lind. p. 218 uocauit et continuit illorum cursum. rigentia autem dixit conatu tensa.

461 (483) TENET AESTVS licet uentus inflaret, tamen aestu cogente ire non poterant.

464 (486) SED THRACES EQVI dixerat enim supra Chromin, Herculis filium, equis usum Diomedis Thracis, — non illius, qui in Troiae excidio militauit, — qui humanis carnibus uescebantur.

468 (490) VICTVSQVE ET COLLAVDATVS ABISSET quia praeposuit humanitatem gloriae, ne cruentam uictoriam sortiretur, et uictus est cum fauore.

483 (505) PER TERGA VOLVTVS habenarum nexum,

---

1 Multa **M** ‖ 3 et qua **Pa** ‖ 4 sunt *om.* **L** | dicit **Pb** ‖ 6 accepit *corr. ex* accipit **M** ‖ 7 quia . . . fuit *quadrant ad ea, quae secuntur* ‖ 8 AECHION **L** achion **M** chion **Pa** ethinon **Pb** | iocunde **Pb** *man. 2* **M** | nomine **MP** ‖ 9 Aechion **L** achion **M** chion **Pa** echion **Pb** | calore **L** ‖ 10 herion *corr. in* cheperion **M** iophion **Pa** hicperion **Pb** | alii *om.* **P** | Potermenii **L** pot͠menii **M** *Gud.* patˢmemei **Pa** pt͠ memi **Pb** patronymice *Dubnerus* | utrumque **LP** *man. 2* **M** ‖ 12 rigentia . . . tensa *initio scholii praeb.* **P** | RIG. TEND. *om.* **P** | q **Pb** *om.* **Pa** | prensum] as ut in **Pa** . . . . suum **Pb** ‖ 16 urgente **L** | poterat **M** ‖ 17 EQVI . . . filium *om.* **Pb** ‖ 18 usum *om.* **M** *post* Thracis *praeb.* **L** ‖ 19 illū **MPa** ‖ 20 uescebant͠ **M** ‖ 21 VICTORQVE **L** | cōlaudatus **MPa** cum laudatus **Pb** | abiisset **Pb** | que **Pa** ‖ 22 unitatem **Pa** ‖ 23 sociaretur **Pa** ‖ 24 nexu **Pb** *om.* **Pa**

qui diu uolutus per terga fuerat, liberauit, ne curru loris implicitus traheretur.

484 (506) MODERAMINE LIBER id est a rectore, qui excussus curru uoluebatur in puluere.

485 (507) PVTRI TELLVRE definitio pulueris.

486 (508) TAENARII CVRRVS Amphiarai scilicet. THESSALVS AXIS Admeti aurigas modo demonstrauit a locis Lind. p. 219 siue | ab equis. sic Virgilius duces nauium non suis nominibus, sed intellegendos fecit dicendo ⟨Aen. V 156 sq.⟩: 'et nunc Pristis habet, nunc uictam praeterit ingens Centaurus' Sergestum significare uolens et Mnestheum. HEROS LEMNIVS unum de geminis Hypsipyles dicit, quorum alter, Thoas, iam ruerat, dum Admetum praeterire festinat.

Lind. p. 220 491 (513) QVIS MORTIS THEBANE LOCVS apostropha cum ecphonesi id est cum exclamatione, quasi crudelitate fortunae ad parricidium seruaretur.

505 (527) SAEVA MINATVR Amphiarao scilicet, qui hiatu terrae recipiendus erat.

506 (528) ARIONE CYGNVS equus Amphiarai.

507 (529) HINC VICE IVSTA id est: quomodo iustus ordo dictabat.

512 (534) SEV MARTE SOLEBAT multa enim bella Hercules per exercitum gessit, ut contra Eurystheum, contra Oechaliam, contra Troiam — unde Virgilius ⟨Aen. VIII 291⟩: 'Troiamque Oechaliamque' — nec non etiam in

---

1 quo inuolutus **L** quod inuolutus **P** | curruum **Pb** *fortasse recte* ‖ 3 a *om.* **L** ‖ 6 scilicet *om.* **Pb** ‖ 8 suis *om.* **Pa** ‖ 9 *ante* intellegendos nauium *excidisse puto* | intelligendos **L(Pa)** ‖ 10 Pistris **LMPb** pystix **Pa** | abet **Pa** abit **Pb** | nec **L** ni **Pa** | uictum **L** ‖ 12 de *om.* **Pa** | ipsiphile **MPa** hisiphile **Pb** | equorum **P** ‖ 13 ruant **Pb** reuerat **M** | festinant **P** ‖ 14 apostropha . . . ecphonesi] uerba poetae **L** ‖ 15 hęc foneus in **M** et foneū fin **Pa** et pheni cum finiendus **Pb** | id est *om.* **Pb** | credulitate **M** ‖ 16 futura **L** funera **MP** *corr. Vollmer.* | *an scribendumst* futurum ad parricidium*?* ‖ 19 ARIONE . . . dictabat *om.* **Pa** ‖ 20 id est *om.* **L** | iussus **L** ‖ 23 gessit] ergo sit **P** ‖ 24 Echaliam **L** euchaliā **MP** | unde *om.* **Pb** ‖ 25 Troiam **M** | Echaliamque **L** euchaliamque **MP** | etiam et **MPa** et **Pb** | in africam **Pb**

Africa teste Sallustio ⟨Iug. XVIII 3⟩ qui ait: 'postquam Hercules in Africa, sicut putant, interiit, exercitus eius uariis gentibus permixtus est'.

514 (536) TERRIBILE declamatio e contrario propter emphasin, quia aurum naturaliter delectare solet. ut ipse alibi: 'armaque in auro tristia'.

515 (537) SAXA FACES pugna Centaurorum et Lapitharum in cratere picta erat, qui in conuiuio efferati furore nec poculis pepercerunt. unde Virgilius ⟨georg. II 457⟩: 'et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.

517 (539) ET TORTA MOLITVR hoc declamationis genus etiam alibi poeta seruauit id est laudando Adrasti pateram, qua dicit impressum fuisse Perseum Gorgonae caput tenentem, et, ut morientis Gorgonae expressius describeret uultum, ait ⟨Theb. I 546 sq.⟩: 'illa graues oculos languentiaque ora paene mouet uiuoque etiam pallescit in auro'.

519 (541) REPETITA iterum picta. unde Lucanus ⟨X 123 sq.⟩: 'cuius pars maxima suco cocta diu uirus non uno duxit aeno'.

520 (542) PHRIXEI AEQVORIS Hellesponti, ubi Helle, Phrixi soror, in mare cecidit. dicit ergo Leandrum in chlamyde pictum fuisse natantem.

521 (543) TRANSLVCET bene translucet, quia a perfectis ita pinguntur natantes, ut inter undas eorum membra perluceant. Leandri autem fabula est Ouidio referente notissima.

525 (547) SESTIAS IN SPECVLIS id est Hero, cuius poeta

---

1 teste . . . putant *om.* **Pb** ‖ 2 in Hispania *Sallustius, uide locum* ‖ 4 e] a **LPa** *om.* **Pb** | per emphasim **Pb** ‖ 5 aurum *om.* **P** | solet *om.* **Pb** | ipsi **M** ‖ 6 tristitia **Pa** ‖ 10 cratera **M** ‖ 12 et **L** laudando scilicet **L** ‖ 13 expressum **L** inpressum **Pa** ‖ 14 ut . . . describeret] ait ex **Pa** | morientis . . . describeret] ex **Pb** ‖ 16 petentem pene **L** pene pene **Pa** | (etiam *om.*) impallescit **Pb** ‖ 17 iterum . . . PHRIXEI *om.* **Pa** ‖ 18 quorum *Lucanus* | succo **LPb** ‖ 20 Hellespontiaci **L** | (h)elles **LMP** ‖ 22 lactentem **Pb** ‖ 23 bene translucet *om.* **Pb** | qui **Pa** | (a *om.*) perfectius **P** ‖ 24 amantes **Pb** ‖ 25 autem *om.* **Pb** ‖ 27 cui **Pb**

ex loci uocabulo nomen adiecit. Sestos enim in Propontidis litore locus est, de quo Lucanus ⟨VI 55⟩: 'coniungere Seston Abydo'. MORITVR exstinguitur. CONSCIVS IGNIS lumen amoris, quod Hero solabatur lucendo[, uel quod tenebat ipsa in turri].

527 (549) AT GENERVM secutus Virgilium perditorum praemia poeta seruauit. ad consolandum enim generum Polynicen ei Adrastus famulam dedit, sicut ille Sergesto seruam. ut ⟨Aen. V 284⟩ 'olli serua datur'.

Lind. p. 221 528 (550) SOLLICITAT transacto curuli certamine eos poeta describit, quibus cursu certandum est.

529 (551) ET TENVISSIMA VIRTVS definitio, quid sit cursus. id est pars non satis admiranda uirtutis. et cum plenissime rem, quam coeperat, definiret, adiecit pacis opus. sunt etiam sacra, quae cursu celebrantur. et ut agones declararet poeta non satis esse uirtuti, adiecit nec inutile bellis id est necessarium fugae, si uincere non cedatur.

532 (554) VMBRATVS TEMPORA RAMIS id est umbrata habens tempora ciuica corona. sicut Virgilius ⟨Aen. VI 772⟩: 'atque umbrata tegens ciuili tempora quercu'.

534 (556) SICYONIVS ALCON Virgilius ⟨georg. II 519⟩: 'teritur Sicyonia baca trapetis'.

535 (557) IN ISTHMIACA id est in agone, qui Isthmia uocatur, in honorem Leucotheae et Palaemonis apud Corinthum consecratus.

---

1 Seston **L** sesto **Pa** sexto **Pb** | enim *om.* **L** | Propontide **LMP** ‖ 2 littore **LPb** | adiungere *Lucanus* ‖ 4 *post* lucendo *iter.* MORITVR **Pa** ‖ 5 uel . . . turri *om.* **MP** ‖ 6 GENER **L** ‖ 7 poeta premia **Pb** ‖ 8 ei *om.* **MPa** | sic **Pa** sic sic **Pb** | segresta **M** ‖ 9 illi *corr. ex* ille **M** ‖ 13 pars . . . uirtutis *om.* **Pa** | non] modo **Pb** | est uirtus **Pb** | et *om.* **Pb** ‖ 16 declar& **Pb** ‖ 17 id *om.* **Pa** | aduenit uel necessarium **Pb** | fugae necessarium **L** | cum **L** si ei **Pb** ‖ 18 datur **LPb** cidatur **Pa** cedatur *add. man. 2* c̄ **M** ‖ 19 RAMIS *om.* **Pb** ‖ 21 gerens **L** tegens **MPb** regens **Pa** gerunt *Vergilius* ‖ 24 id est *om.* **Pb** | istmiaca **Pa** in isthmia **M** in histimia **Pb** ‖ 25 Leucothoae **L**

541 (563) QVIS MAENALIAE Atalantes confudit historiam. hanc enim Atalanten, Hippomenis uxorem, diximus filiam Schoenei fuisse, illam autem, quae cum procis cursu contendit, Oenomai filiam, uxorem Pelopis. sed parem historiam posuit Virgilius. ille enim ait ⟨georg. IV 15⟩: 'et manibus Procne pectus signata cruentis', cum hoc constet Philomelam fecisse. sed mutauit historiam.

548 (570) DIFFIBVLAT noue dixit.

550 (572) LAETITIA id est pulchritudo seu uenustas.

551 (573) DETERIORA GENIS uestitus pulcher uidebatur, sed pulchrior factus est nudus. latuit uultus comparatione membrorum. nudato enim corpore membrorum pulchritudo uenustatem uultus obnubit.

553 (575) PALLADIOS id est oleum.

561 (583) SEGNIOR deterior. Lind. p. 222

562 (584) IVXTA aut talis aut iuxta.

563 (585) INDVXERE PALAESTRAE rem naturalem expressit. cito enim genae barbae lanugine uestiuntur ex calore palaestrae et exercitatio ipsa urget corpora.

564 (586) DESERPITQVE GENIS incipit a coma discedere.

---

1 Qui **Pa** *om.* **L** | Atalantae **L** atalantis **M** al'chabantis **Pa** atlantis **Pb** | confundit **L** | *cf. schol. VII 267* ‖ 2 Atalantem **LMPa** atlantem **Pb** ‖ 3 Siconei **L** sichonei **MPa** sitonei **Pb** | qui **L** ‖ 4 uxorem pelopis hippomenis **M** *om.* **P** ‖ 5 posuit secutus **MP** ‖ 6 Progne **LMP** ‖ 7 philomenam **MPb** | *post* historiam **Pb** *praeb. haec*: nomen adiecit. fabula talis est. leander et hero abideus et sestius fuerunt inuicem se amantes sed leander et hero natu uenerunt consueuerant per fretum hellesponticum quod seston et abidon ciuitates interfluit de quo et h' dicit. cum ergo iuuenis opp̃ssi tempestate ad puellam delatum cadauer fuisset illa se precipitauit turri. *cf. schol. 525 et myth. II 218.* **Pa** *praebet initium schol. 525*: Sextias . . . adiecit, *deinde partem huius scholii posteriorem*: cum ergo . . . e turre ‖ 8 dissibilat **Pb** | dixit: proiecit a se **L** | *post schol. 548 schol. 553 praeb.* **LMP** ‖ 9 siue **Pb** ‖ 10 genus **MP** | pulchre **M** pulcer **Pa** pulchrer **Pb** ‖ 11 pulcrior **Pa** | nudus *om.* **Pb** ‖ 12 membrorum comparatione **L** | pulcritudo **Pa** ‖ 13 obnubilat **L** ‖ 14 Pallidios **M(P)** ‖ 16 aut[1] . . . iuxta] non longe **L** ‖ 18 et ex **LMP** ‖ 19 exercitatione ipsa aggrauantur **L** ipsa exercitatio augurii & **Pb** | auget*?* ‖ 20 comis **MP** GENIS **L** | coma **MP** genis **L**

siue deserpit: 'de' abundat. haec enim praepositio aut addit aut minuit aut mutat. FATETVR id est non apparet. quasi sub intonsa coma lateat genarum lanugo

565 (587) CITATOS ueloces.

567 (589) DOCTO non fortuito, sed per artem meditato.

570 (592) BREVEMQVE FVGAM breui fuga fiduciam uelocitatis explorant. NECOPINO FINE quia incerta meta est, immo nulla, cum crebro saltu excurritur. incertus enim modus currendi est, cum unusquisque saltus habita uoluntate praeludit. id est currebant cito redeuntes, quod solent cursui se praeparantes facere. ut ipse de equis superius ⟨378 sq.⟩ ait: 'pereunt uestigia mille ante fugam'.

574 (596) CYDONVM Cretensium.

578 (600) SIVE PVTANT ad maturitatem ceruorum rettulit.

579 (601) CONGREGAT sic Virgilius ⟨georg. III 369⟩: 'confertoque agmine cerui'.

Lind. p. 223 581 (603) MAENALIVS Parthenopaeus Arcas, quia Maenalus mons Arcadiae est. ut ipse inferius ⟨585 sq.⟩: 'a uertice crinis Arcados' id est Parthenopaei.

[588 (610) NEQVIQVAM quia moriturus.

589 (611) LIBER NEXV id est crinis, quia solutus est. crinis: subaudi Parthenopaei.]

596 (618) ARMA FREMVNT id est minantur.

600 (622) OCVLOSQVE MADENTES id est lacrimis plenos.

1 siue de **Pa** suam **Pb** | habundat **M** habunt **Pa** | hoc .. proposito **Pb** ‖ 2 non *om.* **Pb** ‖ 3 sub uiciosa coma **Pb** ‖ 7 explorat **LP** | qua **L** ‖ 8 nulla est **Pb** | excurrunt **Pc** ‖ 9 est currendi **L** | habitus **Pb** a linea *Dubnerus* ‖ 10 uoluntate *om.* **Pa** | praeludunt **LP** | cito redeuntes currebant **L** ‖ 11 efficere **MP** | ut] ait **M** ‖ 12 pereant **M** | nulla **M** ‖ 13 Cidonum uero **P** ‖ 14 PVTANT *om.* **L** | puritatem **L** ‖ 15 retulit **MPa** ‖ 16 sicut **Pb** ‖ 17 conferto **MP** ‖ 18 Menelaus **Pb** | Parth. . . . Maen. *om.* **Pb** ‖ 19 est Arcadiae **L** ‖ 20 a . . . Arcados] crinis et arce (archa **Pb**) id est dici ipsius **P** (*om.* id est dici) **M** ‖ 21 *schol. 588 et 589 om.* **MP** | NEQVICQVAM **L** ‖ 25 *schol. 600—632 om.* **Pa** | id est *om.* **M**

ut Virgilius ⟨Aen. V 343⟩: 'tutatur fauor Euryalum lacrimaeque decorae'.

603 (625) MERITAMQVE COMAM id est male sibi meritam, quae causam mortis excepit. retentione enim sui crinis Parthenopaei tardata uictoria est.

610 (632) TEGEAEVS Arcadius. Lind. p. 224

611 (633) POTENS NEMORVM Dianam potentem nemorum dicit.

612 (634) INIVRIA VOTO quia crinem tibi seruabam consecratum intonsum.

617 (639) EXILIS PLANTIS INTERVENIT AER id est paene uolat et inter plantas ipsius et terram aer medius calcabatur.

618 (640) NON FRACTO hoc est non depresso. PENDENT id est non signant uestigiis terram.

620 (642) SVSPIRIA PALMA id est anhelum laborem uictrici consolatus est palma.

622 (644) IMPROBVS IDAS propter fraudem retenti crinis.

626 (648) PTERELAS discum attulit, ad quem certarent. non tamen unus ex certantibus fuit.

628 (650) EXPENDVNT existimant.

629 (651) TVRBA RVVNT festinant.

632 (653) CAVEA STIMVLANTE id est hortantibus sociis, qui prope ipsum spectabant.

634 (656) ORBEM discum.

636 (658) HVNC RAPITE raptim mittite. CVI NON IACVLABILE interrogatiue cum despectu.

637 (659) NVLLO CONAMINE facile et sine labore.

639 (661) VIX VNVS ordo: uix promisere manus. et

1 lacrimarūq, **M** ‖ 5 crinis sui **LPb** | est uictoria **L** ‖ 6 Archadic' **M** archadeus **Pb** ‖ 10 consecratā intonsā **M** ‖ 11 Exilis in **M** ‖ 12 et *om.* **Pb** | palamtam **Pb** ‖ 14 (*om.* non) indrepesso **Pb** ‖ 15 significat **Pb** ‖ 18 retenti criminis **M** centi cippum **Pb** ‖ 20 adtulit **LM** ‖ 22 Et pendunt **M** | aestimant *Kohlm.* ‖ 23 Turparunt **Pb** ‖ 24 id est *om.* **L** ‖ 27 NVNC **L** ‖ 30 ordo est **Pb** | permisere **L** prouisere **Pb**

notandum, quare ‘unum’ dixerit, cum alterius etiam nomen adiecisset. sed hoc secutus Virgilium fecit. ille enim ait ⟨Aen. IX 544 sq.⟩: ‘uix unus Helenor et Lycus elapsi’.

640 (662) MAGNI TENVERE PARENTES ne parentum suorum uiderentur minuisse uirtutem.

Lind. p. 225 644 (666) LVCE MALA PANGAEA FERIT terribilis splendoris ictu ferit. Pangaea mons est Thraciae. unde Lucanus ⟨I 679 sq.⟩: ‘uideo Pangaea niuosis cana iugis’.

645 (667) MVGIT clipeus scilicet.

647 (669) IN SE OCVLOS populi uidelicet.

649 (671) ASPERAT ne, dum iaceret, laberetur. VERSAT considerat. circumuersabat enim Phlegyas discum, ut colligeret, quam partem lateris eius haberet in digitos, quam bracchio retentans alae subderet.

653 (675) SACRA id est agonem Iouis Olympici, qui circa Alpheum fluuium Pisarum celebratur. cuius ripas solitus erat Phlegyas disco transire. secundum Alpheum autem Olympicum exerceri certamen etiam Virgilio teste cognouimus. ait enim ⟨georg. III 19 sq.⟩: ‘cuncta mihi Alpheum linquens lucosque Molorchi cursibus et crudo decernet Graecia caestu’.

657 (679) SED CAELO DEXTRAM Phlegyas discum iaculatus est modo ostentationis gratia, non causa certaminis, et in altum uoluit potius quam in latitudinem iaculari.

658 (680) COLLECTO SANGVINE collecta uirtute.

660 (682) SIMILISQVE CADENTI ad uisum rettulit.

---

1 quasi **Pb** q̃ꝫ **Pa** | unus **Pb** | dixit **LPb** | alteri **Pb** ‖ 2 adiecit **L** ‖ 3 Helenus **Pb** ‖ 4 nec **Pa** ‖ 5 ipsorum **Pb** ‖ 6 FERIT *om.* **Pb** | terribili splendore percutit **Lm** ‖ 10 scilicet **Pb** ‖ 11 ASPERAT asperum facit ne **L** ‖ 12 enim *om.* **Pa** ‖ 13 laboris **Pb** | digitis **L** ‖ 14 brachia **P** | retentas **M** recentant **Pa** | sideret **Pb** ‖ 16 pisa **Pa** | celebrabitur *superscr.* a **M** ‖ 17 transcire **Pb** transicere? | autem Alpheum **L** ‖ 18 autem *om.* **MPb** | olimpiacum **M** | exercet **Pa** | etiam *om.* **L** euā **Pa** euan **Pb** ‖ 20 cursibus . . . caestu *om.* **L** c. e. c. d. g. c. **M** ee. ed. g. c. **Pa** et eius **Pb** ‖ 22 CAELVM METITVR DEXTRA **L** | dextra **P** | iaculatus est discum tantummodo **L** ‖ 24 in *om.* **LPa** | latum **L** | altitudinem **LPb** ‖ 25 uarietate **Pa**

661 (683) CRESCIT IN ADVERSVM id est in altitudinem, quae ascendenti aduersa est disco, quia necesse est, ut omnes ascendentes res altitudinis nimietate lentescant. EXHAVSTVS AB ALTO id est consumpto impetu, quo missus fuerat.

662 (684) IMMERGITVR ARVIS de grauitate casus altitudinis | mensura monstratur. Lind. p. 226

664 (686) SOLIS OPACA SOROR sic sibi insana hominum et stulta persuasio uindicat, quod carminibus caelo luna eripiatur. quam opinionem Virgilius secutus ait ⟨ecl. VIII 69⟩: ‘carmina uel caelo possunt deducere lunam’ et alibi ⟨georg. III 391 sq.⟩ significat eam inductam esse uelleribus dicendo: ‘munere sic niueo lanae, si credere dignum est, Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit’, si credi fas est de tanti numinis maiestate ad amorem Endymionis descendisse, quod lex sphaerae et cursus astrorum motusque non patitur. PROCVL AVXILIANTIA ad opinionem hominum rettulit, quod arbitrentur auxiliari lunae deficienti, si aera percutiant.

667 (689) MOLLE TVENTI despicienti, contemnenti. id est: quasi cum facile esset Phlegyam iactu superare.

668 (690) MAIORQVE MANVS SPERATVR IN AEQVO id est maiore uirtute opus esse in longitudinem quam in altitudinem iaculaturo.

669 (691) ATQVE ILLI EXTEMPLO ordo: atque illi subito uenit Fortuna, cui dulce est fiduciam immodicae uirtutis auferre.

---

2 ascendenti . . . nimietate *om.* **Pa** | aduerso (*om.* est) **M** ‖ 3 res ascendentes **LPb** ‖ 4 sumpto **Pb** ‖ 6 Inmergitur **M** ‖ 8 sibi] igitur **Pb** | insania **P** ‖ 9 lunam caelo **L** ‖ 10 eripiant **L** eripiat **Pa** | executus Virg. **L** ‖ 11 carminib. *corr. in* carmina **M** | possit **Pb** ‖ 12 significauit **Pb** ‖ 15 maiestatem **Pb** ‖ 16 dindimionis **Pa** dindimoris *superscr.* ł dindimionis **M** | Endymionis . . . opinionem *om.* **Pb** ‖ 17 motusque astrorum **L** ‖ 18 q *superscr.* i **M** | arbitrantur **Pa** opinantur **Pb** arbitrentur *superscr.* a **M** ‖ 19 deficienti lunae auxiliari **L** ‖ 20 contemnere **P** ‖ 21 Phlegea **LMPa** flegra **Pb** | uictu **M** ‖ 23 quam in altitudinem *om.* **Pa** ‖ 25 ordo atque illi] id est **LPa** ‖ 26 fortuna uenit **L** | inmodicę **M**

670 (692) FORTVNA VENIT nunc aduersa intellegendum.

672 (694) ET IAM LATVS OMNE REDIBAT iaculantem descripsit. mos enim est disco certantibus, ut nisi flexo toto corpore nequeant iaculari.

675 (697) RARISQVE EA VISA VOLVPTAS pauci ceperunt de elusi casibus uoluptatem, quod discum Phlegyas muliebriter laudatus amiserat. sed quoniam in rebus quoque seriis risus emittitur, ideo paucos exstitisse dicit, quibus Phlegyae casus laetitiam suscitaret.

676 (698) TIMIDA ARTE ὑπαλλαγή pro 'ipse timidus'.

678 (700) CASTIGAT PVLVERE LAPSVS corrigit, hoc est aspersione pulueris, ne ei laberetur, effecit.

681 (703) ET FIXA SIGNATVR quousque discus Menesthei uirtute fuerat missus. moris enim fuerat, ut locus cadentis disci fixa signaretur sagitta.

Lind. p. 227 684 (706) ET | FORTVNA MENESTHEI id est timor alterius uel imitatio fortunati.

685 (707) DEXTRAE GESTAMEN hoc est: quod consueuerat etiam aliis certaminibus iaculari.

688 (710) PER INANIA SALTV ut iactum uigor corporis adiuuaret.

689 (711) SERVATQVE TENOREM manus, a qua fuerat missus.

690 (712) MENESTHEA VICTVM solet enim hoc certamine de uictoria dubitari.

692 (714) HVMEROS extremos colles, qui spatium theatri cingebant. ET OPACA THEATRI theatrum dicit

---

1 intelligendum LPa ‖ 2 ET IAM *om.* MP ‖ 3 describit LP | moris est enim LPb mons enim Pa | n̄tantibus *corr. in* c̄tantibus (= certantibus) *corr. in* iac̄tantibus (= iactantibus) M ‖ 4 corpore toto corpore M ‖ 5 EA *om.* Pb | pauci] paticirisu M paticiri sit Pa ‖ 6 q (i superscr.) M | dictum MP | Phlegeas L flegeos M phliges Pa phlegros Pb ‖ 7 seu L ‖ 10 ARTE *om.* LPa ‖ 11 corrigitur L ‖ 12 ei] & M | elaberetur L | efficit LP ‖ 13 ET *om.* L | mnestei MP ‖ 17 mutatio Pb ‖ 18 dextre *add.* e M | consuerat Pa ‖ 19 aliis *om.* Pa | tēptaminibus Pa ‖ 22 a *om.* L ‖ 23 *post* missus *praeb.* L: TENOREM. iaculū ‖ 26 umeros M ‖ 27 ET *om.* MP

utrimque deductum uallium prona et supina ascensu clementi arduo lenitatem . . . . . opaca autem culmina, quia siluae summis montibus imminebant.

694 (716) POLYPHEMVS Homerum secutus est, qui dicit Cyclopem iecisse saxum in Vlixis nauem, quia impediente caecitate eam tenere non poterat.

696 (718) EXEGIT transmisit.

697 (722) VICTORI TIGRIN simili modo etiam in primo libro ⟨483 sq.⟩ de pelle dixit: 'tergo uidet huius inanem impexis utrimque iubis horrere leonem'. et notandum, quia metri necessitate tigrin accusatiuum Graecum posuit pro 'tigrem'.

699 (724) MANSVEVERAT VNGVES praecisa summitate unguium extremitas, quae nocere poterat, fuerat auro uestiente mollita.

702 (727) AVXILIVMQVE PELASGI regis Graecorum. quia gladius hic ualidus et aureus fuit.

705 (730) ET FERRO PROXIMA VIRTVS quia et caestu homines occiduntur.

708 (733) NON MOLLIOR IPSE aeque durissimus, cuius cutis hominis erat durata in boum pelles.

712 (737) NEC MEA CRVDELIS subaudimus 'esset'. minatur enim se illum occisurum, qui contra steterit, et ideo, ut ueniret hostis, optabat.

714 (739) NVDA DE PLEBE LACONVM siue a more Lind. p. 228 ceromatis ad certamina praeparata uel forti.

---

1 deductum utrimque L(P) | utrisque Pa utrinque Pb | ascensus MP ascensu L | clementi *superscr.* ł dem̄ti M *om.* L ‖ 2 āt Pa ‖ 3 que Pa | inminebant Pa ‖ 4 est *om.* MP | *Od.* IX 481 ‖ 5 saxum *om.* LMP *seruauit* Pc | Vlyssis L | *scribendum uidetur* AVDITAE quia imp. caec. eam cernere n. p. | inpediente M ‖ 6 potuit Pb ‖ 8 tirin MPa tigrim Pb | etiam] est Pb ‖ 10 inpexis M ‖ 11 quod LPb | metri causa Pb ‖ 17 huic LP | et arcus M *om.* Pb ‖ 18 et *om.* Pa | aestu P ‖ 20 IPSE *om.* MP ‖ 21 imbouum pelle Pb ‖ 22 esse Pa ‖ 23 enim] nõ (= uero?) Pa | et *om.* L ‖ 24 ut *om.* LMPb | uenire LPb uenerit MPa | hostes L hospitas *superscr.* hostis M ‖ 26 fortia L

716 (741) SED SOCII FRETVM id est Lacones. POLLVCE MAGISTRO deus enim Pollux hoc exercitio, dum inter mortales esset, delectabatur. et hunc Alcidamas induit.

719 (744) MATERIAE SVADEBAT AMOR ut doceret, quod delectabatur.

721 (746) NVDVMQVE AD PECTORA PRESSIT id est complexus est fouendo. poeta morem ceromatis exsecutus est describendo. nudum hic alii fortem intellegunt.

722 (747) RIDETQVE VOCANTEM prouocantem.

724 (749) LANGVIDA COLLA TVMESCVNT quae languida habebat. quoniam dedignabatur certamen.

726 (751) ORA RECESSV 'habent' subaudimus 'manibus implicatis'.

731 (756) PAVLO ANTE PVER Alcidamas adulescens, qui aetatem corporis mole uincebat. id est: cuius uirtus aetatem uirilem praecesserat.

732 (757) TENER IMPETVS ANNOS id est: magna in eo ex impetu aetatis tenerae uirtutis futurae indoles cernebatur.

733 (758) QVEM VINCI aliquem ipsorum. populus enim iunioribus solet fauere. ordo ergo talis est: neque quisquam malit aliquem uinci aut tingui saeuo sanguine.

734 (759) ERECTO VOTO suspenso fauore propter incertum uictoriae exitum.

Lind. p. 229 735 (760) ET VTERQVE PRIOREM id est: utrique sperabant, quod ab alterius manu certamen inciperet. unde

1 Set **Pa** *om.* **L** ‖ 2 POLLVCE . . . induit *in* **LMP** *post schol. 719 secuntur* ‖ 3 Alcidama **LMP** ‖ 5 MATERIEM **L** Materia **M** | suadebat *corr. ex* debet **M** | doceret *om.* **Pa** | q *corr. in* quo **M** ‖ 7 AD . . . PRESSIT *om.* **MP** | id est *om.* **Pb** ‖ 8 (est *om.*) effouendo **Pa** ‖ 9 intelligi uolunt **LP** ‖ 10 *schol. 722 om.* **Pb** ‖ 11 LANGVIDA . . . habebat *om.* **Pb** | TVMESCVNT *om.* **MPa** | qui **L** ‖ 12 quando **P** ‖ 15 adolescens **LMP** ‖ 16 ętatis **Pb** ‖ 18 TENER . . . tenerae *om.* **Pb** | magna meū *corr. in* magnanimū **M** | in eū **Pa** ‖ 22 est talis **Pb** ‖ 23 uinci *om.* **P** | tingi **LPb** | saeuo] seu **Pa** sub **Pb** ‖ 26 ET *om.* **MP** | utrūque **Pa** | uterque sperabat **Pb** ‖ 27 manus **MPa**

Lucanus ⟨VII 462, 464⟩: 'inde manum spectant: tempus quo noscere possint, ... facturi, quae monstra forent'.

739 (764) HEBETANTQVE TERENDO uanis ictibus caestuum acumen obtundunt. [EXPLORANT considerant fortitudinem caestuum.]

740 (765) DOCTIOR HIC Alcidamas. DIFFERT ANIMVM spiritum seruat.

741 (766) VIRES DISPENSAT id est paulatim erogat. AT ILLE NOCENDI Capaneus in aduersarii nece profusior.

743 (768) SINE LEGE sine artis lege. artis ipsius lex est, ut una manus reuersa alteram feriat. consumpsit ergo ambarum manuum ictum et perdidit.

744 (769) PROVIDVS ASTV sagacitate.

745 (770) HOS REICIT ICTVS refundit, eludit, euitat.

746 (771) INTERDVM NVTV CAPITISQVE CITATI ueloci capitis motu.

748 (773) INSTAT GRESSV ut caueret ictus certaminis, anteibat pede, facie recedebat. quod ipse ait supra ⟨u. 726⟩: 'tuto procul ora recessu'.

749 (774) INIVSTIS non aequis, quia Capaneus erat fortior. ergo frequenter quamuis eum pateretur, tamen aliquando commotus attemptat.

750 (775) EXPERIENTIA ars experimento collecta.

753 (778) FRACTA diuisa.

759 (784) NESCIT quia ictum furore non senserat.

761 (786) ET SVMMO MACVLAS IN VELLERE VIDIT quia Lind. p. 230 laneos pentadactylos habent sub caestibus, qui eminent

2 possunt **Pb** possent *Luc.* | facturimq, *corr. in* fatorum quae **M** | monstri **P** | fuera(n)t **P** ferant **LM** ‖ 3 cestiū **MPa** cestuq; **Pb** ‖ 4 EXPLORANT . . . caestuum *om.* **MP** ‖ 6 HIC DIFFERT ANIMVM **L** | animā *superscr.* ū **M** ‖ 8 id est *om.* **L** ‖ 9 profusior nece **Pb** ‖ 11 artis[2] *om.* **Pb** ‖ 14 ACTV **L** ‖ 15 HOS *om.* **MP** | effundit **MP** | e(t)ludis **P** ‖ 16 INT. *om.* **MP** | CAP. CIT. *om.* **MP** | uelocis **LMP** ‖ 22 eum] enim **LPa** ei **Pb** | tamen *om.* **Pa** ‖ 23 adte(m)ptat **MPa** ‖ 26 non *om.* **M** ‖ 27 ET *om.* **L** | MAC. . . . VIDIT *om.* **MP** ‖ 28 pentodactylos **LP** pentodactit **M**

supra bracchia. alii autem uolunt poetam de barba dixisse.

764 (789) PRAECIPITATQVE RETRO uerso gradu cogit aufugere.

766 (791) RAPIVNT CONAMINA VENTI excipiunt siue frustrantur. id est in uacuum minarum eius impetus perierunt.

768 (793) MORTES quasi singuli ictus Capanei singulas mortes afferrent.

770 (795) ADVERSVS FVGIT ita Alcidamas aduersus cedebat furori, ut nunquam fugiens uideretur. graue enim uiro forti crimen est terga dedisse certamini.

Lind. p. 231 775 (800) DE PVPPE a gubernatore. nam pertica est quaedam in naui, quam hortator remigum tenet. quam si incusserit, remiges non desinunt; si deposuerit, quiescunt a labore. hanc Plautus casteriam nominauit in Asinaria ⟨u. 513⟩: 'quin pol si reposui remum, sola ego in casteria'.

776 (801) IAM VOX CITAT ALTERA REMOS quia primo signo cessatum fuerat a labore, uox sequens denuo remiges excitauit.

777 (802) ECCE ITERVM postquam paululum quieuerunt, rursus ineunt pugnam. IMMODICE uiolenter, quasi qui excesserit modum. uenientem Capaneum eludit Alcidamas. EXIT euitat, declinat.

778 (803) EFFVNDITVR ILLE Capaneus.

779 (804) ALIO PVER IMPROBVS ICTV Alcidamas. improbus magnus. alio ictu, quia iam illum supra percusserat.

---

1 brachia **LMP** | de parbara **M** ‖ 5 CON. V. *om.* **MP** ‖ 8 Mortesque **Pa** ‖ 9 afferent **M** ‖ 10 AVERSVS **LPa** | alcidama **M** alcidana **Pa** | auersus **LPa** ‖ 14 quedam ẽ **Pb** ‖ 15 desint *superscr.* u **M** ‖ 16 casteriam Plautus **L** | casterinam **MPa** | asirinā **M** ‖ 17 quando pol **P** ‖ 19 IAM *om.* **MP** | CIET **L** ‖ 22 paulum **LPb** ‖ 23 incunt *corr. in* iniciunt **M** | Inmodice **MPa** inmodicam **Pb** ‖ 24 excusserit **M** | elidit **L** ‖ 25 deuitat **Pb** ‖ 27 IMPR. ICTV *om.* **MP** ‖ 28 supra illum **L**

780 (805) IMPALLVIT IPSE SECVNDO etiam ipse est felici euentu perterritus, ne post secundum uulnus iratum Capaneum ferre non posset.

784 (809) ITE ORO SOCII separatim et suspense legenda sunt. quae locutio conuenit attonitis et iratis. attonitis, ut hoc loco, et Virgilius ⟨Aen. II 733⟩: 'fuge, nate, propinquant'.

793 (818) RAMVM palmam. THORACA qui erat palmae praemium.

794 (819) LICEAT exclamatio irascentis indignatione permixta.

798 (823) ET VICISSE NEGANTEM ne ab intentione occidendi Alcidamam tardaretur, negat se uicisse Capaneus.

802 (827) ANGVNT stimulant.

804 (829) LABORES artis peritiam.

805 (830) VNCTA PALES palaestrae studium. bene addidit uncta ad discretionem pastoralium certaminum et luctationum naturalium. Virgilius ⟨georg. II 531⟩ de pale rusticorum: 'corporaque agresti nudant praedura palaestra', alibi ⟨Aen. III 281 sq.⟩ de artis palaestra: 'exercent patrias oleo labente palaestras nudati socii'.

808 (833) FELICESQVE DEO quia semper uictor exstitit. deo monstrante: Mercurio intellegimus. ipse enim deus huius artis inuentor est. ut Horatius ⟨carm. I 10, 3 sq.⟩: 'et decorae more palaestrae'. felices palaestras peritas

---

1 Inpalluit **M** ‖ 4 *schol. 784 om.* **M** | ORO SOCII *om.* **P** ‖ 5 adtonitis **Pa** ‖ 6 et *om.* **Pb** | Euge **L** | nate fuge **P** ‖ 8 quę **Pb** ‖ 10 ad indignationem **Pb** ‖ 12 ET VICISSE *om.* **MP** ‖ 13 Alcidamanta **L** | tanta daretur **P** | negat . . . LABORES *om.* **Pb** ‖ 15 LABORIS **LM** ‖ 16 PALES *om.* **Pa** ‖ 17 addidit *om.* **MPb** ‖ 18 luctationem **LPa** luctationes **M** luctantium **Pb** | naturalem **L** naturales **M** naturalis **Pa** naturalium **Pb** | de palaestra **LPb** ‖ 20 de aeris palestras **Pb** de areis **Pa** *om.* **L** ‖ 21 exercent . . . labente *om.* **P** | palaestras *om.* **Pb** | sociis **P** ‖ 22 uictor semper **L** ‖ 23 Mercurium **L** | intelligimus **LMPb** intelligamus **Pa** ‖ 24 deus *om.* **LP** | fuit **L** | ut *om.* **LPb** ‖ 25 perita **Pa** *corr. in* perite **M** *om.* **L**

dixit, ut Virgilius ⟨Aen. IX 772 sq.⟩: 'quo non felicior alter unguere tela manu' id est peritior.

Lind. p. 232 811 (836) PATRIVMQVE | SVEM Calydonii apri pellem. LEVAT spoliat.

812 (837) MEMBRA CLEONAEAE Cleonae ciuitas Corintho uicina.

813 (838) NEC MOLE MINOR magnitudine corporis non inferior.

814 (839) EXIT proceritate corporis humanam formam uidebatur excedere.

815 (840) SED NON ILLE RIGOR Herculis scilicet.

816 (841) EFFVSAQVE MEMBRA plana, non torosa. SANGVINE LAXO cutem enim fluentem mollior sanguis effecit.

817 (842) INDE HAEC AVDAX FIDVCIA quia proceritati Agyllei nullum animi neque membrorum inerat robur.

820 (845) DIFFICILES duri, asperi.

824 (849) TVM MADIDOS infusos oleo, non sudore.

826 (851) VARA inflexa paululum crura seu foris extensa. ut Horatius ⟨sat. I 3, 47⟩: 'hunc uarum distortis cruribus'. quos uulgo uascos uocant. DEDVCIT IN AEQVVM deflectit, ut sibi aequet. ASTV per artis fiduciam.

828 (853) SVMMISSVS TERGO inclinans dorsum suum, ut se Tydeus inflecteret.

830 (855) VRGENTES prementes.

832 (857) REDITVRA SVB AVRAS si uentorum flatus admitterent.

---

1 ut *om.* **Pa** ‖ 2 stringere **L** ‖ 3 calidoni **MP** ‖ 5 MEMBRA *om.* **MP** | Cleoneus **MP** | eleona **Pb** ‖ 7 non *om.* **M** ‖ 9 EXIT] ex **LPa** | fortunam **L** ‖ 13 sanguis mollior **Pb** ‖ 14 efficit **LPb** ‖ 15 audax hec **M** | proceritate **M** ‖ 16 animi neque] aīeqꝫ **Pa** animę **Pb** | membrorumqꝫ et erat **Pb** ‖ 18 TVM *om.* **MP** | infuso sole **MP** ‖ 19 paululum flexa **L** ‖ 22 AEQVAM **L** equū/// **M** | deflectit ut s. c. q. i. **Pb** | uastus **M** | per artis **M** sperantis **LPa** asperantis **Pb** ‖ 24 terga **Pb** ‖ 25 nō flecteret **Pa** ‖ 26 urguentes **Pa** ‖ 28 amitteret **P**

835 (860) FRONTEMQVE HVMEROSQVE LATVSQVE polysyndeta sunt.

847 (872) CASTIGATA composita seu potius maculis Lind. p. 233 asperata. NON INTEGER ILLE Agylleus. et subaudiendum 'uiribus non integer'.

848 (873) EFFETVS uiribus fatigatus.

849 (874) HARENAS quas in eum Tydeus ingesserat.

852 (877) NON VALVERE POTIRI id est: neuter ualuit incepta perficere.

855 (880) CONDIDIT celauit, quia sub ingenti Agyllei corpore exiguitas Tydei celata est.

857 (882) SVSPENSVS AGER definitio est speluncae. siue ad naturam terrae rettulit, quae dicitur in medio aere suspensa, siue quod intrinsecus uacuant terrae uenas, qui metallum aliquod quaerunt.

860 (885) INDIGNANTEM ANIMAM dicunt philosophi indignari animas, quia inuitae de hac luce discedant. unde Virgilius ⟨Aen. XI 831⟩: 'uitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras'. PROPRIIS NON REDDIDIT ASTRIS ingens expositio est, quomodo uel quare animae ad astra redeant, postquam exutae fuerint nefando corpusculo. et non solum bene meritorum, sed etiam sontium illuc feruntur, ut aut pro uitae pretio optima mercede lucis aeternae donentur aut pro male commissis ab ipsis astris stellisque puniantur atque consumantur, non quidem ut pereant, sed ut affligantur. et ideo ab his puniuntur secundum Pythagoram, qui ait animas bonorum uirorum in stellas posse reuerti. Virgilius ⟨georg. IV 225 sqq.⟩:

---

1 FRONTEMQVE HVMEROSQVE *om.* **Pa** | LATVSQVE *om.* **LPa** | polisintecta *corr. ex* polisiniecta **M** poly sy nt hetas (*om.* sunt) **Pa** polisintentō (*om.* sunt) **Pb** ‖ 3 potius *om.* **Pb** | musculis **Pb** misculis **Pa** ‖ 5 non] ut **Pa** | integris **L** ‖ 6 effectus **P** ‖ 7 Tydeus in eum **L**(**Pb**) ‖ 8 nec **Pb** | eualuere *Statius* | POTIRI *om.* **MP** | neutri **Pb** ‖ 11 est caelata **L** ‖ 12 est *om.* **L** ‖ 13 in *om. superscr.* **M** ‖ 14 quę **M** ‖ 15 aliquod *om.* **Pb** ‖ 16 indignare *superscr.* i **M** ‖ 17 quod **LP** | ut **L** ‖ 19 umbram **Pa** ‖ 20 quomodo *om.* **Pa** ‖ 21 fuerunt **Pa** | et] ut **L** ‖ 22 ferantur **L** ‖ 23 aeternae lucis **LP** ‖ 26 ut *om.* **L** | ip̃is **Pa** ‖ 27 uirorum *om.* **Pb**

'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
omnia, nec morti esse locum, sed uiua uolare
sideris in numerum atque alto succedere caelo'.

Lucanus in nono ⟨8 sq.⟩:

'innocuos uita patientes aetheris imi
fecit et aeternos animam collegit in orbes'.

Lind. p. 234 861 (886) ANIMISQVE ET PECTORE SVPRA EST licet infra sit corpore.

862 (887) CVM VINCLIS ONERIQVE illius scilicet, qui eum bracchiis alligarat. ELAPSVS INIQVO subductus graui ponderi. iniquum enim graue dicimus. Virgilius ⟨georg. I 164⟩: 'et iniquo pondere rastri'.

864 (889) ET FIRMO ordo: mox latus firmo nexu implicat genua premens ad ilia.

867 (892) IMPROBVS magnus, quia, cum esset parua statura, magni ponderis alte sustulerat uirum. siue quod se maiorem nexibus implicasset.

869 (894) TERRIGENAM SVDASSE LIBYN Antaeum dicit, quem Hercules apud Simithu, Africae ciuitatem, palaestrico certamine superauit, quem cum nequiret elidere, medium corripiens bracchiorum suorum nexu confregit, quia Terrae beneficio fortior cadendo surgebat.

881 (906) QVOD SI NON SANGVINIS HVIVS si non exhaustus fuisset uiribus in Thebano campo, in quo quinquaginta insidiantes uno relicto superstite occidit.

883 (908) THEBARVM ἐπεξήγησις. quod hae plagae Thebana foedera.

1 scilicet *om.* **Pb** | hac **MP** ‖ 5 imi] summi **Pb** ‖ 6 et *om.* **P** *add.* **M** ‖ 7 *schol. 861 om.* **Pb** | ANIMISQVE *om.* **MP** ‖ 9 CVM . . . eum *om.* **Pb** | ONERIQVE *om.* **MP** ‖ 10 et brachiis **Pb** | alligauerat **LPa** ‖ 11 enim] nō **Pa** ‖ 12 et] sub **Pb** ‖ 13 ET *om.* **Pb** | inplicat **M** ‖ 15 Inprobus **Pa** ‖ 16 magna **M** ‖ 17 inplicasset **M** ‖ 18 LIBYN *om.* **MP** ‖ 19 Sumentum **L** sūmittū **MPa** summitum **Pb** ‖ 20 cum *om.* **Pa** ‖ 21 nexū **M** ‖ 23 Quid *Statius* ‖ 26 Exegesis **L** efexegisis **M** effixigestus ēḡs sis **Pa** effegesi **Pb** | quod si **L** qd's **MPa** qui deus **Pb**

884 (909) HAEC SIMVL subaudiendum 'cum diceret'. PRAEMIA LAVDVM DAT SOCIIS uirtutis insignia.

885 (910) NEGLECTVS THORAX uetus.

887 (912) INSTRVCTI ARMIS modo sagittariorum uult Lind. p. 235 monstrare certamina id est iactum uelocium sagittarum. sed iaculatores non exhiberi permisit. commemorationem istius spectaculi dixit, sed ipsam non exhibuit uoluptatem. EPIDAVRIVS Epidaurus ciuitas est Peloponnensis equis nobilis. ut ipse in catalogo ⟨IV 123⟩: 'qui rura domant Epidauria'.

891 (916) SANGVINIS ADVERSI hostilis uel Thebani.

892 (917) CVI DESOLAVIMVS VRBES propter quem reliquimus patriam.

894 (919) ABIGANT HOC NVMINA ut, antequam proelium committatur, moriaris.

896 (921) NE LAVDIS EGENS ne inhonoratus abiret.

906 (931) LEVES PHARETRAS non inanes, sed in quibus sagittae essent haud pinnatae.

909 (934) FLVERE uenire aut procedere. NEGET OMINA CAVSIS incusat poeta eos, qui dicunt futura non portendi mortalibus.

910 (935) INSERVARE attendere auspicia. alii 'inseruire' legunt et est uerbum augurum de caelo seruatum. dicit ergo: piget nos insistere, id est non quaerimus | futura, Lind. p. 236 et ideo perit uenturi fides promissa.

911 (936) SIC OMINA CASVM omina sunt rerum futurarum signa siue bonarum siue malarum. casus autem

2 DAT SOCIIS *om.* **MP** ‖ 5 iactum] latus **Pb** ‖ 6 conmemorationem **Pa** ‖ 7 huius **M** ‖ 8 EPIDAVRIVS *om.* **M** | est *om.* **LMPa** ‖ 9 ut ipse *om.* **Pa** | domitant **LPa** dominant **Pb** ‖ 11 SANGVINIS *om.* **MP** | uel *om.* **Pa** ‖ 14 Ambigant **MPa** | hec **Pb** ‖ 16 NEC **LP** | nec **Pb** | inhonorus **Pa** | abiret *superscr.* o **M** ‖ 18 aut **MP** | pinnatę *corr. in* pennatę **M** ‖ 19 aut] uel **L** ‖ 20 incusant poetae **MP** | qui . . . mortalibus *om.* **Pb** ‖ 22 alii *om.* **L(Pa)** | inseruire **Pc** inseruare **MP** *om.* **L** ‖ 23 legunt *om.* **LP** | seruato*?* ‖ 24 id est non *om.* **MP** ‖ 25 et ideo *om.* **M** | uentura *superscr.* i **M** | permissa **Pb** ‖ 26 OMNIA **LPb** | omnia **Pb** | sunt *om.* **Pa** | futura **Pa**

sunt subiti prouentus. cum enim non quaerimus, quae futura sunt, nec procuramus aduersa, cum neglectu nostro improuisa proueniunt. mala, quae accidunt, casui deputamus.

913 (938) FATALIS harundinem fatalem dixit, quae futura monstraret.

915 (940) TENOREM cursum, impetum.

916 (941) ET NOTAE IVXTA RVIT ORA PHARETRAE ante ora eius cecidit, qui pharetram tenebat. ut Ouidius ⟨met. VII 684⟩ de telo: 'reuolat nullo referente cruentum'.

917 (942) ERRORE SERVNT disserunt, disputant.

921 (946) RECVRSVS soli Adrasto sagitta suum reditum pollicetur.

COMMENTARIVS IN LIBRVM VII.

Lind. p. 237 Hic liber habet indignationem Iouis contra Martem, quod bella Thebana lentius gererentur, missionem Mercurii ab Ioue ad eum incitandum, descriptionem domus Martis in Thracia cum omnibus ministris eius, allocutionem Martis ad Mercurium, allocutionem Adrasti regis ad tumulum Archemori, immissionem timoris et nimiam augurii formidinem pariterque cupiditatem ad bellum ocius properandi, conquestionem Liberi apud Iouem pro Thebanis Iouisque responsionem uindictam promittentis. sequitur descriptio catalogi exercitus Thebanorum, interrogatio Antigones, re-

1 euentus **L** ‖ 2 nec] non **L** | curamus **Pa** | negligenter uisui nostro **Pa** ‖ 3 inprouisa **MPa** | casū **Pa** casibus **Pb** | depacamus **Pb** ‖ 5 arundinē **MPa** ‖ 8 ET ... RVIT] Ante **MP** ‖ 9 uti **Pa** ‖ 10 celo **P** ‖ 11 Errores **MPb** | SERVNT *om.* **Pa** | dixerunt **Pa** ‖ 12 Recursos **M** | Explicit liber sextus. Incipit liber septimus **Pa** ‖ 15 est indignatione **Pb** ‖ 17 a ioue **Pb** ‖ 18 eius ministris **LP** ‖ 19 ad mercurium *om. superscr.* **M** | adlocutionem **M** ‖ 20 inmissionem **M** ‖ 21 praeparandum **L** properandum **Pb** praeparandi **Pa** ‖ 23 uindictam *om.* **Pb**

sponsio Phorbantis, allocutio Eteoclis animantis exercitum, instantis belli prodigia, aduentus Argiuorum ad Thebas collocatioque castrorum, egressus cum filiabus Iocastae ad Argiuorum castra, admissio et conquestio de bello, Tydei relatio, occisio tigrium mansuetarum, deinde ingruentis belli timoris descriptio, et hinc atque illinc uel singularia uel confusa certamina diuerso casu uariaque uictoria cum descriptione et allocutionibus exsultantium ducum. Amphiarai praecipue pugna describitur, circa quem Apollinis fauor et postea confessio cum dolore monstratur. responsum Amphiarai commendantis filium et petentis per eum de uxore uindictam, hiatus terrae et Amphiarai cum armis et curru ad inferna descensio.

1 ATQVE EA CVNCTANTES describitur Iouis iracundia. Lind. p. 238 allocutio apud Mercurium, ut Iouis minas nuntiet Marti et accuset eum, quod patiatur Graecos apud tumulum Archemori uoluptatibus occupari, et ut eos furoris stimulis Mars armet ad bellum. c u n c t a n t e s morantes siue manentes.

4 CERVICIBVS dicit iracundia Iouis caelo pondus augeri et hoc Atlantem queri.

8 QVA PARRHASIS Arcas a gente dicta. unde fuit | Callisto Lycaonis filia, quae in ursam hoc est in septen- Lind. p. 239 trionem dicitur uersa. Lucanus ⟨II 237⟩: 'Parrhasis obliquos Helice cum uerteret axes'. Callisto ergo ipsa est, quae Arctophylax dicitur ursa, quae nunquam oceano tinguitur.

3 collocatio **Pb** ‖ 4 eius questio **Pb** ea questio **Pa** ‖ 6 et *om.* **Pb** | atque *om. superscr.* **M** | uel *om.* **LP** | singula iam **Pb** ‖ 7 uel *om.* **Pb** ‖ 8 allocutione **M** ‖ 9 quam **LPb** qȝ **Pa** ‖ 10 et *om.* **Pb** | responsio **L** ‖ 11 et] Quis **Pa** | per eundem **LPb** ‖ 12 uxoris (*om.* de) **Pb** | hiatus terrae *om.* **Pb** ‖ 13 inferos **L** ‖ 14 EA *om.* **Pb** | cunctantis **MP** ‖ 15 adlocutio **M** | ad **L** | Iouis *om.* **MPb** | minas *om.* **Pa** ‖ 16 tumulum *om.* **M** ‖ 18 armaret **Pb** ‖ 20 dicit *om.* **Pa** | iracundiā **M** ‖ 22 *schol. 8* **P** *praeb. hoc ordine:* OCEANO id est Callisto quae ... uersa. QVA PARRHASIS IGNEM Arcas ... filia. Lucanus ... ‖ 23 in[2] *om.* **L** ‖ 26 in oceano **Pa** ‖ 27 tingitur **LPb**

9 ET NOSTRO PASCITVR IMBRI id est caelesti liquore, non marino ut cetera sidera. nam et sol et astra cetera aquis pascuntur oceani. nam ut ostenderet Lucanus ignes solis aquis nutriri, ait ⟨VII 5⟩: 'non pabula flammis'.

15 ISTHMIVS VMBO Isthmus est terra inter duo maria in longum porrecta. haec enim duo maria orientem occidentemque discriminant: Ionium ab oriente, Aegaeum ab occidente diuiditur. omne ergo quod Isthmius umbo distinet — id est Achaiam, in cuius parte Pelops regnauit — duo maria circumdant, adeo ut insulam facerent, nisi utrumque pelagus interiecta terra diuideret. ideo autem umbonem montis dixit, quia eius pars erectior imminet mari.

16 MALEAE Malea promunturium est Graeciae, quod intrat mare et per quinquaginta milia introrsus extenditur. ubi unda ita saeua est, ut nauigantes persequi uideatur. unde Virgilius ⟨Aen. V 193⟩: 'Maleaeque sequacibus undis'. hoc autem promunturium a Maleo, Graeciae rege, nomen accepit: et quidquid intra se Peloponnesus includit ac tenet.

17 ILLI VIX MVROS id est fines patriae. figura. qui sunt illi? id est iuuentus Argiua. Graeci, inquit, sic litant, quasi iam uictores reuertantur ad patriam.

19 OFFENSIQVE SEDENT irati, quod eorum gratia perisset Archemorus. siue offensi occupati nouo sermone dixit. SEPVLCRI Archemori, cui ludos funebres celebrant.

---

1 ET] Q, **Pa** E **M** ‖ 2 et[1] *om.* **Pa** | cetera *om.* **Pb** ‖ 3 pasci **Pa** | solis ignem aquis nutriri Lucan. **Pa** ‖ 4 ante pabula flammas **Pb** ‖ 5 Histhmus *superscr.* Istmos **M** | Isthmos **LP** | est *om.* **M** ‖ 6 longinqum **Pb** ‖ 7 ab *om.* **LMPb** | orientem **M** | ab *om.* **LMPb** ‖ 8 diuidit˜/ **M** ‖ 9 destinet **M** detinente **Pb** | i. qđ achaiā **M** ‖ 10 faciant **Pb** ‖ 11 diuidet˜/ **Pa** ‖ 14 Malea **Pa** | est *om.* **LP** ‖ 15 intra **Pb** | et *om.* **Pb** | miliaria **L** ‖ 16 et . . . uidetur *corr. in* ut . . . uideatur **M** | uideatur persequi **L** ‖ 18 malio rege gręcie **Pb** ‖ 19 accipit **M** | *aliquid excidisse uidetur* | (et *om.*) quod **L** quicquid **MP** | intra se *om. superscr.* **M** ‖ 20 inclaudit **Pb** ‖ 21 qđ **M** | qui sunt figura illi **Pb** ‖ 23 ibant **Pa** ‖ 24 sedet ira **M** | periisset **L** ‖ 25 nouo] mutus **Pa** ‖ 26 celebrantur **Pb**

20 SONAT ORBE RECVSSO furore tuo haec, Gradiue, fecisti certamina, ut aut disco certarent aut caestibus?

21 OEBALII Pollucis. ut supra ⟨VI 797⟩ 'Oebalio donem lugere magistro?'

22 INSANA VOLVPTAS deest 'fuerit'.

26 NVNC LENIS quasi ideo nunc Mars lenis sit, nec nostra iracundia flectitur.

29 NIL EQVIDEM CRVDELE MINOR nil illi minor, quod crudele sit, id est Marti, sed bonum et mite numen efficiam. minatur Iuppiter se mitem Martem efficere, quod scit cruento numini esse contrarium, ut mores illi, qui infreni esse consueuerant, otii languore torpescant et sit numen eius mite. graue enim malum est facientem bonum a suo instituto traducere.

32 IVS ERIT humani sanguinis aut ius aut auspicium non erit: ius potestas, auspicium frequentia.

33 OGY|GIO Thebano. una enim porta ex septem **Lind. p. 240** Ogygia nuncupatur. SAT ERIT ad excindendas Thebas.

35 LABENTEM intrantem portas septentrionis.

36 PRAETENTA circumfusa, adiacentia.

37 AGMINA NIMBORVM infinitus numerus nubium. HIATVS principium flatus, quia uenti pinguntur hiantes.

39 PROTEGIT praetegit, tuetur. GALERI pillei.

40 HIC STERILES ἐπεξήγησις: qui deus sterilis siluae. DELVBRA MAVORTIA NOTAT aspicit auium more, quae uolando aspiciunt uel notant, quibus insideant locis.

41 MILLE FVRORIBVS mille ministeriis Martis.

42 CINGITVR muratur. IMMANSVETA inrequieta | ac **Lind. p. 241** sine quiete.

---

2 de cestibus **Pa** ‖ 3 polinicis **Pb** *om.* **Pa** ‖ 6 Hec nunc lenis **Pa** ‖ 8 minor illi **L** ‖ 9 et *om.* **MP** ‖ 10 Martem mitē **L** ‖ 12 infrenes **Pb** | torpescunt **P** ‖ 13 facit enim **LMP** *corr. Vollm.* ‖ 14 bonum *om.* **Pb** ‖ 17 e **M** ‖ 18 exercendas **Pb** excidendas *superscr.* n **M** ‖ 23 pretigit **Pa** *om.* **L** p̄tegit *del.* **M** | pilei **LPb** ‖ 24 ephexegesis est **L** | deus] dr̃ **M** | steriles **MPb** | syluae *del. superscr.* siue **M** ‖ 26 aspiciunt in notam **Pa** | in quibus **L** | insidant*?* ‖ 28 multatur **L** mirat˜/ **M** muratus **Pb** | IRREQVIETA . immansueta **L** *eodem ordine* **MP** | inmansueta **MPa** | ac *om.* **L** ‖ 29 quiete . . . domus[1] *om.* **Pa**

43 LATERVM parietum id est: ab ea parte, qua murata est.

44 TECTA domus. ad descriptionem cruentae domus adiecit omnia ferro fuisse constructa, ut, ubicumque aspiceres, mortalem domum ex ipsius aedificii fabricatione cognosceres. cuius terroris speciem ut Virgilius explicaret, ait ⟨Aen. VI 552⟩: 'porta aduersa ingens solidoque adamante columnae'.

45 LAEDITVR ADVERSVM PHOEBI IVBAR offuscatur. Phoebi iubar id est solis splendor. laeditur id est splendore ferri repercutitur.

47 IMPETVS AMENS singulis ministeriis Martis epitheta nomina aptando coniunxit et finxit officiorum diuersitates, ut omnia Martis ministeriis conuenirent.

50 GEMINVMQVE TENENS DISCORDIA FERRVM mirum. geminum dixit ferrum tenere Discordiam, quae semper solet duorum inimicitia uel mortibus gratulari, siue propter fratres, quia in hoc bello maxime fratrum discordia proeliatur.

51 INNVMERIS mire numerum infinitum finxit, quippe pro peccatorum genere iam minatur supplicia diuersorum.

TRISTISSIMA VIRTVS non religionis aut pietatis causa commota. sed ideo in hoc bello tristem dixit esse Virtutem, quia parricidiis militauit.

53 MORS ARMATA SEDET quia semper eripit uitam.

56 INSIGNIBANT ornabant siue insignia faciebant.

59 PAENE ETIAM GEMITVS egregie, ut in cruenta domo omnia ingemiscentia cernerentur.

60 VBIQVE IPSVM subaudis 'Martem putares ubique simulatum', nusquam tamen hilariore uultu conspicitur.

---

1 q mirata *superscr.* u **M** ‖ 4 adspiceres **L** ‖ 5 Martialem ? ‖ 9 & uersū **MPa** | PHOEBI IVBAR *om.* **MP** ‖ 12 Inpetus **Pa** ‖ 13 adaptando **Pb** apta **Pc** | diuersitatem **LPa** ‖ 15 murum **Pb** nimirum *Barth.* ‖ 16 teneri **M** | tenere . . . mortibus *om.* **Pb** ‖ 18 maxima **Pb** ‖ 19 infinitum numerum **L** ‖ 20 minamur **MPb** ‖ 21 commota causa **P** ‖ 23 quia *om.* **Pb** ‖ 25 siue *om.* **P** | insigne faciebant templum **P** ‖ 26 Pone **P** ‖ 28 subaud̄ **M** subaudi **Pb** ‖ 29 simulat **L** simulatū **M** simula **Pa** similia **Pb** simul adest *Barth.* | nunquam **Pb** | (h)ilariori **MP** | uultu *om.* **Pb**

62 NONDVM RADIIS quaestionem, quae poterat commoueri, quare adultero Marti Vulcanus habitaculum fundauisset, argutissime diuinus hoc loco poeta dissoluit. dicit enim ante domum Marti aedificasse Vulcanum, quam iniuriam pateretur. radiis, quia sol radiis suis magnifici flagitii detector fuisse narratur. sed si ideo res male commissa displicuit, superest, ut inueniatur carissimum numen.

63 FOEDA CATENATO haec, inquit, limina prius Vulcanus exstruxit, quam Martis et Veneris de Solis indicio adulterium cognouisset. quo comperto utrumque subtilissimis deuinxit catenis atque in conuentum numinum adulteros adduxit.

65 TREMIT ECCE SOLVM adueniente Marte terra concussa est. Lind. p. 242

66 QVOD PECVS VTILE BELLIS equi Martis.

70 SVBIT CVRRV ingreditur seu aduenit. ASPERGINE aspergo gutta est terrae cruente permixta.

71 MVTAT AGROS sanguine inficit, maculat, uariat siue distinguit. FLENTESQVE CATERVAE scilicet captiuorum.

72 NIX ALTA LOCVM adueniente deo omnia, quae in medio sunt, locum dare necesse est.

76 NEC TALIA MANDET si aduentum Martis talem iuxta Iouem casus afferret, multa de ira sua et mandatorum acerbitate minuisset.

---

1 potest **L** pote **Pa** | moueri quia **Pb** ‖ 2 adulterio **L** *corr. in* adultero **M** adulter **Pa** | fundasset **L** ‖ 3 diuinis *superscr.* u **M** | (poeta *om.*) dissoluitur dicitur **Pb** ‖ 4 Vulcanum aedificasse **L** ‖ 5 radiis[1] *inserui* | q **Pa** | suis *om.* **Pb** ‖ 6 narrabatur **Pb** | sed sudores **Pa** ‖ 7 conmissa **Pa** | restat ut **Pb** ‖ 8 munū **Pa** | *dubito, num locus corruptus sit* ‖ 10 instruxit **Pb** | qui **L** q **M** | et Veneris *om.* **Pa** | de] dū **M** dei **P** ‖ 12 deuinxit *om.* **Pb** ‖ 13 adduxit adulteros **L** ‖ 14 Tremuit **Pa** | OMNE SOLVM **L** | c̄fussa *superscr.* c **M** ‖ 16 PECVS *om.* **Pb** ‖ 17 Sub *add.* aud̄ **M** | CVRRVM **L** | seu] aut **Pb** ‖ 18 cruore **L** cruenta *Klotz.* | promixta **Pb** ‖ 19 MVT. AGR. *om.* **Pb** | infecit **Pb** ‖ 20 id est captiuorum **Pb** captiuorum scilicet **L** ‖ 21 ALTA *om.* **Pb** ‖ 23 MANDAT **LPa** ‖ 24 ioui **MPa** iouis **Pb** | afferet **M**

77 QVOD IOVIS IMPERIVM allocutio Martis interrogantis Mercurium, qualia ad se Iouis mandata portaret.

78 OCCVPAT ARMIPOTENS interrogando Mars praeuenit.

80 MAENALA Maenalus et Lycaeus montes Arcadiae amoenissimi.

81 MORATVS nulla mora discit patris praecepta.

82 SICVT ANHELABANT de bello Scythico remeantes. IVNCTO SVDORE iterato: prioris et sequentis laboris.

86 RVIT cadit uel desinit flare.

87 PAX IPSA TVMET ipsa tranquillitas inquieta.

88 EXANIMIS sine uento. id est: reliquiae tempestatis, licet sine flatu uentorum, tamen adhuc exagitant mare.

90 INERMES ut supra ⟨VI 227 sq.⟩ ludicras: 'pugnas uisendi uulgus inermes fama uocat'.

92 CINEREM PLACABAT ADRASTVS diis enim inferis et manibus. ut hoc inter triennium haec tibi sacra celebrentur frequentius.

93 TRIETERIDE MVLTA trieterica sacra sunt, quae intermissa triennio redeunte celebrantur.

94 NEC SAVCIVS ARCADAS ARAS Pelops scilicet, qui a
Lind. p. 243 patre Tantalo numinibus est epulandus | appositus.

95 ELEAQVE PVLSET Elea id est Graeciae, ubi ludi funebres et Olympicus institutus est agon, in quo certamine oleastro uictores coronari consueuerunt. EBVRNA MANV ut ⟨georg. III 7⟩ 'humeroque Pelops insignis eburno'.

96 NEC CASTALIIS Pythici agonis. Apollinem dicit, in

---

6 Moratur **MPb** | dixit **P** ‖ 7 SICVT *om.* **P** ‖ 8 iteratio **L** | priori **M** ‖ 11 reliq̄ **M** ‖ 12 licet sint sine **L** | tamen] domum **Pb** ‖ 14 uincendo **P** | uulgos **M** ‖ 15 PACABAT **LPa** | ADRASTVS *om.* **MP** | enim *om.* **Pa** ‖ 16 hoc, ut **L** hoc uti **Pa** hec uti **Pb** | *ante* ut DA *uel tale quid excidisse puto* | tibi] ter **L** | celebrantur **Pa** ‖ 18 TRIETERIDE MVLTA *om.* **Pb** | trieterica *corr. ex* trieteride **M** | intermisso (*om.* redeunte) **L** ‖ 19 redeunt *add.* e **M** ‖ 20 ARCADES **L** Archados **M** | ARAS *om.* **MP** ‖ 21 epulandus est **L** ‖ 22 e(l)lee **P** adēē **M** | gc̄e **M** | ludi *om.* **Pa** ‖ 23 agon institutus est **Pb** ‖ 27 phitici **M** Pythii **LP** | dicit *om.* **P**

cuius honorem exstincto serpente agon Pythicus celebratur, cuius uictores lauro coronantur.

97 VMBRA LECHAEO licet alibi 'undam' legamus, tamen melius 'umbram' accipimus propter Melicertem, qui se de Lechaeo monte praecipitauit in mare, in cuius honorem agon celebratur Isthmiacus, cuius uictores pinu coronantur.

98 INFITIAMVR AVERNO id est: cum deum colimus, infitiamur te mortuum id est mentimur uel negamus. Auerno inferis, lugenti infernali.

99 IVNGIMVS ludos tuos caelestium agonibus conferimus.

102 PER VRBES NVMINA promittit Adrastus se numen Archemori omnibus Graeciae ciuitatibus indicaturum, non solum liberis, uerum etiam bello uictis.

106 ACROCORINTHVS mons est circa Corinthum immensae altitudinis, cuius umbra utrumque mare tegi poeta describit.

112 BONVS OMNIA CREDI ad omnia credenda idoneus auctor est timor. quo faciente interdum etiam impossibilia credimus. nihil est enim, quod credere homines non suadeat timor.

113 LYMPHARE furiare.

116 VIDISSE PVTANT ad augendam credulitatem nouarum rerum ita dicta confirmant, ut, quae timore mentiuntur, se uidisse confirment. TVNC ACRE NOVABAT si deorum aliquis mentiatur, facile potest falsa suadere mortalibus.

---

1 extracto **Pb** | celebratur Pythius **L** | pythius **P** phitius **M** ‖ 3 LYCAEO **L** licheo **M** lieeo **Pa** letheo **Pb** ‖ 4 p͞p **M** | Melicerten **LPa** melicertam **Pb** ‖ 5 Lycaeo **L** liceo **MP** ‖ 6 pino **Pa** ‖ 7 autūrno . . . autumno **Pb** ‖ 9 lugentū **Pa** | inferiali **MPb** ‖ 10 conferamus **Pa** | *post* conferimus **P** *praeb.*: ut te superis comparemus ‖ 11 nimiā **Pa** *om.* **L** ‖ 12 indicaturus **Pa** indicat√ *in marg. add. corr.* turū **M** ‖ 13 et **Pb** ‖ 14 inmensę **M** ‖ 15 poeta tegi **M** ‖ 18 est auctor **L** | etiam *om.* **M** ‖ 19 credamus **M** | hominem **L** ‖ 21 *schol. 113 om.* **P** ‖ 22 PAVENT **L** | augendū **Pa** | crudelitatē **M** ‖ 23 confirmauit **M** | quem **P** | timorem **MPb** ‖ 24 uidet **Pa** | confirmant **P** *corr. in* confirment **M**

123 NI FALLIMVR AVRE SED VNDE aure hic pro auditu posuit et oratio est populi se inuicem interrogantis. ni fallimur aure hoc est: nisi decipimur auditu. et uidentur interposita uerba Pauoris esse quasi respondentis, ut Lind. p. 244 docet ipsa commatica pronuntiatio. de|nique conclusit: 'haec Pavor attonitis'.

126 ET BVSTA COLAMVS ironia, quasi propter remissionem animi et occupationem ludorum sint ab hoste contempti.

127 VARIOSQVE PER AGMINA VVLTVS ut manifestius, quae uelit, Timor affirmet, diuersarum gentium indutus uultibus se exercitibus miscet.

129 NVNC PYLIVS Horatius primo ⟨carm. I 15, 22⟩: 'Nestora Pylium'.

130 ADIVRAT iure iurando confirmat.

131 NIL FALSVM Argiuis nil falsum omnia credentibus uidebatur.

132 FASTIGIA VALLIS in qua sacra fuerant celebrata in honorem Archemori.

135 INSANI fortes. NVLLO MORE RAPIT raptim facit inuadere praeter consuetudinem.

139 PRAECIPITANT festinant, accelerant, ut tarditatis moras celeritate compensent.

140 INCIPIENTE FREMVNT uociferatione praeparantium nauigium perstrepunt litora.

141 VELA FLVVNT sola descendunt.

Lind. p. 245 145 GLOMERARE COHORTES praeter ordinem festinanter impingere.

---

1 auris **P** | et **Pa** *om.* **Pb** | VNDE *om.* **Pb** | aurem **Pb** | hic *om.* **Pb** .i. **Pa** | posuit pro auditu **L** | pro *om.* **M** ‖ 2 ut **P** | est oratio **LP** | populi *om.* **LP** | interrogans **Pa** ‖ 3 aure *om.* **L** | id est **L** | decipiamur audito **Pa** | et *om.* **Pb** ‖ 4 esse] et **LPa** ‖ 5 cōmatia **M** | concludit **Pb** ‖ 7 Vt **Pb** | per **LPa** ‖ 8 contenti **Pa** ‖ 9 VVLTVS *om.* **MP** ‖ 12 NVNC *om.* **MP** | *post* PYLIVS *praeb.* **L**: ex illa ciuitate | primo *om.* **L** ‖ 13 Pylium Nestora *Horat.* | Pylius **LMP** ‖ 15 omnia credentibus nil falsum **L** ‖ 18 in honore **M** ‖ 19 Rapuit **M** ‖ 20 pp **Pa** ‖ 21 festinantur **Pa** festinanter **MPb** ‖ 23 uociferationē **Pa** ‖ 25 VELA FL.] Inflauūt **Pa** ‖ 26 COHORTES *om.* **MP** ‖ 27 inpingụere **M**

147 REMINISCITVR IGNES in mentem ueniunt patris fulmina, quibus se utero matris excussit.

148 PVRPVREVM pulchrum.

150 THYRSVS hasta. CORNIBVS VVAE dicit maestitia Liberum ornatum capitis posuisse. ubique enim uuis decoratus ostenditur. Ouidius fastorum libro sexto ⟨uu. 483 sqq.⟩:

'Bacche racemiferos hedera distincte capillos,
si domus illa tua est, dirige uatis opus.
arserat obsequio Semele Iouis. accipit Ino
te, puer, et summa sedula nutrit ope.
intumuit Iuno, rapta quod pelice natum
educet. at sanguis ille sororis erat.
hinc agitur Furiis Athamas et imagine falsa,
tuque cadis patria, parue Learche, manu'.

152 ET TVNC FORTE interpositio est. SECRETVS HABEBAT aut cura laxatus aut secretus tunc erat Iouis.

155 EXCINDISNE TVAS cum exprobratione affectum mae- Lind. p. 246 roris et cum dolore mouet inuidiam.

157 DECEPTIQVE LARIS dolo Iunonis dicit morte matris suae Semeles uiduatos penates.

158 OLIM INVITVM συγχώρησις: ut hoc enim Semele pateretur, extorsit. petiit, ut ad se fulminibus armatus intraret. dicit enim nunc Liber: si ante inuitus, dum amatae nihil negas, in Thebas fulmen iecisti, nunc, inquit, quis compulit, ut bellum eis iuberes inferri?

162 DANAEIA id est: quando ad Danaen uenisti.

163 PARRHASIVMQVE NEMVS silua, ubi Callisto a Ioue

---

3 pulcrum **Pa** ‖ 6 lib. Fastorum **L** ‖ 7 bache **MP** | redimite *Ouid.* | capillis **M** ‖ 10 et . . . quod *om.* **Pb** ‖ 11 pellice **LPa** tum propellice **Pb** ‖ 12 edocet **Pb** ‖ 13 agitur *Ouidius* igitur **LMP** | in imagine falsus **LMP** ‖ 14 cadens **LMP** ‖ 15 est *om.* **MP** | Securus **MP** ‖ 17 Excindene **P** | cum] tam *utroque loco* **Pb** | exprobatione **LMP** ‖ 19 mortem **MPb** ‖ 21 inuitus **MP** | Synaeresis **L** sincresis **Pb** ‖ 22 EXTORSIT **L** ‖ 23 nunc *om.* **Pa** | ante] aut **Pa** dicunt **Pb** ‖ 24 nil **LPa** | eiecisti **L** | inquit] qd **Pa** inpulit **Pb** ‖ 25 inferri iuberes **Pb** ‖ 26 damnem **Pb** ‖ 27 a ioue calisto **Pb**

compressa est, quae postea Helice nomen accepit. LEDAEAS cum ad Ledam uenisti.

164 E CVNCTIS EGO dicit se Liber a multis saepe mortalibus fuisse neglectum ut Lycurgo atque Pentheo. nam Ouidius quodam loco ⟨met. III 531 sqq.⟩ uerba Penthei iniuriantis Liberum ita descripsit:

> 'quis furor, anguigenae, proles Mauortia, uestras
> attonuit mentes?' Pentheus ait. 'aerane tantum
> aere repulsa ualent et adunco tibia cornu
> et magicae fraudes, ut, quos non bellicus ensis,
> non tuba terruerit, non strictis agmina telis,
> femineae uoces et mota insania uino
> obscenique greges et inania tympana uincant?
> uosne, senes miseri, qui longa per aequora uecti
> hac Tyron, hac profugos posuistis sede penates,
> nunc sinitis sine Marte capi?'

166 PONDVS ERAM quoniam fulminata matre femini Iouis insitus est. unde Liber bimater appellatus est, quod duas ueluti matres habuerit, et dithyrambicus dictus est, quod uelut per duas portas exierit. sed hoc fabulosum intellegitur. * sub hac autem figura mysticum philosophiae secretum est. nam et illud falsissimum est, quod Tiresias subiit metamorphosin.

171 BVXA tibia uel scabellum, quod in sacris tibicines pede sonare consuerunt. TIMENT THYRSOS quomodo Thebani bella non timeant, qui bacchantium matrum

1 LEDAEAMQVE id est **L** Lideras **Pa** ‖ 3 se dicit **LP** | mortalibus saepe **L** ‖ 5 quodam uerba loco **Pb** ‖ 7 anguine et eius **Pb** | proles . . . penates *om.* **Pb** ‖ 8 era **M** ‖ 11 tristis **M** ‖ 16 ca////i *superscr.* capi **M** ‖ 17 foemori **LPb** femora **Pa** ‖ 18 est insitus **L** infixus est **Pb** | insutus *Klotz.* | Liber *om.* **P** luč lib̄ **M** ‖ 19 uelut **Pb** | habuit **L** | et *om.* **L** | disrambus **M** d'ramb' **Pa** deiambus **Pb** ‖ 21 intelligitur **LP** ‖ 23 subiit metamorphosin *propos. Schottky* subit*** **L** subis **M** sub' **Pa** *spat. uac.* **Pb** ‖ 24 scabellum **L** *corr. ex* scabillum **M** scabillum **Pa** stabilum **Pb** ‖ 25 consueuerunt **L** ‖ 26 matrum] morē ut **Pa**

thyrsos horrescunt. et ut bellandi inter illos monstraret speciem, ait: timent nuptarum proelia matrum.

174 PELTIS lunatis scutis, quibus utuntur Amazones.

175 SIC HOSTIS DEFVIT interpositio narrationis.

177 DITARE MYCENAS id est: inimicos Argos Thebanorum spoliis ditare. sensus: melius iratus alios hostes eligeres, ne nos inimicorum faceres praedam.

180 SILVASQVE LYCVRGI Lycurgus Thracum rex fuit, qui Liberum deum esse negabat.

181 ANNE TRIVMPHATOS Liber enim dicitur de Indis egisse triumphum. unde Virgilius ⟨Aen. VI 804 sq.⟩: 'nec, qui pampineis uictor iuga flectit habenis, Liber agens celso Nysae de uertice tigres'.

182 LATONIA FRATER Apollinem dicit, qui Delon insulam in honorem materni partus stabilem fecit.

184 COMMENDARE FRETIS id est duabus insulis alligare. freta enim proprie maria dicuntur, quae aestu rapido uicinas terras interfluunt. de qua insula ait Virgilius ⟨Aen. III 76⟩: 'Mycono e celsa Gyaroque reuinxit'.

185 HOSTILES Athenas dicit, | quas cum inundasset Lind. p. 247
Neptunus, Minerua eas diluuio liberauit. pro qua urbe contendisse dicitur cum Neptuno inuentis muneribus. [Neptunus scilicet equum, Minerua oliuam] quam fabulam Virgilius tetigit dicens ⟨georg. I 12 sq.⟩: 'tuque o, cui prima frementem fudit equum magno tellus percussa tridente'. item ⟨georg. I 18 sq.⟩: 'oleaeque Minerua inuentrix'.

186 EPAPHVM Iouis et Ios filium, qui regnauit in Aegypto, cuius mater uersa est in iuuencam. unde Vir-

5 id est *om.* **LPb** ‖ 6 iratos **Pb** ‖ 7 eliceret **L** eligeret **Pa** | vos **LPa** | faceret **L** facere **Pa** ‖ 8 -QVE *om.* **M** | fuit *om.* **MP** ‖ 10 Ante **MPb** | triumphātes **Pb** | deinde **LPa** indis **Pb** ‖ 15 stabillem dicit **Pb** ‖ 16 allegare **Pb** ‖ 17 dicuntur maria **Pb** ‖ 18 interfluant **M** ‖ 19 Mycone (*om.* e) **LPb** ‖ 20 inundassent **P** ‖ 21 eos **M** | urbe *om.* **Pb** ‖ 22 dicitur contendisse **Pb** | Neptunus . . . oliuam *om.* **M** ‖ 23 tetigit Virgil. **L** tetigit **Pa** ‖ 24 tuque o *om.* **LMPa** ‖ 25 magno . . . tridente *om.* **MPa** et eius (= etc.) **Pb** ‖ 27 Io **LPa** ///ios **M** ‖ 28 cui mater **M** | conuersa **Pb** | unde *om.* **Pb**

gilius ⟨Aen. VII 789⟩: 'at leuem clipeum sublatis cornibus Io'.

187 CYLLENE Arcadia, in qua Mercurius dicitur natus. MINOIAVE CVRAT Minos et Rhadamanthus Iouis et Europae filii, Cretensium reges. sed ut conciliet Iouem in amorem Thebarum, commemorat, quas mortalium amare dignatus fuerit feminarum, id est: Alcmenam, Antiopam Nycteidem, postremo Europam, cuius frater Cadmus condidit Thebas.

189 HIC TIBI QVANDO MINOR quando quoniam. ordo est: hic tibi noctes Herculeae et ardor Nyctei filiae Antiopae, quae a Lyco expulsa per Dircen a Ioue in taurum uerso compressa est, unde Zethus et Amphion feruntur progeniti.

190 NYCTEIDOS ARDOR amor Antiopae, Nyctei filiae.

191 HIC TYRIVM GENVS propter Europam et Cadmum, quod Cadmus Tyrii Agenoris filius fuit, qui Thebas condidit, frater Europae. cuius rei necessitudine Thebanis uult conciliare Iouem. FELICIOR IGNE amore. felicior ergo Europa Semele, quippe quae fulmen pro amore perpessa est. ideo: nostro igne felicior.

Lind. p. 248 193 INVIDIAM RISIT PATER inuidiosam orationem ridendo Iuppiter mitiorem effecit. ut Virgilius ⟨Aen. I 254⟩: 'olli subridens hominum sator atque deorum'. POPLITE FLEXVM genibus inclinatum.

197 SIC EXPOSTVS EGO sic sum subditus fatis, ut imminentia mutare non possim. dicit ergo: non Iunonis gratia Thebanis indicimus bellum, o puer, ut putas. ne-

4 MINOAVE **LP** minuaue **M** ‖ 6 thebanrum **Pa** | quos **L** ‖ 7 sit **L** | id est *om.* **L** | antiopiam **Pb** ‖ 8 nictymelẹā **M** nictinidā **Pa** nictimelem **Pb** ‖ 10 MINOR *om.* **L** | quando *om.* **LM** ‖ 11 est *om.* **MPa** | Anthiopae filiae Nictei **L** ‖ 13 corrupta **L** | et *om.* **Pa** | progeniti feruntur **L** ‖ 17 qui **P** | tyri **M(P)** ‖ 18 Thebanis *om.* **Pb** ‖ 19 conciliare uult **LP** ‖ 20 quippe *om.* **Pb** ‖ 23 mitiorem *om.* **Pb** | efficit **Pa** foecit **Pb** | ut *om.* **Pa** ‖ 25 flexo **M** flexu **Pa** | id est genibus **L** ‖ 26 expositus **M** | fatis sum subditus **L** ‖ 27 inminentia **M** | murmurare **P** | possit **P** ‖ 28 Thebis **LPb** atheius **Pa**

que enim mutabilis potest esse Iuppiter, qui immoto fatorum ordine ea, quae semel decreta sunt, complere non differt. isti uero populi id est Argiui siue Thebani ad hoc fataliter nati sunt, ut bellis intereant.

201 REPONAM reuocem, reprimam siue cohibeam.

205 EXPVGNARE DEDI Mars Lapithas immissis furorum stimulis perdidit, Calydona Diana missu saeuissimi apri uastauit.

208 TARDVM ABOLERE MIHI id est: sero illis irrogo digna supplicia. CRIMINA DORICA Graeca. propter iniurias Tantali, qui ei exstincto filio Pelope humanos artus apposuit epulandos.

211 SANGVINE PENTHEVS commemorando, quod Pentheus innocens crudeliter sit punitus, et Liberum in Thebas uindicem seuerum esse. . . . comparauit enim Oedipi Pentheique facinora, qui nec parricidium fecit nec cum matre concubuit. cum Pentheus ista non fecerit, tamen lacero funere tua lustra compleuit. ergo tu, qui tam saeuissime paruae culpae reos punire consueuisti, non debes tam flebiliter pro nefandissimis supplicare.

212 FRATRES PROGENVISSE REVS quia Oedipus maritus et filius, patris filii fratres sunt. nullus igitur ibi pietatis ordo seruatus est, ubi fuit Iocasta et uxor et mater.

219 NON HOC STATVI ordo: non hoc tempore statui Thebas euertere. et hoc dicendo spes aliqua ueniae postulanti promittitur. dicit enim Iuppiter se ut cetera numina

1 esse potest **L** esse **Pb** | immotu **M** ‖ 2 simul **Pa** | sunt decreta **L** ‖ 5 siue *om.* **LPa** ‖ 6 inmissis **M** ‖ 7 Calydoniam **L** calidonam **MP** | iussu **Pa** ‖ 9 MIHI *om.* **MP** | inrogo **Pa** irrogo *corr. in* irrogat **M** ‖ 10 inuriā **P** ‖ 11 qui ei **MPb** quia **L** quidē **Pa** | ei humanos **L** ‖ 12 epulando **Pb** ‖ 14 punitus est **L** | et Liberum *om.* **MP** ‖ 15 † seuerum **MP** | esse *om.* **MP** *propono* esse comprobat | comparando **MP** ‖ 16 patricidium **Pb** ‖ 18 conpleuit **M** ‖ 20 feliciter **Pb** ‖ 22 patres **M** matris, et patris **L** | fili **M** | fratris **Pb** frs̄ **M** | igitur *om.* **M** | tibi pietate **Pb** ‖ 23 seruatus . . . . mater *om.* **Pb** ‖ 24 NON . . . ordo *om.* **Pb** ‖ 25 et . . . se *om.* **Pa** | postulatae ueniae **L** ‖ 26 dicit ergo **Pb** | certa **Pa**

imminentia mala posse differre, in totum uero immutare non posse.

221 VLTORESQVE ALII Theseum dicit, qui secundo bello Thebas euertit. NVNC REGIA IVNO QVERETVR nunc Iuno tristabitur, quoniam in primo bello omnes excepto Adrasto Argiuorum duces peribunt.

Lind. p. 249 222 MENTEMQVE HABITVMQVE RECEPIT dixerat poeta superius ⟨u. 151⟩: 'lapsoque inhonorus amictu' et ⟨u. 148⟩: 'purpureum tristi turbatus pectore uultum'. ergo audita oratione Iouis uno Liber tempore ornatum laetitiamque recepit.

223 SOLE MALO torrido seu igneo. TRISTI NOTO nubilo austro. est autem floribus inimicus. unde Virgilius ⟨ecl. II 58 sq.⟩: 'floribus austrum perditus'.

225 REDIT OMNIS HONOS sic, inquit, laetitia Liberi immutatus est uultus ex grandi tristitia, quemadmodum flores flante austro et solis nimio calore pallescunt perduntque gratiam aspectus sui ac rursus, si placidi fauonii spirauerit flatus et uirentes herbas frigidior uentus erexerit, et odorem recipiunt et colorem.

228 EXPLORATA certa. LONGO AGMINE ordinibus compositis.

229 IRE pro 'uenire'. ut Virgilius ⟨Aen. II 375⟩: 'uos . . nunc . . a nauibus itis'.

230 TREMERE AC MISERESCERE tremebant cuncti et terrebantur aduentu Argiuorum, qui Thebanis consanguinitate coniuncti fuerant. qui uero erant extranei, miserabantur, cum in memoriam reducerent perituras Thebas.

1 mutare **L** imitare **Pb** ‖ 4 REGIA *om.* **L** ‖ 5 exempto **Pb** ‖ 6 perierunt **L** ‖ 7 HAB. REC. *om.* **MP** ‖ 9 turpatus **Pa** turbat⁀/ **M** ‖ 10 ratione **MP** | Liber uno **L** ‖ 12 SOLE *om.* **MP** | igneo] micum **Pb** ‖ 13 ut **L** *om.* **Pb** ‖ 14 austro perditis **L** ‖ 16 mutatus **LP** inmutatus **M** | e **LP** ‖ 18 placida **M** ‖ 19 spirauerint **Pb** | erexit **Pb** ‖ 20 calorē **M** ‖ 22 c̄postis **M** ‖ 23 pro *om.* **Pb** p̱ **Pa** | ut *om.* **Pb** ‖ 24 uos nunc *om.* **MP** | itis *om.* **Pa** ‖ 25 Timere **Pa** | ET **L** ‖ 26 Argiuorum aduentu **L** | aduentū **P** ‖ 27 qui uero] qño **M** | miserebantur **P**

231 NOMINE ET ARMIS subaudiendum 'ceteros anteibat'.

232 ILLE METVM CONDENS Eteocles timorem dissimulans.

237 TESSERA bellorum signum est, ut hospitalem tesseram dicimus. ueteres enim, quoniam non poterant omnes hospites suos nosse, tesseram illis dabant, quam illi ad hospitia reuersi ostendebant praeposito hospiti, unde intellegebantur hospites. hic tamen proprie t e s s e r a m signum bellicum posuit.

238 CAMPO QVI PROXIMVS VRBI campum subeunt, qui patet ante urbem. qui est ad sistenda bella damnatus id est destinatus.

243 NONDVM CONCESSA VIDERI pudicarum uirginum morem descripsit, quia nunquam uirgines facile uidebantur a populo. Lind. p. 250

244 ANTIGONE Oedipi filia, Polynicis soror. DEFENDITVR occultatur.

246 ARMIGERO qui Lai ante armiger fuit, eo nunc Antigone utebatur custode.

247 SPESNE hanc oeconomiam transtulit iuxta Homerum, qui per inquisitionem narrationem catalogi inducit. hic per Antigonem, ut illic per inquisitionem Priami et relationem Helenae.

248 HAEC VEXILLA hoc est: Thebanorum militum manus poterit tam immensum Argiuorum exercitum superare? et parua multitudo contra hostium copias haec ualebit? — de auxiliaribus quaerit cateruis, nam suos ciues agnoscit. PATER non patrem genuinum Oedipum dicit, sed ut blandiretur nutritoribus, Phorbantem patrem uocauit.

250 MENOECEVS hic se pro patria ex responso de

1 anteibant **P** ‖ 2 metum **L** ‖ 3 ut] et **M** ‖ 4 qñ **Pa** | ueteres . . . dabant *om.* **M** ‖ 5 noscere **L** | illi *om.* **Pb** | ad hospitium **Pb** ‖ 6 p̃posito **M** proposito **Pb** | intelligebant **L** | hospites intelligebantur **Pb** ‖ 7 proprie *om.* **Pb** | tessera **Pb** ‖ 8 belli **LPb** bellicō **Pa** ‖ 9 qui . . . urbem *om.* **M** ‖ 10 porcet **Pa** pe **Pb** | substinenda **Pb** ‖ 13 uidentur **LP** ‖ 17 laii **MPb** | fuit armiger **L** ‖ 20 qui *om.* **LP** | narrationem *om.* **L** ‖ 21 hic qui per **M** ‖ 22 delationē **Pb** ‖ 23 manibus **Pb** ‖ 24 inmensum **M** ‖ 29 ex responso *om.* **P** extenso **M**

muro praecipitem dedit, filius Creontis, qui Eteoclis post fratrum interitum accepit imperium.

251 AENA SPHINGE casside, cuius altitudinem in summitate adiecta auxerat sphinge. siue signa Thebanorum sphingas esse monstrauit. ut enim apud Romanos aquilae habebantur signis appositae, sic Thebanorum signa sphingos uultus ornabat.

252 HOMOLOIDAS Homoloidae portae Thebanae sunt appellatae, quae erant septem. unde Thebana ciuitas heptapylos dicta est.

254 TANAGRAE ciuitas Euboeae, quae nunc Penanoria nuncupatur.

255 DRYAS hic est, quem Diana sagittis propter interfectum Parthenopaeum occidit. TRIDENTEM ut declararet se nepotem Orionis esse, in scuto tridentem pinxerat.

256 ORIONIS ALTI huius talis est fabula: Pelargus quidam deorum cultor Iouem, Neptunum Mercuriumque honorifice suscepit hospitio. a quibus huic est facultas oblata, ut, quia in deos religiosus exstiterat, ab his, quod uellet, optaret. is cum adhuc aetatis nullum filium accepisset, postulauit, ut beneficio numinum proles sibi contingeret. minxerunt ergo numina in bouis corium, quem Pelargus diis immolauerat, et hoc defodi iusserunt exactisque nouem mensibus tolli. ex quo natus est Orion, qui ex urina nomen accepit. οὖρον enim Graece urina dicitur. hic de stupro compellauit Dianam. illa irata Terrae implorauit auxilium. at ille ictu scorpionis interiit, quem Terra in ultionem Dianae exsilire compulerat. alii uero

1 etheocles **Pa** *corr. in* etheoclis **M** | post fratris Etheoclis **L** || 2 frm̃ **M** fratris **P** || 4 spinga **MP** | signa *om.* **M** || 6 signa apposita **Pb** || 8 sunt Thebanae **L** || 10 appellata est **Pb** || 11 TANAGRE **LMP** || 14 deolaret **Pb** || 15 Orionis nepotem **L** | esse *om.* **Pb** || 16 Pelasgus **L** || 18 honorifice *om.* **L** || 19 extiterit **M** | q̃ **M** quot **Pa** quid **Pb** || 20 optaret *ante* ab *praeb.* **Pb** | his **M** | filium nullum **L** | suscepisset **LP** || 21 numina] urinam **Pa** || 23 Pelasgus **L** | defodere **L** defodiri **M** (!) defoderi **Pa** || 25 Uros **M** Vrg- **Pa** *ουρος* **Pb** (!) || 26 conpellauit **M** | inuocauit **LPa** || 27 at ille *om.* **MPbPc** | scorpii **L** || 28 compulerat exilire **Pb**

dicunt Orionem ipsius Dianae sagittis fuisse frustratum. ut Horatius ⟨carm. III 4, 72⟩: 'uirginea domitus sagitta'.

261 NISA DIONAEISQVE AVIBVS CIRCVMSONA Nisam hanc quidam uolunt regionem esse, in qua Nisus regnauit, cuius crinem purpureum Scylla filia dicitur amputasse. THISBE ciuitas eiusdem, in qua Venus colitur. circumsona: quod Iouis per columbas aliquando dabantur oracula.

263 PINVQVE IVBAS quia quasi equinae saetae sunt pini folia.

264 TERRIBILIS SILVIS uenationibus.

265 ERYTHRAE ciuitas numeri tantum pluralis.

266 SCOLON ETEONON ciuitates sunt Graeciae, quae Thebanis auxilia miserunt. IVGIS INIQVIS arduis siue excelsis.

267 ATALANTEAM duas Atalan|tas fuisse certissimum Lind. p. 251 est: unam Arcadem, cuius Parthenopaeus est filius; aliam de Scyro, nobilem cursu[, quam Hippomenes currendo superauit proiciendo tria poma aurea Veneris consilio].

268 NOTI CAMPI in quibus solebat Atalante cum procis cursu contendere. COLVNT non uenerantur, sed habitant.

269 SARISAS Macedonum lanceas. hoc enim nomine tela sua ipsius gentis homines uocant. unde Lucanus ⟨VIII 298⟩: 'primi Pellaeas arcu fregere sarisas'.

270 DIFFICILES EXCLVDERE causa scilicet breuitatis.

272 ONCHESTI Onchestus Neptuni filius fuit, qui ex

1 prostratum *Klotz.* || 3 circumsona(n)t **M**(**P**) | Nisam *om.* **LPa** || 4 esse regionem **LP** || 6 hisbę **MP** | circumsona *inserui* i **M** || 7 quo **L** | aliquando per columbas **L** | dabuntur **M** | responsa **L** || 8 PINVSQVE IVBASQVE **L** || 12 Colon **MPa** | coleñ theone **Pb** || 13 auxilium **LPa** || 14 excesis **Pb** excessibꝫ *corr. in* excelsibꝫ **M** || 15 ATALANTEMQVE **L** | Atalantes **L** *corr. in* atalantas **M** | esse **L** | certissime ē **M** || 16 Arcadam **LMPa** | alteram **Pc** || 17 quam . . . consilio *om.* **MP** | Hyppomanes **L** || 19 Atalanta **L** atlanta **Pb** athalantem **M** || 21 SARISSAS **LPa** | lanceas] tela **Pb** || 23 fugere **Pb** | sarissas **LPb** || 24 sc. causa **L** | *post* breuitatis **P** *praebent* ad excludendum || 25 ONCHESTI . . . ciuitatem *om. in marg. sup. add.* **M** | fuit filius **L**

suo nomine hanc condidit ciuitatem. MYCALESOS promunturium est ciuitatis eiusdem.

273 PALLADIVSQVE MELAS Boeotiae fluuius Mineruae consecratus. Palladius ergo Atticus. alii uolunt hunc Athenarum fluuium esse, quem Palladium ad discretionem posuit. est enim alter Melas in Sicyoniorum finibus. siue Melam montem dixit oliuetis consitum.

274 GARGAPHIE fons est Dianae Hecatae consecratus.

275 ET NIMIA cuius satis nimietas herbarum inhabitet, quae nascentes opprimit messes.

279 VIRGO LYRA GALEAM in cono galeae lyram habebat propter musicam, qua Thebani dicuntur muri fuisse constructi. TAVRO propter Iouem et Europam uel propter Cadmum, qui bouem secutus est, ut Thebanam conderet ciuitatem, uel, quod manifestius, propter Dircen nouercam, quam ab his tauro constat esse religatam.

280 MACTE ANIMO ut si diceret: perfectae indolis iuuenis. mactare enim dictum est sacrificium perfecisse. unde Virgilius ⟨Aen. IX 641⟩: 'macte noua uirtute, puer' id est perfecte.

281 OPPONERE PECTORA bene 'opponere' dixit ad defensionem murorum.

282 HELICONIA TVRBA per Heliconia intellegi uult poetas etiam ad auxilia conuenisse et commemorat fluuios Musis dicatos: Heliconium, Permessum, Olmium.

287 RENIDENTEM splendentem niue deposita. CYGNI

---

1 condidit hanc **M** ‖ 2 est *om.* **LPa** | eiusdem ciuitatis **L** ‖ 4 palladiū **M** ‖ 6 enim *om.* **M** autem **Pc** | sic himarum **M** sichinarium **Pa** schimarium **Pb** ‖ 7 Melas **L** *μέλανα?* | dicit **L** | oliuis **Pb** ‖ 8 est *om.* **LMPa** | ab Hecate **L** eccate **M** obetata **Pa** obechata **Pb** ‖ 9 cui **Pb** ‖ 10 opprimet **M** ‖ 11 habebant **LMPa** ‖ 12 muri dicuntur **Pb** ‖ 13 et *om.* **Pa** ‖ 15 ciuitatem *om.* **M** | Dyrcem **LPa** ‖ 16 quę (////) **M** | constat tauro **L** | esse *om.* **L** | religata (////) **M** ‖ 21 opponere] pronos **MP** ‖ 23 eliconia **P** Helicona **L** eliconas **M** | intelligi **LPa** | uult intelligi **Pb** | uoluit **L** ‖ 25 Hormium **L** olinum **Pb** ‖ 26 RENITENTEM **LPb** | niuem **L** | depositā **LMPa**

quia apud Olmium fluuium multi sunt cygni et hi, qui ab hoc fluuio ueniebant, cygnorum more cantabant.

296 SED AEVI CONFVDERE MODOS aetatis suae, dum Lind. p. 252 paene aequales sunt, spatia confuderunt. NYMPHE ad ornamentum carminis sui Graecum nomen accepit. *νύμφη* enim Graece dicitur sponsa.

298 MARITIS IGNIBVS uiriles amores, concubitus uoluptatem dicit.

300 NEC LONGVM id est 'tempus transiit'. ET PVLCHER ALATREVS natus est filius, qui patri puero crescendi celeritate paene aequaeuus est.

302 TRAXITQVE NOTAS similitudinem patris in suo uultu signauit.

304 PLVS PATER hoc est: gaudet aetate antecedenti desiderio. HVNC OLIM IVVAT ET VENTVRA SENECTVS uno tempore senescentium patris et filii.

307 EXILEM sterilem agrum habentem. CORONIAM nomen a Coro Centauro tractum, de quo et ciuitas dicta. quem reliqui Centauri uelut palum caedentes terrae affixerunt. BACCHO GLISANTA duae ciuitates duorum numinum pari gaudent munere: Coronia Baccho fertilis est, Glisas Cerere infecunda tristatur. nec euenit, ut prouentu suo utraque ciuitas frumenti et uini bono gauderet.

310 HYPSEA QVADRIIVGOS fratrem Aeaci dicit. cui Lind. p. 253 Iuppiter ex formicis socios fecit armatos exsistere. ex Aeaco Peleus natus est, ex Peleo Achilles, cuius milites

---

1 Hormium **L** olimiū **Pa** olmum **Pb** | hic **M** ‖ 4 bene **M** | sunt *om.* **M** | confudere **M** | Nymphae **L** Nimpha **M** ‖ 5 Graece *νύμφη* (*om.* enim) **L** | nimpha **MP** ‖ 6 sponsa dicitur **Pb** ‖ 7 Mariti **MP** ‖ 9 transit **P** ‖ 10 puero *om.* **LPb** ....ero **Pa** ‖ 11 equetius **P** ‖ 12 uultu suo **L** ‖ 15 *post* desiderio **P** *praeb.*: ē nomen breue, **M**: ē nomen p̄(uentura) | HVNC ... ET *om.* **MP** ‖ 16 senes fiunt pater et filius **Pb** | senesciunt **Pa** ‖ 18 a quo **LP** ‖ 19 paulum **M** | cadentes **Pb** | adfixer̃ **M** adfixerunt **Pa** ‖ 20 nominū **MP** ‖ 21 corona **P** | fertilis non est, Glisas autem*?* ‖ 22 simul Glisanta **L** glisanta **MPa** glis **Pb** | infecunda cerere **Pb** | tristantur **L** | uenit **M** ‖ 23 et *om.* **Pa** ‖ 24 quadrigos **M** | cuius **L** cū **MP** ‖ 25 accepit **Pb** | ex eo **L** ‖ 26 est *om.* **MPa** | ex Peleo *om.* **M**

Myrmidones nuncupati sunt a formicarum origine. μύρμηκες enim Graece formicae dicuntur. — hunc Hypseum in nono libro Capaneus occidit.

312 NAM TERGO NVNQVAM METVS siue quia hic uirtutis suae praerogatiua nunquam fugiebat, siue quia uetus consuetudo fuerat, ut lorica nunquam nisi pectus tegeret, ut spem fugae eriperet pugnaturis. quod Sallustius ⟨Iug. CVII 1⟩ apertissime dicendo monstrauit: 'et in maximo metu nudum et caecum corpus ad hostem uertere' id est: quod nec oculi nec lorica muniebat.

314 IRRITA VOTO quae in percutiendo nunquam auctoris sui uota decepit.

315 ASOPOS fluuius. hic cum raptam a Ioue filiam Aeginam aequo animo ferre non posset, omni aquarum agmine concitatus caelum petebat infestus. hunc Iuppiter fulminauit. unde hodieque dicitur eo tempore, quo fulmen excepit, prunis uiuentibus fluere. ideo dixit ⟨u. 325⟩: 'adhuc ripis animosus gurges anhelat'. hunc Asopum breuiter etiam Lucanus describit dicendo ⟨VI 374⟩: 'accipit Asopos aquas'.

321 NONDVM ISTA LICEBANT uitiare uirgines alienas.

323 CONSERVITQVE MANVM contra nubes et fulmina. NEC QVEM IMPLORARET HABEBAT quia huic bella commouerat, a quo omnia numina auxilium postulare consueuerant.

1 nuncupantur Pb | mirmices MPa mirmites Pb ‖ 4 siue . . . fugiebat *om.* Pb ‖ 6 ut a lorica Pa | nusquam *?* | peccatus Pb ‖ 7 fugere *corr. in* fuge M ‖ 8 aptissime Pb | monstrauit dicendo L | in *om.* Pa ‖ 9 metu *sumpsi ex Sall.* omnium et LMP | ad hostes Pb ‖ 11 IRRITO M | VOTI *Statius* ‖ 12 decipit LPb ‖ 13 Asopus Pb ‖ 15 concitato Pb ‖ 16 unde] uerum L | eo *om.* Pb ‖ 17 primus LP prumis M | urentibus ripis L urentibus undis Pb ‖ 18 ripi M ripas Pb | anhelet M anhelis *Statius* ‖ 19 breuē MP | ēē MPb | describit Lucanus dicens L | accepit MP *om.* L ‖ 20 aquas áscopus Pb | cursus *Lucan.* (aquas *legitur in u. 376*) ‖ 21 NOND. ISTA *om.* MP | LICEBAT LPb | uitiare *et* alienas *om.* Pb ‖ 22 Conferū *corr. in* Conserunt M Conserū Pa Cum serenum Pb | manus MP ‖ 23 imploret M | hinc M adhuc Pb | commemorat Pa ‖ 24 consueuerunt Pb

327 AETNAEOS nimios. in similitudinem Aetnae fulminatus est Asopus, et ipsa aqua efflat adhuc fulminis minas.

330 ITONAEOS ut ipse supra ⟨II 721⟩: 'Aonia diuertis Itone'. in qua Itonus regnauit, Herculis filius. haec ciuitas Boeotiae est. hinc Bacchylides Mineruam Itoniam dixit et Alalcomenen ipsam significauit. hic Bacchylides Graecus poeta est, quem imitatus est Horatius in illa ode, in qua Proteus Troiae futurum narrauit excidium. Lind. p. 254

331 QVOS MIDEE Boeotiae ciuitas, in qua Alcmena nata est, Herculis mater.

332 AVLIDA Aulis dicta est ex eo, quod illic omnes Graeciae reges in excidium Troiae coniuraturi conuenerant. unde Virgilius ⟨Aen. IV 425 sq.⟩: 'non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui'. PLATAEAS Boeotiae ciuitas. ut supra ⟨IV 373⟩: 'nuntiat excubiis uigiles arsisse Plataeas'.

333 REFLVVMQVE quia septies in die fluit et refluit quemadmodum Siciliense fretum, quod certis horis fluit ac refluit. unde Lucanus ⟨V 235⟩: 'Euripusque trahit cursum mutantibus undis'.

334 QVA NOSTER HABET bene noster, quia est Boeotiae et Euboeae.

335 ANTHEDON ciuitas est Boeotiae inter Euboeam et Boeotiam constituta. GLAVCVS hic piscator fuit de

1 fulmineos *anon. Heidelb.* | in similitudine Pb | Aetnae *om.* Pb | fulminatus edine (*om.* est) M ‖ 2 afflat Pb ‖ 4 ITONAEOS . . . Itonus *om.* P | ipsa M ‖ 6 *Anthol. lyr. ed. Bergk-Hiller p. 275* | et ithoniam Pb ‖ 7 Alcomenem L alchomenē M alchmenen Pa alchemonem Pb | hic . . . est[1] *om.* L ‖ 8 est[2] *om.* M | oda Pb ‖ 9 *carm. I 15* | narrat L ‖ 10 MIDIE LMPb mide Pa | alchomene MPa ‖ 11 *post* mater *leguntur in* L: et in qua etiam colitur Minerua ‖ 12 quia omnes illic L ‖ 14 unde *om.* Pb ‖ 15 Platea M ‖ 16 urbs L ‖ 18 septies *om.* Pa ‖ 20 ac refluit *om.* L ‖ 22 QVA *om.* MP | ABIT L | bene noster *om.* LP ‖ 24 Ante dū M | est *om.* LMPa ‖ 25 constituta *om.* L | *ante* constituta ITONAEOS . . . Itonus *supra omissa inseruit* P | fuit & de L

Anthedone ciuitate, qui extractam mari praedam proiecit in litore. pisces herbarum tactu reuixerunt. intellexit Glaucus hanc illorum graminum naturam esse, ut immortales efficerentur, qui ea gustassent. itaque auellit et assumpsit. quo facto ilico deposito humano corpore in marinum uersus est deum.

336 POSCENTES IRRVMPIT AQVAS quasi eum desiderarent maria deum sibi fieri.

337 EXPAVIT postquam se uidit Glaucus deformem uel biformem factum, expauit. ita enim marina numina Virgilius formauit dicendo ⟨Aen. X 210 sq.⟩: 'cui laterum tenus hispida nanti frons hominem praefert, in pristim desinit aluus'.

338 ET TORTA circum caput rotata.

339 GAESA hastae Gallorum. Virgilius ⟨Aen. VIII 661 sq.⟩: 'duo quisque Alpina coruscant gaesa manu'.

340 CEPHISE Cephisus fluuius, Narcissi pater, cum caede Zephyri prostratus esset, Apollinis miseratione sanatus est. hoc ergo dicit: in auxilium tu quoque filium destinasses, nisi iam palleret in flore. Thespius enim fuit Narcissus Cephisi fluuii. cuius etiam Lucanus meminit dicendo ⟨III 174 sq.⟩: 'quos impiger ambit fatidica Cephisos aqua'.

341 NARCISSVM Narcissus uenandi studiosus fuit. quo labore fatigatus uenit ad fontem, ut restingueret sitim. qui in fontis speculo imaginem suam uidit et amauit, cum putaret alienam. et cum coepisset eius desiderio cottidie intabescere, in florem sui nominis est mutatus.

---

1 ciuitatis **M** | qui cum . . . ex mari . . . proiecisset **L** ‖ 3 inmortales **MPa** ‖ 4 eam **L** ‖ 5 apsunsit **Pb** | illico **LPb** ‖ 7 Poscentis **MP** | IRRVMPIT *om.* **MP** | cū **M** ‖ 9 Glaucus postquam uidit se **L** ‖ 12 homines **Pb** | p̃ferre **MPa** | pistrin **L** pystrin **M** pri(Ꞇ **Pa** pistrim **Pb** ‖ 14 ET *om.* **Pb** | retorta **Pb** ‖ 15 hasta **L** ‖ 16 coruscat **MP** ‖ 19 ergo] autem **Pb** | in] aut **M** | filium *om.* **Pb** ‖ 20 enim] autem **Pb** ‖ 21 cethesi **M** coethisi **Pa** cetesei **Pb** ‖ 22 impiger *om.* **M** | ambit *om.* **LMP** | cephis⁹ **M** ‖ 25 restringueret **M** ‖ 26 quo **Pb** *om.* **MPa** | in speculo fontis **LPa** in speculo **Pb** ‖ 27 quotidie **L** quottidie **Pb** cotidie **Pa**

342 ALLVIS irrigas, ne marcescat.

344 PHOCIDA a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Telamon occidisse feruntur. a cuius nomine ciuitas nuncupata est, in qua Oedipus Laium, dum patrem quaerit, occidit. quae ciuitas tres habet uias, quae se post multa spatia in unam iungunt plateam, ut ipse in primo ⟨uu. 64 sq.⟩: 'trifidaeque in Phocidos arto longaeuum implicui regem'. QVIS PANOPEN tres omnes ciuitates sunt Phocidos. Lind. p. 255

345 LEBADIA ciuitas Apollini sacrata, in qua Trophonius et Agamedes Tauropolitae fratres fuerunt, filii Augae famosissimi.

347 AVT CIRRHAM Parnasus mons est Phocidos, qui in duo iuga diuiditur id est in Cirrham et Nysam. Cirrha ergo etiam ciuitas dicitur circa montem Parnasum posita. haec habet stagnum Apollini consecratum. de quo ipse ait superius ⟨I 62⟩: 'si stagna peti Cirrhaea bicorni'.

348 CORYCIVMQVE NEMVS quidam 'Ogygium' legunt, quia post Cadmum Ogygius Thebas rexit. quo uocabulo antiqui Thebanos intellegi uoluerunt. post etiam nemori est hoc nomen impositum. etiam tumulus circa Thebas ita uocatur.

351 ASPICE LAVRVS ita se deuotos Apollini demonstrabant, ut et lauro coronati incederent et maximos eius actus scutorum aptarent insignibus.

353 CAEDE PHARETRAS Niobe, uxor Amphionis, cum quattuordecim procreasset filios — septem uirilis sexus,

---

1 ALLVIT **LM** | irrigauit **L** inrigat **M** ‖ 3 celemon **M** | dicuntur **Pb** ‖ 4 quaereret **L** ‖ 7 in *om.* **Pb** | arce **Pb** arcto **LMPa** | inplicuit **M** ‖ 8 Qua **Pa** Quia **Pb** | panapen **P** | omnes *om.* **Pb** ‖ 10 sacra **LP** | Triphonius **L** ‖ 11 Latamedes **LP** datamedas **M** *corr. Barth.* | tauropolitus **Pb** ‖ 12 formosissimi **L** ‖ 13 Parnassus **L** parnassos **MPa** ‖ 14 id est *om.* **Pb** ‖ 15 circa . . . posita] a cyrrha monte parna(s)so in quo ē (*om.* **Pa**) posita **P** | sita **L** ‖ 16 sacrum **Pb** ‖ 17 ait *om.* **L** | petij **L** petā **M** petiit **Pa** petiuit **Pb** ‖ 18 CORCYRVMQVE **L** | aogigium **M** ‖ 19 q **M** | ogiges **Pb** ‖ 20 intelligi uolebant **LP** ‖ 21 hoc *om.* **M** | inpositū **M** ‖ 23 lauros **MPb** ‖ 25 armarent **Pb** ‖ 26 pharetre **Pa** ‖ 27 peperisset **L**

septem feminei — fecunditatem partuum suorum Latonae praeposuit. qua re commota filios suos Apollinem et Dianam in ultionem suae instigauit iniuriae. cuius Niobes filios quattuordecim uterque deus sagittis exstinxit: Apollo pueros, puellas Diana.

355 NAVBOLVS hic Lai fuit auriga.

356 SECVRA sine metu futuri parricidii.

358 NOSTRO CVM SANGVINE CERVIX ostendit eo tempore, quo Naubolus Lai auriga fuit, se Phorbas armigerum fuisse et optat, ut eo, quo errore occisus est Laius, filii pariter interissent, ne ad uidendum fratrum scelera seruarentur.

Lind. p. 256 360 REPENS et aduerbium potest esse temporis et nomen participiale. ostendit Phorbantem loqui intercepta singultibus uoce minime potuisse.

363 SOLLICITVM DECVS quia illi cura est Antigones uirginitatis custodia.

364 SERAS TIBI DEMOROR propter te seniles annos in uita demoror.

365 FORS EADEM ut, quomodo Laium, sic eius nepotes aspiciam perire.

366 INTEGRAMQVE RESIGNEM sicut accepi seruandam, integra nuptiis uirginitate restituam.

369 TRANSABIERE DVCES narratione elapsi sunt.

370 CARYSTE insula est iuxta Euboeum fretum. quam saxosam ideo ait, quoniam ibi marmora nascuntur, quae

---

2 irata **Pb** ‖ 3 insignauit **Pb** | niobe (**M**)**P** ‖ 4 extinxit sagittis **L** ‖ 6 laii **Pb** | fuit . . . Lai *om.* **Pb** ‖ 9 fuit auriga **L** | Phorbantem (*om.* se) **L** ‖ 10 eo *om.* **L** | errore quo **LPb** | terrore **M** est Laius *om.* **Pb** | filius **Pa** *corr. ex* filios **Pb** ‖ 11 interiissent **L** interisset **P** | ad diuidendum **LP** | seruaretur **P** ‖ 14 participale **LMPb** | loqui *post* uoce *praeb.* **L** ‖ 16 illic **M** ‖ 18 SERAS *om.* **MP** ‖ 19 de uita **Pb** ‖ 20 Frons **M** | quemadmodum **L** ‖ 21 perire *om.* **MP** ‖ 22 INTEGRAMQVE *om.* **MP** | accepit **Pa** ‖ 23 integram **L** *om.* **Pa** | uirginitatem **L** uirginitatis **Pb** | restitutam **MPb** ‖ 24 egressi **Pb** ‖ 25 CARISTAE **L** carista **Pb** | euboetum **Pa** euboicum **Pb** ‖ 26 quia loci **M**

a loci uocabulo Carystia dicuntur. unde Lucanus ⟨V 232⟩: 'qua maris angustat fauces saxosa Carystos'.

371 NON HVMILES AEGAS ualde omnibus notas. CAPHAREA mons est altissimus naufragiis Graecorum notus omnibus in finibus Euboeae.

378 VLTRO non coacti. IVRASTIS iurare proprie est, quotienscumque sacramento exercitus in aliquo bello conspirat. siue quia legiones, cum scribuntur, ante in sacramenta militiae compelluntur iurare.

386 HIC ERAT ET FRATER hostili animo, quasi iam non est, dixit.

388 RELICTVS ut inuenias me carentem auxiliis et occidas.

393 PERSPICVAS SIC LVCE FORES siue adueniente die perspicuas siue ex cratibus factas, quae raritate uirgarum conexae lucem admittunt.

394 DVM TERRA RECENS dum adhuc ros in gramine est, quo tempore gratiora sunt pecoribus pascua.

396 HVMVM TRACTVRA lactis pondere praegrauata.

397 SVCCIDVAS tardantes a succidendo. siue, ut feturae succedentem subolem demonstraret, succiduas dixit id est uicarias.

402 MORE FVGAE fecit enim formido ueloces. Lind. p. 257

403 PRODIGIALE CANENS nescio quid prodigiale denuntians. PRAEVIA FATI certa enim bellantibus sors est mortem sperare.

404 VOLVCRESQVE FERAEQVE hoc loco res prodigiales poeta describit.

405 SIDERAQVE ignota sidera apparere tempore belli

---

1 caristea **MPb** ‖ 3 omnibus ualde **L** ‖ 4 naufragio **L** | omnibus notus **LP** ‖ 6 coacta **Pa** ‖ 7 sacramenta **P** ‖ 8 quia *om.* **Pb** ‖ 11 esset **L** ‖ 14 PERSPICVAS *om.* **MP** | SIC *om.* **P** | foras **M** ‖ 16 cōnexae **L** ‖ 18 est *om.* **L** ‖ 19 tactura **P** | granata **M** pregrauatas **Pb** ‖ 20 ut *om.* **Pb** | feturę *corr. ex* futurę **M** ‖ 21 sobolem **LPb** | *in animo habuit* succidanias | id est *om.* **Pb** ‖ 22 uicinas **Pb** ‖ 23 Mox refuge **M** | facit **Pb** ‖ 24 qđ **M** | pronuntiās **Pb** ‖ 27 poeta *post* loco *pos.* **Pb** | prodigiales res **LP** ‖ 29 ignea **Pa**

certissimum est et frequentia fulmina fieri. AMNES inter cetera prodigiorum genera fluuiorum etiam incrementa ponuntur incerto tempore.

407 CLAVSAEQVE DEORVM in Cirrha tantum prospera deorum dabantur oracula. nam cui exitium imminebat, taciturnitate templi penitus damnabatur.

411 ELEVSIN ciuitas est Atticae regionis haud longe ab Athenis, in qua regnauit Celeus, qui Cererem, dum filiam quaereret, liberalissime suscepit hospitio. in qua ciuitate Cereris sacra consueuerant uirginum ululatibus et saltationibus celebrari.

412 SPARTE apud Spartam aperto templo eodem tempore Castor et Pollux dimicare inter se uisi sunt. ex quo omine colligebant Eteoclen et Polynicen impia inter se bella gesturos. TEMPLIS RECLVSIS quia Apollinis oraculum est illic Hyacinthi et Amyclaei.

413 AMYCLAEOS Amyclaei fratres sunt Castor et Pollux.

414 LYCAONIS VMBRAS Lycaon pater Helicae ursae fuisse dicitur, qui dolore stupratae a Ioue filiae deos humanarum carnium cibis uiolauit. ob quam rem in formam lupi dicitur esse conuersus.

415 SAEVO CAMPO in quo uictor filiae sponsos solitus erat necare.

416 OENOMAVM Atalantes patrem.

417 DEFORMEM CORNV cum uno cornu ante fuerit ab Hercule uiduatus. quare eum nunc poeta ambo amisisse describit, ut omen diri belli tradi possit, quod utroque cornu Achelous truncatus uideretur, quod signum periturorum germanorum manifestissimum fuit.

---

2 inter certas **Pb** ‖ 4 tm̃ **Pb** ‖ 5 cuius exitum **P** ‖ 6 perit' **M** ‖ 7 ELEVSIS **L** elesim **Pb** | haut **M** aut **Pa** ‖ 8 Teleus **L** oileus **Pb** ‖ 10 consueuerunt **Pb** ‖ 12 SPARTAE **L** ‖ 13 inter se *ante* Castor *posuit* **Pb** ‖ 14 homine **Pa** omnem **Pb** nõe **M** | Etheoclem **L** | Polynicem **LMPb** | impie **Pb** ‖ 15 Templi **M** ‖ 16 illic *om.* **Pb** | Hyacinthi et Amyclaei *om.* **L** ‖ 18 Helice **L** elice **MP** ‖ 19 dicitur *om.* **Pb** | deos *om.* **Pb** ‖ 20 causam **Pb** ‖ 22 auctor **Pb** ‖ 24 Atalantae **L** at(a)lantis **MP** ‖ 26 uiduat~ **M** | ambo . . . possit *om.* **Pb** ‖ 27 in utroque **Pa** ‖ 29 certissimum **L**

419 CONFVSVM IVNONIS EBVR confusum dolore siue turbatum siue pudore uerecundatum.

420 GEMINI MARIS Corinthios dicit, qui Euripi incolunt partem. ut Horatius ⟨carm. I 7, 2 sq.⟩: 'bimarisue Corinthi moenia'.

421 PALAEMONA PONTO Palaemon deus marinus est, qui | portubus praeest. cuius nota est fabula. Athamas Lind. p. 258 post furorem a Iunone immissum cum occiso Learcho Melicertam, alterum filium suum, cum uxore sua Ino persequeretur et se illi in mare praecipitassent, uoluntate numinum in deos uersi sunt: Melicerta in Portunum, qui Graece Palaemon dicitur, Ino in Matrem Matutam, quae Graece dicitur Leucothea.

423 PROHIBETQVE TIMERI quasi imminentia mala etiam prodigiis nuntientur, ne caueant homines, numina credi uetant.

424 ASOPE TVAS Thebarum fluuius, cuius Aeginam filiam in aquilam mutatus Iuppiter uitiauit.

427 ANIMOS incrementa.

428 SEV MONTANA frequenter loca altiora abundant niuibus, quae, cum aduentu ueris liquefiunt, addunt fluminibus incrementa. FLVMINIS aduentus describitur Argiuorum.

437 ALTERA TELLVS ulterior ripa.

440 VISAEQVE ACCEDERE RIPAE ad opinionem rettulit armentorum, quibus transeunte tauro fluuii altitudo minor et latitudo breuior uidetur effecta.

441 ACCOMMODA CASTRIS positio castrorum describitur. Lind. p. 259

445 INSTANT id est: nullus erat tam excelsus prope

---

1 CONFVSVM *om.* **MP** ‖ 2 uerecundatum pudore **Pb** ‖ 3 corinthos **M** orĩtum **Pb** | quia uel **P** ‖ 6 est *om.* **L** ‖ 7 preest portubus **Pb** ‖ 8 inmissum **M** ‖ 9 melicerta **MPa** | prosequeretur **L** ‖ 11 conuersi **Pb** ‖ 12 matutē *superscr.* ā **M** ‖ 17 *schol. 424 om.* **Pa** | fluuius Thebarum **L** ‖ 20 altiora *om.* **M** | habundant **M** ‖ 21 ueris aduentu **L** ‖ 25 VISAEQVE *om.* **MP** ‖ 26 (tauro *om.*) fluuio **L** ‖ 27 uidetur unde **Pb** | effeta **P** ‖ 28 portio **Pb** ‖ 29 id est *om.* **L**

collis, cuius altitudo uel despectus castris esse posset incommodus.

446 NEC LONGA LABOR nec multo labore dicit castra munienda.

448 ELATAE RVPES in murorum uices rupes naturae beneficio uidebantur aequatae.

449 PINNAE castrorum excelsa munimina.

450 CETERA DANT IPSI quae deerant munitioni castrorum, manuum opere claudebantur.

451 EREPSIT egressus est et sine sensu transiit.

456 AMPHIONIS ARCES prae timore somniantibus muri Thebani, quos Amphion exstruxerat, uidebantur inualidi.

458 MAIORESQVE TIMOR maiora enim nobis uidentur omnia, quae timemus.

462 MANDANT FVNERA commendant, ut, si mortui fuerint, eorum sepulturas procurent.

463 SI TENVIS DEMISIT LVMINA SOMNVS id est ad soporem laxauit a rigore uigiliarum. si leuis ergo somnus eos oppresserit, uidentur sibi bellare.

468 AVT VTRIQVE PATREM quia ambobus fuerat inimicus. ILLE Oedipus pater.

Lind. p. 260 470 IAM GELIDAM PHOEBEN noctem. lunam enim pro nocte posuit.

471 HAVSERAT attenuauerat, absconderat. TVMET feruet.

472 RECLVSVM quia ipsum parturit solem. siue sedatum. oriente enim sole tempestas quiescit.

474 OBSITA nigro amictu tecta.

477 ANTIQVISSIMA Furiae addit insaniam eam potissi-

1 castris *om.* **L** | posset &̃ **Pb** | esse incommodus posset **LPa** ēē possit incōmodus **M** || 5 *schol. 448 in* **P** *post schol. 450 legitur* || 8 dederant **P** erant **M** || 9 manu **MPa** | opere̜ **Pb** | addebantur **L** || 10 Erexit **Pb** | transit **Pb** || 13 uobis **Pa** | uidentur nobis **L** || 16 procurarent **M** || 17 dimisit **MP** | est si ad **L** || 18 a rigore uigiliarum laxauit **L** || 19 uidebantur **L** || 20 fuerit **Pb** || 22 noctem *om.* **Pb** || 24 Auferat **M** | timet **P** || 26 quia . . . solem *pertinere uidentur ad* TVMET | partitur **L** || 29 fuerit **Pa** furere **Pb** fuere *corr.* in furie̜ **M** | addidit **L**

mum nominando, quam crudeliorem omnibus esse constabat. etenim Allecto antiquissimam quasi natu maiorem dixit. de qua Virgilius ⟨Aen. VII 327⟩: 'odit et ipse pater Pluton, odere sorores'.

485 EXPAVERE MANIPLI expauerunt armati Furiae habitum, qui matrem si eminus cognouissent, poterant reuereri.

490 MONSTRAVERIT HOSTEM pro 'monstrat'. Lind. p. 261

494 MATREM MATREM ἀναδίπλωσις.

498 REX ARGIVE MIHI inuidiose dicit, quod deserta patria Argiuis maluerit imperare.

501 QVEM NON PERMOVEAS interrogatiue. hoc est: quem non permoueas formidine tanti exercitus? aut cui non iam metum incutias, cum post exsilium reuertaris ad patriam?

506 IVBEOQVE ROGOQVE et personam seruat et tempus: iubet filio, exsulem rogat iure uenientem.

508 QVID AVFERS LVMINA interpositio est.

512 FAS OMNE aequitas siue iustitia seu consanguinitatis affectio.

513 DVCENTE TIMERES quasi de scelerato patre dicit potuisse mali aliquid merito filium suspicari, qui occiso patre postremo matrem duxit uxorem.

515 EXCVSO FVRORES defendo quasi iustos innocentia mea.

523 QVID ME ORO DECET id est: multo plus uobis ego illum diligere debeo, quem peperi.

524 AB HYRCANIS Armeniis. hoc dicit: si hoc a ferissimis gentibus postulassem, potuissem mereri, ut me media fratrum discordia sopiretur.

1 (constat **Pb**) || 2 adlecto **M** ablecto **Pb** Alecto **L** | maiorem natu **Pb** || 3 odit . . . Pluton *om.* **M** || 4 audere **M** | odere sorores *ante* odit *pos.* **P** || 9 MIHI *om.* **MP** | dixit **LP** || 10 imperare maluerit **LP** || 11 promoueas **Pb** || 12 pmoueas aut **P** || 13 non iam metum **M** misericordiam non **LPb** non misericordiam **Pa** || 15 et[1] *om.* **M** || 16 iubeoqȝ **Pa** iubetque **Pb** | filium **Pb** || 17 Quod **P** || 18 siue **Pb** || 22 dixit **Pb** || 23 furorem **P** furore **M** | defendo . . . plus *om. in marg. add.* **M** | iustus **LMP** *om. Mon.* | in nocentia *Vollm.* || 25 debeo illum **L** || 26 AB *om.* **MP** | hec **Pb** | a ferocissimis **L** afferimis **M** afferis nim' **Pa** || 27 potuissem *om.* **Pb** | me *om.* **LPa**

525 VICERE FVRORES qui sunt nostris sceleribus saeuiores.

528 NVTANTES capitum motu trementes.

Lind. p. 262 531 IRA MINOR uisis enim comminus uenabulis leonum ira quiescit.

540 NEC FRATER ERAM quasi Eteocles in fratrem, si potestas detur, crudelior sit futurus.

542 PACISQVE SEQVESTRA sequester dicitur, qui certantibus medius interuenit, apud quem cuiuscumque futuri certaminis pignora deponuntur. hoc uocabulum ab sequendo factum est, quod eius, qui electus fuerit, utraque pars fidem sequatur.

Lind. p. 263 544 AD COMMERCIA NATVM nudando | uulnera, quae insidiis nocte susceperat, et ostendendo perfidiam Eteoclis crudelitatemque fecit cunctis inuisam.

547 HEV NIMIVM MITIS apostropha ad Polynicem.

550 TENE ILLE interrogatiue.

552 ANTE HAEC EXCVSSO comparatio ab impossibili. ante, inquit, potest fieri, ut haec hasta, quam gero, excusso ferro frondescat, quam Eteocles sit germano mitissimus.

555 CASTRA PATENT dicit Tydeus etiam Argiua castra Eteocli patere. quare ad uisendum fratrem nunc ipse potissimum ueniat. nec aliquid, quod in nostris castris timendum sit, exstitit. necdum enim aliquid hostile commisimus.

Lind. p. 264 564 AD FLVMINA iuxta.

566 ERYTHRAEIS Indicis. Graece dixit. a colore marmoris rubri *ἐρυθρὰν θάλασσαν* uocant mare, quod est inter Aegyptum et Indiam.

1 nostris sceleribus sunt **L** | uris **Pa** matris **Pb** ‖ 3 uissis **Pa** uincis **M** uictis? | cominus **LPb** ‖ 4 quiescit *om.* **M** ‖ 5 ERAM] enim **M** ‖ 9 certaminis futuri **L** | seponuntur **MPa** | ab obsequendo **LM** aliabus sequendo **Pa** ‖ 10 lectus **Pa** ‖ 13 in insidiis **LPa** | et] ut **P** ‖ 15 HEV *om.* **MP** | ad apollinem **Pb** ‖ 16 ILLE *om.* **Pb** ‖ 17 excussū **M** | inpossibili **M** ‖ 18 haec *om.* **Pa** ‖ 22 parere **Pa** *om.* **Pb** | nunc **L** nō **MP** ‖ 23 ueniet **M** | nec *om.* **M** ‖ 24 enim] nec **Pb** ‖ 27 calore **M** | maris **Lc** ‖ 28 erira thalassen/// **M** erytratha lalen **Pa** eritria talasen **Pb** | uocant quod mare est **Pb**

567 MERITAS solutas iugo.

569 SANGVINIS OBLITAS mansuetudine, feritate carentes. ut Lucanus ⟨IV 239⟩: ‘atque hominem didicere pati’.

574 GRASSATA quae nihil depraedando uastauit. MANVS OBVIA unde mansuetae dictae sunt ferae, id est: quae manu pasci consueuerunt.

576 VAGA RVRE zeugma est: si quando uaga rure quies est illis. aut certe uaga rure pro ‘ipsae uagae’.

585 IMPETE VASTO *ἀντίπτωσιν* fecit. ut Lucretius dixit ‘impete’ pro ‘impetu’ libro quinto ⟨uu. 910 sqq.⟩ ‘aut hominem tanto membrorum esse impete natum, trans maria alta pedum nisus ut ponere posset et manibus totum circum se uertere caelum’. item libro primo ⟨uu. 292 sq.⟩: ‘quam libet in partem, trudunt res ante ruuntque impetibus crebris’.

586 OMEN quod ab auriga incipit, qui est cito moriturus.

589 PREMVNT insecuntur.

593 HASTILE RESVMENS hoc est: multa simul sumpsit hastilia.

603 ACONTEA hunc Acontea, qui tigres occidit, Phegeus ense percussit. Lind. p. 265

604 GEMINOQVE hoc est duarum tigrium morte gaudentem.

605 TEGEAEA Arcadica.

606 TARDI quia iam mortuo Aconteo auxilium ferebatur.

612 ITE AGE increpans Tydeus. ut Turnus in Virgilio ⟨Aen. XI 459 sqq.⟩:

2 OBLITAS *om.* **Pb** ‖ 4 depc̃ando uisitaũ **M** ‖ 5 mansuetae *om.* **Pb** | dictae *om.* **L** | id est *om.* **L** ‖ 7 zeuma **M** Teuma **Pa** geuma **Pb** | rure] rura mire **MP** ‖ 8 qui est **MPb** | illis *om.* **MPb** | certa **M** | rura **LPb** ‖ 9 *schol. 585 post schol. 593 praeb.* **P** | antithesin **MP** | ut] & **LP** ‖ 10 libro sexto **MP** lib. VI **L** ‖ 11 esse] ex **L** posse **Pb** ‖ 12 nixus **Pb** | posset] iussit **LMPa** iuxit **Pb** ‖ 14 tradunt **L** | ante] aut **Pb** ‖ 16 Oram **M** | quod *om.* **Pb** | est *om.* **MPb** | morit~ **M** ‖ 18 insequntur **L** ‖ 19 RESVMENS *om.* **MP** ‖ 23 GEMINO **L** ‖ 25 TEGEA **LMP** | archadia **Pa**

'immo, ait, o iuuenes, arrepto tempore Turnus,
cogite concilium et pacem laudate sedentes;
illi armis in tecta ruunt'.

622 RETRO VEXILLA ut ostenderet tumultuarie pugnari, peruersum ordinem exercitus monstrat. dicit retro post aciem esse uexilla, quae solent militum cuneos anteire.

631 HORRENT TYRRHENOS tubarum cantus.

632 SIDONIVM Thebanum. nunc ergo poeta diuersorum mortes ueluti Musa monente describit. MALE FIDVS infrenis, qui | timore armorum teneri non poterat. Lind. p. 266

633 RVMPENTEM retro trahentem, ut nimio conamine frena rumpere crederetur.

634 VENIT HASTA PER ARMOS equi scilicet. possumus etiam scapulas hominum armos dicere. ut Virgilius ⟨Aen. XI 644 sq.⟩: 'latos huic hasta per armos acta tremit duplicatque uirum transfixa dolore'.

639 IN TERGA equina quasi domini.

641 MENOECEVS iste Thebanus est, quem in catalogo Phorbas Antigonae monstrauit euntem inter duces. dixit enim ⟨VII 250⟩: 'quae noster signa Menoeceus'.

642 PARTHENOPAEVS diuersorum mortes Virgiliane poeta describit.

645 DIVIDVVM a diuisione, dimidium a dimidione dicimus. hic ergo diuiduum in duas partes diuisum posuit.

647 ABAS hic Thebanus est, qui uictor rapere spolia cupiebat. CORNV hasta. Graece. ut Virgilius ⟨Aen. IX 698⟩: 'uolat Itala cornus'.

1 o ciues *Verg.* | accepto **L** | arrepto . . . sedentes *om.* **Pb** || 2 consilium **MPa** || 3 in regna *Verg.* || 4 pugnam iniri **L** || 5 monstrat exercitus **Pb** | demonstrat **L** | dicit] dicit ergo **L(Pa)** dicens ergo **Pb** || 8 thebarum **M** || 9 admonente **Pb** || 10 infrenius **Pa** infremis **Pb** || 13 VENIT HASTA *om.* **MP** | equi . . . armos² *om.* **Pb** || 16 transfixi **M** | dolorem **L** || 17 Integra **MP** || 18 ip̃e **Pb** | fuit **L** || 19 Antigone **LMP** | monstrauit ei euntem **M** || 23 dimidione **M** dimensione **L** dimeione **Pa** demensio **Pb** dimidiatione? | dictum **L** || 25 spolia rapere **Pb** || 27 uolatile cornu **Pb**

650 EMANSISSE pro 'emanere'.

651 MVTARE FVROREM ut sacrorum furorem bellorum insania commutares.

654 INSTITA PILO fasciola est, quae imam uestem suo pingit ornatu. ut Horatius ⟨sat. I 2, 29⟩: 'quarum subsuta talos tegat instita ueste'.

655 LANVGINE ad opinionem rettulit, quia per pilos uidentur malae crescere.

656 TYRIO SVB TEGMINE id est: sub ueste purpurea uidebatur splendor loricae.

657 VINCVLA PLANTAE calciamenta. ut illud ⟨Aen. VIII 458⟩: 'Tyrrhena pedum circumdat uincula plantis'.

658 CARBASEIQVE SINVS carbasus, qua fusi amiciuntur uel diuites, sericum est aut certe linum tenue. Virgilius ⟨Aen. XI 775 sq.⟩: 'tunc croceam chlamydemque sinusque crepantes carbaseos fuluo in nodum collegerat auro'. ET FIBVLA RASILIS AVRO ad luxuriam rettulit pulchritudinem fibulae. erat enim foraminibus multis exornata, quas uulgo interrasas appellant.

660 VELOX CORYTOS ὑπαλλαγή pro sagittis uelocibus.

661 AVRATA LYNCE hoc | est: lyncis pelle aurata tectam Lind. p. 267 habuit pharetram.

662 LYMPHANTE DEO hoc est furiis incitante.

664 APOLLO IVVENCA quia Cadmus Apollinis oraculo bouem secutus est et, ubi procubuit, illic condidit Thebas et ex bouis uocabulo regionem ipsam Boeotiam nominauit.

665 VOLENTES ab Amphione factum. qui summa dulcedine testudinis Cadmo Thebas condenti in eo loco auxiliatus est, ut saxa ultro per se applicarentur ad muros.

1 ET MANSISSE **LP** | p̃ **M** | manere **LMP** || 2 FVROREM *om.* **MP** | sacra Liberi in furorem **L** || 4 quịa **M** || 6 subdita talos tegit **Pb** || 9 *schol. 656 om.* **Pa** | id est . . . VINCVLA *om.* **Pb** || 12 circundata **LP** circūdatụ^s **M** | uincula *om.* **LMP** || 13 quo **MPa** | flusi **MP** || 15 chlamyden **LMPa** || 16 carbaseos . . rettulit *om.* **Pa** | in *om.* **LMPa** || 17 ET FIBVLA *om.* **MPb** || 19 quasi **Pa** quos **M** || 21 est *om.* **Pb** || 23 DEO *om.* **M** || 25 est *om.* **Pb** | Thebas condidit **L** || 26 et *om.* **Pb** || 29 adplicarentur **P** *corr. ex* adplicaueř **M** | ad *om.* **Pb**

667 GRADIVVSQVE SOCER per draconem, Martis filium, qui a Cadmo dicitur interemptus. ex cuius sanguine multitudo nata est armatorum.

674 VVLNERA NESCIT maior cupiditas est praedae quam timor mortis. nec cauet, ut uitet exitium, sed festinat, ut rapiat.

675 INIQVO pedestri certamine urgetur. ut Virgilius ⟨Aen. X 889⟩: ‘pugna congressus iniqua’.

676 LIBRABAT considerando, ubi percutiat. CVPRESSVM hastam significauit.

679 CVI FVRIS id est Liber, in cuius honorem furibundus aduenis.

681 RELIQVIT id est penetrauit.

682 CREPAT sonat. ut Virgilius ⟨Aen. XI 775⟩: ‘sinusque crepantis’.

683 ERVPTVS nimius sanguis siue multum fluens.

685 MARCIDA uino plena siue squalida. PLANXERVNT praeteritum pro futuro. ISMARA Ismarus mons Thraciae uitibus consitus.

686 TMOLVS mons Ciliciae. NAXOS insula est, in qua Theseus Ariadnem dormientem reliquit.

687 ORGIA GANGES o r g i a triennalia Liberi sacra sunt. quae dicit modo etiam Indos colere, postquam a Libero patre uicti esse noscuntur.

Lind. p. 268 689 AD CIVES contra ciues.

691 AC MVLTO PVLVERE VERTIT CAMPVM INDIGNANTEM quia excitus puluis notitiam loci commutat.

694 CLIPEVM GALEAMQVE INCENDIT illuminat.

---

1 filius **Pa** ‖ 2 sanguine **MPa** dentibus **LPb** ‖ 4 noscit **Pb** | praedae est ei **L** ‖ 7 Inquo **MPa** | urgentur **Pa** | ut Virgilius *om.* **MP** ‖ 9 Librat **MP** | concuciat **Pb** ‖ 10 significat **Pa** ‖ 11 Cui tu **M** ‖ 13 id est *om.* **LPb** ‖ 14 ut *om.* **Pb** | sonatque **L** ‖ 15 crepantes **MPb** ‖ 16 nimium **Pb** | saguinis **Pa** ‖ 17 seu **L** ‖ 18 Ismaro *superscr.* a **M** ‖ 20 molus **M** | Siciliae **LMP** Lydiae? ‖ 21 Adrianam **Pb** ‖ 22 GANGES orgia *om.* **LP** ‖ 23 qui **M** | &̃ modo **Pb** ‖ 24 patre *om.* **Pb** ‖ 25 *schol. 689 om.* **P** ‖ 26 AC MVLTO *om.* **L** | INDIGNANTEM *om.* **L** ‖ 27 exercitus **Pb** | loci notitiam **Pb** ‖ 28 GALEAMQVE *om.* **MP** | inluminat **MPa**

695 SIDERE splendore uel gratia.

699 CERTVS ET IPSE NECIS quia augurio suam praeuiderat mortem. desperatione ergo uitae fortius dimicat.

701 LAETIOR aiunt enim futura sentire morituros. ut Virgilius ⟨Aen. X 740 sq.⟩: ‘te quoque fata prospectant paria atque eadem mox arua tenebis’. EXPERIENTIA CAELI doctrina et scientia auguriorum.

702 SI VACET liceat. Virgilius ⟨Aen. X 625⟩: ‘hactenus indulsisse uacat’. CONTERMINA uicina morti.

704 SVPERBIT uictoriae felicitate fit laetior.

706 DIVERSVS dissimilis.

710 IMMOLAT VMBRIS quasi uictimam, ut in sacris ipse consueuerat. nam hoc uerbo poeta ad sacerdotis nomen allusit. | aptum est enim occidenti sacerdoti tale uerbum. Lind. p. 269 Virgilius de occiso sacerdote dixit ⟨Aen. X 540 sq.⟩: ‘lapsumque superstans immolat’. hic de occidente sacerdote ita dixit.

712 FALCATO CVRRV COMMINVS solent enim in axibus curruum falces exstare, quae incurrentes hostilem populum caedant.

715 SACRVM consecratum.

716 INVITVS ostendit, quomodo i n u i t u s. dicit enim: ante demiserat telum, quam Lycorea agnouisset Apollini consecratum.

720 SCRVTATOR AQVARVM piscator.

724 AVERTERE ad se conuertere.

725 HAVD IPSE MINVS non minus Hypseus Amphiarao. Lind. p. 270 TIRYNTHIA ROBORA agmina. id est: Nemeaeos iuuenes et Graecam uastabat aciem.

---

2 qui **M** ‖ 5 facta **LP** | prespectant **Pb** ‖ 6 atque . . . tenebis *om.* **L** ‖ 8 si liceat **L** ‖ 9 iuuat **Pb** ‖ 12 uictima **LPb** | ipse in sacris **LPa** ‖ 14 elusit **M** allux̃ **Pa** | sacerdotale **L** ‖ 15 de occidente **Pb** | Lapsuque **L** ‖ 16 immolat *om.* **L** | hic . . . axibus *om.* **Pa** ‖ 18 FALCATO *om.* **MPb** | COMMINVS *om.* **L** ‖ 19 exstare *corr. in* constare **M** | qua **Pb** | incurrentem **LPb** ‖ 22 dixit **L** ‖ 23 dimiserat **LMPb** | agnouissent **MPa** ‖ 26 Aduertere **Pb** ‖ 28 Nemeos **LMP**

726 AVGVRE SANGVIS id est: cupiens cum Amphiarao confligere ceteros quasi ignauos contemnebat occidere.

727 PROHIBEBAT INIQVO id est: prohibebat Hypseum multitudo, quae stipauerat Amphiaraum.

728 INDE de ipso cuneo.

731 ASOPE FAVILLIS fluuium inuocat, quem dudum a Ioue diximus fulminatum, qui indignatione ereptae filiae Ioui intulit bellum. quo facto igni diuino percussus est et, ut infamia eius excepti fulminis in aeternum maneret, dicitur hodieque illo tempore, quo ictus est, prunis ardentibus fluere.

734 COLLATVS bello comparatus.

736 INDVLGERE VOLENTEM concedere cupientem.

741 VVLNERA CITRA sine uulneribus solo terrore Amphiarai moriebantur.

742 IGNAVA sine ferro. DVBIVMQVE TVENTI dubium erat uidentibus, utrum onere tardatus esset Amphiarai an uelocior factus.

746 CAMPO TIMOR montis ruina, quae de altis saltibus cadit.

752 TELIS PARITERQVE MINISTRAT HABENIS armigeri et aurigae Apollo implebat officium.

754 FORTVNAM casum felicem siue euentum feriendi hastis contra Amphiaraum uenientibus detorquebat.

757 INFAMIS malae famae siue notus parricidio.

759 DEDIT immisit.

761 RIMANTVR TERRAS rimas agunt id est scrutantur. rimari enim proprie dicuntur sues, cum pascentes cibi gratia terram uertunt. PER ARTVS cadauerum membra. haec omnia signa erant hiatus futuri.

---

2 qd̄ ceteros **Pb** ‖ 3 id est *om.* **M** | prohibebat *om.* **L** ‖ 6 diximus a ioue **Pb** ‖ 8 igni *om.* **Pb** ‖ 9 et *om.* **Pa** ut **Pb** | excepte **M** excepit **Pb** ‖ 10 iectus **Pa** ‖ 12 Conlatus **MPa** | conparatus **Pa** ‖ 13 noluntatem **M** ‖ 18 uelocit̃ **M** ‖ 19 CAMPI **L** | de *om.* **M** | latos **Pa** *om.* **MPb** | alpibus **Pb** ‖ 21 -QVE ... HABENIS *om.* **MP** ‖ 22 inplebat **Pa** ‖ 25 famae *om.* **Pa** ‖ 26 inmisit **M** ‖ 27 rimam **Pb** ‖ 28 rimari ... uertunt *post* futuri *praeb.* **MP** ‖ 29 terra uertuntunt cibi gratia **Pb**

766 NEC INSISTI MADIDVS abundantia sanguinis maiorem Amphiarao currendi lapsum faciebat.

767 DIFFICILES graues nimietate sanguinis equorum gressus.

771 SVMMVM ad ultimum aut summum deum. Lind. p. 271

773 INREVOCATA quae reuocari non potest. futurorum epitheton diligenter seruauit poeta.

780 QVIS TANTVS MISERIS HONOR parenthesis. humiliter enim dixit se non fuisse dignum tanto honore numinis.

785 DEFERRE NEFAS scelus esse dicit ornamenta infularum et sacras laurus secum ad inferos ferre.

788 COMMENDO FVROREM quia in occidenda matre propria peccauit.

792 SCIT PERITVRA RATIS parenthesis est: non aliter scit peritura ratis. sic et Apollo sciebat periturum Amphiaraum et se subuenire non posse. SORORIS IGNE quia nautae, cum stellam Helenae uiderint — quae Vrania dicitur, cuius tanta est uis incendii, ut malum cauet et nauis ima pertundat, ut etiam si aes fuerit, hoc calore soluatur — ergo si haec stella naui insederit, sciunt se nautae sine dubio perituros. et contra Castorum sidera sunt nauigantibus salutaria.

793 THERAPNAEI Therapne Laconicae ciuitas est.

795 SVMMAQVE TERGA QVATI superficies terrae. Lind. p. 272

799 FRONDEA NVTANT iam siluis et cacuminibus arborum et muris dabatur cum hiatu ipsius terrae confusio.

---

1 insistit **MP** ‖ 3 sanguis **M** ‖ 6 IRREVOCATA **L** ‖ 8 QVIS TANTVS *om.* **MP** ‖ 9 dixisse **P** | fugisse **M** | nominis *superscr.* u **M** numerus **Pb** ‖ 10 est **LPa** | dicit *om.* **M** | dicit ... ferre *om.* **Pa** | infularum ornamenta **L** ‖ 12 COMMENDO *om.* **LPa** | qui **P** *om.* **L** | in *om.* **Pb** | inocida *superscr.* in occidenda **M** in hoc cecidenda **Pa** ‖ 13 propietate **MP** ‖ 14 est *om.* **LP** ‖ 17 nauite **Pa** | uiderunt **P** ‖ 18 est *om.* **M** | uis(us) est **P** | cauet *om.* **L** ‖ 19 et nauis *om.* **Pa** | pertundant **Pa** | os **Pa** est **Pb** | sit **L** ‖ 20 si *om.* **Pa** | nauis **Pa** | insederat *superscr.* i **M** | sciuient se nauite **Pa** ‖ 21 sine dubio *om.* **Pb** | et *om.* **LPa** | econtra*?* ‖ 23 THERAMNEI **L** terranei **Pb** Therapni **M** | Theramne **LPb** | Laconiae **L** | ciuitas laconię **Pb** ‖ 24 SVMMAQVE *om.* **MP** | Terra **MP** ‖ 26 et muris ... bellorum *om.* **Pb**

801 EXCIDERANT IRAE transitum est a causa bellorum.

805 BENIGNA TEMPESTAS benignam tempestatem dixit, quia naualia certamina prohibentur.

808 BELLI FLVITANTIS naualis certaminis faciem titubantibus militibus fecerat terrae motus.

809 SIVE LABORANTES dubitabant, quae causa esset tremoris illius, credentes terram mole et ui uentorum fuisse laxatam, qui per cauernas terrae discurrunt, uel hiulca uetustate soluisse uel situ aquae in solutionem uertisse, aut certe elemento oppressa maris undarum cessisse uirtutibus aut ipsam terram fratribus perituris tremores ad omen fecisse.

812 VNDA LATENS dicunt enim quidam terram aqua fulciri uel ferri.

817 SIDERA ET VMBRAE aduersitate sua terrentur. sidera timuerunt, ne erumperent manes, umbrae, ne admissa luce proderentur. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 246⟩: 'trepidant immisso lumine manes'.

821 RESPEXITQVE CADENS uel dolore morientis uel ut Apollinem quaereret utpote uates.

822 DONEC LEVIOR quia graui sonitu solida disiunguntur nec tamen eodem fragore hiulca iunguntur.

---

1 Exciderunt **M** Excider̃ **Pa** ‖ 2 TEMPESTAS *om.* **MP** ‖ 3 prohiberent⁓/ **M** prohibent **Pa** ‖ 4 nauilis **MPa** | sociem **MPa** *om.* **Pb** | titubantis (*om.* militibus) **Pb** ‖ 6 dubitant **LP** | cause ẽẽ **M** ‖ 7 terrae motus illius **L** ‖ 8 lassatam **LMPa** | que **MPa** quod **Pb** | uel *om.* **MP** ‖ 9 uetustates **Pa** | soluisse] al(l)ius **P** soli'e **M** | situraq; **Pa** ‖ 10 certe . . . uirtutibus aut *om.* **Pb** ‖ 11 aut] uel **L** ‖ 14 uel ferri *om.* **M** ‖ 16 erumpent **Pb** erumperunt **Pa** er̃ parent **M** ‖ 17 ut *om.* **Pb** | crepitant **L** trepident *Verg.* ‖ 18 inmisso **M** ‖ 19 mortis **L** ‖ 20 ut poete ut uates **Pb** ‖ 21 sonitus **P** ‖ 22 eodem *om.* **Pa** ‖ Explicit liber VII. Incipit liber octans **Pa**

COMMENTARIVS IN LIBRVM VIII.

Hic liber continet indignationem Plutonis apud inferos, **Lind. p. 273** quod rupta terra uenisset Amphiaraus, eiusque de Ioue conquestio, eo quod contra ius legitimi foederis descendisset, mittentisque Furiam eique praecipientis diuersas regum Argiuorum mortes. responsio Amphiarai ueniam postulantis uxoremque deuouentis. nuntius Palaemon narrans Adrasto de hiatu terrae et morte Amphiarai. desperatio omnium post mortem Amphiarai cum eius laudibus. insultatio per noctem Thebanorum in excubiis. epulatio, deinde electio Thiodamantis in locum Amphiarai eiusque placatio Terrae cum exsequiis Amphiarai et precibus. eruptio in bellum. hinc atque hinc diuersae mortes. Tydei maxima proelia. eius uerba et satisfactio apud Mineruam de aduerso fauore. mors Atyos, sponsi Ismenes. ... de morte sponsi Atyos et eius cadaueris in urbem relatio. Tydei insultatio Thebanis fugientibus et impetus contra Eteoclen, Melanippi ex insidiis iaculatio. Tydei debilitas et conquestio de fragilitate humani corporis et quemadmodum exedit caput Melanippi.

1 VT SVBITVS VATES PALLENTIBVS INCIDIT VMBRIS uetus **Lind. p. 274** elocutio est per datiuum casum: incidit umbris pallentibus. Claudius: 'heri recedens uesperi Numantinis incidit'. at Terentius ⟨Phorm. 175⟩ per accusatiuum protulit: 'ergo in eum incidit' tamquam in rem periculosam.

---

5 mittentis **Pb** | ei'que **M** | p̄cipiens **Pa** *add.* ti **M** ‖ 7 Palaemonis **L** polimon **MP** ‖ 8 desperatio . . . Amphiarai *om.* **Pb** ‖ 10 epulans **LMPb** epulatis **Pa** ‖ 11 in loco **MP** ‖ 12 Eiq, **M** ‖ 13 bello **LMPa** ‖ 14 eius] His **P** ‖ 15 Atois **L** atọys **M** atoris **Pa** acheis **Pb** ‖ 16 conquestio Ismenes *ins. Vollmer.* | Atois **L** atys **M** atoys **Pa** achois **Pb** | eis **L** | orbem **P** ‖ 17 et *om.* **Pb** ‖ 18 Eteoclem **LPb** &heoclean **M** eteodean **Pa** | Menelappi **L** menalippi **MP** ‖ 19 corporis humani **LP** ‖ 20 Menalippi **LMP** ‖ 21 VT . . . PALLENTIBVS *om.* **MP** ‖ 22 est *om.* **Pa** | (per *om.*) dedictum **Pb** ‖ 23 cladius **Pa** eladiū **Pb** | heri' **M** heius **Pa** eriusPb | *Peter. hist. Rom. fragm. ed. min. p. 148* | ac **L** | atrent̃ **M** ‖ 24 ego in eum incidi *Terentius*

5 CORPVSQVE NOVVM id est uiuum, siue non deposita apud superos carne.

6 AB VRNA Plato inducit scelera hominum in urna uersari. et urna dicitur, in qua mortuorum hominum ossa conduntur. hic ergo ab urna dixit, in qua mortuus ponebatur. et hoc ipso sensu expediuit poeta. nam Amphiaraus mortuus ab urna, in qua eius condita fuerant membra, non ueniebat.

9 OBVIA TAXO EVMENIS quia taxus uenenosa est, propterea ad perfectionem feritatis ex hoc ligno faces Furiae dicuntur gerere.

10 POSTE NOTARAT asserunt enim poetae mortuorum capita et Furiarum lampade lustrari et eorum nomina a Proserpina in inferorum poste conscribi.

Lind. p. 275 14 ET SECVRI qui Elysium inhabitant manes. securi idcirco, quia sunt ab sceleratorum suppliciis alieni. Elysii ergo pro his, qui in Elysio habitant, posuit.

16 ALTERA NOX id est caligo deterior.

17 VSTAEQVE PALVDES nigrae aut calentes.

18 SVLCATOR PALLIDVS Charon, qui subuectando corpora Stygem consueuit cumba sulcare.

24 VARIAEQVE EX ORDINE MORTES una quidem omnibus communisque mors est, sed uarietate poenarum dissimilis est.

26 DAMNANT absoluunt.

27 VINCIT OPVS Parcarum stamina mortium multitudine superantur. ut Lucanus ⟨III 19⟩: 'lassant rumpentes stamina Parcas'.

---

1 siue *om.* **Pb** ‖ 3 inducū **M** ‖ 4 uersare **MP** ‖ 5 eduntur **Pa** 6 hoc *om.* **Pb** | isto **P** | sensum **LPb** | nam] nō **P** ñ **M** ‖ 7 fuerant condita **L** ‖ 8 membra *om.* corpora *superscr.* **M** | non *om.* **MP** ‖ 10 a pfectione **M** ‖ 11 gerere *om.* **MP** ‖ 12 notat **Pa** ‖ 13 et *om.* **L** | lampadē **M** ‖ 15 sequri i. **Pb** | quia in Elysiis habitant **L** ideo quia elisiu inhabitant **Pa** | idcirco securi **L** ‖ 16 a **Pb** *om.* **L** ‖ 17 posuit *om.* **Pb** *post* his *pos.* **L** ‖ 19 VASTAEQVE **L** ‖ 21 cymba **L** cimba **Pa** ci≡ba/// **M** ‖ 22 communisque omnibus **LP** ‖ 23 est mors **L** | dissimilis . . . Parcarum *om.* **Pb** | est *om.* **M** ‖ 25 mortuum **P** mortiū *corr. in* mortuorum **M** ‖ 26 superantur *om.* **M** | uel *del. superscr.* ut **M** | laxant **Pb**

31 ARGVIT prodit siue probat. COMPAGE SOLVTA terrae superficie.

33 OFFENSVS LVCE iucunda superis, indebita manibus. et ideo luce Plutonem dixit offensum.

34 QVAE SVPERVM LABES uiolentia siue ruina. labes Lind. p. 276 a labendo dicta.

36 PROELIA utrum Iuppiter an Neptunus? conuenienter proposito carmini a Thebanorum odio germanorum inducit de regno et fratres celeriter discessisse.

38 NAM CVI DVLCE MAGIS quam mihi, ut superi misceantur? id est expedit minori per sortem confundere, quae fuerint separata.

40 NEC ISTE MEVS meus, inquit, mundus hic non est, sed hunc rector perrumpit astrorum.

44 MISERVMQVE PATREM miserum, siue quia amisit imperium, siue quia a poetis apud inferos Saturnus fingitur, quem unum uolunt esse de numero Titanum.

47 HYPERIONA Hyperion Solis equus est. dicit enim immissis tenebris Solis se Pluto numina turbaturum.

49 VTRVMQVE TYNDARIDEM Castoris et Pollucis talis est fabula: cum esset immortalis Pollux et e diuerso Castor morti teneretur obnoxius, pietatis intuitu Pollux morte uicaria fratrem redemit. unde Virgilius ⟨Aen. VI 121⟩: 'si fratrem Pollux alterna morte redemit'. dicit ergo nunc Pluton retento Polluce, qui immortalis fuerat, cum Castore germano mortali in utroque se mundo posse regnare.

---

1 conpage **M** ‖ 3 iocunda **Pb** | manibus indebita **L** ‖ 4 dixit plutonem **Pb** ‖ 5 seu **L** | labes ruina et labendo **Pb** ‖ 7 ubi **M** ‖ 8 prepositio **Pb** | carmine **LM** carminis **Pb** | ad **LM** | odia **LM** ‖ 9 et *om.* **L** | caelestes? | descripsisse **Pb** ‖ 11 misceant **Pb** | per sortem minori **L** ‖ 13 hic mundus **L** ‖ 14 sed] si **M** ‖ 15 misit *add.* a **M** ‖ 16 abē poetis **M** | pingitur **Pb** ‖ 18 equs **M** equụs **Pb** | est equus **LPb** ‖ 19 inmissis **M** | Pluto et **L** pulchra **M** | turbarum **P** ‖ 20 TYNDAR. *om.* **MP** ‖ 21 inmortalis **M** ‖ 22 morte **P** | intuituṣ **M** ‖ 23 redimit **Pa** | ut **Pb** ‖ 24 Sic **L** | redimit **Pa** ‖ 25 Pluto **L** | quia **L** | inmortalis **M** | erat **Pb**

51 TANTALON VNDAE si poenarum culpas exspectes utriusque id est Tantali Pirithoique, utrorumque supplicia uindictae Iouis a Plutone praestantur. [IXIONA] Ixion quippe Iunonem ausus est stupri iniuria compellare, Tantalus uero Iouis consilia mortalibus prodidit in eorum audita conuiuio.

53 VIVO PERPETIAR ME PIRITHOI conqueritur his inferos patuisse, qui infanda cupiebant, ut ad se aut amator aut raptor intraret. haec Pirithoi fabula talis est: Pirithous cum Proserpinam | rapere suo matrimonio induxisset in animum, huius tam scelerati consilii Theseum participem fecit. quem cum amicitiarum intuitu Theseus ad inferos Proserpinam pariter rapturus secutus fuisset, graui sunt utrique damnati supplicio. unde Virgilius ⟨Aen. VI 617 sq.⟩: 'sedet aeternumque sedebit infelix Theseus'.

Lind. p. 277

59 EVMENIDVM LACRIMAS Orpheus Thrax peritissimus citharae fuit. is Eurydicen coniugem unico dilexit affectu. quae cum Aristaeum, Cyrenes Nymphae filium, pudicitiam suam attrectare cupientem fugeret, calcato serpente perempta est. hoc cum immoderate doleret Orpheus, confisus peritia citharae inferorum secreta perrupit. cuius cantus dulcedine ac miseratione lugentis manes feritate deposita Orpheo coniugem reddiderunt. dicit ergo nunc Pluton turpes uidisse se lacrimas Eumenidum. turpes ideo, quia contra inferorum legem misericordiae lacrimae fundebantur. ITERATAQVE PENSA propter reditum Eurydices, quem concesserat, ut denuo uiuentis fata pensis traderent.

2 utrius **M** utris **Pa** utrisque **Pb** | Ixionisque? ‖ 3 IXIONA *om.* **MP** ‖ 5 concilio **LP** ‖ 6 Viui **P** *om.* **M** | PERP. ME *om.* **MP** | inferos his **L** ‖ 8 est talis **Pb** ‖ 10 in *om.* **Pb** | animo **MPa** ‖ 12 rapit~ **M** | esset **Pb** | gauisi sunt **Pa** ‖ 15 perseus **Pb** ‖ 16 fuit citharae **L** | euridicem **Pb** | effectu *superscr.* a **M** ‖ 17 cum *om.* **M** | Cyrenes] Eurydicis **LMPa** euridices **Pb** ‖ 18 attractare **Pb** ‖ 19 inmoderate **Pa** | cūfisus *corr. in* confisus **M** ‖ 20 inferorum *corr. in* inferū (*om.* secreta) **M** | perrumpit **M** | captus **MPa** capiti **Pb** ‖ 21 deposita feritate **L** ‖ 22 Pluto **L** ‖ 23 se *om.* **MP** ‖ 24 misericordia **L** *om.* **Pb** ‖ 25 propter . . . traderent *om.* **P** | euridicis **M** ‖ 26 cui **L** | concesserant **L** cuicessarat~ **M** | indenuo *superscr.* ut **M** | affata **M** | p̃ẽñsã **L** p̃ẽñs̃ *superscr.* ẽẽt **M** | traderent **L** traderet **M**

60 VIOLENTIA LEGIS quae iubebat Orpheum non respicere uxorem. melior ergo lex me: scilicet ego dulcedine cantus uictus sum, ut Orpheo coniugem redderem. ut concessam perderet, inclementia legis obtinuit. hinc Virgilius ⟨georg. IV 489⟩: 'ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes'.

63 AB IOVE LEGES quia partiri annum Proserpinae iussit et sex mensibus esse cum matre, totidem cum marito. ita Ouidius ⟨met. V 564 sqq.⟩:

'at medius fratrisque sui maestaeque sororis
Iuppiter ex aequo uoluentem diuidit annum.
nunc dea, regnorum numen commune duorum,
cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses'.

per lunam fieri manifestum est, quae a ueteribus Proserpina nominatur.

64 ET SECTVM GENETRIX uidetur enim dimidium annum matrimonio eius Iuppiter abrogasse. penes matrem ergo est, ut eius cura statuto tempore filia ab inferis reuertatur ad caelum.

69 ATQVE ADEO FRATRES Eteocles et Polynices, qui mallent hoc nefas se potius implere quam Furiam. OMINA SVNTO Eteoclis et Polynicis interitus omen sit inter me et Iouem futuri certaminis.

74 COMMACVLET ut tabe soluantur corpora, non flamma pyrarum. nec interpositis urantur ignibus, sed in solo terrae intemperie aeris membra depereant. sit mortuis

1 uidebat **M** ‖ 2 ergo **Pa** qui **Pb** ‖ 3 perderē **Pa** ‖ 4 optinuit **Pa** | hinc *om.* **Pb** ‖ 7 animi **M** | Proserpina **MP** ‖ 8 ut . . . esset **LP** ‖ 10 ad **MPa** | sorori **MP** ‖ 12 nomen **MP** | duorum *om.* **MP** ‖ 13 cum . . . totidem[1] *om.* **Pa** | cum numero **Pb** | totidem[2] *om.* **M** est cottidie **Pa** | cum *om.* **Pa** ‖ 14 est *om.* **M** | a *om.* **Pb** | ūterib, **M** uete **Pa** hęcate **Pb** ‖ 15 -pina . . . matri- *om.* **Pa** ‖ 16 ET *om.* **L** | sextum **M** | GENITRIX **LMP** | diuiduum **Pb** ‖ 17 Iuppiter . . . eius *om.* **Pb** | adrogasse **Pa** ‖ 18 eius ergo (est *om.*) **L** | statiuo *corr. in* statuto **M** ‖ 20 VSQVE **L** ‖ 21 malent **P** | inplere **Pa** ‖ 22 inter iouem et me **Pb** ‖ 24 conmaculet **Pb** ‖ 26 fit **LPa** si **M** sic **Pb**

de sepultura negata supplicium bello crudelius, ut solius caeli rogum possint habere communem.

Lind. p. 278 83 IVPPITER AXES hoc est: oratione Plutonis tremefacti sunt poli.

84 QVOS INQVIT manes pro poenis posuit. id est: quos cruciatus patieris? ut Virgilius ⟨Aen. VI 743⟩: 'quisque suos patimur manes'. manes ergo ideo dicti sunt, quia damnati aeterna apud inferos poena permanent.

85 SVBIT ILLE id est sequitur, ut ⟨Aen. II 725⟩ 'pone subit coniunx', aut certe finita praecedenti oratione subiungit.

86 VANESCENTIBVS in umbram desinentibus.

87 IAM PEDES quia currus et equi, cum quibus raptus fuerat, euanuerunt.

Lind. p. 279 91 CVNCTIS FINITOR Ouidius ⟨met. X 32 sqq.⟩:

'omnia debemus uobis paulumque morati
serius aut citius sedem properamus ad unam.
tendimus huc omnes, haec est domus ultima cunctis'.

ordo ergo talis est: cunctis finitor rerum putaris, mihi uero etiam sator. (nam cum Plutoni constet terram consecratam, dicit omnia membra resolui et de terra cuncta procreari. iuste ergo creator dicitur, a quo uniuersa gignuntur.) at ego, quia uates fui, noram uitae te esse creatorem ex eo, quod animas iterum mittis in corpora. ut Virgilius ⟨Aen. VI 751⟩: 'rursus et incipiant in corpora uelle reuerti' et idem supra ⟨Theb. VIII 26⟩: 'fata serunt animas'.

1 denegata sepultura **L** ‖ 3 orationis **Pa** ‖ 4 caeli **M** ‖ 6 quot **Pa** *om.* **M** | patiaris **M** | ut *om.* **Pb** ‖ 7 patitur **L** | ergo *om.* **L** ‖ 8 pena apud inferos **Pb** ‖ 9 id est *om.* **LMPa** ‖ 10 c̄iux **MPb** | prima oratione **Pb** ‖ 12 umbra **Pb** ‖ 13 Lampades **MP** | quia *om.* **Pb** quea *corr. in* atque **M** ‖ 14 uanuerunt **MP** ‖ 16 debentur **LPb** | morti **L** | paululumque **MPb** | mora(s)tis **MPa** ‖ 18 est *om.* **P** | cunctis] uosque *Ouid.* ‖ 19 rerum scilicet putaris **L** | reputaris *corr. in* rerum putaris **M** ‖ 20 uero *om.* **M** | constet Plutoni **L** | esse consecratam **L** ‖ 21 de terraque **Pb** ‖ 22 dicit de quo **Pb** ‖ 23 AST EGO **L** | ad *corr. in* at **M** | te *om.* **MP** ‖ 25 rursus *om.* **MP** | incipient **LMPa**

96 NEC VENEREM nec Proserpinam rapiam. Thesei et Pirithoi hoc loco audaciam commemorat et ad testimonium pudicitiae ostendit infulas et insignia sacerdotis. Proserpina ab eo dicta, quod porro serpat.

106 ET NOSTRAE VENIVNT propter sui misericordiam dicit se pugnando multas inferis animas addidisse, pro quo beneficio petit sibi esse parcendum.

110 ET IN AERE VOLVOR OPERTO id est: dum per illa spatia uado, quae sunt sub terra inferorum.

112 VEL CAPTVM optabilius fuit etiam capi me a Thebanis.

113 PARENTI Oecleo patri.

116 NEC DEPRECOR VMBRAM ACCIPERE id est: nec refuto umbra esse. deprecor autem est refuto. Virgilius ⟨Aen. XII 931⟩: 'equidem merui nec deprecor, inquit'. Lucanus ⟨IX 213 sq.⟩: 'non deprecor hosti seruari, dum me seruet ceruice recisa'.

118 QVIS IAM SVPER AVGVRIS VSVS id est possem rogare te, ut apud inferos augur essem, si scirem et hoc mihi apud inferos profuturum. uerum cum uideam ipsa quoque fata ad tuum arbitrium fila disponere, intellego augurio tibi nil opus omnino.

121 ILLI FVNESTA RESERVA hoc est: coniugi meae, quae mihi minaris, reserua supplicia, quae salutem uiri prodidit monili corrupta.

2 ferunt **LM** ‖ 3 AVT NOSTROS TIMEAT PROSERPINA per Proserpinam **L** | raptam **LMP** ‖ 4 commemorat audaciam **L** | et *om.* **Pb** ‖ 6 dicta ab eo **L** | q **M** (*in marg. legitur:* Proserpina eo quod porro serpat) ‖ 8 addisse **L** adisse **Pa** ‖ 9 perit *corr. in* petiit **M** ‖ 10 ET IN *om.* **MP** ‖ 11 subt͠rea **M** | inferiorum **Pa** ‖ 12 etiam fuit me capi **LPb** ‖ 14 oedeo **MPa** odeo **Pb** Oedipo **L** ‖ 16 umbram **L** | est] e͞e **M** ‖ 17 equidem *om.* **Pb** | unquam **L** ‖ 18 non] n͠c **M** ‖ 20 id est] deest **Pb** ‖ 23 queque **Pa** *corr.* **M** | intelligo **LP** ‖ 24 nil omnino tibi opus augurio **L** | nihil **Pb** ‖ 25 funeste **P** ‖ 26 īmaris **Pa** immanis **Pb**

123 INDIGNATVRQVE MOVERI irascitur se iam flecti.

124 VT LEO MASSYLI Massylia gens Africae mediterranea, leonibus plena.

125 TVNC ARMA CITAT citat incitat. arma dentes et ungues, quibus se tuetur et uindicat. Virgilius ⟨Aen. XII 6⟩: 'tum demum mouet arma leo'.

Lind. p. 280 133 HONORE SEPVLCRI ad laudem Amphiarai omne spatium campi sepulturae uatis concessum est, quia huic sepulcrum praeter morem hiatus praestitit terrae, quod infernum sepulcrum dixit.

141 STRINGIMVS educimus.

Lind. p. 281 145 HEV PRAESAGIS heu interpositio est dolen|tis. ASTRIS futura denuntiantibus stellis.

146 CVM VOCE TETENDIT petentum auxilia affectum expressit poeta, qui iactatione uel extensione manuum sibi supplicant subueniri. hoc Virgilius ut raptae Cassandrae negatum fuisse monstraret, ait ⟨Aen. II 405 sq.⟩: 'ad caelum tendens ardentia lumina frustra, lumina, nam teneras arcebant uincula palmas'.

154 NON EXSPECTATO REVOCANTVM nemo enim militaris legis sacramenta seruauit, ne ante pedem e proelio retraheret, quam receptui caneretur. sed tali legiones turbatae nuntio neglectis, dicit, praeceptis et religione militiae uertebantur in fugam.

156 GENVA VIROS solutione pedum nimio timore genua languebant et negabant cursum. ut Virgilius ⟨Aen. V 432⟩: 'genua labant'.

---

1 iam **M** in misericordiąm **LP** ‖ 2 MASSYLLI **L(MP)** ‖ 4 CITAT ... arma[1] *om.* **Pb** | citat incitat *om.* **Pa** ‖ 5 Lucan. **LMP** ‖ 7 SEPVLCHRI **LM** ‖ 8 concessum est uatis **Pb** ‖ 9 sepulchrum **LM** | quē **Pa** qȝ **M** ‖ 12 interpositio est dolentis *om.* **P** *post* HEV *posuit* **L** | heu *om.* **L** ‖ 14 TENDIT **LM** | petentium **LPb** | effectū **M** ‖ 15 q *superscr.* ia **M** ‖ 16 casandre **P** ‖ 20 exspecto **MPb** | reuocatum **Pa** reuocantum more tubarum **L** ‖ 21 a **LPb** ac **Pa** ‖ 22 si **M** ‖ 23 nec lectis dicunt **Pb** | dicit] dinter **M** | regione **P** | (militiae *om.*) utebantur in fuga **Pb** ‖ 25 sublutione **Pb** ‖ 27 genua] genua ęgra **M** genua erga **Pa** *cf. Aen. V 468:* 'genua aegra trahentem'

158 NEC TOLLERE LVMINA TERRA id est: tanto erant inclinati terrore, ut oculos a terra leuare non possent.

160 FOEDERE PARVO interpositione pacis modicae.

162 QVAE TIBI admiratiue.

168 ET EFFLANTES exspirantes animam. INTERNECTERE PLAGAS insuere. metaphoram a medicis traxit, qui solent letalia uulnera suturis | adnectere. Lind. p. 282

169 ALIMENTAQVE BELLO ut cibo reficerent uires propter futuram pugnam.

175 HAEC ANTRA LACVSQVE subaudis 'Amphiarao praestiterint'.

177 QVIS MIHI hoc est: quis mihi profert in ominibus? aut certe: prodit uoluntatem deorum augure interempto. SINISTRI propitii, dictum a sinendo. sic et Virgilius de bono augurio sinistrum dixit ⟨ecl. IX 14 sq.⟩: 'quod nisi me quacumque nouas incidere lites ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix'. id est: ante sinistra propitia.

186 ADVERSAQVE SIGNA VOCASTI id est: ultro hostes ad certamen uocasti.

190 ALTAQVE ERVMPERE TERRA mirantur enim mortuum, quem mortuum nemo conspexit.

192 ET VICE CONCORDI et hunc libenter fata susceperunt praeceptorum.

193 MISERATVS AVERNI miseratus quod dicit, non hoc ad indulgentiam ducas, sed ad maximum Amphiarai decus. nam ille nulli parcit. ut Horatius ⟨carm. II 3, 24⟩: 'uictima nil miserantis Orci'.

---

2 errore **Pa** ‖ 3 interpositiones **M** interpositionis **Pa** ‖ 5 afflantes **Pb** | INTERNECTERE *om.* **MP** ‖ 6 metaforaṅ **M** | traxit a medicis **L** ‖ 7 annectere **L** ‖ 10 Hoc **M** | subaudi **Pb** | praestitit **LPa** prestiterunt **Pb** ‖ 12 hoc mihi **Pa** | proferet **L** p̄fert **Pb** | om̃ib. **M** õib' **Pa** nõibus **Pb** ‖ 13 profert **L** | aure **M** ‖ 14 SINISTRI] PROFERT **L** | sic *om.* **Pb** | ut **Pa** ‖ 15 sinistrum dixit in bono augurio **L** ‖ 16 nouas *superscr.* aues **M** ‖ 17 id est ante *om.* **Pb** | Sinistra id est (*om.* ante) **L** ‖ 20 conuocasti **L** ‖ 21 Aliaque **MP** | mortuum enim **L** ‖ 22 quem mortuum *om.* **LPa** ‖ 24 preceptum **Pa** ‖ 25 miseratur **Pb** ‖ 27 decus *om.* **MP** | horū (*om.* uictima) **M**

194 INSERVARE proprio usus est augurii uerbo, qui, dum captant auguria, dicuntur caelum seruare. ut Lucanus ⟨V 395⟩: 'nec caelum seruare licet'.

198 BRANCHI Branchus Apollinis filius et ipse peritissimus futurorum deus. ut ipse alibi ⟨Theb. III 478 sq.⟩: 'patrioque aequatus honore Branchus'. Varro rerum diuinarum ita refert de Brancho: Cius quidam decimus ab Apolline cum in peregrinatione pranderet in litore ac deinde proficisceretur, oblitus est filium nomine Smicrum. ille peruenit in saltum Patronis cuiusdam. et cum esset receptus, coepit cum suis pueris capras pascere. aliquando prehenderunt cygnum et illum ueste cooperuerunt. et dum ipsi pugnant, uter illum patri munus offerret, cum essent fatigati certamine, reiecta ueste mulierem inuenerunt. et cum fugerent, reuocati ab ea moniti sunt, ut Patron unice Smicrum diligeret puerum. illi quae audierunt Patroni indicarunt. tunc Patron Smicrum pro suo filio nimio dilexit affectu eique filiam suam ducendam locauit uxorem. illa cum praegnans esset ex eo, uidit in somniis per
Lind. p. 283 fauces suas introisse solem et | exisse per uentrem. infans editus ideo Branchus uocatus est, quia mater eius per fauces sibi uiderat uterum penetrasse. hic cum in

1 auguris **Pb** augurum? | quod **L** ‖ 2 dicunt **Pa** ‖ 3 seruaret **M** | licet *om.* **LM** ‖ 4 est filius **L** ‖ 5 futurorum peritissimus **LP** ‖ 6 equatur **Pb** | diuinarum rerum de Brancho ita refert **L** ‖ 7 Olus **L** Branchus **M** Clus **PaPc** *Mon.* elius **Pb** Cius *Myth.* | quidē dicim' **M** ‖ 8 planderet **M** | ac . . . ille *om.* **Pb** ‖ 9 Simerum **LPa** smiarū *corr. in* sminarū **M** Synichronem *Myth.* ‖ 10 qui **L** | patroni **Pb** ‖ 12 prenderunt *corr. ex* ponerunt **M** pendere **Pb** | dumque **L** dum **MPb** ‖ 13 illud **Pb** | et essent **L** ‖ 14 uestē mulierū **M** ‖ 15 effuger̃ *corr.* in cūfuger̃ **M** | patronus **P** | nunices **M** ionices **Pa** ‖ 16 Simerum **L** micrhonē **M** micronē **Pa** fucronem **Pb** | patrono **Pb** ‖ 17 indicat **Pa** | patronus **P** *corr. in* patron **M** | Simerum **L** smicrhonē **M** sucronem **Pa** sucrontem **Pb** | filio suo **L** ‖ 18 effectu **M** | ducendam (*corr. ex* dicundam) filiam (*om.* suam) **M** ‖ 19 pregnas **Pa** | ex eo esset **LP** | in somnis **MP** ‖ 20 introiisse **L** ‖ 21 ideo infans editus **L** | branchias **Pa** | qui **Pa** ‖ 22 cum in siluis **LM** maxilu' **Pa** maxime cum **Pb**

siluis Apollinem osculatus fuisset, comprehensus est ab eo et accepta corona uirgaque uaticinari coepit et subito nusquam comparuit. templum ei factum est, quod Branchiadon nominatur. et Apollini et filio pariter consecrata sunt templa, quae ab osculo Branchi siue certamine puerorum Philesia nuncupantur.

199 NEC CLARIAS et apud Clariam et apud Didymaeam Apollinis est oraculum. quod autem ambos colant Apollinem Dianamque, ideo Clarii uocabulo nuncupantur. ut Virgilius ⟨Aen. III 360⟩: 'qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis'. Lycia autem Asiae ciuitas est Apollinis sedes, quam post Amphiarai interitum dicit esse taciturам. de qua Virgilius ait ⟨Aen. IV 143⟩: 'qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta'. Claria ergo ciuitas est, in qua tres dii id est Iuppiter et Neptunus et Pluton mundum dicuntur fuisse sortiti. in hac Apollo maxime oracula mortalibus dare consueuerat.

201 VATIS NEMVS quia in Syrtibus in eo tantum loco, ubi Iouis Ammonis templum est, nemus inuenitur. ut Lucanus ⟨IX 525 sq.⟩: 'solus nemus abstulit Ammon. siluarum fons causa loco'.

202 QVERCVS quam Chaoniam dicit hoc est Epiroticam. Molossia enim est in Epiro, ubi solebant columbae sub quercu responsa dare. a n h e l a ergo dixit per similitudinem uatum, qui deo pleni et anhelantes responsa dant. ut est ⟨Aen. VI 48 sq.⟩: 'sed pectus anhelum et rabie fera corda domat'.

3 c̃parāuit **M** | ei' **M** | est *om.* **M** ‖ 4 Apollinis **M** | et filio] Philesio **L** ‖ 7 clarias **Pb** ‖ 8 oraculum Apollinis fuit **LPb** apollinis oraculum fuit **Pa** ‖ 9 et Dianam **L** | clari **P** ‖ 10 clari lauros **Pb** ‖ 11 est *om.* **L** ‖ 13 taciturnam **Pb** ‖ 14 Xanthique fluenta *om.* **LMPa** ‖ 15 et *om.* **LP** ‖ 16 Pluto **L** | fuisse dicuntur **Pa** | esse **Pb** ‖ 17 mortalibus oracula maxime **L** ‖ 18 qui **M** ‖ 19 Hammonis **L** | est *om.* **Pa** ‖ 20 Hammon **LPb** ‖ 22 Quercū **M** | quas chaonia **Pa** | cahoniā dr̃ **M** | hoc ut est **Pa** hęc ut est **Pb** | epiroticas **Pa** epirotica **Pb** ‖ 23 in Epyro est **LP** | sub quercu solebant columbae **LPa** ‖ 24 sub quercu responsa solebant dare columbe **Pb** | pro **Pa** ‖ 25 pleni et *om.* **M** plutoni et **Pb** ‖ 26 dabant **L** ‖ 27 tument *Verg.*

203 IPSI AMNES Apollini sacri, quorum haustus uates faciunt et poetas, non tamen omnes.

204 SAGIS diuinis. unde praesagia praediuinationes mentis. ut Virgilius ⟨Aen. X 843⟩: 'praesaga mali mens'.

206 IAMQVE ERIT ILLE DIES ciuitas enim in eo loco est post condita, in quo hiatus terrae Amphiaraum recepit, quae Amphiarma uocatur, ut Homerus ait, quod illic currus, quem Graeci ἅρμα appellant, deciderit. in qua etiam oraculum est, quod Amphiareon uocatur.

212 CVM FVNERE TIPHYS accusatiuum casum posuit Minyas aut Argonautas, qui se mortuo Tiphy gubernatore priuatos esse doluerint.

215 LEVAVIT per sermonis enim uarietatem et luctus leuatur et labor decrescit. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 309⟩: 'uarioque uiam sermone leuabat'.

Lind. p. 284 218 DIVERSA hostili. ut Lucanus ⟨III 654⟩: 'diuersae rostris iuuenem affixere carinae' id est contrariae.

220 MARCENT ebrietate aut somno. moenia pro muris posuit. ut Virgilius ⟨Aen. III 255⟩: 'sed non ante datam cingetis moenibus urbem'.

221 IDAEAQVE TERGA Cretensia tympana.

222 VARIO SPIRAMINE tibiam significat uarie foratam. Virgilius ⟨Aen. IX 618⟩: 'biforem dat tibia cantum'.

223 ALVMNVM nutritum. alumnus enim ab alimentis dicitur.

224 PAEANES pro laudibus posuit. nam paeanes uersus

---

2 et *om.* **Pb** ‖ 3 diuinationes **L** ‖ 4 mens mali **M** ‖ 5 ERIT *om.* **Pb** | illo **L** ‖ 6 post est **L** ‖ 7 ampharma **MPa** ‖ 8 geti **M** | arma **MP** | uocant **L** ‖ 9 Amphiraon **L** amphiaraon **Pb** ‖ 10 casum *om.* **LPb** ‖ 11 Minyas . . . se] Minyas id est quoscunque gubernatores nauis aut aquis **L** mineā aū arigon aut aquis **M** minea uarigo aut quis **Pa** minea autem arigon aut aquis **Pb** | gubernatiōe **Pa** ‖ 12 priuatus esse doluerit **LMP** ‖ 13 LEVABAT **L** | enim *om.* **Pb** ‖ 14 ut *om.* **LMPa** | Virgil. *om.* **M** ‖ 15 leuabant **LMPb** leuabūt **Pa** ‖ 16 ut *om.* **LMPa** ‖ 17 adfixere **MP** ‖ 18 MARCENT] Ad menia **P** ‖ 19 ut *om.* **Pb** | at **Pb** ‖ 21 crescentia **M** ‖ 23 biformē **M** ‖ 24 autem **Pb** ‖ 26 poeane **Pa** | uersus est **P**

sunt in honorem Apollini dicti propter exstinctum Pythonem. omnis laus Graece dicitur paean ab admiratione. ἐπαινεῖν etenim Graece dicitur laudare. Virgilius ⟨Aen. VI 657⟩: 'laetumque choro paeana canentes'.

225 CORONATVMQVE MERVM secundum Virgilium dixit, qui ait ⟨Aen. VII 147⟩: 'crateras longe statuunt et uina coronant' id est: crateras, in quibus uinum est, coronant.

232 MARTIS AGROS propter eos dixit, qui satis draconis dentibus fuerant nati.

233 AD CHELYN id est ad Amphionis citharam, cuius dulcedinem secuta saxa exstruxere muros Thebanos.

235 ET MVLTA DEDVCTAM suorum scilicet Cupidinum et Amorum.

237 HYDASPEN optima enim ibidem sunt lapidum genera.

246 QVIN HAVSISSE etiam hoc fecit. confirmantis est. Lind. p. 285
INSICCATVMQVE CRVOREM inhaerentem caecitatis suae cruorem genis eluisse.

250 CAVSA LATET latet causa laetitiae, quia uult poeta crudele esse, quod gaudet. quare sit ergo commutatus ad gaudium Oedipus, ignorabant Thebani. erat autem illi causa laetitiae, quod dimicat aduersum se ferro germanitas.

253 SEMINA VOTO id est: tacito uoto auribus menteque captabat hostium motus ex laetitia prouenisse.

254 INDE EPVLAE hac utique causa perspecta.

---

1 in Homero **LMP** ‖ 2 paean dicitur **LP** | ab . . . laudare *om.* **Pb** ‖ 3 *ἐπαινᾶν* **L** mepenes **M** Inepetes **Pa** | laudare Graece dicitur **L** grȩce laudare dicitur **Pa** ‖ 4 canentes **LPb** secuti **MPa** (*cf. Aen. X 738*) ‖ 5 secundum Homerum dixit, qui ait crateras in quibus uinum est coronant. Virg. crateras . . . coronant **LP** *eodem ordine* **M** *omissis* crateras[1] . . . Virgilius | 6 longe **LMPa** magnos **Pb** laeti *Vergil.* ‖ 8 p̃p **M** ‖ 10 AD . . . secuta *om.* **Pb** | ad *om.* **MPa** ‖ 11 extruxerunt **Pb** ‖ 12 ET *om.* **Pb** | deducta **MPb** ‖ 14 HYD.] Nil asperi **M** | lapidum sunt **Pb** ‖ 16 Quin̄ habuisse **M** ‖ 17 inhaerentem . . . cruorem *om.* **P** ‖ 18 geni soluisse **P** ‖ 19 causa *om.* **MPb** ‖ 20 poeta uult **Pb** | ergo sit **Pb** ‖ 21 ignorabunt **Pa** | autem] dum **Pa** ‖ 25 captat **Pb**

255 IEIVNIA POENAE Phineus, rex Arcadiae, liberis suis superduxit nouercam, cuius instinctu eos caecauit. ob quam rem irati dii ei oculos subtulerunt et adhibuerunt harpyias, a quibus prohibitus, ne dapes attingeret, longo est ieiunii cruciatu uexatus.

262 QVAMQVAM AEGER SENIO senium est morbus senectutis. MISERANDA POTESTAS quia maior potestas grauiori semper laude uexatur.

266 PERVIGIL IGNIS id est non peruigilans, quia contemptu Argiuorum Thebani uigilias non curabant.

270 DEVS QVI NAVIGAT ALNO deum, tutelam nauis, intellegimus cum gubernatore nauigare. habent enim uel scriptos uel pictos praesules suos, quorum nominibus nuncupantur et naues.

Lind. p. 286 272 SENTIT EQVOS poetice dictum. hic lunam pro nocte posuit. ceterum non est, ut luna solis inueniatur semper aduentu.

273 MVGIRE ardore solis stridere.

276 PRODITA deserta.

277 ORBVM uiduatum hoc est sacerdotio carens.

282 IVXTAQVE SECVNDVM ut Virgilius ⟨Aen. V 320⟩: 'proximus huic, longo sed proximus interuallo'.

283 CONFVNDIT HONOS quia uictus est, uerecundatur, id est iudicii ipsius gratia grauatur. recte ergo, quod uerecunde excusabat, dignus erat, qui cogeretur.

286 SICVT ACHAEMENIVS Achaemene Parthorum seu Medorum ciuitas est. [Achaemenius patrium est, id est

1 rex ... harpyias] enī ꝓditionē sacrorum suppliciū meruit arpyarū **M** ‖ 2 instructu cecauit eos **Pb** ‖ 3 dii ... quibus *om.* **Pb** ‖ 4 prohibitus *om.* **L** ‖ 5 (est *om.*) uexatus est **Pb** ‖ 6 morbus est **L** ‖ 10 uigiliā **Pa** ‖ 11 deum *om.* **Pa** ‖ 12 intelligimus **LP** | uel¹ *om.* **L** ‖ 13 t pictos scriptos **Pa** ‖ 15 hic ... posuit *post* aduentu *praeb.* **MP** ‖ 17 aduentū ē **M** ‖ 22 huic ... proximus *om.* **Pb** ‖ 23 luctus **MP** | uerecundat **M** ‖ 24 gratia *om.* **M** | grauatus **Pb** ‖ 25 quod **L** qui *corr. uidetur in* quā **M** ‖ 26 ACHEMINIVS **L** achamenius **M** | achamene **M** ‖ 27 nedorum **M** indorum mendorum **Pb** | est *om.* **MPa** | Achaemenius ... sanguine *om.* **M**

Chaldaeus. Achaemenia ipsa est Chaldaea, uocata ita a quodam crudelissimo rege, de quo in Sedulio ⟨I 184 sq.⟩ legitur: 'cuius Achaemeniam rabies accenderat iram plus fornace sua'. — non enim poterat eius ira placari nisi humano sanguine.]

288 GAVDIA LIBRAT laetitiae gaudium metu pensabat, utrum posset implere, quod sumpserat.

289 AN FIDI PROCERES id est: sine recordatione paternae gratiae fides a sociis etiam filio seruaretur.

290 CVI CASPIA Caspiae portae sunt in Armeniorum finibus constitutae. unde Lucanus ⟨VIII 291⟩: 'Caspiaque immensos secludunt claustra recessus'.

293 IMPLERE TIARAM id est: nec capitis robore diadematis impleret mensuram. ipso enim uelut particulae ambitu antiqui pro diademate utebantur. tiara enim dicitur pilleum, quod in capite gerit sacerdos Martis. unde Virgilius ⟨Aen. VII 247⟩: 'sacerque tiaras'.

294 VBI INTORTO SIGNATVR VELLERE CRINEM infulis Lind. p. 287 tortis caput coronatum fuisse sacerdotis ostendit.

295 CONVENITQVE DEIS placuit. id est: dignus hoc sacerdotio a numinibus iudicatus est.

[297 NEC FVTILE MAESTIS futile uas est quoddam lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris deae Vestae, quia aqua ad sacra Vestae in terra non ponitur. quod si fiat, piaculum est. ideo excogitatum est uas, quod stare non posset, sed positum statim funderetur.

1 ipsa est Chaldaea *om.* **Pb** ‖ 2 impseudulo **Pb** ‖ 3 rabiemque **L** rabiem **Pa** rabiā **Pb** | ira **LP** ‖ 6 libre **M** ‖ 7 inplere **Pa** ‖ 9 a filio **Pb** *om.* **M** ‖ 10 caspi portę **M** ‖ 12 immenso **L** inmensos **MPb** inmensꝰ **Pa** | ecludit **Pa** seducunt *Lucanus* | recessu **L** ‖ 13 Inplere **Pa** | tyaran **M** | ne **M** ‖ 14 inpleret **Pa** implere **M** | parenticulę **Pa** ‖ 15 antiqꝫ **P** | enim] et **Pb** ‖ 16 pileum **LPb** ‖ 17 Virgilius ... tortis *om.* **Pa** ‖ 18 SIGNAVIT **L** signatus **MPb** ‖ 19 sacerdotis coronatum fuisse **L** | ostendere *add.* t **Pa** ‖ 21 a *om.* **L** ‖ 22 *schol. 297 ante schol. 286* Achaemenius *praeb.* **P** *om.* **M** | MAESTIS *om.* **P** | quoddam *om.* **Pb** ‖ 23 largo **Pb** | stricto fundo (*om.* angusto) **Pb** | deae *om.* **P** ‖ 24 Vestae²] austa **Pb** ‖ 25 ideo] unde **Pb** ‖ 26 sed si **LPa**

unde et homo commissa non retinens futilis dicitur, contra Lind. p. 288 non futilis | bonus in consiliis.]

299 ARBORIBVS VIVIS semper uirentibus ut cupresso aut lauru, aut certe uiridibus id est nuper abscissis.

301 INTEGER ANNVS pro parte anni.

303 CREATRIX tellus animarum secundum Pythagoram, qui omnibus crescentibus uel arescentibus licet insensibilibus animas tribuit.

309 REQVIES uolatus enim aer et requies auium terra. IMMOBILE MVNDI quia sola terra immobilitate fulcitur.

311 AERE PENDENTEM quia mundum opinantur aeternum, terram aiunt pendere aere succinctam. unde Lucanus ⟨I 89 sq.⟩: 'dum terra fretum terramque leuabit aer'. CVRRVS VTERQVE solis et lunae, quam antipodarum uocant. ut Virgilius ⟨Aen. VI 641⟩: 'solemque suum, sua sidera norunt'.

312 INDIVISAQVE MAGNIS quia communis est Ioui, Neptuno et Plutoni. etenim cum caelum, mare, inferos inter se sortis euentu diuiderent, sola terra indiuisa permansit.

314 SVBTERQVE AC DESVPER quae nobis, antipodis inferisque una eademque sufficis.

320 OMNE HOMINI NATALE SOLVM omnibus est habitabilis terra et generans homines, ut uult opinio sapientum, quamuis imperiti putent rotunditatem in omni circuitu habitari non posse. siue quia omne solum sapienti patria est.

321 TAMQVAM HVMILIS duplex sensus est: tamquam

---

2 in *om.* **L** ‖ 3 iouis **M** | uiuentibus **MPa** | cupressu **P** ‖ 6 Cecatrix **Pb** ‖ 9 are *superscr.* o **M** | et *om.* **M** est **Pb** eni **Pa** ‖ 12 opinatur *add.* n **M** ‖ 13 aiunt **MPa** autem **L** a͠ut **Pb** | ut **Pa** ‖ 15 quem antipoden **L** | uocant *om.* **MPb** ‖ 16 ut *om.* **Pb** ‖ 18 -QVE MAGNIS *om.* **MP** ‖ 19 inferius **Pb** ‖ 20 &mansit **Pb** ‖ 21 subterque *iter.* **MPa** | antipodibus **LPb** antipode **Pa** ‖ 22 sufficit **L** ‖ 23 Omne est **M** ‖ 24 omnes **Pb** | uti **LP** | uult] uigil **P** ‖ 25 inperiti **M** ‖ 26 habitare **MP** ‖ 28 est . . . sensus[2] *om.* **Pa**

humili populos deceat distinguere fine. et alter sensus: undique ubique maneas communis.

331 CEV TE CIRRHAEO monte Parnaso, quia in Cirrha parte montis ipsius hiatus terrae est, ubi responsa Delphica dabantur. ut Lucanus ⟨V 95 sq.⟩: 'totius pars magna Iouis Cirrhaea per antra exit et aetherio trahitur conexa Tonanti'.

335 PRAESAGA quibus diuinare possis id est sacrificio denuntiare.

338 ILLE ADYTIS MELIOR id est ille locus responsis dandis est dignus, ubi hiatu terrae submersus est Amphiaraus.

341 ET VATI id est Amphiarao imaginarium funus exsoluit. ut Virgilius ⟨Aen. VI 505 sq.⟩: 'tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem constitui'.

346 CITHAERON horruit tubarum sonitu mons, qui Lind. p. 289 ante consueuerat sacrorum uoces audire. ut Virgilius ⟨Aen. IV 303⟩: 'nocturnusque uocat clamore Cithaeron'.

347 MARCIDVS aut maerore squalidus aut tractu Tisiphones foedatus. CARMEN NON TALE tubarum. sensus: stupent urbes Thebanae sonitum Tisiphones, quae Amphionis fuerant carminibus fabricatae.

353 OGYGIIS omnium Thebanae ciuitatis portarum nomina eleganter poeta monstrauit: Ogygias, Neistas, Homoloidas, Proetides, Electras, Hypsistas, Dircaeas.

---

1 humilis **Pb** | decebat **Pb** | et alter sensus *om.* **M** ‖ 2 *inter* ubique *et* maneas **Pb** *inser.*: tuos aut sic tamquam . . . decebat distinguere sine et alter sensus undiqȝ ubiqȝ | *post* communis *praeb.* **P**: nos diua grauaris. i. grauiter fers. et hac elocutione non nisi per accusatiuum utimur ut si dicas grauor aduentum tuum i. grauiter fero . *quae ad u. 317 spectant* ‖ 3 parnasso **MPa** ‖ 4 est terrae **L** | delphica responsa **L** ‖ 5 debebantur **M** | Et totius **L** ‖ 6 et *om.* **MPa** | aethereo **LPa** | connexa **L** conuexa **P** cū exea *corr. in* cūuexa **M** ‖ 7 diuina responsis **MPa** (spossis *corr. in* sponsis **M**) ‖ 8 denuncia **MP** ‖ 9 id est *om.* **LMPb** ‖ 10 sumptus est **M** (**Pa**) subter est **Pb** ‖ 11 id est *om.* **Pb** ‖ 13 littore **L** ‖ 15 audire *post* ante *posuit* **Pb** ‖ 17 cantu **Pa** tactu **M** | tisiphonis **MP** ‖ 18 sensum **Pa** ‖ 19 sonitu **Pb** | tisiphonis **MP** ‖ 21 ciuitatis Thebanae **L** ‖ 22 Ogygias Neistas *om.* **LMP** | moloidas **M** ‖ 23 p͂teā **M** proetea **Pa** proetheam **Pb** | Helectras **L** electrā **MP** | hipsisten **MP** | Dyrceā **LMP**

358 AVERSI meridiani id est Aegyptii. Nilus enim Aegypti fluuius est septem capitibus fluens, unde a Graecis ἑπτάστομος dictus est. quae omnia eius ostia his nominibus nuncupantur: Pelusion, Taniticon, Mendesiacon, Phatmeticon, Sebennyticon, Bolbitinon, Canopon. PABVLA CAELI imbres enim secundum physicos alimenta sunt fluminum.

359 BIBIT ORE PRVINAS bibit accipit. id est: Aethiopum niues colligit, quas praestat Oriens id est Aegyptus. siue: Eoas pruinas bibit secreto fonte, quo Aegyptii regnant.

361 HIEMES aquarum incrementa, qualia fluminibus hiems solet inferre.

362 DVLCI PONTO Nilo specie maris uenienti.

364 PRAECIPVE ELEAE in catalogo horum meminit, qui ad auxilia uenerant Amphiarai, ⟨IV 237 sq.⟩: 'auget resupina maniplos Elis', et Pyliorum meminit ⟨IV 224⟩: 'quos Pylos et dubiis Malee ditata carinis'.

365 SVBITVM inopinanter illis praepositum.

366 ACCESSERE REGENTI animum commodauerunt. ut Lucanus ⟨III 214⟩: 'accedunt Syriae populi'.

368 MINOR ILLE Thiodamas sex ducibus minor erat.

Lind. p. 290 370 SI DETRAHAT ASTRIS | quoniam Helice et Cyno-

1 ADVERSI L Auersa M ‖ 2 Aegypti *om.* L ‖ 4 pelosion M | Tananticon L tonanticon M, *om.* Pa tanaticon Pb | Medesiacon LPb m̃desiac̃ *add.* on M *om.* Pa | Factamicon L fata mediacon *corr. in* facta metdicon M *om.* Pa factamitic̄ Pb ‖ 5 Seueneticon L seuenienti M seuemtic̄ Pb *om.* Pa | Volueticon L uoluetion MPb *om.* Pa | Canopon LPb *corr. ex* catapon M canapon Pa ‖ 6 enim *om.* L ‖ 8 accipit ... bibit *om.* Pb | accepit Pa *corr.* M ‖ 9 collegit M | orienti M orientu Pa ‖ 10 secreto *corr. in* sacrato M | Aegypti LPa ‖ 14 Nilo] *in rasura legitur* lo M ‖ 15 HELAEAE L deę M ‖ 16 Amphiarai *om.* M ‖ 17 Aeoli L edis M ol' Pa eot Pb | filiorum LMP ‖ 18 male L ‖ 19 inopinatū Pb | propositum L oppositum Pb ‖ 20 accōmodauerunt Pb commedauerant Pa c̄moderauerant M ‖ 22 ex sex L ex Pa ‖ 23 quando L | ellice ////nosura (ci *superscr.*) M

sura filiae Lycaonis Arcadis fuerunt. ergo de septentrionibus dicit.

372 ET INCERTI dubitantes, cum sex uideant sidera, utrum ipse sit septentrion. in septentrionali plaustro septem sunt stellae.

374 MAIORQVE id est non talis, qualis solet in lyricis inuocari carminibus aut certe in aliis operibus, quae ad res bellicas pertinere mos solet, sed maior furiosior, qui bellica tuba sit dignus, ut ipse superius ⟨I 45⟩: 'atque alio Capaneus horrore canendus'.

381 ANGVE NOTAT dedicat morti.

382 SCINDITVR ita enim factum est, ut multorum uita pariter finiretur.

385 ABOLET delet memoriam suorum ac desiderium illis ex animo. et a toto transit ad partes dicendo 'conubia, natos'.

397 DECRESCERE CAMPVM accessione utrius|que exercitus medium quod erat minuebatur spatium. ita enim fuerant uicinitate densati, ut campus, qui medius fuerat, interiret. Lind. p. 291

400 SVSPIRIA FVMANT ex ardore utique uicinorum sibimet repugnantium.

401 IN CASSIDE CRISTAE splendorem galearum inuicem uicina arma reddebant.

402 CONI cacumina galearum.

405 CRVORIBVS AVRVM necessitas enim belli aurum aut perdit aut mutat.

406 VITAE PRODIGA mortem non curans. Horatius ⟨carm. I 12, 37 sq.⟩: 'animaeque prodigum Paulum'.

408 SOLIDA NIVE definitio est grandinis.

1 fuerant *corr. in* fuerunt M ‖ 3 ET *om.* L ‖ 4 ipse *om.* L | sit *om.* Pb | septemtrion Pa ‖ 7 ad res *om.* Pa ‖ 8 pertinerent L | mox P | furiosiorq, q (i *superscr.*) M | qʒ Pa ‖ 10 honore LMPa ‖ 12 enim] huius (= hoc ?) M ‖ 14 debet Pa ‖ 15 connubia L ‖ 18 qui M ‖ 21 pluriore M olere Pa dolore Pb ‖ 29 animae LPa animorum Pb animaeque magnae *Horat.* ‖ 30 difinitio Pb

411 LIBYAE BOREAS flante enim aquilone hic serenum est, pluit in Africa. unde Lucanus ⟨IX 423⟩: 'et nostris reficit sua rura serenis'.

415 ET MVTVA PERDVNT concursu telorum utrimque frustrabantur.

418 NON VNA MORTE SAGITTAE quae et ferro perimant et ueneno.

421 NVNC TVRBA RECEDIT modo pelluntur, modo resistentes occupant locum, quem amiserant.

Lind. p. 292 428 HYPSEVS hic est, qui fuit principium pugnae.

432 HIC ET MENTE LACON Lacones potentissimos dicit esse uirtutis. ideo hunc Menalcam fortem memorat tam gente quam mente. crudi autem, quia incolae Eurotae fluminis plagis praedurantur ad patientiam agonici certaminis. unde Horatius ⟨carm. I 7, 10⟩: 'nec me tam patiens Lacedaemon'. agon ipse *διαμαστίγωσις* dicitur.

434 NE PVDOR IN TERGO hoc est: hastam pectori infixam retrahit, ne post tergum exeundo uulnus infame uideretur.

437 TAYGETA mons Laconum est Libero et Apollini sacer. LAVDATAQVE VERBERA MATRI Taurica, quam Orestes de Scythia transtulit. consueuerat enim humano cruore placari. cuius cum simulacrum in Laconiam delatum fuisset, ne quod piaculum nasceretur intermissione

---

1 enim] huius **M** | hic *om.* **Pa** ‖ 3 -ficit . . . utrimque *om.* **Pa** ‖ 5 frustabantur **M** ‖ 8 more sistentes **M** | resistunt **Pb** ‖ 9 quem amiserant . . . 432 . . . LACON *om.* **Pb** ‖ 11 laconos **Pa** | dicit potentissimos **Pb** ‖ 12 meminit **Pb** mouerat **M** | tam mente quam gente **L** ‖ 13 Crudum **MPb** | aut **LPa** ‖ 14 plagis p̄durantur *irrepsit ante* tam **M** | pdurantur **Pb** ‖ 15 me nec *Horat.* ‖ 17 Nec **Pa** Non **Pb** | intergo *del. superscr.* id̄ **M** | hoc *om.* **LP** | est *om.* **LMP** | hasta . . . infixa **Pa** ‖ 18 ≡fixā **M** | retraxit **Pb** ‖ 20 *post* TAYGETA **M** *praebet haec*: i. alces mortans tayg& imagine uatū. taygeta aū | mons] aut no **Pa** | laconie **Pb** | est *om.* **LP** ‖ 21 MATRI] nostri **Pb** | Centauricae **L** centaurica **M** centaurorum **P** | quē **M** ‖ 22 enim *om.* **MP** ‖ 23 sanguine **LPb** ‖ 24 neqȝ (*om.* quod) **M**

sollemnis sacrificii neue crudelitati Graeciae populus oboediret, inuentum est, ut inter se impuberes pueri de sustinendis uerberibus contenderent ac se in hanc patientiam prouocarent, et super aram Dianae impositi flagellis uerberabantur tam diu, donec ex humano corpore sanguis flueret, qui instar esset sacrificii. hi autem pueri appellabantur *βωμονῖκαι*.

440 TACET ARCVS AMYNTAE celeritas iaculantis expressa est, ut ante peremptus occumberet, quam sonus de arcus tensione cessaret.

446 DIVERSA tres occisi | diuerso mortis genere sunt, Lind. p. 293
quos poeta a tribus dicit esse prostratos.

448 INACHIDAE GEMINI Graeci gemini geminos Thebanos aggressi sunt quodam casu per errorem belli, et cum eos occidissent geminos per ignorantiam, querebantur, quoniam et geminos esse se meminerant.

452 ERRASSE QVERVNTVR nam nudatos armis agnouerunt.

454 LAVDAT AB ALTO uictum minoris dei posuit sacerdotem, ne potioris meritis derogaret.

456 ILLVSTRAT VTRIMQVE Tydeum et Haemona dicit, quorum uirtus in alternis belli partibus pro deorum fauore laudatur.

465 MIXTI ne alter alterius nomen incurrat.

472 NE DIXERIS ARGOS quasi tibi negauerint sepulturam.

473 ARDE tuo tibi telo concedimus sepulturam.

477 MAERA SACERDOS Maera nomen est proprium Lind. p. 294
sacerdotis.

---

1 solemni **MPa** solemniter **Pb** | sacrificauere **P** sacrifi//// *superscr.* cauere **M** | crudelitate **LMP** ‖ 2 sistinendis **M** ‖ 4 prouocabant **Pb** | inpositis **Pa** ‖ 5 corpore humano **L** ‖ 6 pueri *om.* **L** ‖ 7 *βωμινίκαι* **L** suo uominice **Pa** *corr. in* suo nomine **M** uerminice **Pb** ‖ 10 censaret **M** ‖ 13 gemini *del.* **M** *om.* **Pb** ‖ 15 occisis sese geminos ēē (*om.* per . . . se) **M** ‖ 16 etiam **P** ‖ 17 nudatis **Pb** ‖ 19 uictum uictum **M** ‖ 20 deregnaret **Pb** ‖ 21 utrūq' **M** | Aemonem **L** heimonā **M** hemonā **P** ‖ 24 alterius] alteri **Pb** ‖ 25 negauerint tibi **L** | negauerunt **Pa** ‖ 26 tuo *om.* **Pa** ‖ 27 proprium nomen est **L** est enim p. **Pb**

478 PROHIBENTE DEA excusauit, cur illis Venus auxilium non tulerit.

479 MATER AD ARAS orans pro uestra salute.

483 PLEVRONIS ALVMNOS Pleuron ciuitas Aetoliae. apud quam cum mortem Meleagri suae sorores deflerent, in aues dicuntur conuersae. ut supra ⟨IV 103⟩: 'fletaque cognatis auibus Meleagria Pleuron'.

485 OBVERSVM obstantem ab aduersa parte.

488 VTRIMQVE TEMPORA ex utraque parte diuisum est caput.

490 NON HOC METVENS insperato et nouo mortis genere periit. INOPINO LIMITE quia uitae limes semper est incertus.

493 SAEVVS VTERQVE DEVS quia neuter adiuuat decertantes. et Apollo et Liber.

Lind. p. 295 502 FIDA SOROR nouerca enim sorori uult Herculem repugnare.

506 SED MITTO AGNOSCERE subaudis: genus huic magnum nobileque. sed ἀποσιώπησιν fecit. ut Virgilius ⟨Aen. I 135⟩: 'quos ego —! sed motos praestat componere fluctus'.

507 COMMINVS HYLLVM Hyllus et Amphitryon Herculis et Omphales filii. hic autem Haemon genus tantum Herculis ducit. hoc autem dicit: tanta mihi tui est reuerentia, ut contra uoluntatem tuam nec pro liberis repugnarem.

510 QVANTVM HAEC docet poeta ingenio uirtutem cedere. nam id agit oratio Herculis blandientis.

514 TV PATREM CAELVMQVE MIHI dicit se Mineruae auxilio ad caelum usque perductum monstra uincendo.

---

1 Venus] dea **Pb** ‖ 2 non *om.* **M** ‖ 3 MATER . . . Pleu- *om.* **Pa** ‖ 5 quē **M** ‖ 6 flataque **M** fletoque **P** ‖ 8 auersa **M** ‖ 9 Vtroque **Pa** | tempore **MPb** ‖ 12 perit **Pa** ‖ 14 DEVS *om.* **LPa** deo **Pb** ‖ 15 et^{1} . . . Liber *om.* **M** ‖ 19 ut *om.* **L** ‖ 22 HYLVM **L** illum **MPb** | Hylus **LPa** *om.* **M** illis **Pb** ‖ 23 onfalę **M** onfalesu **Pa** | fili^{3} **M** *om.* **P** | Aemon **LPa** *om.* **Pb** | Herculis ducit tantum **L** ‖ 24 tantū **Pa** | est tui (*corr. in* tua) **M** ‖ 25 ut *om.* **Pb** | ne **Pa** ‖ 27 ait **LP** ‖ 28 MIHI *om.* **MP**

518 VVLTVS decor, quem paulo ante ira mutauerat.

520 TELA ROTAT quia iam Haemon tela irrita iaciebat.

523 IMPETIT composuit sibi uerbum 'impeto te'. VNI SIBI quod ipse solus possit excutere.

524 MARGINE PARMAE extremitate scuti.

527 HVMERI LIBRARE perstringere aut leuiter tangere.

534 IN LATVS IRAS Horatius ⟨carm. III 22, 7⟩: 'oblicum meditantis ictum'.

536 CERTA INDIGNATVS certa spicula mortem per- Lind. p. 296
agentia. siue quae possent ferire. indignatus Tydeus est Prothoum felici lacerto in hostem spicula certa torquere.

545 GAVRANO Gaurus mons Campaniae ulmis uitibusque contextus.

546 VTRVMQVE NEMVS suum et uitis.

550 LETVM PRAEDIXERAT ASTRIS VRANIE letum eius Vranie praedixerat Musa et conscia uicinae mortis eius astra monstrauerat.

556 TRISTIBVS propter incestum et parricidium Oedipi. Lind. p. 297

560 PLACEBANT ut ille transiret in feminam.

564 CEV SPECTETVR sic pugnabat, quasi uirtutis suae iudice spectaretur.

565 SVRGENTES crescentes, quia adhuc puer erat.

567 CONIVGE Ismene scilicet.

568 PRESSERAT sculpserat siue caelauerat.

569 TALIBVS non ualidis, sed pulchris.

570 GRASSATVS exstinguendo saeuiens.

572 SIC HYRCANA umbra Arabicae siluae. et est Arabia

---

2 Aemon **LPa** de monte **Pb** | irrita] regit **M** ‖ 3 Inpetit **Pa** impendit **Pb** ‖ 4 quod *om.* **M** ‖ 6 humeriṣ **Pb** ‖ 7 obliquum **LPb** ‖ 8 meditaris **LMP** ‖ 9 *ante* certa *add.* iā **M** | certa . . . indignatus *om.* **Pb** ‖ 10 Tydeus est] certa **Pa** ‖ 11 prothous **Pa** | felicia **P** | certa *corr. in* certe **M** ‖ 12 Gaurus *om.* **Pb** ‖ 15 LETVM . . ASTRIS *om.* **MP** | VRANIAE **L** | luctum *superscr.* ɫ laetū **M** ‖ 16 Vraniae **L** uranea **Pb** | et *om.* **Pb** | mortis eius uicinae **L** ‖ 19 PLACEBAT **LMP** ‖ 20 spectaretur **Pb** ‖ 21 spectare **L** cerneretur **Pb** ‖ 25 sed *om.* **M** se **P** | pulcris **Pa** ‖ 26 extinguenda **P** ‖ 27 VMBRA **L** | silua **Pb** | et est et **Pa** et eius **Pb**

inhospitalis. ut Virgilius ⟨Aen. IV 367⟩: ‘Hyrcanaeque admorunt ubera tigres’. CASPIVS subaudis Armenius.

574 MAGNI SANGVINIS tauri aut hominis.

577 SOLO CORPORE non uirtute Tydeum permensus est, sed corporis paruitate.

586 HAVSIT penetrauit siue percussit.

587 HAVD DVBIVM FATI procul dubio periturum.

589 ARCEAT IPSVM se ipsum dicit pudore tardari, ne sic turpes delicatasque de hoste exuuias domum referret.

591 ILLVDENDA ostendit arma morientis ita cultu ipso fuisse deformia, ut mulieribus ad illudendum tantummodo apta uiderentur.

Lind. p. 299 598 FALLIT ATYS ordo: lapsus Atys non fallit Menoecea clamore semianimi.

600 NEC PROHIBENT TYRII spoliabant Atyis cadauer Arcades nec repugnabant Thebani.

601 TERRIGENAS MENTITA quia degenerastis ab illorum uirtute, qui dicuntur draconis dentibus satis de terra progeniti.

604 PIGNORA TANTA coniuges liberosque.

608 INNOXIA PROLES dissimiles fratribus.

610 NEC MALA id est bella praesentia.

614 NVTAT dubitabant germanae, cui magis fratrum timerent.

615 EXSVL Polynici tamquam exsuli plus fauebant.

2 audis **Pb** ‖ 3 tauri *om.* **Pb** | homines **M** ‖ 5 paruitatem **LPb** prauitatem **Pa** prauitate *corr. in* paruitate **M** ‖ 8 ne] ut **Pb** ‖ 9 delicatas **MPa** | exuuias de hoste **L** ‖ 10 irridenda **Pb** | culta **M** cubitu **Pa** ‖ 15 Atys **LP** ‖ 17 Terrigene **Pb** | MENTITA *om.* **MP** | qui degeneratis a genere Adrasti et illorum **L** ‖ 18 qđ **M** ‖ 21 *post* fratribus *in* **P** *scholion sequitur, quod ad u. 510 spectat*: Aegis id est ego sub aegide id est pelle leonis constitutus quotiens laborauerim. supple ‘tu nosti et exilium mihi praebuisti’. aegis proprie est pellis Amaltheae caprae, quam Iuppiter fertur tenere. sed hic posuit pro pelle leonis, quam ferebat Hercules ‖ 22 *schol. 610 et 614 in* **MP** *secuntur post schol. 616* ‖ 23 mutantur **Pb** ‖ 25 *schol. 615 in* **LMP** *ante schol. 619 legitur* | pollinices **M**

616 SIC PANDIONIAE uolucres dicit propter Prognen et Philomelam, quae filiae Syrii erant Pandionis ac per hoc moribus bonis eruditae, quae se non oderant. ut alibi ⟨Theb. VII 479⟩: ‘hinc atque hinc natae, melior iam sexus’. ad mores m e l i o r e m s e x u m rettulit, non ad naturam.

619 MVRMVR confusus sonitus lacrimantium et sine significatione uerborum.

623 QVAE DECEPTA FIDES fides est in somniis, quae uidimus, decepta, quia falsa sunt, quae uidimus.

626 TRACTAREM SENSV excusauit, quia illa uidere dicimur in somniis, quae habemus in uoto.

629 NESCIO QVO eleganter affectum uirginis expressit poeta. dicit enim se nuptiarum ordinem ignorare.

630 NON SPONTE SOROR dicit se casu aberrantibus respexisse oculis.

637 RECEPTVS ab hostibus liberatus.

640 CLIPEO nam super clipeum ferebatur.

645 SAEVVS PVDOR qui officium prohibebat.

646 SVMMVM ultimum.

648 FORTITER ORA cum ei diceretur praesens esse Ismene eius sponsa.

651 BEATA MORTE qua faciente funus filii non potuit cernere.

655 ALIIS SERPENTIBVS recentioribus, quasi primi defecissent. Lind. p. 300

658 LVCEAT ENSIS quasi purus sanguine.

663 ILLVM FVGIVNT Tydea scilicet, quem cuncti acriter formidabant.

1 SIC . . . Pandionis *om.* **M** | SIC *om.* **P** | uolucres **P** hoc **L** | Prognem **LP** ‖ 2 philomenam **Pb** philom̃ta **Pa** | Scyrii *coni. Vollmer.* | ferunt syrii **Pb** | pandionij **Pa** ‖ 5 rettulit meliorem sexum **L** ‖ 9 Qui **Pa** | FIDES *om.* **Pb** | in *om.* **Pb** | sōnis **MPb** | quae] qua **L** quia **MP** ‖ 10 uidemus **Pb** ‖ 11 quod **L** quo **Pa** | dicimus **LP** ‖ 12 somnis **LMP** | habeamus **L** ‖ 13 expressit affectum uirginis **L** ‖ 14 enim *om.* **L** ‖ 18 clipeo *?* ‖ 19 quia **Pb** ‖ 21 presentem esse hismenem eius sponsam **Pb** ‖ 28 acriter cuncti **L**

665 REPENDERE NOCTEM restituere, in qua quinquaginta insidiantes sibi Thebanos occiderat.

666 INEXPLETIS pro inexplebilibus. ad caedem transtulit uel quod ad suum animum pertinebat, quem Thebanorum contentum caede tantorum . . .

671 VBI AVTEM sic dixit, quasi in recordationem nominis illius casu inciderit.

674 FVLGORE ornamento diadematis regii.

675 FLAMMIGER ALES aquilam dixit, quae Iouis fulminibus seruit.

Lind. p. 301 678 IN ARMA PALAM tangit illud, quod occulte illi insidiatus est, et dicit se aperta luce uirili modo uelle confligere.

688 PECCAVIT elocutio speciosissima, quae hoc significat: cuspis missa in Eteoclem peccauit in perniciem Phlegyae, quem percussit.

691 NOCTE SVB ATRA in qua est molitus occidere.

694 ILLVM iuuencum.

697 ILIA TORVI ad mortem tot homines, quot membra sunt.

Lind. p. 302 706 GENTILIS APER de ea gente, unde Tydeus fuerat. id est Calydonius, qui a Meleagro occisus est. et hic aprum pro pelle posuit. NVSQVAM ARDVA CONI GLORIA decusso coni ornatu nudato uertice impressisque fragmentis galeae ossa sunt capitis calefacta. ut Lucanus ⟨VI 193 sq.⟩: 'et galeae fragmenta cauae compressa perurunt tempora'.

707 GRADIVVS in catalogo, dum arma ipsius poeta

---

1 reprehendere **Pb** ‖ 3 pro *om.* **Pb** | inexplebilis **LPb** inexpletus **M** inexpletis **Pa** ‖ 4 quem] quā **M** que **Pb** ‖ 5 caede contentum **L** | *exciditne* negat? ‖ 8 regii diadematis **Pb** ‖ 9 quare **M** ‖ 12 se dicunt **M** ‖ 14 PECCANT **L** | quae] p **Pa** ‖ 17 *schol. spectare uidetur ad u. 679* NOCTEM | *post* ATRA nocte *inseruit* **M** ‖ 21 un *corr. in* unus **M** ‖ 23 NVSQVÂM . . . tempora *post schol. 707 praeb.* **LMP** ‖ 24 impressique **P** inpressisque **M** ‖ 25 sunt *om.* **Pa** | ut *om.* **Pa** | Virgilius **LMP** ‖ 28 cum **L**

describeret, ait ⟨Theb. IV 111⟩: 'patrius stat casside Mauors'.

710 VOLVVNTVR IN ARMA de capite in scuta cadebant.

712 SANGVINE TORRENS fluuium fecerat sudoris et sanguinis.

714 LVMINA PARMA quia erubescebat Minerua facere uirtutem.

717 NON EMINET AVCTOR non est ausus gloriari Melanippus se auctore [uirtutum] interemptum Tydea.

718 ASTACIDES missor. lanceae hic descriptio et ex insidiis iaculantis Melanippi.

724 PER OPPOSITOS eum intuentes.

727 PERIT EXPRESSVS Lucanus ⟨III 679⟩: 'hostilem cum torserit, exeat, hastam'.

728 QVIS ARDOR exclamatio per interpositionem.

733 RECEDERE CAELVM ad opinionem rettulit morientium.

736 NON OSSA PRECOR non quaero, ut membra mea hono|rent patriam sepulturam, non ut ossa tumulo humata Lind. p. 303 seruentur. odi enim corpus, quod spiritum uirorum fortium pugnantium deserit.

741 FEFELLIT me scio enim certa in Melanippum tela torsisse.

742 ARGEI Argiui.

743 HIPPOMEDON maritus Nealcis, Adrasti filius.

744 ARCAS quia Tydeo uiuente hunc secundum, id est Parthenopaeum, fuisse constabat.

750 CLAMANTIBVS cum admiratione fauentibus.

---

3 VOLVVNTVR *om.* **MP** ‖ 8 Menalippus *ut semper* **LMP** ‖ 9 uirtutum *om.* **L** ‖ 10 MISSOS **L** misso& **Pb** | et *om.* **M** | ex *om.* **P** ‖ 11 Menalippi iaculantis **L** ‖ 12 pre **P** | oppositis **Pa** opposito **M** ‖ 14 dum **LMPb** autē **Pa** ‖ 18 membra] ossa **Pb** ‖ 19 onerent *Mon.* **Pb** | humato seruarentur **M** ‖ 20 enim *om.* **Pa** | fortiter? ‖ 22 scio enim me **LPb** scio me **Pa** ‖ 24 ATREI **LM** Altera **Pa** rhitri **Pb** ‖ 25 inalcis *corr. in* nealcis **M** | Adrasti filius *mendosum puto* ‖ 26 *maior scholii pars pertinet ad* IAM MAXIME | quę **M** | uiuente *Grotius* iubente **LMP** | id est] primum **L**

751 VVLTVQVE OCCVRRIT quia retentus uulnere toto non potuit corpore subleuari.

753 AGNOVIT IN ILLO id est: tam illum spirantem animam quam se.

755 GLISCIT irascendo in maius accenditur.

756 DVBITANTIA FIGI quia his, quibus recens mors est, oculi uidentur errare.

762 NEC COMITES AVFERRE VALENT non ualent Tydeo caput tollere Melanippi.

765 LAMPAS scelera enim uisa aut igni aut aqua purgantur.

766 ELISOS fluuius est.

COMMENTARIVS IN LIBRVM IX.

Lind. p. 304 Eteoclis allocutio hortantis exercitum, ut rapiant corpus Tydei. nuntius mortis Tydei ad Polynicen et eius lamentatio uel allocutio Hippomedontis. pro cadauere Tydei dimicatio. factio Furiae auertentis Hippomedontem a defensione cadaueris. ablatio ipsius cadaueris. allocutio Hippomedontis ad equum Tydei et eius pugnae diuersae in Ismeno flumine. cuius cum nepotem occidisset nomine Crenaeum, matre lamentante et conquerente commotus fluuius coepit contra Hippomedontem undas mouere. mors equi Tydei. pedestre certamen Hippomedontis in fluuio.

3 Agnouimus **Pa** | id est *om.* **L** | expirantem **L** ‖ 5 Gliscunt **Pb** ‖ 6 fugi **Pa** fligit **Pb** | mors recens **L** receus uirgo **Pa** ‖ 7 oculis **M** ‖ 9 tollere caput **Pb** ‖ 10 enim *om.* **Pb** | iussa **Pb** ‖ 12 ELYSOS **L** ‖ Explicit liber VIII. Incipit liber IX. **Pa** ‖ 14 rapiat **Pb** ‖ 15 ad *om.* **Pa** | pollinicē **MPb** ‖ 17 emicatio **M** | Hippomedontem . . . allocutio *om.* **Pa** ‖ 18 ad defensionē **M** | Oblatio **L** ‖ 19 equm **Pb** | ut **Pa** ‖ 20 Hismeno **LP** | cum *om.* **M** ‖ 21 creueum **P** | lamentate **Pa** *corr. in* lacrimante **M** | (et *om.*) ea querente **P** | conmotus **Pa**

conquestio Hippomedontis, quod in fluuio moreretur. Iunonis apud Iouem de hac re querela. mors Hippomedontis. mors Hypsei, Ismeni fluminis filii, ducis Thebani. somnium Atalantes praesagium de morte filii Parthenopaei. deploratio eius in templo Dianae. profectio ad auxilium Parthenopaei. occursus Apollinis et de eius morte uaticinatio. aduentus deae ad Thebas, et quibus artibus tutata sit puerum. indignatio Martis contra Dianam Venere stimulante. Dryantis electio. mors Parthenopaei cum allocutione ad Dorceum, custodem suum.

1 ASPERAT AONIOS RABIES AVDITA CRVENTI TYDEOS crudelitatis arguitur, quia caput hostis moribundus absumpsit. Lind. p. 305

4 FAS ODII quod ultra fas et illicita crudelitate in mortui hominis cadauer ita furit.

7 RETRO TORSISSE IVGALES tanta crudelitas in scelere Tydei fuit, ut etiam cruentum numen nefas horruerit.

11 VRNAE uasa, in quibus mortuorum ossa conduntur.

17 SOLATIA LETI εἰρωνικῶς. id est pulchri pro ‘crudelis’. Lind. p. 306

19 FERRVM FACESQVE ‘tenemus’ subaudis.

23 FVGAM id est hiatum terrae.

24 HVMVS solum patriae suae.

28 INCESTARVM AVIVM id est humano sanguine pollutarum, siue quia cadauera eminus sentiunt. AVRA NOCENTEM id est mortibus uitiatam. ut Lucanus ⟨VII 830⟩: ‘aera non sanum motumque cadauere sentit’.

1 Iunonis . . . querela *om.* **Pb** ‖ 3 Hismenii **L** hismeni **MP** *Asopi est filius* | filii *om.* **LPa** fluuii **Pb** ‖ 4 Atalantis **L** athlantis **MP** ‖ 5 profectio . . . Parthenopaei *om.* **Pa** ‖ 6 uaticinatio *om.* **Pb** ‖ 7 et *om.* **Pb** | tuta **Pa** ‖ 8 matris **LPa** ‖ 9 (cum *om.*) allocutionem̤ **Pb** ‖ 10 Orchedum **L** orcheū **MPb** horchedum **Pa** ‖ 11 ASPERAT . . . AVDITA *om.* **MP** | Tydeus **LPb** ‖ 12 arguitur crudelitas **Pb** | assumpsit **Pb** ‖ 14 inlicita **MPa** ‖ 15 fuerit **LP** ‖ 16 RETRO TORS. *om.* **MP** ‖ 17 fugit **M** ‖ 19 *schol. 17 et 19 post schol. 55* MIHI *praeb.* **P** | (h)ironicos **LMP** | pulcris **Pa** ‖ 21 subaudi **LPb** ‖ 24 id est *om.* **L** ‖ 25 cadauer **M** ‖ 27 motum cadauera **LM**(**P**)

29 SINE FVNERE id est sine mortis officio.

Lind. p. 307 38 SVADETQVE suadere uult, quod nimia uirtus faciat semper incautos. siue illud magis asserit, quod interdum nimia uirtus consilio careat.

55 TANTI EMPTA MIHI id est Tydei morte.

61 PRIMAE noctis sacrae.

68 TELAMONA hic Meleagrum dicitur unice dilexisse, ut Theseus Pirithoum.

70 QVIS CRVOR quantus, quia et sanguine fuerat Tydeus aspersus.

72 INVIDIT PATER tantae uirtutis uult ostendere Tydeum fuisse, ut etiam patris sui Martis tangeretur inuidia.

Lind. p. 308 75 HVC VSQVE usque adeone furuit, ut inimicos dentibus suis assumeret? VLTRA SOSPES EGO tibi superstes sum? cum exprobratione dicitur. ut Virgilius ⟨Aen. X 849⟩: 'morte tua uiuens'.

88 COLLATA sub scuto curuata.

90 FIXERAT inhaeserat.

92 DE CAELO METVS tempestatum causa.

93 RIGENTEM durum.

95 SIMVL ELICIT HASTAM simul et uerba profert et ictus praeparat Eteocles.

Lind. p. 309 96 NON PVDET HOS MANES id est cadauer intueri.

102 NVLLA IMPIA MONSTRA ita Tydeum Melanippi cadauere funestatum dicit, ut corpus eius horreant etiam ferae consumere.

105 ORBE SECVNDO clipei. ostendit non unius tegminis Hippomedontis scutum fuisse.

107 EXCELSO TERRORE pro 'excelsi terroris'.

---

1 SINE *om.* **MP** ‖ 2 SVADETQVE . . . siue *om.* **Pa** ‖ 5 *schol. 55 et 61 om.* **L** | tanto *corr. in* tanti **M** | Tydei *scripsi* Eteoclis **MP** ‖ 9 quia *om.* **MPb** | Tydei fuerat **L** | thidei **Pa** tydei/// *superscr.* † a **M** ‖ 13 fuerit **L** fur///i///t **M** fuerint **Pa** ‖ 14 suis *om.* **Pb** | absumeret? | VLTRO **L** ‖ 15 exprobatione **LPa** *corr.* **M** expectatione **Pb** ‖ 16 uiuos **P** uiuo **LM** ‖ 17 conlata **MPb** ‖ 19 tempestū **M** ‖ 24 inuia **MPa** uia **Pb** | Menalippi **LMP** ‖ 26 comedere **Pb** ‖ 29 excelsis **MPb**

109 INGLORIA indecora.

112 RECIPIT irruit in hostes recipitque se.

116 TVNC PRIMVM FETA in primo enim partu maior est fetus affectio.

121 REDDERE TELA in se ab hostibus missa in ipsos iterum retorquere.

122 PRAEPETIS aut altissime posuit uolantis — ut Virgilius ⟨Aen. V 254 sq.⟩: 'quem praepes ab Ida sublimem' — aut certe augurem sequentis.

125 CVNCTATA morata.

127 PHOCEA de Phocea regione. TANAGRAEVM Arcadicum.

129 SPES pro metu.

135 PRENSO CRINE CAPVT id est Tydei cadauer. Lind. p. 310

136 MINAE terrores hostium.

148 SED MEMOR ELYSII qui scelera solet ulcisci. non enim exciderant Tisiphones animo scelera, quae Tydeus parricidio perpetrarat. siue quod nuper Melanippi caput assumpserat.

153 TENVERE SILENTIA Furiarum nulli crinibus sibilarunt angues.

155 BLANDA GENAS non horrore terribilis.

156 ADMIRATVRQVE quia latebat causa, mirabatur in se Hippomedon timorem.

166 LIBRABATQVE METVS dubitabat, cui magis, Tydei cadaueri an Adrasto, subueniret.

170 REVOCENT utrum se socii sui quasi inualidi reuocent a protegendo Tydei cadauere.

---

2 inruit **P** ‖ 3 CVM **L** | pastu **M** ‖ 4 affectio foetus **L** ‖ 7 ut *om.* **L** ‖ 8 sublimem rapuit **L** ‖ 12 Arcadium **L** ‖ 14 PREHENSO **LM(Pb)** | CAPVT *om.* **MPb** ‖ 15 MINAS **L** minuit **Pb** ‖ 16 quę **P** ‖ 17 tysiphone **MP** ‖ 18 patrauerat **Pb** perpetraret **M** ‖ 19 absumpserat **Pb** ‖ 20 TEN. SIL.] Impius ignis quem **P** | nullis **LM** null' **Pa** | criminibus **MPa** *om.* **Pb** | sibilarum **MPb** ‖ 22 GENAS *om.* **MP** ‖ 23 Admirat'que **M** admiranturque **Pb** | q̃ **M** ‖ 24 hippomedontis morem **P** (mores **Pb**) ‖ 26 cadauer **M** | subueniret *om.* **M** ‖ 27 quasi] ut **Pb** *om.* **L** | ualidi **L** ‖ 28 a protegendo Tydei *om.* **M** | ad protegendum Tydei cadauer?

Lind. p. 311 174 CERASTAE quando ab armato milite in priorem transfigurata est formam.

178 VICTORQVE VLVLATVS quod est luctus et laetitiae ululatus. ut Virgilius ⟨Aen. IV 168⟩: 'summoque ulularunt uertice Nymphae'.

180 PRO DVRA exclamatio per interpositionem.

183 LIMES siue equiti siue pediti uia dabatur Tydeo a fugientibus hostibus.

185 IMPVNE LACESSERE delectabat Thebanos secure insultare cadaueri.

195 GLORIA LVCO de uenatione gloria aut de ferrea magnitudine. luco uero aut Dianae aut Siluani. alia sunt, quae figuntur, alia quae a pastoribus templorum tholis suspenduntur. dentes et cornua figuntur, pelles et alia suspenduntur. ut Virgilius ⟨Aen. IX 408⟩: 'suspendiue tholo aut sacra ad fastigia fixi'.

Lind. p. 312 201 SOLVTI aut fracti aut a frenis liberi.

202 IMPEDIVNT retardant. FEMVR Hippomedontis scilicet.

203 REGIS ECHIONII supra ⟨uu. 104 sqq.⟩ enim te telo Eteoclis dixit femur Hippomedontis fuisse transfixum: 'quod in aere moratum transmissumque tamen . . .'

207 FREMENTEM poetis licet equis humanos sensus dare. dicit ergo poeta equum Tydei doluisse mortem domini. ut Virgilius ⟨Aen. XI 89 sq.⟩: 'post bellator equus positis insignibus Aethon it lacrimans'.

208 AVDENTIOR fretus Hopleus auxilio equi audebat hostiles peditum cateruas impetere.

---

1 priore **M** ‖ 2 forma **MPb** ‖ 3 q' **M** quia **LP** ‖ 6 PRO DVRA *scripsi* PRAECORDIA **LMP** ‖ 9 In hunc **M** | securo **M** ‖ 11 aut] ut **Pb** | ferea **L** ‖ 12 *post* magnitudine **M** *praeb.*: rura ouiliaque uastauerat | lucio **M** | siluano **MPa** ‖ 13 fi///guntur **M** ‖ 14 et^{1}] in **Pb** ‖ 16 sacra *superscr.* supra **M** *om.* **Pb** ‖ 17 aut^{2} *om.* **Pa** | liber **Pa** liberū **M** ‖ 18 Inpediunt retardunt **M** ‖ 19 scilicet . . . Hippomedontis *om.* **MPb** ‖ 21 fuisse *om.* **M** ‖ 22 in aere . . . tamen *om.* **Pb** | transfixumque **M** | tantum **L** tamen *post* FREM. *praeb.* **M** ‖ 24 equm **Pb** | desoluisse **M** ‖ 25 equs **Pb** ‖ 27 equi *om.* **Pb** ‖ 28 impetum **Pb**

209 NOVA PONDERA Hippomedonta.

213 SATIABERE CAMPO cursu uel pastu.

216 EXTORREM in exsilio degentem, quasi cuius umbra careat patria sepultura. NEV TV QVOQVE ut ego eum relinquens laesi manes Tydei.

218 FVLMINE RAPTVM intellegi uult poeta exhortationes Hippomedontis equum sensisse, cum significat eum in uindictam domini tantae uelocitatis nimietate correptum.

219 SIMILES HABENAS non impares domini uiribus. habenas enim pro rectore posuit.

221 IPSVM partem Centauri, quae hominem profert.

222 CAMPVS subaudis 'tremescit equinam partem semiferi'.

223 ILLE SVPER Hippomedon. NECOPINA quia maxima celeritate et subito necopinantes oppressit.

224 POST TERGA CADENTES tanta celeritate fugientibus absciderat capita, ut eo transeunte occisorum caderent corpora.

226 SIGNA MALI interpositio est. id est: haec erant Lind. p. 313
indicia de Hippomedontis exitu.

227 ILLA BREVIS REQVIES mora fluuii fugientibus Thebanis tardatione Hippomedontis paruam requiem tribuit.

228 HOSPITA BELLI noua cladibus, quae adhuc nullo fuerat belli cruore fuscata.

231 ADVERSAE contra positae.

233 ATTONITIS Thebanis. LONGVM interpositio a mora.

234 SICVT ERAT id est armatus.

235 COMMENDAT SPICVLA sua scilicet, ne eum in flumine impedirent.

---

1 hippomedonti **M** ‖ 4 patria *om.* **M** | NEV *om.* **MP** | ut *om.* **Pb** | eum ego **L** eum **P** ‖ 5 manes lesi **Pb** ‖ 6 intelligi **LP** | et hortationes **Pb** ‖ 7 eqū **Pb** | sign.] fingit **LPb** ‖ 9 inpares **M** ‖ 11 q̃ **Pb** huc **Pa** | praefert **L** ‖ 12 subaudi **Pb** | tremiscit **LP** ‖ 19 huius **Pb** ‖ 20 de *om.* **MP** | exitij **Pb** ‖ 21 Ille *superscr.* a **M** (!) ‖ 22 et tardationis **L** et (t)ardationē **MPa** *om.* **Pb** | tardatione . . . 233 Thebanis *om.* **Pb** ‖ 23 fuerat nullo **L** ‖ 29 ne *om.* **Pb** ‖ 30 inpedirent **Pa**

238 SVB VNDIS hoc est: quantum poterant eorum spiritus sub undis durare. Lucanus ⟨III 697⟩: 'animam seruare sub undis'.

239 TVRPE LATENT pro 'turpiter celantur'.

240 SED VINCLA TENENT calciamentorum stricturae.

241 DEDVCIT PECTORA mergit aut trahit fluminis alueo.

Lind. p. 314 245 TVRBA LACVS piscium multitudo.

247 EMICET id est delphinus. CARINIS ut magis eligat carinis illudere quam insequi pisces.

251 QVAERIT HARENAS titubat equus flumen ingressus et quaerit campum, ubi firmos solet gressus infigere.

253 RELICTO quia iam prope riuum euaserat fugiens.

254 STAMINE PRIMO id est: erat notio uel institutio Parcarum.

255 ABLATVM negatum fatis, ut in fluuio potius moreretur quam in terra.

257 VTRVMQVE TIMET et Hypseum et Hippomedonta, quoniam uterque in flumine dimicabat.

260 REDEVNT aquarum impulsu reductae.

263 SVMMA VAGIS superficies aquarum.

265 OBVIVS AMNIS exeuntem spiritum aqua infusa gutturi retardabat id est non sinebat spiritum exire de corpore.

Lind. p. 315 274 RESOLVTVS amplexu fratris liberatus flumen euadere.

277 NVDATO GVRGITE quia astringit uertigo fluuii natantes et non dat spatium euadendi.

280 MILLE MODIS LETI quia mori coeperat unusquis-

---

1 unda **Pb** | hoc *om.* **Pa** | quam **MPa** ‖ 2 unda **Pb** ‖ 4 latitat **M** latere **Pb** | caelentur **M** ‖ 5 uincula teneant calecamtorum ꝑ structure **M** ‖ 6 fluminis alueo *om.* **Pa** ‖ 7 TVRBA . . delphinus *om.* **Pa** ‖ 8 id est] scil. **L** ‖ 9 inludere **MPa** ‖ 10 equs **Pb** ‖ 11 solet figer̄ gressus firmos **Pb** ‖ 12 ruī **Pa** ripam **LMPa** ‖ 13 primū **Pb** ‖ 15 flumino **M** | quam moreretur **MP** ‖ 17 VTR.] terra quia **M** | TIMET *om.* **L** tam **Pa** | et¹] s (= scil.) **Pb** | hyppomedontē **MPa** ‖ 19 *schol. 260 et 263 om.* **LPa** | inpulsu **M** ‖ 20 supficiem **Pb** ‖ 21 spiritum . . . sinebat *om.* **Pb** ‖ 25 NODATO **L** | fluminis **L** ‖ 27 modos **M**

que. sic Lucanus ⟨III 689 sq.⟩: 'mille modos inter leti mors una timori est, qua coepere mori'.

281 INDVIT totum pertransiit.

282 AVCTOR qui uulnus infixerat, nusquam apparebat. Virgilius ⟨Aen. IX 748⟩: 'neque enim is teli nec uulneris auctor'.

283 EFFVGIENS hasta, dum impetu gurgitis traheretur, inuenit.

284 AETOLVS Tydei equus, quem Hippomedon sedebat.

290 CERTIOR id est fixior. sedens equum magis titubabat. siue certior uelocior.

291 ANTHEDONIVMQVE Anthedon est ciuitas Boeotiae.

293 PANEMO ex duobus geminis nomen alterius.

294 VIVE SVPERSTES e contrario ait Virgilius ⟨Aen. X 600⟩: 'et fratrem ne desere frater'. hic, ut deserat fratrem, hortatur.

295 NON DECEPTVRE PARENTES id est: ut in unius uultu desinant parentes ex similitudine filiorum errare. Virgilius ⟨Aen. X 393⟩: 'at nunc saeua dedit uobis discrimina Pallas'. Lucanus ⟨III 608⟩: 'et amissum fratrem lugentibus offert'.

299 INHVMATVS AD IGNES neque circa rogos uestros flebilis umbra Tydei et stridorem et lamenta dabit dolens, quod ipsa non meruerit rogum. Lind. p. 316

300 PABVLA MONSTRIS ut Virgilius ⟨Aen. X 560⟩: 'piscesque impasti uulnera lambent'.

301 PRIMORDIA SOLVIT hoc est: cum corpus eius non fuerit concrematum, redigetur in puluerem et redibit in

---

2 mors . . . pertransiit *om.* **Pa** | timorem (*om.* est) **LM(Pb)** ‖ 3 tantum **M** ‖ 4 infixerat **Pb** | parebat **LPa** ‖ 5 his telis **LMPb** in stellis **Pa** ‖ 9 equs **Pb** aequū **Pa** ‖ 10 id est *om.* **Pb** | equm **Pb** ‖ 12 Antedone (*om.* est) **LMP** | Boeotiae *scripsi* est Euboeae **LPb** oeubo ēē **M** occubo esse **Pa** ‖ 13 PALAEMON **L** parit hermo **P** panhemo **M** ‖ 14 e *om.* **P** | ait *om.* **Pb** ut **M** ‖ 15 ne . . . fratrem *om.* **Pa** ‖ 17 id est *om.* **Pb** ‖ 19 at *om.* **M** | dura *Vergilius* ‖ 22 vestros rogos **L** ‖ 23 undora **Pa** unda **M** *om.* **Pb** ‖ 24 q **M** ‖ 25 ut *om.* **Pb** ‖ 26 inpasti **M** | labunt **Pb** ‖ 28 redit **MPa**

principium sui, quia omnis dicitur caro terrena esse. quam opinionem secutus Lucanus ait ⟨VII 845 sq.⟩: 'quam sol nimbique diesque longior Emathiis resolutam miscuit aruis'.

307 CAPHEREOS ARCEM Caphereus mons Euboeae est insulae, iuxta quem Graeci propter cautes asperas passi sunt tempestates. ut ipse in Achilleidos ⟨I 93 sq.⟩: 'nocturnaque signa Caphereus exseret et dirum pariter quaeremus Vlixem'.

310 HEV CVIVS NAVFRAGVS VNDAE exclamatio indignantis. perit in fluuio, qui marina naufragia saepe transierat.

312 DVM SOCIOS ad quos confugiebat auxilia petens.

Lind. p. 317 318 DEPELLERE FAMAE memoria praeterita repetere et obliuionis squalorem damnumque repellere.

319 ISMENIDE ex Ismeni fluminis filia Ismenide natus.

321 PRIMA DIES quando natus est.

324 ADVLANTEM adulat: alluit ac blanditur, interdum supplicat.

326 SVBIT OBVIVS id est contra fluuium natat.

327 REVERTITVR AMNIS cum natante puero in originem suam recurrit.

328 ANTHEDONII Anthedon ciuitas Glauci, qui deus maris est factus gustata herba, qua pisces mortui animam receperunt. INGVINA a qua parte fuerat transformatus.

331 TARDVMQVE FERIT uerbere exagitat delphinum, quo portabatur Palaemon.

---

1 caro dicitur **L** | esse terrena **LP** ‖ 3 Emathiis] Thessalicis **MP** | aruis *om.* **L** ‖ 4 CAPHAREOS **LMP** | ARCEM *om.* **LPa** caphareus **LMP** | est Euboeae **L** | est *om.* **Pb** | euboee insulę est **Pa** euboeē insulę **M** ‖ 5 quam **MPa** | pp̄ **M** | asperos **L** ‖ 6 tempestatem **Pb** | Achilleide **L** achilleos **M** ‖ 7 ultorque **MPa** uictorq; **Pb** | signa *om.* **MP** *post* exeret *praeb.* **L** | Caphareus **LMPb** | exeret *corr. in* exercet **M** | durum **Pa** ‖ 8 ulixen **MPa** ‖ 9 NEV **L** | NAVFRAGVS . . . marina *om.* **Pa** | naufragias . unde **M** ‖ 11 petens auxilia **LP** ‖ 13 pellere **L** ‖ 14 hismenis **M** | hismeda *ins.* ne **M** *om.* **Pb** | natus] *om.* **M** natus Priamides **L** ‖ 16 adulatur **L** adulatus **Pb** | alludit ac **LM** illut e **Pa** aluit ac **Pb** ‖ 18 id est *om.* **MP** ‖ 19 Remittitur **M** ‖ 21 Anthedos **LMP** | ciuitas] est **Pb** *om.* **M** ‖ 22 maris *om.* **Pb** ‖ 23 transformatus fuerat **L** ‖ 24 -QVE *om.* **MP** | fuerit **MPa** ferunt **Pb** | a quo **L** in quo **Pb**

333 CAELATVR ORIGINE GENTIS gentis suae siue generationis pictura nitebat.

337 IRE PVTES ad picturae laudem poeta mobilitatem immobilibus dedit. Virgilius ⟨Aen. VIII 691 sq.⟩: 'pelago credas innare reuulsas Cycladas aut montes concurrere montibus altos'.

338 NON DISCOLOR non dissimilis mari multarum incremento aquarum.

341 LERNA palus est Graeciae, in qua serpens plena capitibus eminebat.

342 DEVMQVE ALTRICES Liberi patris et Herculis. ergo numinum haec sunt fluenta.

344 CVMVLO aquarum multitudine in unum congregata.

345 VVLNVS RETENTVM quod opposita mole aquarum conatus est fluuius retardare. siue u u l n u s hastam dixit. ut Virgilius ⟨Aen. II 529 sq.⟩: 'illum ardens infesto uulnere Pyrrhus insequitur'.

347 VTRAEQVE ambae fluminis ripae.

348 CAVAE quia naturaliter loca concaua grauius sonant.

350 MATER cum extrema uoce moriens matrem uocaret, extremum spiritum unda superueniens clausit.

351 GLAVCARVM uiridium Nereidarum. Lind. p. 318

353 FVRIBVNDA attonita.

359 CONFINIA PONTI id est: in qua parte se mari iungebat Ismenos, mutans colorem et saporem.

361 [ALCYONE Ceyx, filius Luciferi, habuit uxorem Alcyonen. a qua cum prohibitus isset ad consulendum Apollinem de statu regni sui, naufragio periit. cuius corpus cum ad uxorem delatum esset, illa se praecipitauit in

---

1 ORIG. GENT. *om.* **MP** | suae *om.* **L** ‖ 2 nitebat . . . poeta *om.* **Pb** | nitebat~/ **M** ‖ 4 Virgilius *om.* **LMPa** ‖ 7 decolor **Pb** d'color **Pa** ‖ 9 est *om.* **LPa** ‖ 10 capitibus . . . ALTRICES *om.* **Pb** ‖ 11 (D)eū **MPa** ‖ 14 apposita **Pb** ‖ 15 cū natus (*om.* est) **M** ‖ 17 insequitur *om.* **MP** ‖ 19 grauissimo **Pa** ‖ 21 in extremo **L** extremo **Pb** ‖ 26 Hismenos **LMP** ‖ 27 Ceyx . . . hae alcyones *om.* **M** | (H)alcyonem **LP** ‖ 28 prohiberetur ire **L**

pelagus. postea miseratione Thetidis et Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quae alcyones uocantur. notandum autem: cum de muliere dicimus, haec Alcyone facit, cum de auibus, hic et haec alcyone, hi et hae alcyones.] alcyones aues marinae, quae hieme in mari nidificant et pullos nutrire dicuntur, qui dies septem tranquillissimum pelagus faciunt.

367 OBSTAT non sponte, sed limo et cadaueribus turbatus.

369 RECLINAT supinat, ut uultus possit mortuorum rimari.

373 IMPVLIT retorsit ad fluuium.

Lind. p. 319 376 TRIBVERE PARENTES quia dicit Aristoteles post annorum milia et Nymphas et Faunos perire.

378 MITIOR HEV MISERO qui in sidera raptus non sit.

383 VNDARVM propter Ismenon. NEMORVM propter Faunum.

386 AMBITVS quia rogabant tibi in matrimonium sociari.

387 MANSVRA PROFVNDO melius fuerat in mari me tecum exstingui.

390 DVRE PARENS Ismene, immisericors pater.

397 IVSTA TVORVM iusta dicuntur sollemnia funerum.

398 NON HIC SOLVM habebis causam aliam lacrimarum propter Hypseum . . . filium, quem postea Capaneus occisurus est.

401 NONDVM NEREIDA cum adhuc in Nympham minime fuisset mutata et fieret dea iuxta Ismenum, ubi fuerat demersa.

---

3 cum] arcū **Pa** articulū **Pb** ‖ 4 facit *om.* **Pb** | hi et hae *om.* **P** ‖ 5 halciones i. aues **L** alcione alciones aues **P** ‖ 7 faciunt pelagus **L** ‖ 8 sed] si **M** | turbatur **MPb** ‖ 10 mortuorum uultus possit **L** ‖ 13 tabuere **Pb** ‖ 15 *schol. 378 om.* **M** | miser quod **Pb** ‖ 16 hysmen **Pa** hismenem **Pb** ‖ 18 tibi *om.* **M** ‖ 21 inmisericors **M** ‖ 22 Iuxta . . . iuxta **MPa** ‖ 23 habetis **L** | aliam *om.* **Pb** ‖ 24 Hypseon **L** | funere filium **LPa** funere funere **Pb** funerū filium **M** *latetne nomen proprium?* | occidit **L** occis' est **Pa** ‖ 26 cum adhuc *om.* **Pb** ‖ 27 mutata fuisset **L** | hysmen **Pa** ismenen **Pb**

403 RESPVIT INFANS Palaemon uidendo flentem suam matrem et undas torsit, quae illam ad se traxerunt. constat autem eam dolore praecipitasse se, postquam inuita filium proiecit in mare.

406 ANNVS IN AGROS pluuiis meliora frugum incrementa proueniunt. Lind. p. 320

407 QVAMQVAM OBSTREPIT IPSE quamquam aquarum strepitus impediebat auditum, tamen auribus filiae lamenta percepit.

410 VRNA ita enim fluuiorum simulacra pinguntur, quasi amnem urnis effundant. ut Virgilius ⟨Aen. VII 792⟩: 'caelataque amnem fundens pater Inachus urna'.

411 SCRVPEA LIMO lapillosa loca circa mare uel flumina scrupea dicuntur.

420 CONCVTIENS iracundiae signum.

422 TVIS ET CONSCIVS ACTIS quod recepi tua stupra et libidinum tuarum conscius fui.

423 FALSA Antiopam, Nyctei filiam, stuprauit Iuppiter in Satyrum uersus, matrem Zethi et Amphionis. ideo falsa fronte, quia cornuti sunt Satyri, quorum imaginem falsam sibi sumpserat Iuppiter.

424 DISIVNGERE PHOEBEN hoc contigit, cum Hercules nasceretur. nam tres a Luna continuatae sunt noctes. Lucanus in catachthonio: 'Thebais Alcmene. qua dum frueretur, Olympi rector Luciferum ter iusserat Hesperon esse'.

425 DECEPTAQVE FVLMINA VIDI quia indisposite fulmen Semelen exstinxit. primam | ergo fabulam Europae dicit, Lind. p. 321

---

1 matrem suam flentem **L** ‖ 2 et *om.* **L** | a se **M** | traxere **Pb** ‖ 3 eam *om.* **MP** | dolorē **Pa** | se *om.* **MP** ‖ 5 AMNIS **L** | frugum meliora **L** ‖ 7 strepitus aquarum **L** ‖ 8 tamen] uñ **Pa** ‖ 11 urnis . . . amnem *om.* **Pb** | infundant *corr. ex* effundit **M** ‖ 13 lapidosa **L** | loca *om.* **Pa** | uel *om.* **Pb** ‖ 16 qui **L** | recepit **M** ‖ 17 tuarum libidinum **Pb** ‖ 20 fronte] cornua **LM** ‖ 22 hoc tunc contigit **Pb** ‖ 24 Lucanus *om.* **Pb** | cat(h)agonio **LMP** | thebanas **Pb** | aligine neq̈ dum **Pa** ‖ 25 ter] cum **Pb** | hesperion **Pb** hesperoni **Pa** ‖ 26 ē **Pa** | *uide Hosii ed. p. 330* ‖ 28 extorsit **P**

secundam Alcmenae, in qua tergeminata est nox, tertiam Semeles, quam fulmine suo Iuppiter incendit, quartam Ledae, quam Iuppiter prope flumen uitiauit mutatus in cygnum.

426 PRAECIPVOSQVE increpans dicit praecipuos se Iouis filios educasse id est Herculem Liberumque.

428 VNDA cum Semele matre certum est Liberum fulminatum, sed a Ioue Mercurioque praeceptum et femini Iouis insutum ad nascendi esse tempora reseruatum.

429 FVNERA PORTEM cadauerum molem.

434 CLAMATVS SACRIS sacrorum clamore repletus.

435 THYRSOS quibus Liberi caput ornatur.

437 STRYMONOS Thraciam dicit.

439 ADMONET nec tibi in mentem uenit. bis accipiendum est, ut sit: nec te nec manus tuas.

440 PARENTVM nutritorum immemor.

445 NI MORTALIS EGO si non est in me immutata natura.

Lind. p. 322 446 INFRENDENS minaciter dentibus sonitum dans. infrendere enim est proprie dentes irascendo quatere. unde et infrendes dicuntur pueri sine dentibus.

447 SIGNA DEDIT furoris sui undis dedit indicia.

448 AVXILIA fluenta niuium. Cithaeron Ismenoni in uindictam filii uelut auxilia misit exercitus. PABVLA BRVMAE eleganter niues brumae pabula dixit. certum est enim niuium incremento stridorem hiemis magis augeri.

449 FRATER eiusdem prouinciae fluuius. TACITAS

---

2 iuppiter fulmine suo **Pb** ‖ 5 increpandos **M** ‖ 7 VNDA ... Liberum *om.* **Pb** | vnde **L** undaqꝫ **Pa** | semela **Pa** | mater **L** ‖ 8 perceptum **L** | foemori **LPb** femore *corr. ex* femini **M** ‖ 10 PORTO **L** ‖ 11 SACRIS *om.* **MP** | clamore sacrorum repertus **L** ‖ 16 inmemor **MPa** ‖ 17 nū **Pa** | siue est **LPa** | mutata **L** *add.* in **M** ‖ 19 sonitum dentibus **L** | sonitum dans *om.* **Pb** ‖ 20 enim *om.* **Pb** | proprie est **Pb** | dentib. **M** | unde ... dentibus *om.* **Pb** ‖ 22 unda **L** un̄ **P** unđ **M** | dic̄ *add.* deđ **M** ‖ 23 Ismenon **L** (h)ismenoni **MP** ‖ 24 excitus **Pb** ‖ 25 pabula brumae **LPb** ‖ 26 enim *om.* **M** | niuium *om.* **Pa** | rigorem **Lc** ‖ 27 fluminis **L**

uel sine stridore, quia dicitur Asopus lenis fluere, uel occultas per latentia spiramina terrarum uires suas fluuius refundebat.

454 AERA SICCAT pluuiae enim ex nebulis conceptae terrae funduntur. dicit ergo aquarum semina omnia ad incrementa huius fluuii fuisse conuersa.

456 AGGERE riparum altitudine.

460 PLIADAS ista sidera cum occidunt, grauissimas commouent tempestates.

461 NIGRVM turbidum, tempestatem significantem. etenim si lucidus oriatur, serenitatem significat. ut Virgilius ⟨Aen. III 517⟩: 'armatumque auro circumspicit Oriona'.

464 AESTV aquarum sonus ac fremitus Hippomedontis clipeum texit.

467 SERVANTIA possidentia.

473 FVGIENTE pedum nisu labente.

475 SVBRVTA euersa id est subtereuntia. FALLACI LIMO qui creditos sibi gressus decipiebat et nutare faciebat.

478 IMBELLI FAMVLATE DEO debili Libero. SOLVMQVE CRVOREM FEMINEIS quem, cum bacchantur ac se lacerant, matres effundunt.

480 BVXVS tibia.

482 ET NVBE NATANTIS HARENAE id est natantis limi Lind. p. 323 squalore sordentis. ad demonstrandam uiolentiam torrentis fluminis fundo limum excitum in superficie aquarum rotare poeta monstrauit.

484 OPPOSITI Hippomedontis.

486 CONVERSA ut ostenderet uiri fortis constantiam, dicit eum tarde cessisse uel numini.

---

1 uel *om.* **Pa** | frigore **P** | fluere leniter **Pb** | uel *om.* **Pa** ‖ 3 restindebat **Pa** restringebat **Pb** ‖ 6 flumini **Pb** | flu. affuisse **L** ‖ 8 PLEIADAS **L** ‖ 9 tempestates commouent **L** ‖ 14 sonitus **Pb** ‖ 18 subrupta **Pb** ‖ 19 quia **Pb** ‖ 20 FAMVLANTE **L** *corr. ex* fabulante **M** | debili *om. superscr.* **M** ‖ 21 FORMINEIS **L** *om.* **MP** | bachantur **MP** | ac se] ossa **M** ‖ 22 mo'tes **Pa** ĩntres **Pb** | effunduntur **P** effunđt **M** ‖ 24 NATANTIS HARENAE *om.* **MP** ‖ 29 conuersi **L** ‖ 30 cessisse ... grando *om.* **Pa**

488 GRANDINE FERRI telorum multitudine, ut grando in terras rarius cadere putaretur.

490 QVID FACIAT exclamatio.

491 NEC MAGNAE id est gloriosae.

492 CREPIDINE RIPAE crepido dicitur moles eminentior in ripis.

493 VNDARVM incertum erat, utrum haec arbor ultra fluuium esset fixa an in ipso fluuio. tamen melius in medio fluuio accipimus stare.

495 HVIVS arboris. NAM QVA TERRAS interpositio per interrogationem.

496 NEC PERTVLIT non sustinuit arbor Hippomedonta trahentem.

497 PONDERE VICTA tenentis uiri grauitate uulsa est.

499 SVPERNE desuper cadens.

502 HVC VNDAE COEVNT in locum stantis arboris unda successit. ut Lucanus ⟨III 633⟩: 'inque locum puppis cecidit mare'.

503 BARATHRVM uorago profunda.

Lind. p. 325 504 SINVOSA VORAGO caenosae altitudinis motus.

506 PVDET interpositio increpantis.

508 TORRENTIS torrentia dicuntur flumina, quae subiecta montibus facillime aquarum incrementis augentur. INIQVIS magnis siue uim inferentibus.

518 BVSTA DABAS quia cum uetaret Creon sepeliri, liberi occisorum ducum uxoresque eorum a Theseo rege Atheniensium meruere, ut bello Thebanis illato redderet miseris sepulturam. inuidiose hoc Iuno dicit, quoniam Hippomedontis corpus fluctus abstulerunt. Thebanorum et crudelitatem nec miserationem poterit tolerare.

---

1 grandini **M** | multitudini **L** | ut] ne **L** ‖ 2 cadere rarius **Pb** ‖ 4 gloriae suae **LMP** *corr. Menkius* ‖ 6 in ripas **MPa** *om.* **Pb** ‖ 9 medio] ipso **L** ‖ 12 NEC . . . uiri *om. in marg. sup. add.* **M** | nec substinuit **Pb** ‖ 15 cadentis **L** candent (t *in rasura*) **M** ‖ 18 cedit **L** ‖ 19 profunda aquarum **P** ‖ 22 qui **M** ‖ 23 augentur incrementis **L** ‖ 25 dabasq, **M** | chreon *om. in marg. add.* **M** | insepiliri **M** ‖ 27 inoblato **Pa** in///lato **M** ‖ 28 miseris redderet **L** | hoc *om.* **LP** | dixit **MPb** ‖ 29 et *om.* **LPb**

523 RESEDIT peracta siue finita.

529 STVPVIT CRVOR sanguis Hippomedontis, qui frigore fluuii gelatus fuerat, mox resolutus aeris calore uulneribus manat.

531 INCERTI titubantes.

534 LAXAT nudat siue liberum facit, quem ante obtexerant rami.

536 ORDINE SILVAS longitudine, quia ipsa post casum quercus extenditur.

539 ASTRICTIS timore compressis.

541 LAXAVIT nudauit galeam adimendo.

548 ADES O MIHI DEXTERA TANTVM ut Virgilius ⟨Aen. X 773⟩: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.

551 POTENTEM spoliorum dominum.

553 ANIMAM Hypsei.

557 SVPER ASSISTENS Hypseo.

558 REFER HVC OCVLOS ad me respice.

565 MEMBRA SEPVLCRO spolia super eum iecit quasi sepulcri uice.

572 EX MORE quo more solita erat cum procis suis Lind. p. 326 cursu certare.

574 VIVENTE perenni.

575 CVRARVM PONDERE magnitudine, quia illi maxime turbantur, qui magnis curis urgentur.

578 EXTORREM exsulem. extorris enim dicitur exsul quasi exterris id est extra terram.

580 VIDEBAT ab inferiori sensu et supra 'uidebat' intellegendum.

---

2 CRVOR *om.* **MP** ‖ 3 fuerat *om.* **LPa** | morte solutus **LMP** mox resolutus **Lc** | e uulneribus*?* ‖ 6 (quem ante *om.*) detexerant **M** ‖ 8 siluas *corr. in* subauđ **M** | longitudine *om.* **LPa** | ipse **M** ‖ 9 ostenditur **LPa** ‖ 10 Adstrictis **MPa** | expressis **Pb** ‖ 12 ut *om.* **L** ‖ 15 animū **M** ‖ 16 adsistens **P** ‖ 17 *post* respice **P** *praeb.*: Tuasq; hostiles ‖ 18 eum *om. add.* **M** ‖ 19 uice] loco **Pb** ‖ 20 *super* quo **M** *add.* subauđ ‖ 22 Viventi **M** ‖ 24 turba///ntur **M** ‖ 26 terras **Pb** ‖ 27 Elidebat **M** | intelligendum est **Pb**

581 IPSVM filium. FLVXISSE cecidisse.

582 EFFIGIESQVE SVAS portendebatur ei filium moriturum, qui est matris effigies.

583 PRAECIPVOS post alias noctes haec somniis grauior uidebatur.

584 NOX MISERAE in qua uidet somnium, quod poeta dicturus est. EREXIT excitauit sollicitudine.

585 FELICI ROBORE fructiferi roboris. enarratio somnii ultimae noctis.

589 ARMA dentes. ut Virgilius ⟨Aen. XII 6⟩: 'tum demum mouet arma leo'.

590 FIGERE Virgilius ⟨Aen. IX 408⟩: 'sacra ad fastigia fixi'.

592 IMPEDIT adoperit.

593 DEFESSA somnio, quod uidit.

597 QVAERENTI causam proscissae quercus.

598 LYAEVM Bacchum. per hoc portendebatur Thebanis occidendum Parthenopaeum. nam Thebae Libero patri dicatae sunt.

600 ABRVPERE OCVLI experrecta est.

601 FALSOS quos in somniis passa est.

605 SVB EOO matutino tempore.

606 QVERCVM quam uiderat fuisse proscissam.

Lind. p. 327 608 SIGNA uenationis insignia.

610 MORE NIHIL GRAIO non Graecorum more delector. ASPERA ubi homines immolantur sacris.

612 THIASI chori uirginum et puerorum, qui Libero hymnos canunt.

614 THYRSOS hastas pampineas.

---

2 suas *corr. in* sub **M** ‖ 4 somnis **Pa** soñis **Pb** ///ōn *add.* is **M** ‖ 6 uidit **Pb** ‖ 7 dicitur (*om.* est) **Pa** ‖ 8 sōniin **M** ‖ 9 noctis ultimae **LP** ‖ 15 FESSA **LMP** ‖ 17 Bacchum *om.* **MP** | portendebat **Pb** ‖ 18 *post* occidendum *superscr.* puerum **M** ‖ 20 experta **LMP** *corr. Geuartius* ‖ 21 somnis **MPa** ‖ 22 eo **MPa** ero **Pb** ‖ 23 QVERCVS **L** | praescissam **L** ‖ 24 uenatoris **L** uenerationis **Pa** uenationibus **Pb** ‖ 25 delictor **Pa** delictor̨ **M** ‖ 26 ibi **MPa** | immolabantur **L** ‖ 27 *post* Libero patri *superscr.* **M** ‖ 28 hymnos] modos **Pb**

615 TETRICIS seueris siue horribilibus.

616 SIC QVOQVE cum uirgo esse desissem, in honorem nominis tui tamen uenandi studia non mutaui.

617 CVLPAM quod sum neglecta pudicitia uitiata.

618 OSTENDI subaudi 'tibi, Diana'. TREMENTEM mox natum.

619 CONFESSA innocentiae proximus est, qui culpam fatetur.

620 PROTINVS ARCVS mox ut potuit ad armorum nostrorum usus accessit.

622 QVID TREPIDAE NOCTES interpositio cum interrogatione.

625 AMPLA maiora. DA VISERE TANTVM si uictorem non possum, restitue, quaeso, diua, uel uictum.

626 TVAQVE ARMA uenationis, id est sagittas. PREME compesce nefanda somniorum omina.

627 QVID quare. DELIA uocatiuus est.

628 MAENADES Bacchae. quoniam in somnis quercum uiderat a Libero patre et Bacchis forte proscissam.

629 CVR PENITVS quare me uehementer huc trahit suspicio, ut putem orbitatem mihi significari arboris casu?

632 DICTYNNA ob id dicta Dictynna Diana: Briton, Martis filia, uirgo Cretensis Dianae dicata. huic cum rex Cretensium Minos stuprum uellet inferre, illa se iecit in mare illataque est retibus piscatorum, quae Graece *δίκτυα* nominantur. a quibus huius corpus inuentum extractum est. insula tamen Creta pestilentia laborauit, quam eua-

---

2 Hic (H *in rasura*) **M** | desi///isse ẽẽ in honore **M** ‖ 3 mutauit **M** ‖ 4 de puditicia **M** ‖ 5 ostendit **M** | subauditur (*om.* tibi) **Pa** | TREMENTVM **L** ‖ 13 uictor esse **Pb** uetare **Pa** ‖ 16 nefanda compesse **Pb** ‖ 17 QVID quare *om.* **Pb** ‖ 18 insomnis **L** ‖ 19 et Bacchis *om.* **Pb** | praescissam **L** p̄cisam **Pb** ‖ 20 tradit **Pb** ‖ 22 Dictĩna **M** dictima **Pa** dictina **Pb** *utroque loco* | dictat **M** | Bryte *dicitur a myth.* (II 26) ‖ 24 Cretensum **L** cretesium **Pa** | inferre uellet **Pb** uellet **Pa** | iacit **M** ‖ 25 dictia **MPa** dicta **Pb** ‖ 26 inuentum *om.* **LM** ‖ 27 est *om.* **Pb** | (tamen *om.*) creta bene **Pb** | quē **M** qua **Pb**

dere penitus nequissent, nisi Dianae templum instituissent eamque Dictynnam uocassent a retibus. LABORES deprecor, Diana, per maternos dolores: siue quibus tu edita es, siue per omnium parturientium gemitus.

636 MADVISSE DIANAE tanta miseratione Atalante conquesta est, ut uideretur etiam simulacro numinis mouisse lacrimas.

Lind. p. 328 639 MAENALON ASTRIS tanta est Maenali altitudo, ut cacumen eius astris uideatur insertum.

641 QVA SEMITA LVCET diis eam tantum partem significat ad transitum datam, quae supremum aerem infimumque coniungit. qui locus est iuxta circulum lunae. de quo Lucanus ⟨IX 5 sq.⟩: 'qua niger astriferis conectitur axibus aether, quaque patet terras inter lunaeque meatus'.

644 COLLA Parnasi iuga.

647 SIDERE MIXTO bene per occasionem figmenti poetici naturalem exposuit rationem. tunc enim eclipsis fit solis, Lind. p. 329 cum luna trigesima est et ad | signum idem uenit et orbem eius obscurat.

650 LABDACIAS Thebanas a patre Labdaco.

653 PVDET IRRITVS quia Amphiarao auxilium ferre non potui.

656 COEGI coniunxi.

658 ANTRA ubi oracula Apollinis dantur.

663 CONFVSA VICISSIM interposuit suam poeta personam. quae uerba Dianae posuit. ordo ergo et sensus

---

1 nequissent *superscr.* vi **M** | nisi . . . uocassent *om.* **Pb** | templum Dianae **L** ‖ 2 deprecor te **LPb** ‖ 5 Atalanta **L** atalantie **Pa** atlante **Pb** ‖ 6 nominis **M** ‖ 8 Maenalios **L** menalos **MPb** menalo **Pa** ‖ 10 tm̃ eam **Pb** | significat *om.* **Pb** | partem tantum ad transitum datam significat **L** ‖ 11 quae] tantāqꝫ *corr. in* tāq̄ **M** | summum **LPa** ‖ 12 contingit **MPb** | iuxta] circa **L** ‖ 13 con(n)exis **LP** ‖ 14 aer *Lucanus* ‖ 15 Parnassi **LPa** ‖ 18 triesima **M** | et ad signum *om.* **Pb** | euenit **P** ‖ 20 Lapdacidas **M** | Labdacio **L** labdaci **P** l&i **M** Lai? ‖ 22 potuit **LP** ‖ 25 imposuit **M** (*fortasse corr. ex* intposuit) ‖ 26 quam **L** | uerbis **L** uerbi **Pa** | ergo ordo **Pb**

talis est: si mihi eum non licet de proelio liberare, certe extremum decus et solatia mortis ei concedam, ne inultus occumbat. ut sit parenthesis ex persona poetae: confusa uicissim uirgo refert.

668 LIBANDAQVE FRATRI osculata est fratrem. Lind. p. 330

676 VESTIGIA MVTANT nemo de eo loco, in quo steterat, pellebatur.

683 ILLVM Parthenopaeum.

685 DISCOLOR maculosus. AMBIT operit.

686 TIGRIS pro pelle tigridis. VNGVIBVS ARMOS currente equo mota pellis equi armos caedebat.

687 COLLA SEDENT NODIS plena sunt musculis. Virgilius ⟨georg. III 81⟩: 'luxuriatque toris animosum pectus'. CASTIGATA IVBARVM pexa et collecta iuba in ceruice equi sedebat ornata.

688 NEMORISQVE NOTAE signa uenationis equo sub pectoris prima parte pendebant.

689 LVNATA in modum lunae curuata.

691 NEVERAT VNVM interpositio. et bene unum, quod nisi pietate uicta filii nunquam uenatrix feminea opera contigisset.

692 COLLECTVS cinctus siue constrictus.

697 CATENAS a parte enim galeae descendunt catenae, quae ab ictu colla sedentis defendant.

704 MVLTVMQVE SEVERIS supra praemissa Parthenopaei pulchritudine hic est uitanda laudatio: ipse tamen formae laudem aspernatur et, ut celet pulchritudinem suam, irascitur.

---

1 eum mihi **Pb** ‖ 2 decus] diem **Pa** | ei *scripsi* et **MP** *om.* **L** | nomini uultus **P** ‖ 5 LIBANDAQVE . . . MVTANT *om.* **Pa** ‖ 6 statuerat *corr. in* steterat **M** ‖ 8 ILLAM **L** ‖ 11 equi] aquo **M** | cedebat/// **M** ‖ 13 animosum pectus *om.* **MPa** ‖ 18 cunata **M** ‖ 19 NOVERAT **L** | VNVM *om.* **P** | unum *om.* **Pb** | quia **L** *om.* **Pa** n͡o **Pb** ‖ 20 opā c̄tigisse **M** ‖ 22 strictus **LP** ‖ 23 enim *om.* **M** ‖ 24 defendant *superscr.* u **M** ‖ 25 Vultūq' (V *in rasura*) **M** | supra] s. **Pb** ‖ 26 pulcritudine **P** | his **LMP** | uitando **M** ‖ 27 aspernatur *corr. ex* aspernabatur **M** | cedet **M** | pulcritudinem **P**

707 INTENTAQVE contra Parthenopaeum parata aetatis misericordia reuocant tela.

711 SVSPIRIA VOTO ut nubant ei aut uincat.

Lind. p. 331 713 QVOD INQVIT dubitantis est.

716 CRVDA immatura.

722 ET NVNC ILLA mater scilicet Atalante.

723 LIMINA LASSAT rogando fatigat. ut Horatius ⟨carm. I 2, 26 sqq.⟩: 'prece qua fatigent uirgines sanctae minus audientem carmina Vestam?'

724 VLVLATA formidanda siue luctuosa.

725 MORITVRE PARENTI matri tuae tantummodo peribis, cui soli morte tua ingeres luctum.

730 CORYTON TELIS c o r y t o n theca arcus solius dicitur, sicut pharetra sagittarum et sagma scuti. nunc ergo c o r y t o n pro pharetra posuit.

733 CONSCIA MISCET ipsa est Hecate, quae inuocatur a magis.

735 HERBAS magicae disciplinae aptas.

Lind. p. 332 739 GAETVLA Afra.

741 VNGVES quibus nocet.

742 INDIGNATVR cum leo unguibus aptum uenationi se iam senserit, indignatur matris uenationibus nutriri.

745 PRIMA TANAGRAEVM Euboeum. Tanagre enim ciuitas Euboeae est, ut ipse in catalogo ⟨VII 254⟩: 'mille sagittiferos gelidae de colle Tanagrae'.

746 MARGINE PARMAE inter limitem scuti uel galeae.

---

1 *schol. 707 om.* **Pa** | parata *om.* **Pb** ‖ 2 reuocantur **L** ‖ 3 SVSPIRIA *om.* **MP** | ut] aut **LP** | uincant **LPb** ‖ 4 est *om.* **Pb** ‖ 5 inmatura **Pa** ‖ 6 Atalanta **L** atlante **Pb** ‖ 7 laxat **Pb** ‖ 8 qua prece **L** ‖ 10 VLVLANDA **L** | formidata **Pb** ‖ 11 tantum **L** | peribis] paries **MPb** peries **Pa** ‖ 12 ingeras **P** ‖ 13 goriton *semper* **P** | solius *del.* **M** ‖ 14 sic (*om.* ut) **M** | sagittarum . . . pharetra *om.* **Pb** | ergo] uero **L** ‖ 16 ipse **L** ‖ 21 Indignatus **Pb** | cum . . . nutriri *om. in marg. inf. add.* **M** | se uenationi **M** ‖ 22 indignatus **Pb** ‖ 23 euboicum **Pb** | Tanagreus **L** tanager **Pb** tam mag̃ **Pa** | enim *om.* **LPa** ‖ 24 ciuitas . . . Tanagrae *om.* **Pa** | est Euboeae **L** ‖ 25 gelidos **L** ‖ 26 it̃ limate **M** | uel *om.* **M**

748 SACRI exsecrabilis, seu quia Diana eius sagittas infecerit.

749 SAEVIVS EVRYTION subaudis: turbatus est aut periit.

750 CALLIDA insidiose facta. dicit ferrum sagittarum tres uncos habere, ut infixum reuelli non possit.

754 EXPLEVIT ambos illius oculos obcaecauit. HOSTEM Parthenopaeum.

758 ADDIT occidit. ABANTIADAS Abantis filios, quos et supra ⟨VII 370⟩ memorauit: 'non ego Abantiadas'.

759 ET MALE DILECTVM quia dilectus inter uos non pietatis est, sed libidinis. notandum ergo, quod hic m a l e scelerate significat, quia incestum ostendit. ideo quasi impii ipsius tantum mortem expressit.

768 PRAECEPS in praecipitio po sita siue in montis latere aedificata. CANDIDA propter columbas.

769 NON EXCIPIETIS AMYCLAE minime in suam patriam reuertetur. A m y c l a e ciuitas Laconi cae regionis.

772 QVIS CREDERET ARCVM post terga sagittas mittebat fugiens sicut Parthi. Lucanus ⟨VIII 381⟩: 'et melior cessisse loco quam pellere uirtus'. Virgilius ⟨georg. III 31⟩: 'fidentemque fuga Parthum uersisque sagittis'.

777 LABDACIDAE a patre Labdaco. Lind. p. 333

778 AMPHION filius Amphionis, Zethi fratris. QVAE FVNERA quantas mortes.

783 INFRA non dignus ira hostis, contemptibilis.

787 FAMA MOVET si uis gloriose mori.

790 HIC EXERCITVS dicit Parthenopaeus Thebanorum debilitati etiam puerilia arma sufficere.

---

1 SACRI *om.* **Pb** | qđ **Pb** ‖ 2 infecerat **L** ‖ 3 SAEVIT IN **L** | subaudi **Pb** | est *om.* **MP** (turbatum **Pb**) ‖ 4 inuidiosa (*om.* facta) **M** ‖ 9 et *om.* **L** | memorat **Pa** ‖ 11 est *om.* **M** | notando ego **M** ‖ 14 PRAECEPS . . . aedificata *om.* **Pa** ‖ 15 p͠p **M** ‖ 16 maxime **Pa** ‖ 17 reuertitur **LPa** | Laconiae **LPb** ‖ 18 mittebat sagittas **L** ‖ 20 uirtus **L** uictus **MP** miles *Lucanus* | Virgilius . . . sagittis *om.* **MP** ‖ 25 nec **L** ‖ 26 Fratña **M** | si uis] suū **P** ‖ 28 sufficeret **Pa**

793 NOCTE SILENTI epitheton noctis. seu quod sacra a Thebanis tacite colebantur.

795 VERTICE MITRAS mitra est incuruum pilleum, de quo dependent buccarum tegmina. et oratorie crimen obiectum est ex habitus qualitate. Virgilius ⟨Aen. IX 616⟩: 'et tunicae manicas et habent redimicula mitrae'.

Lind. p. 334 802 LVMINE DIRO conuenientis hastae siue aspero, quod lux ferri oculos terreat.

804 DEVIVS HASTAM a uia hastae motus. Virgilius ⟨Aen. X 646⟩: 'dato uertit uestigia tergo'.

807 OMNI STETIT nihil de uiuo uultu mutauit in conspectu rectissimo.

808 PVDICO casto.

810 MANDAVERAT commendauerat.

811 DISSIMVLATA celata seu mutata.

813 PARCE PARENTI bene furenti filio nomen matris opposuit, ut oblatio cari nominis puerum festinato suo retardaret interitu, ut uel matri parceret, quippe quam pro gloria contemnere cupiebat.

817 CVLTVS spolia Amphionis.

825 TEMPESTIVA opportuna. Horatius ⟨carm. I 23, 11 sq.⟩: 'desine matrem tempestiua sequi uiro'.

828 TEMPERET disponat aut ordinet.

Lind. p. 335 839 COLVS Parcarum, id est: finita est Parthenopaei uita.

840 PVDORE subaudis: cessit et auertit a Parthenopaeo faciem.

843 TVRBIDVS ORION quia hic Dryas Orionis filius fuit, qui immissu Dianae scorpionis ictu periit. turbidus

1 silenti *del. superscr.* subaud̄ **M** | siue **Pb** ‖ 2 colebatur **M** celebrantur **L** ‖ 3 est *om.* **LPa** | pileum **LPb** ‖ 4 baccarum **L** ‖ 7 duro **MP** | Conuenienti **L** | asperso **P** ‖ 8 oculos] deos **Pa** ‖ 9 auiae **LPa** ‖ 11 Omīs **Pa** oīs **Pb** omns *add.* i **M** | stat **Pa** | deuio uultū **M** ‖ 15 siue **L** ‖ 17 apposuit **L** | ablatio **L** | festinatio sua tardaret intacitu **Pb** ‖ 18 interitū **M** ‖ 19 gloria sua **L** ‖ 21 oportune **MP** ‖ 23 aut *om.* **M** ‖ 25 subaudi **Pb** | et *om.* **Pb** ‖ 27 quia *om.* **Pb** | fuit filius **L** ‖ 28 ī iussu **Pb** inmisso **Pa** inmissu **M** | scorpii **L**

autem, quia stella eius tempestatem mouet, siue fortis uel incontinens, quippe qui nimio amore Dianae flagrauit.

844 INDE FVRIT PRIMVM ex illa causa, quia patrem eius Diana sagittis occiderat. unde Horatius ⟨carm. III 4, 72⟩: 'uirginea domitus sagitta'.

845 ARCADAS comites Dianae.

849 SERVAT VIRES dum hostes insequitur.

851 PRAECEDVNT NVBILA MORTIS circumuolant. id est: mens Parthenopaei turbabatur uicinae mortis aduentu.

852 VERVMQVE VIDEBAT non eum, in quem Diana fuerat immutata.

856 OBARSIT effulsit uel resplenduit. auus enim Dryas Neptuni filius fuit et Iouis et Mercurii. idcirco duorum numinum gerebat armis insignia.

859 HISCERE RIPAM ut se submergat et fugiat aquila.

864 EXPEDIT ad sagittandum parat.

867 AONII Dryantis. Lind. p. 336

868 NERVIQVE SONORI arcus Parthenopaei inciso neruo ictus, quos Parthenopaeus parauerat, perierunt.

873 FACILEM mollem seu penetrabilem ut pueri scilicet.

874 POPLITE SISTIT per sedentis poplitem equum percussit.

876 CONSCIVS a Diana intellegitur Dryas occisus, ut ipsa superius ⟨u. 667⟩ promiserat dicens: 'et nostris fas sit saeuire sagittis'.

881 ET PRENSIS CONCVSSA COMIS nam morituris solent erigere capita comasque concutiendo siue uellendo, quasi reuocent illis sensum.

2 continens **Pb** | qui] cum **P** | flagitauit **M** ‖ 3 INDE *om.* **MP** | causa *om.* **Pb** | qua **M** ‖ 6 Archades **Pb** ‖ 7 insequuntur **L** ‖ 8 Accedunt **Pb** | circundat **Pb** ‖ 9 uicīo **Pb** ‖ 10 Verum **Pa** | fuerat Diana **L** ‖ 11 immutata *om.* **M** ‖ 12 fluuit uel splenduit **Pb** | auis (*om.* enim) **Pa** | *immo* Orion pater ‖ 13 et[1] *om.* **L** ‖ 14 armis gerebat **LP** ‖ 15 Iscere **MPa** | sūmergat **Pa** s̄mergat **M** | et *om.* **Pb** | aquilam **LP** ‖ 18 NERVI **L** | arcū **M** ‖ 19 ICTVS **L** ‖ 21 equm **Pb** ‖ 23 intelligitur **LP** ‖ 24 promisit **Pb** ‖ 25 seuiri **M** ‖ 26 PRAEHENSIS **L** p̃ensis **Pb** ‖ 27 comas **L** | quia **Pb** ‖ 28 illius **LMP** illis *Bernartius* | sensus **Pa**

Lind. p. 337 884 INCIDENTE irrumpente.

889 ARMA TENENTI ne audita morte mea te aut se interficiat. id est: statim, ut ueneris, ne dicas me occisum fuisse.

891 DIC MERVI dic meae matri ex mea persona: merui occidi, quia te reuocantem me ab intentione belli non sum secutus. et merito poenas dedi. CAPESSE quia te contempsi. aut orbata, quia filio priuaris.

893 PEPERCI quia audacius, quam aetas poscebat, bella tractaui.

895 PONE METVS desine pro me esse sollicita.

901 PRAEBVIT interpositio per poetae personam.

902 ME DEDIGNANTE SOLEBAS quia quasi uir fortis nolebat ornatibus decorari crinem.

907 INGRATAE MVNVS SVSPENDE quae me non potuit inter bella protegere.

Lind. p. 338

COMMENTARIVS IN LIBRVM X.

Hic liber continet Eteoclis hortatus, ut per noctem obsideant milites sui castra Argiuorum. inde per noctem officia uigiliarum et ducis. Argiuarum matrum deprecatio in templo Iunonis et pepli oblatio. Iunonis praecepta per Irim ad Somnum, ut Thebanos uigiles obruat. descriptio domus Somni et eius ad Thebas aduentus. exsecutio de his, quae mandauerat Iuno. Thiodamantis sacerdotis subitus

---

1 inrumpente **P** ‖ 2 ne] me **M** ‖ 5 DIC *om.* **Pb** ‖ 6 quia *corr. in* qđ **M** | reuocante **Pa** ‖ 7 dedit **Pa** | *ante* CAPESSE *excidisse puto* INVITA | capessi **MPb** ‖ 8 VT ORBITARIS **L** aut orbitatis **MP** ORBA autem orbata *Klotz.* ‖ 12 poete per **Pa** ‖ 13 SOLEBAT **L** | quasi *om.* **Pa** ‖ 14 volebat **LPa** | decorari *om.* **Pb** | criṁ **M** *om.* **L** ‖ 15 INGR. MVN. *om.* **MP** | SVSP. *om.* **M** | quia **Pb** ‖ 16 bellum **L** ‖ Explicit liber nonus. Incipit liber decimus **Pa** ‖ 18 hortatus Etheoclis **LP** ‖ 19 sui milites obsideant **L** ‖ 21 in *om.* **Pa** | ppl'i **MPa** populi **Pb** | oratio **MP** ‖ 22 Irin **L** iri **Pa** ‖ 23 aduentus ad thebas exercutio **M**

furor persuadentis, ut inuadantur Argiui. Adrasti gratulatio et eruptio Thiodamantis et uastatio Argiuorum morientibus Thebanis. Dymantis et Hoplei comitum Tydei et Parthenopaei allocutiones de liberandis cadaueribus ducum. ipsorum cadauerum reportatio. superuentus Amphionis, ducis Thebani, et tumet mors. fuga Amphionis, ducis Thebani, cognita suorum nece. nocturna Capanei et ultra humanum modum dimicatio. uaticinatio Tiresiae, quod Thebae non possent aliter uincere, nisi unus se de draconteo semine deuoueret. deuotio Menoecei, Creontis filii, qui persuadente Virtute in Mantus formam conuersa se de muro uulneratum pro patria praecipitem dedit, cum non posset eum pater pia allocutione a uoluntate dimouere. Capanei ascensus in Thebanum murum et eius post diuersorum numinum indignantium querelas per fulmen interitus.

1 OBRVIT HESPERIA Hesperia occidentali. Lind. p. 339

2 PROPERATA festinata.

3 MISERATVS OPES hoc miseratus est Iuppiter triste esse perire illos, qui nec Thebani fuerant nec Argiui, sed utrisque partibus auxilio uenerant.

5 PANDITVR abscessu militum patefactus est campus, quorum antea acie tegebatur. DEFORMIS SANGVINE horridus siue confusus.

7 ORBA ROGIS sepultura carentia.

8 LACERIS scissis.

---

1 persuadens **Pb** | Thebani*?* ‖ 2 uastatio . . . Dymantis et *om.* **Pb** ‖ 4 allocutio **Pb** | in deliberandis **L** ‖ 5 ipsorum . . . Capanei *om.* **Pa** | deportatio **Pb** ‖ 6 et . . mors *om.* **LP** | tumet **M** *Mon. Gud.* Dymantis et Hoplei *Klotz.* | Amph. duc. Theb. *om.* **Pb** ‖ 8 modum *om.* **Pb** ‖ 9 quia **MPb** | Thebani **L** | se *om.* **Pb** ‖ 11 manthos **Pa** mātis **Pb** manib. **M** | conuersus **L** cōuersū **Pb** conuersam **Pa** ‖ 12 p̄cipiente **M** ‖ 13 non *om.* **Pa** | potuisset **L** | dimouere *corr. in* demouere **M** ‖ 14 adscensus **Pa** ‖ 17 OBRVIT *om.* **MP** | Hesperia *om.* **MP** ‖ 19 Miseratur **Pa** Mirat9 **M** | hoc *om.* **L** | est *om.* **Pb** ‖ 21 utriusque **LPa** ‖ 23 acie antea **L** | ante *om. ante* acie *posuit* **M** | deformi **P** ‖ 24 siue *om. add. in marg.* **M**

9 INEVNTIBVS ARMA ἀναστροφή pro ‘euntibus in arma’ id est ad bellum.

10 ANGVSTAE nimia multitudine. LATE CEPERE REVERSOS quia pauci redierant.

Lind. p. 340 11 PAR VTRIMQVE DOLOR quia utriusque partis magna clades exstiterat.

12 QVATTVOR ERRANTES Amphiarai, Tydei, Hippomedontis, Parthenopaei.

13 VIDVAE MODERANTIBVS ALNI gubernatoribus destitutae. moderantibus pro moderatoribus, participium pro nomine.

Lind. p. 341 15 ANIMVS audacia. hinc enim fiducia Thebanis accreuerat, quod quattuor Argiuorum duces eximii exstincti fuerant sorte bellorum.

17 CONTENTI REDIISSE quibus sine gloria incolumibus in patriam rediisse suffecerat. DAT TESSERA SIGNVM nuntius belli, quando per uigilias nunc tessera dicitur.

18 VICES excubantium successiones.

19 VLTRO uoluntate, non sorte cogente.

21 LVX CRASTINA quae nos uictores efficiet.

23 SECVNDIS fauentibus.

27 TVMET superbit.

29 IN MANIBVS MERCES inpromptu est laboris praemium nostri.

35 IAM VESTRAS ad incitandum uirorum fortium animos spem praedae monstrauit. ut Lucanus ⟨VII 738 sq.⟩: ‘superest pro sanguine merces, quam monstrare meum est’.

38 VERTERE GRADVM ad Argiuos.

40 AVERSAQVE TERGA excubiarum inter se officia diuiserunt.

---

3 LATE CEPERE *om.* **MP** ‖ 5 VTRINQVE **L** utrūque **Pa** ‖ 7 QVATVOR **LPa** ‖ 9 destitutis **Pb** ‖ 13 qui **M** | quatuor **LMP** ‖ 15 ĩcolumnis **Pb** incolumib. *superscr.* in **M** ‖ 16 in *om.* (**M**)**P** | SIGNVM *om.* **L** ‖ 17 *ante* nunci› *superscr.* sub **M** | per uigilas **Pa** | datur *Vollmer.* ‖ 18 successionis **M** ‖ 19 non sorte *om. superscr.* **M** ‖ 20 nox **L** ‖ 23 impromptū **MPa** improntu **Pb** | praemium laboris **L** ‖ 24 ũri **Pa** ‖ 27 merces . . . GRAD. *om.* **Pb** | mecum **M** ‖ 29 ADVERSAQVE **L** uersaqʒ **MP**

43 SVB NOCTEM per noctem.

45 FAVCES luporum.

47 QVOD SVPEREST siquidem nihil aliud potest facere.

53 SAXA TERVNT ita suppliciter humi procubuerunt, Lind. p. 342 ut uultibus suis templorum tererent limina.

56 PEPLVM ETIAM DONO peplum est uestis candida aureis clauis picta sine manicis, quod simulacris fiebat. sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronae suis manibus faciebant et inter triennium numinibus offerebant.

59 VBI in ipso peplo. FLORET splendet.

60 INCENDITVR splendet.

61 DESPONSA sponsa designata.

62 POSITVRA SOROREM ideo dicit positura sororem, quia quasi pudorem deposuit, cum soror esse deberet, uxor Iouis effecta.

63 LVMINE DEMISSO nam uirginitas cum pudore deponitur feminarum.

68 TVMVLVMQVE REBELLEM συνεκδοχή. a parte totum. et tumulum, in quo natus est Liber, rebellem contra Iunonem.

73 FORS DEDIT casus occurrens.

74 VALLVM Thebanorum.

77 GEMINOSQVE TONANTIS indignata est Iuno uacuis in astris geminos Iouis in Thebana urbe concubitus.

81 ORBIBVS ACCINGI Virgilius ⟨Aen. IV 701⟩: ‘mille trahit uarios aduerso sole colores’.

83 SVSPENDITVR curuatur. ut ipse alibi ⟨Ach. I 107⟩: ‘et longo suspendit Pelion arcu’.

84 OCCIDVAE in occidentalibus partibus constitutae. Lind. p. 343

---

3 nil **LPa** ‖ 5 tegerent **L** texterent **M** texerent **P** *corr. anon. Heidelb.* ‖ 6 ETIAM . . . peplum *om.* **Pb** ‖ 8 set **Pa** *om.* **Pb** | ab ateniensibus ē **Pb** ‖ 9 et *om.* **Pb** ‖ 10 cōferebant **Pb** ‖ 11 splendide **Pa** ‖ 14 *schol. 62 om.* **LP** *in marg. sup. post* feminarūm *add.* **M** ‖ 16 est facta *?* ‖ 17 dimisso **Pb** ‖ 19 συνεκδοχή *om.* **Pb** ‖ 24 GEMINOSQVE *om.* **M** ‖ 27 trahens *Vergil.* | aduersa luce **MPa** ‖ 29 et longo *om.* **L**

85 AETHIOPASQVE ALIOS Mauros dicit occidentales. NVLLI PENETRABILIS ASTRO hoc est nullius sideris lumen admittens.

86 INERS quietus. GRAVE pigrum siue obscurum.

87 IT uadit. DESIDIS inertis.

93 ERRARE moueri.

96 EFFVGIENS procurrens.

Lind. p. 344 147 CAMPVS Thebanorum posuit terram.

148 SVMMISERE suppressere.

150 ERRARE dormitare.

153 VVLTVS descriptio altius dormientis.

Lind. p. 345 157 CASTRIS Argiuorum.

160 REPENS repentinus. LYMPHANTIBVS furentibus.

163 SIVE NOVVM quia Thiodamas in locum Amphiarai fuerat constitutus.

166 STIMVLI quibus premebatur a numine. NVDVS manifestus et euidentius patens.

167 STAT plenus est. ut Virgilius ⟨ecl. VII 53⟩: 'stant et iuniperi'. INCERTO trementi siue ambiguo, quia modo rubor modo pallor eius ora mutauerat. ut Virgilius ⟨Aen. VI 46 sq.⟩: 'cui plurima fanti ante fores subito non uultus, non color unus'. TENDIT inflat. ut Lucanus ⟨IX 792⟩: 'tenditque cutem pereunte figura'.

169 SPARSA rotata hac atque illac coma. ut Virgilius ⟨Aen. VI 48⟩: 'non comptae mansere comae'.

170 SIC PHRYGA quos in templo Matris deum Gallos appellant. CRVENTVM cruentatum.

171 CONSVMPTA lacerata.

172 SCIRE VETAT quia dolorem furor sentire non patitur. PINVS consecratas faces.

---

2 nulli **Pb** ‖ 4 quietū **Pb** ‖ 5 Desulis **M** desidet **Pb** | incertis **P** ‖ 8 CAMPVS] Ex^{i}p **Pa** ‖ 9 submisere **Pb** | supp͡sse **Pb** ‖ 10 domitare **M** ‖ 11 alicuius **Pa** alterius **Pb** ‖ 13 succūntibus **Pb** ‖ 14 in loco **M** ‖ 19 Incerta **M** ‖ 20 ora eius **L** | ora ... Virgilius *om.* **Pb** ‖ 21 plurima] talia *Vergilius* | ante ... subito *om.* **MP** ‖ 22 ut *om.* **MPa** ‖ 23 tendatque **LPa** ‖ 30 PINVS SACRAS **L** | consecratū **M**

174 RESPERSAQVE polluta sanguine, quem furens laniato corpore suo fuderat. ut Virgilius ⟨Aen. VIII 645⟩: 'et sparsi rorabant sanguine uepres'.

175 ARBOR pinus, quae colitur in sacris Matris deum, sub qua iacuit Attis, Matris deum dilectus.

177 SIGNORVM militarium.

178 MOVENS animo reputans aerumnas.

179 SVBITI noui id est qui in locum peremptorum ducum fuerant constituti.

181 SEQVE HVC CREVISSE id est: ad hos honores prouectos se dolebant ideo, quod occisis ducibus per calamitatem prouecti sunt.

183 FREGIT ITER id est: a gubernatore deserta est.

184 AVT LATERVM CVSTOS quia nauis latera custodiendo seruabat.

186 DOMINO TVTELA MINORI hoc est: nouo gubernatori, qui in locum defuncti successit, non minus conseruandae nauis sibi creditae crescit studium.

192 NOX FECVNDA fraudibus opportuna. Lind. p. 346

196 MISERVMQVE DIEM quo uicti sumus.

197 FRANGITE PORTARVM undique uos fractis portarum claustris in hostes immittite.

198 HOC TVMVLARE sepelire. id est: poena, quam hostibus temptamus inferre, pro sepultura erit exstinctis sociis nostris, quasi ultione gaudeant peremptorum manes. EQVIDEM per ironiam dictum est, id est: reuera haec opportunitas nobis etiam per diem continget ideoque debemus differre. hoc est: ne faciendi occasio pereat, differri non debet.

---

1 RESPERSA **L** | laniata **Pb** liniato **MPa** ‖ 3 et *om.* **LMPa** ‖ 5 addis **M** actis **Pb** | Matri **LP** | dilectus ... 179 ... ducum *om.* **Pb** ‖ 8 q' **M** ‖ 11 ideoqȝ **MP** ‖ 13 ITER *om.* **Pb** | a *om.* **MP** ‖ 14 CVSTOS *om.* **MP** ‖ 16 gubernatore q‹ **M** ‖ 18 naui **MP** ‖ 21 nos **LPa** ‖ 22 inmittite **M** | īmittite in hostes **Pb** ‖ 23 hec **Pb** | poenam **LMPa** ‖ 24 tentamus **L** ‖ 25 interemptorum **L** emptorum **Pa** ‖ 26 oportunitas **L** inportunitas **MP** ‖ 27 contingit **L** ‖ 28 ne *om.* **Pb**

201 SECVNDAE prosperae.

203 IPSE IPSE ut fidem uaticinationis suae faciat, iterum se ab Apolline, ut haec dicat, admoneri significat. ut Virgilius ⟨Aen. IV 576⟩: 'ecce iterum stimulat'. SOLVTA hiatu diuisa.

204 VMBRA IVGALES ipse quidem tam clarus erat, quam fuerat uiuens. equi autem ipsius inferorum fuerant fuscati caligine.

205 NON VANAE MONSTRA QVIETIS Virgilius ⟨Aen. III 173 sq.⟩: 'nec sopor illud erat, sed coram agnoscere uultus uelatasque comas praesentiaque ora uidebar'.

206 TVNE INQVIT inuehentis uerba.

207 REDDE HAEC interpositio est.

208 AMITTERE NOCTEM opportunitatem inuadendorum hostium perdere.

210 EDOCVI LAPSVS auium uolatus ostendit.

214 STERNENDI non contra uigilantes comminus pugnabimus, sed contra dormientes.

216 BENIGNAE NOCTIS demonstratiue. etenim dum loquitur, iterum prosperum augurium. ut Virgilius ⟨Aen. IV 576⟩: 'ecce iterum stimulat'.

218 QVASSAT HABENAS quasi denuo Amphiaraus reuertatur ad superos, quod est irae indicium, quod tardabant ire.

Lind. p. 347 219 NOCTEM EXTVRBABAT id est noctis quietem.

226 SORTEM VNDIQVE POSCVNT ut uel sorte exigant, qui mittantur.

---

2 IN SE IPSE **LPb** ipse in se **Pa** | uaticinationi **L** ‖ 3 admonē *corr. in* admouere **M** ‖ 6 VMBRA *om.* **M** | ipse . . . fuerant *om.* **Pa** | quod (*om.* tam) **Pb** ‖ 7 iuuenis **MPb** ‖ 8 offuscati **L** ‖ 9 NON VANAE *om.* **MP** ‖ 11 uelatasque . . . uidebar *om.* **MP** ‖ 12 tñc **M** Tume **Pb** ‖ 13 est *om.* **MP** ‖ 16 ostendi? ‖ 17 non] in **Pa** *om.* **Pb** | cominus **L** | pugnauimus **P** ‖ 18 dormientis **Pb** ‖ 20 fit iterum? | ut *om.* **L** ‖ 23 q////rę *superscr.* uā i **M** | qua **P** q̃ **M** ‖ 25 Noctis **MP** | exturbant **Pb** exturbabatq' **M** | id est noctis *om.* **MP** ‖ 26 SORTEM *om.* **MP** | sortes **L** *corr. in* sorte **M** ‖ 27 mittuntur **MP**

229 FETVRA equarum suboles.

231 CERTARE cursu contendere.

233 TERGA BONI sessioni utiles.

234 NATVS naturaliter aptus.

237 AD ARGOS gentis nostrae, quae uirtutis erat plena.

241 SEDITIONE quia certabant, qui magis eligeretur.

248 SPERANTIBVS AEQVORA VENTIS in spe habentibus maria.

249 INSVPER super electos. Lind. p. 348

250 APTVS SVADERE aptus dandis consiliis. IACTAT gloriatur.

251 NON CESSISSE PATRI dat operam, ne patri uideatur esse dissimilis. ORDINE DENI deni comites singulos duces sequebantur, ut cum his triginta proficiscerentur ad bellum, quod Thebanis etiam per diem potuissent horrorem inducere.

252 AGMEN hi pauci etiam non dormientibus et e diuerso pugnantibus sine dubio suffecissent.

255 GREMIO hoc est fidei.

257 GALEAMQVE SVBIT armatur.

258 ENSE GRAVAT non dixit 'donat', sed 'grauat', quia ponderosus erat.

259 SVPEROSQVE SEQVI quasi impius.

260 QVID ENIM interrogatiue.

263 MVGITVS AENAE ne audirent hostes portarum stridorem.

265 PERACTI perfossi.

269 EXPOSITAS neglegenter abiectas.

---

1 soboles **LPb** ‖ 3 BOVI **L** ‖ 5 nostre gentis **Pb** | q̇ (i *superscr.*) **M** | plenus **M** ‖ 6 qui **M** ‖ 7 SPERANTIBVS *om.* **MP** ‖ 10 sedere **MPa** foedere **Pb** ‖ 11 gratulatur **Pb** ‖ 12 ne] ut **Pb** | uideatur patri **L** ‖ 13 esse *om.* **M** | deni *om.* **M** ‖ 14 cum *om.* **Pb** ‖ 15 *ante* quod *inserendum puto* HORRENDVM | ꝗ **M** | potuissent per diem **L** | errorem **MP** | indicere **Pa** indicare *corr. in* iudicare **M** ‖ 17 e *om.* **LP** ‖ 21 domat **Pb** ‖ 23 seque quor. si **M** | impium **Pb** ‖ 24 QVID ENIM] quin **M** ‖ 25 AHENAE **L** | (ne *om.*) audire **M** | stridorem *om.* **Pb** ‖ 27 *schol. 265 om.* **M** ‖ 28 negligenter **LPb**

270 HINC AVSI debiles et otio dediti.

271 SERVARE VIROS obsidere. ad emphasin dictum. ad hoc enim uenerant Thebani, ut Argiuos, ne fugerent, custodirent.

272 TRANSIT cito occidit.

Lind. p. 349 274 SIGNARE QVEAT | numero definire.

277 HVNC TEMERE neglegentem et sine cura aliqua dormientem. EXPLICITVM extensum. Lucanus ⟨IV 628 sq.⟩: 'et omnem explicuit per membra uirum'.

278 GRESSIBVS ILLAPSVM CLIPEO hunc, qui sero uictus somno, dum stabat, defecit ac corruit.

280 ACCLINES stantes aut incumbentes clipeis dormiebant.

286 DEBILE FERRVM non ferrum debile, sed qui occidendo utebantur ferro, debiles facti sunt.

287 CALIGANTES IRAE incertae perturbationes siue sedatae.

Lind. p. 350 288 CASPIA a mari Caspio, quod inter Armeniam et Pontum est.

289 RABIES fames.

291 CONFVDIT MACVLAS pulchritudinem macularum cruore perfusa turbauit. SPECTAT SVA FACTA uicta fame respicit praedam. DOLETQVE DEFECISSE FAMEM dolet expletum fuisse desiderium comedendi.

294 INANES debiles, sine effectu.

296 SATVS HERCVLE Agylleus.

303 LVMINA SOLVIT id est ad mortem suam eorum oculos, in quem tela laxauerat somnus.

---

1 somno **L** | debiti **Pb** ‖ 5 diffinire **LPb** ‖ 6 tenere **MPa** | negligentem **LP** | et *om.* **Pa** ‖ 7 explicatum **Pb** ‖ 9 inlapsum **Pa** inlapsis **M** | hinc **Pa** *om.* **L** | qui . s. sero **L** ‖ 10 somni dum fuit deficit **Pb** ‖ 11 Adclines **MPa** | dormientes **L** ‖ 13 quia **M** ‖ 14 utebantur occidendo (*om.* ferro) **Pb** (!) ‖ 15 perturbatione **Pb** ‖ 16 a mare **MPa** | quia **M** ‖ 17 est *ante* inter *posuit* **L** ‖ 19 CONFVNDIT **LPb** | pulcritudinem **Pa** pulchritudine **Pb** ‖ 20 uictima **M** ‖ 21 DOLETQVE *om.* **MP** ‖ 22 comedendo **Pb** ‖ 24 Status **P** ‖ 25 LVMINA SOLVIT *scripsi* VOLVITVR lumine soluit **LMP** (Voluit *in* Soluit~/ *corr.* **M** | soluit *om. superscr.* **M** solium **Pa** solū **Pb**) ‖ 26 *ante* laxauerat *excidisse puto* iacta erant

304 SVPREMA longa nocte aut illis ultima.

307 COGENTE DEO premente somno.

309 EXIGIT transadigit. CAVA TESTVDINE antiptosis pro 'cauae testudini'.

310 ET DIGITOS poetice dictum, ut morientis digiti citharae fila pulsarent. ut Virgilius ⟨Aen. X 396⟩: 'semianimesque micant digiti ferrumque retractant'.

313 CRATERAS PATERASQVE inuersi crateres fuderunt merum. quod abundantia repulsum sanguinis iacentes repleuit crateres.

314 IMPLICITVM dum dormiunt, mutuis se tenentes amplexibus. HAVRIT perfodit, penetrat.

316 NESCIVS quia dormiens morti dimittitur. HILARIS quia sine sensu doloris in fata decessit.

320 PROFLATV anhelitu. Virgilius: 'anhelum proflabat sub luce deum'.

322 INACHIVS VATES Thiodamas.

323 FRACTVMQVE PERIT succisum, interruptum. uoluit enim aliquid proloqui, sed morte interueniente non potuit.

324 FORS ILLI dubitando poeta dixit, quia coniectura erat potius quam ueritas, quod dicebat.

327 CVM VACVAE NVBES toto rore uacuatae. HONOR Lind. p. 351
lux. NON OMNIBVS ASTRIS quia serena nocte non omnes stellae aequali splendore fulgent.

328 BOOTES septentrionem dixit, qui hebescit solis aduentu.

329 DEFECIT OPVS defecerunt mortes.

336 MADIDAS cruore perfusas.

337 MONSTRATAE PRAEMIA NOCTIS quia supra dixit deo se fuisse commonitum.

---

1 illius **M** ‖ 5 ET *om.* **Pb** | morientes *corr. in* morientis **M** ‖ 6 ut *om.* **MP** ‖ 8 ī crateres **Pb** ‖ 9 sanguinis repulsum **L** ‖ 10 crateres *om.* **M** ‖ 11 tenent **L** tenente **Pa** ‖ 12 perfudit **Pa** ‖ 13 qui **M** | demittitur **Pb** ‖ 15 anhelatu **M** | *uersus est Statii* (*Theb. II 76 sq.*) | anhelu **M** anhelitum **Pb** | proflabant *Stat.* ‖ 19 aliquit **Pa** *om.* **L** | p̃loqui *superscr.* e **M** ‖ 20 poeta dubitando **Pb** | dixit poeta **L** ‖ 21 nocebat **P** ‖ 23 q< *superscr.* ue **M** ‖ 25 dicit **Pb** ‖ 27 mortē **M** ‖ 29 sup **Pb** | de eo **L** | deos effuisse **M**

338 NONDVM ABLVTVS quia nondum se sacerdotali purificauerat ritu.

340 SI NON DEDECVI si monitus tuos non indecenter effeci siue non dehonestaui. TVLIQVE PREMENTEM pertulit urguentem, quia uates receptum imprimit numen.

342 CRVDVS HONOS cruentus a nobis praebetur.

343 AT PATRIAS SI QVANDO DOMOS si nos feceris ad patriam remeare.

345 EXIGE TAVROS tot tauros immolabo, quot hostes occidi.

Lind. p. 352 347 FATO urguente fato, quia perituri sunt. HOPLEVS hic Tydeo fuit et militia et amore deuinctus.

354 ASPERA MATER fortius interrogans uos, ubi sit funus filii.

356 SAEVIT INOPS TVMVLI quia diu uixerit, Parthenopaeus autem immatura morte consumptus est. PATIENTIOR ARTVS figurata locutio: quamuis patientiores artus habeat — id est: Tydei membra dura sunt et non cito tabescunt — nec ut adulescens Parthenopaeus multis sit lacrimis dignus.

361 ERRANTES insepultas.

362 IDEM ARDOR MISERO eadem ego quoque cupiditate succendor.

363 MENS HVMILIS debilitatus animus.

365 ARCANAE secretae noctis domina.

367 ALIO DESCENDERE VVLTV quia dicitur Luna mutata ad siluas figura descendere. nam eandem etiam Dianam dicunt. ut Virgilius ⟨Aen. IX 405⟩: ‘astrorum decus et nemorum Latonia custos’.

---

1 ABLVTVS] alit̃ **M** *om.* **Pb** | qui **Pa** *om.* **LPb** ‖ 4 non *om. superscr.* **M** | pertuli urgentem **LPb** ‖ 5 uatis **LPb** uitis **Pa** | praeceptum **L** | impetiit **L** impenit **Pa** imponit **Pb** ‖ 7 Ad **MPb** A **Pa** ‖ 9 TAVROS *om.* **P** ‖ 11 VRGENTE **LPb** | fato *om.* **LPb** ‖ 12 deuictus **M** ‖ 13 fortis **MPa** ‖ 15 uixerat *Mon.* ‖ 16 inmatura **MPa** | est *om.* **Pa** ‖ 18 cito *om.* **P** ‖ 19 ut *om.* **MP** | adolescens **LM** | peritus **MP** ‖ 26 quia *om.* **M** ‖ 27 figura ad siluas **Pb** | eandem *om.* **Pb** ‖ 28 ut] unde **L**

373 MALVS AETHERA FRANGIT IVPPITER nociua tempestas nubes collidit. Lind. p. 353

374 ABSILIVNT crepitant.

375 ASTRA pro caelo. nam dissilientibus nubibus caelum patet. OSTENDITVR ORBIS mundus apparet.

376 ACCEPIT RADIOS id est Dymas. EADEM PERCITVS HOPLEVS eadem luce, qua radios acceperat Dymas.

378 DANT SIGNA significant sibi inuicem se quaesita inuenisse cadauera.

379 REMISSOS liberatos.

381 PROPE SAEVA DIES silentii causam exposuit. INDEXQVE MINATVR aduentus diei raptorum cadauerum proditionem minatur.

383 EXHAVSTAS finitas. PALLERE TENEBRAS lucis aduentu noctem finiri.

384 ET FORS INGENTIBVS AVSIS inuiderunt uiris fortibus fata, quibus semper rarus est felicitatis euentus.

385 ANIMISQVE PROPINQVANT animorum cupiditate. licet adhuc non paruo disiungerentur spatio, tamen spe et properandi studio iam sibi castra uidebantur tenere.

386 DECRESCIT ONVS spe breuioris uiae minuebatur corporis magnitudo.

391 INCERTVMQVE VIDERI expressit, quemadmodum in tenebris aliquid uideretur.

394 TIMENTQVE NON SIBI mire poeta amantium cadauera expressit affectum.

397 AFFECTANS ERRARE MANVM non percutientis animo.

399 CVRAVIT ad hoc Aepytus miserat telum, ut Hopleum occideret.

---

1 frangitur **MP** | nocua **M** ‖ 3 ASSILIVNT **LPb** | ereptant **Pa** ‖ 4 *schol. 375 om. in marg. sup. add.* **M** ‖ 6 PARTITVS **L** ‖ 8 sibi] si *add.* ue **M** iḡ **Pb** ‖ 11 exponit **Pb** ‖ 12 aduentus . . . minatur *om.* **Pb** ‖ 16 Vt **M** ‖ 17 rarus est semper **Pb** | felicitatis est **L** ‖ 19 non *om.* **Pb** | se **M** ‖ 23 MOVERI **L** *Stat.* | quemadmodum . . . *394* . . . expressit *om.* **Pb** ‖ 25 animantium **LMPb** animantum **Pa** amantium *Mon.* ‖ 27 manus **Pb** ‖ 28 adhuc **P**

404 NESCIAT si non sentiat interuentu mortis amici sibi corpus auferri.

406 IVNCTA DYMAS Amphioni et Aepyto, qui praecesserant.

408 NEVTRI FIDVCIA nec in precibus spem salutis relictam uidebant.

413 AD CAEDEM desperatione uitae et ad occidendum et ad moriendum erat paratus.

414 VT LEA simili comparatione usus est etiam in animositate Hippomedontis, dum Tydei cadauer ab hostibus defensaret, ⟨IX 115 sqq.⟩: 'imbellem non sic amplexa iuuencum infestante lupo (tum primum feta) tuetur mater'.

Lind. p. 354 420 ET IAM LAEVA VIRO iam manus sinistra Dymanti fuerat praecisa, licet hoc instantius prohiberet Amphion.

424 FVLMINEI id est fulmine excussi utero matris.

425 INOAMQVE FVGAM quia cum Ino se praecipitaret in mare, meruit numen fieri. VESTRIQVE ad incutiendam misericordiam hostibus per infantiam numinis adiurat, ut Parthenopaei pueritiae parceretur.

427 HIC PATER apud uos.

428 IACENTIS VVLTVS quia dixerat illum superius supinum trahi, quemadmodum solent iacentes supplicare.

431 IMMO AIT AMPHION adhuc ignorauit Amphion exstinctos uigiles suos.

438 NIL EMIMVS TANTI proditione ciuium meorum nec uitam meam nec Parthenopaeo quaerimus sepulturam.

444 LETOQVE FRVVNTVR in facto tali cum uoluptate pereunt.

Lind. p. 355 446 MEMORES SVPERABITIS ANNOS uirtutis uestrae gloria temporum longitudo uincetur.

---

2 corpus sibi **Pb** | afferri **Pa** ‖ 3 q *superscr.* ue **M** ‖ 6 uidebat? ‖ 7 ad *om.* **M** ‖ 8 ad *om.* **Pb** ‖ 11 defensabat **Pb** | inbellem **MP** ‖ 13 ET *om.* **L** ‖ 14 praescisa **L** | prohibet **Pb** ‖ 15 id est an **L** ‖ 17 Vtrīque **P** | discutiendam **Pb** iscienciendam **Pa** ‖ 18 instantiam *corr. in* infantiam **M** ‖ 21 iacentes **L** ‖ 25 enī *superscr.* eminus **M** eminus **Pa** | eorum **Pa** | nec *om.* **Pb** ‖ 26 parthenopei **Pa** | sepulturas **Pa** ‖ 27 LAETOQVE FERVNTVR **L**

448 ADMITTET suscipiet id est participes faciet suae gloriae.

456 ARMA RVBERE sanguine perfusa rubescere.

458 RECENTVM pullorum.

462 APERTA alis extensis. INCREPET ALIS percutiendo alas pullos suos a casu prohibeat.

463 OPVS ARCANVM quod perfecerat in insidiis.

466 IVXTA similiter.

470 QVI TREMOR tali tremore percussus est, qualis solet inuadere fulminatos. ILLICITA a longinquo epitheton traxit, eo quod non liceat tangi loca, ubi iaceant fulminati.

473 RETORTO PVLVERE retro contorto. nam pul|uis Lind. p. 356 illuc erigitur quo homines.

477 CONGERIE sanguinis collectione. SEMIANIMVM semianimorum.

478 EXTERIT extrahit, imminuit cadauera.

479 IMPEDIT AXES a cursu retardat.

483 DELITVIT VIRTVS noctu per insidias pugnans. Lind. p. 357

484 PVLVERE certamine.

485 SVNT ET MIHI sicut Thiodamanti. PROVIDA DEXTRAE non auium aut deorum. ut Virgilius ⟨Aen. X 773⟩: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.

488 TRISTIOR AVGVR quoniam prodere non poterat futuram calamitatem.

491 SPECVLA AB ALTA feminino genere dixit.

493 DAT VIRES NIMIVS TIMOR contingit, ut et nimius timor uires faciat esse maiores.

---

1 id est *om.* **Pb** | facit **Pa** *om.* **M** | suae gloriae faciet **L** ‖ 3 rubescere perfusa **M** ‖ 6 prohibebat **Pb** ‖ 7 in *om.* **Pb** ‖ 9 perculsus **LPa** percusus **Pb** ‖ 10 inlicita **M** inclita **Pa** | a] ex **MPb** ‖ 14 illic **L** | egeritur **Pb** ‖ 15 collectione *om.* **Pb** | SEMIANIMVM *om.* **Pa** ‖ 17 EXTERIT *om.* **LMP** ‖ 18 Inpedit **M** ‖ 19 nocte **LP** | pugnat **MP** ‖ 21 ET *post* sicut *posuit* **Pb** ‖ 23 et . . . libro *om.* **MP** ‖ 26 AB ALTA *om.* **MP** | femineo **MP** ‖ 27 contingit *om.* **L** | & ut **M** qȝ **Pb** *om.* **LPa** | nimius timor *om.* **L** ‖ 28 facit uires **L** | esse *om.* **Pb**

497 TAYGETI mons Laconicae regionis. RIGIDI EVROTAE frigidi. Eurotas fluuius Laconicae regionis.

498 SPECTATE laudate.

499 NEMEAEO IN PVLVERE FELIX modo in Nemeaeo agone uictoria celebratus. hic Alcidamas in agone, quem in Archemori honorem Adrastus celebrauit, aduersus Capaneum caestibus dimicauit, ut superius ⟨VI 714 sq.⟩ poeta testatur dicens: 'tandem insperatus nuda de plebe Laconum prosilit Alcidamas'.

501 CONVEXA plaga caeli, in qua lucet stella Pollucis, quam refert poeta propter mortem cultoris sui nominis in occasum fuisse conuersam. unde superius ⟨VI 716 sq.⟩: 'sed socii fretum Polluce magistro norunt et sacras inter creuisse palaestras'.

503 LACAENAE Ledam dicit, quam Iuppiter mutatus compressit in cygnum.

504 FALSO OLORI proprie dictum, quia non cygnus, sed Iuppiter in cygnum uersus ad Ledam uenerat.

507 ERVDIIT GENETRIX quia mater Alcidamae Nympha fuit uenatrix, quae sine dubio fleuit, quod ita fortem, ita nutrierit bellicosum, ut audacia uirtutis suae fretus occubuisset incautus.

510 IALMENIDES patronymicon.

511 TORSERVNT clauserunt.

512 PANGAEA mons Macedoniae uel Maenala.

Lind p. 358 519 SOLVITVR INTEREA irruperunt Argiui Thebanorum uallum nec illos uis ulla potuit ab impetu retardare.

---

1 laconie **Pb** | RIGIDI . . . regionis *om.* **MPb** ‖ 5 coronatus **L** ‖ 6 in honore(m) Archemori **LP** ‖ 8 dicens *om.* **LMPa** ‖ 9 Alcidamas . . . poeta *om.* **P** ‖ 11 pp **Pb** | nominis *om.* **Pa** ‖ 13 norant *Statius om.* **Pb** ‖ 15 leda (*om.* dicit) **Pa** ‖ 16 in cygnum mutatus compressit **L** mutatus in cignū cōp̄ssit **Pb** ‖ 17 OLORE **LM** | prme **Pa** p'me **M** | dicā **Pb** ‖ 19 ERVDIT GENITRIX **LMPa** | quia . . . uenatrix *om.* **P** ‖ 20 defleuit **MPb** | ita[2] *om.* **L** ‖ 21 nutrierat itaque **L** nutrirent **Pa** | obcubuisset **M** ‖ 23 ALCMENIDES **LPa** Almenides **M** Athimenides **Pb** | patronymicum **LP** ‖ 24 plauserunt *corr. in* clauserunt **M** ‖ 27 uię ṇulla **Pb**

523 MIRANTVR AGI agi se mirabantur equi a sedentibus per abrupta.

524 IN FRENA RECEDVNT in uestigia redeunt. modo adeunt alacritate transeundi, modo timore altitudinis retrorsum redeunt.

527 REMOLIRI disrumpere, auellere.

532 NIGRASQVE semiustas.

533 ARSVRAS GLANDES nam sunt plumbeae. plumbum enim solet nimietate iactus calefactum liquefieri.

535 MOENIBVS pro euersione moenium ipsis moenibus pugnabatur. EXVNDANT FASTIGIA NIMBO scatent multitudine iaculorum.

537 CERAVNIA montes excelsi Epiri, qui illis propius nauigantes infestant. unde Lucanus ⟨V 652 sq.⟩: 'scopulosa Ceraunia nautae summa timent'.

541 VIRVM Argiuorum.

542 IMBER ATROX telorum densitas. etenim peculiare est poetis belli impetum caeli tempestatibus comparare.

544 FALCATO falces habente. hoc genus armorum etiam Sallustius describit.

547 OCREIS crurum tegminibus, quibus in curru haerentibus trahebatur.

548 MIRANDVM miserandum.

552 AT TVBA Argiuorum. Lind. p. 359

553 AMARO terribili.

555 SVA DAMNA quia occidebantur.

556 DIRA INTVS FACIES horrenda luctus species impleuerat ciuitatem.

557 LYMPHATAM timoris magnitudine furiatam.

---

1 agi *om.* **Pa** | assedentib. **M** ‖ 4 adeunt *scripsi* abeunt **LPa** *om. superscr.* **M** transeunt **Pb** | modo *om. add.* **M** | timores **M** ‖ 7 -QVE *om.* **MP** ‖ 8 (sunt *om.*) plumbei **M** ‖ 9 ictus **Pa** ‖ 10 uersione **Pa** uisione **Pb** | ipsius . . pugnabantur **Pb** ‖ 11 sascent **M** scitent **Pb** ‖ 13 Epyri excelsi **L** | proprius **L** ‖ 14 scopuloso **M** ‖ 18 poetas **P** po&̃ **M** ‖ 20 *Maurenbrecher II p. 118* ‖ 21 tegiminibus **Pa** ‖ 22 trahebantur **L** ‖ 27 inter **Pb** int̃ **M**

562 MENTE ACCEPERE CATENAS prae timore illa uidebantur, quae poterat inferre captiuitas.

563 CONSVMPSIT VENTVRA TIMOR peracta putabantur timoris magnitudine, quae nondum euenerant sorte bellandi.

571 IPSAE TELA VIRIS quia in calamitate nullus pudor est feminis prodire in publicum uel aliquo pro patria fungi officio.

573 OSTENDERE NATOS ut uiros suos ad pugnam ostendendo liberos acrius excitarent. Sallustius: 'ut res magis quam uerba agerentur, liberos parentesque in muris locauerant'.

575 ARMATAS aculeis.

Lind. p. 360 581 SERIT dispergit, immittit.

583 REVERENTIA REGIS perturbationis magnitudine nulla reuerentia regiae personae apud sollicitos erat.

584 COMPVTET ANNVM ut computato tempore exsilii anno integro solus regnum Polynices teneret.

586 TENEBRAS caecitatem patris.

587 NOXAE noxa est poena, noxia culpa ipsa.

588 INDE ALII e diuerso alii contraria sentiebant dicendo: olim quidem istam fidem sequi debuimus, ut Polynicen pelli minime pateremur, nunc uero semel coepto proelio est acriter dimicandum.

592 QVIANE ANTE DVCI εἰρωνικῶς: cur modo futura non dicam, qui ante, cum uentura praedicerem, ita sum libenter auditus? duci Eteocli.

594 PERITVRAQVE THEBE notandum, quia Thebe singulariter dixit.

596 VACANTIBVS caecitate uacuatis.

1 MENTE *om.* **MP** | accipere **MPa** || 2 quae ... 563 ... putabantur *om.* **Pb** || 3 VENTVRA TIMOR *om.* **MP** || 4 quae *om.* **Pb** | bellanti **P** || 6 in **L** ad **MP** || 8 OSTENDERE *om.* **Pb** | ut *om.* **Pa** || 9 *Maurenbrecher II p. 202* || 10 gererentur **L** | locauerunt **Pb** || 12 Armatis **M** Armatus **P** | agaleis **MP** || 13 spergit **Pb** | inmittit **M** || 16 exsili *add.* i **M** || 17 Polynices regnum **L** || 19 noxia *om.* **M** || 20 e] et **P** || 21 debemus **Pa** || 22 pelli *corr. in* pellere **M** | minime pelli **L** | coepto semel **L** || 24 QVIA NEC **L** | cur **L** cur& **M**(**Pa**) & uoc& **Pb** || 25 p̄dicarē **M** || 27 quod **L** || 29 citate **Pa** cito **Pb**

597 VINCAMVR PIETAS hoc est: decreueram quidem tacere, sed miseratione uictus patriae silere me futura non patior.

598 ACIEQVE SAGACI oculorum scilicet.

599 FLAMMARVM APICES hoc genus sacrificii καπνομαντεία dicitur, quia ex diuisione ipsius fumi futura monstrantur.

600 ET CLARA TAMEN per medium splendentem apicem uictoria Thebana monstratur. FASTIGIA LVCIS summum culmen exortae flammae.

601 IN SPECIEM SERPENTIS serpentis specie flamma figurata mortem significat Menoecei, qui ex draconis semine trahebat originem.

602 ANCIPITI GYRO in utraque parte. VOLVI FRANGIQVE obscurari uel flecti siue rotari flammam in claram lucem.

603 DVBIO Tiresiae id est ignaro. per caecitatem nesciebat, quae sacrificia signa monstrarent. ILLVMINAT VMBRAS dat oculos caeco nuntiando signa, quae facta sunt.

604 ILLE CORONATOS siue flamma in coronam uersa siue quia arae omnibus sacrificiis coronabantur.

607 INSANA LEVAT furore diuino sacerdotis crines horrebant. DIDVCTA patefacta.

608 CONSVMPTVM senectute horridum uultum laetitia futurae uictoriae crederes immutatum in pristinum iuuentutis nitorem.

610 EXTREMA LITAMINA sacrificiorum signa, post quae Lind. p. 361 sacrificare iterum non licet. inter 'litare' enim et 'sacri-

2 me silere **L** || 3 patiar **Pb** || 4 scilicet *om.* **MP** || 5 aruspicii **Lc** | caphnomantia **M**(**P**) || 6 ex *om.* **Pa** | diuinatione **P** | monstrantur ... Thebana *om.* **Pa** || 8 At **Pb** || 10 exsorte **M** || 13 originem trahebat **L** || 14 Non uolui **P** | frangi **L** || 15 obscurarique **L** obscuram **Pb** | uel *om.* **Pb** | ī flāmam **Pb** || 18 signa sacrificia **Pb** | monstrare **M** monstraret **Pb** | Inluminat **MP** || 20 siue *om.* **Pa** | in corona **M** || 21 quia] qđ **Pb** tu **Pa** || 23 DEDVCTA **LP** || 24 Consumpta **M** || 25 uictoria **M** uictores **Pa** | credens **L** | credere si mutatum **M** || 26 uictorem **Pa** || 28 iterū sacrificar̃ **Pb**

ficare' hoc interest: sacrificare est hostias immolare, litare uero per immolationem hostiarum impetrare, quod postules.

611 SED LIMITE DVRO uictoriam nobis quidem numina pollicentur, sed dura sententia, quia aliter euenire non poterit, nisi se Menoeceus occiderit.

617 COMMVNIA LVGENS quia adhuc patriae ruinas impatienter ferebat, necdum filii orbitatem.

621 SVADETQVE TIMOR habet enim proprias diuinationes in diuersis timor nimius. ut Virgilius ⟨Aen. X 843⟩: 'agnouit longe gemitum praesaga mali mens'.

623 LIBYCO Tyrrheno.

624 CELERARE IVBENTEM mortem Menoecei.

625 ORA CANENTIS Creon Tiresiam suppliciter rogabat, ut funestam sibi deorum uoluntatem taceret, quia pro salute patriae unius hominis mors negari non poterat. poposcerant enim numina, ut pro Thebana uictoria Menoeceus, unus qui de semine illorum superfuerat, qui satis draconis dentibus fuerant nati, se uoluntarie traderet morti.

Lind. p. 362 628 STIMVLOS hortamina.

630 MENS HOMINI TRANSMISSA DEIS nemo enim talem nisi diis hortantibus susciperet mentem, qualem Menoeceus accepit.

631 DIGESTA ordinata.

637 AFFIXERAT IGNES stellas uirorum fortium dicit transeunti honorem referre Virtuti, quia ipsius merito possederant caelum. dicit autem Liberum, Herculem, Castorem, Pollucem, quos 'ardens euexit ad aethera uirtus'.

639 MVTARE GENAS transfigurare se in aliam formam.

640 RESPONSIS VT PLANA FIDES ut Tiresiae responsis fides promptior haberetur, quae iubebant perire Menoeceum.

---

1 hoc *om.* **M** ‖ 2 pro **Pa** | quia **Pb** qui *corr. in* qđ **M** ‖ 3 LIMITE *om.* **Pb** ‖ 4 qualiter **P** | inuenire **Pa** ‖ 6 qui **M** ‖ 7 nedum **LPa** ‖ 8 TIMOR *om.* **MP** | habet] hunc **M** ‖ 10 longe *om.* **LPa** ‖ 12 Celare **MPb** ‖ 13 tyresian **M** ‖ 16 numina ut *om.* **M** ‖ 17 de sanguine **Pb** ‖ 18 nati fuerant **L** | uoluntarię **M** ‖ 20 TRANSM. *om.* **MP** | DEIS *om.* **MPb** ‖ 21 dis **Pa** | susceperat **M** ‖ 23 Adfixerat **M** Adflixerat **Pa** affluxerat **Pb** ‖ 24 uirtutis **L** | qꝫ **P** | merito *om.* **P** ‖ 25 possiderant **MPa** ‖ 26 *uersus est Aen. VI 130* ‖ 27 gen⁹ **M** ‖ 28 VT PLANA FIDES *om.* **MP**

643 MOLLIOR suauior.

644 DESCENDVNT VESTES defluunt. solet enim Virtutis simulacrum depingi succinctum.

645 NAM LAVRVS ERAT laurus commune est uatum et uirorum fortium decus. ASPERA rigentia siue magna.

646 SIC LYDIA CONIVNX Omphale, cui Hercules per amorem seruisse perhibetur.

648 PERDERE SIDONIOS quia Herculem non decebat muliebris habitus, quia mole membrorum mollia imitari non poterat. perdere enim est male aliquid imitari. Sidonios amictus uestem purpuream dixit.

649 ET TYMPANA RVMPERE quae nimietate percutientis frangebantur.

650 DIGNVMQVE IVBERI dupliciter sentiendum. id est: neque indignum, cui post mortem sacra fierent, neque indignum, cui talia iuberentur.

653 MAVORTIVS bellicosus.

654 ATQVE OMNIA id est in omnibus.

655 TV PRIOR melior, maior. CIRCVM CVMVLANTVR mortuorum cadaueribus, quos occiderant.

656 OMNE SEDET TELVM scilicet omne Menoecei uulnus letale erat et nulli ictus in uacuum cadebant.

657 NECDVM ADERAT VIRTVS talia Menoeceus necdum instigante numine faciebat. Lind. p. 363

660 RENIDENT sanguine perfusa nitidiora fiunt.

663 CADMI DE SEMINE de draconis dentibus, quos Cadmus seuit.

665 PLVS CONCIPE plus uirtutis suscipe.

668 CVNCTO PATRIAE mortem libenter amplectere pro salute omnium Thebanorum.

---

2 VESTES uestes **L** ‖ 3 pingi **Pb** ‖ 7 inseruisse **L** ‖ 9 mollia rumpebantur. perdere est aliquid male **L** ‖ 14 Dignum **M** | hoc sentiendum **L** ‖ 15 fierent sacra **L** ‖ 18 id est *om.* **Pa** | in *om.* **Pb** ‖ 19 CIRCVM *om.* **MP** ‖ 21 OMNE SEDET TELVM *om.* **LP** | omné· scilicet **LP** ‖ 22 in uanum **L** ‖ 23 VIRTVS *om.* **Pb** ‖ 25 profusa **Pa** ‖ 26 quod **Pa** ‖ 28 suscipere uirtutis **Pb** ‖ 29 amplexure *corr. ex* amplexurū **M** ‖ 30 hominum **M**

670 CERTA TVI certum habet patria tua tanto se a te amore diligi, ut pro ea libenter te offeras morti. RAPE NOBILE FATVM totus hic locus celeriter pronuntiandus est, ut iubentis exprimat affectum.

673 SESEQVE IN CORDE RELIQVIT in animo Menoecei penitus uirtus insedit.

677 INVASIT arripuit.

678 HABITVMQVE NOTAVIT Virgilius ⟨Aen. I 405⟩: 'et uera incessu patuit dea'.

682 FIXIT occidit.

685 IGNIBVS IMPLET his uulgi laudibus Menoecei animus ad honestam mortem magis impellebatur.

Lind. p. 364 694 RESPONSA quae te iubent mori pro patria.

697 DIGNANTVR STIMVLARE uult pater ab aetatis decrepitae assertione responsa destruere. dicit enim Tiresiam iam nimia senectute non posse uera responsa proferre.

699 FRAVDE DOLOSA quid si hoc immissu regis Eteoclis dolose Tiresias fingit? sumus enim regi pro nostra nobilitate suspecti, ne illi succedamus in regnum.

702 QVAE VERBA DEORVM forte regis haec uerba sunt, quae nos responsa credimus numinum.

706 SIC TVA adiurantis affectus.

707 TIMOREM PERVENIAS quomodo ego tibi timeo, sic tu timeas liberis tuis. id est: sic ad aetatem peruenias, ut pater sis.

Lind. p. 365 720 QVIN ET MONSTRANTIBVS ILLIS diis | utique sibi

---

1 tantū **M** tm̃ **Pb** | ante more *add.* a **M** ‖ 2 te libenter **L** | auferas **Pa** ‖ 3 factum **MPb** | totus *om.* **M** | hic *om. superscr.* **M** | celebriter **Pa** ‖ 5 SESEQVE *om.* **MP** | Menoecei *om.* **Pb** ‖ 12 amor (ad *om.*) honestaū (*corr. in* honesta in) morte **M** | morte **Pa** | implebatur **Pa** ‖ 14 etate **M** ‖ 15 asseptione *corr. in* assercione **M** | responso **Pa** ‖ 16 iam nimia] a *corr. in* p̄ **M** ‖ 17 q **M** quod **Pb** | inmissu **M** imminossu **Pa** iussu **Pb** ‖ 18 fingat **L** | enim *om.* **Pa** | regi *om.* **M** ‖ 19 illis **Pb** | succendamus **Pa** ‖ 20 *schol. 702 om.* **Pb** ‖ 22 effectus **M** ‖ 23 sic quomodo **Pb** | tu *om.* **Pb** ‖ 24 ad id aetatis **LP** ‖ 26 Qui nec **M** | ILLIS *om.* **MP**

deuotum iuuenem rationem fallendi patris monentibus. nam eum securum deceptu fraudis effecit.

726 IN ME INSANIRET APOLLO si me in templo posito talia Apollo praedicaret, ut meis auribus diuinantis numinis uerba perciperem, non facile credidissem.

729 VIX ILLVM uix illum saucium uulnere de hostium medio potui liberare.

730 INTER VTRASQVE ACIES Argiuorum Thebanorumque.

733 FVGAM REVOCARE sanguinis fluxum arte medicinae restringere.

735 CALIGINE PECTVS ut magis timeat Haemoni uulnerato quam perituro filio Menoeceo.

739 AEQVORE CAMPI campi spatio. Lind. p. 366

740 NVNC EQVITVM CVNEOS ἐξήγησις.

741 MODERANTVM regentium equos. CVRRVS pro equis.

743 LAXAT soluit. FVMAT anhelat.

747 DEFERAT fundat.

751 VLLIVS AETAS nullius aetas aut uirtus Capaneum poterat ab impetu uirtutis suae tardare.

754 VICES alternos impetus.

757 AVGVSTIOR uenerabilior.

759 EXEMPTA MANIFESTVS nudo capite coepit magis agnosci.

760 DESPEXITQVE ACIES HOMINVM quasi ipse iam deus uitam pro gloria contempturus.

761 CONVERTIT CAMPVM ad orationem suam pugnantium ora uultusque conuertit.

765 FERTE RETRO BELLVM retro agite hostes in fugam.

---

1 orationem **Pa** | mouentibus **L** | nō **Pa** ‖ 2 securum eum **L** | efficit **Pb** effectus **M** ‖ 3 APOLLO *om.* **L** | siue **L** sine **P** (*om.* me) | mei **Pb** | positus **L** posita **Pb** ‖ 4 Apollo talia **L** ‖ 5 p̄ciperē **M** ‖ 6 VIX ILLVM *om.* **Pb** | sauciatum **L** | de medio hostium **Pb** ‖ 8 In **M** | et Thebanorum **L** ‖ 9 artis **Pb** ‖ 14 eφeΡΓcιc **M** ei erecic **Pa** erexit **Pb** eiicit **L** ‖ 16 LAXAT soluit *om.* **M** ‖ 17 findat **Pb** ‖ 18 nullius aetas *om.* **Pb** ‖ 19 poterat Capaneo **Pb** ‖ 22 Etempta **M** | MANIFESTIVS **L** *om.* **Pb** ‖ 24 -QVE *om.* **Pb** | quia **Pb** ‖ 25 ꝑ gloriam **M** ‖ 27 uultus oraque **Pb** ‖ 28 FERRE **L**

CAPTAEQVE IMPINGITE LERNAE ut, qui nunc uictores Lind. p. 367 sunt, Argiui uincantur et, qui insecun|tur, fugiant.

769 PLACIDA HOSTIA quae non repugnaui.

770 SI NON ATTONITIS si non diuinantis Tiresiae uerba stupefactus accepi. attonitis timidis. attoniti enim dicuntur, quos fragor tonitrui in unum locum defixit, quos Graeci uocant ἐμβροντήτους hoc est stupentes.

773 EXORATE consolamini.

775 DEDIGNANTEM ARTVS quippe qui iam caelum petebat. MAESTAMQVE TENERI carcere corporis scilicet.

776 QVAESITAM aut a superis aut a Thebanis pro salute sua.

777 LVSTRAT expiat.

787 CONCINITVR collaudatur. ordo: concinitur uulgo: populus eum conditorem urbis suae uocabat et Cadmo atque Amphione meliorem dicebat.

788 VERIS HONORE SOLVTO apertis rosis.

791 LACRIMABILIS quia dolebat fraude se deceptum a filio et iratus eum nolebat flere.

Lind. p. 368 793 LVSTRALEMNE lustrare ciuitatem humana hostia Gallicus mos est. nam aliquis de egentissimis proliciebatur praemiis, ut se ad hoc uenderet. qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis, denique certo et sollemni die per totam ciuitatem ductus ex urbe extra pomeria saxis occidebatur a populo.

796 COITV REVOLVTA [NOTAVI] quoniam filii coitus in matrem rediit. ut ipse alibi ⟨Theb. I 235⟩: 'proprios monstro reuolutus in ortus'.

---

1 CAPTAEQVE ... LERNAE *delenda puto* | inpingite **M** ‖ 2 insequuntur **L** insequntur **Pb** ‖ 5 atton. tim. *om.* **Pb** ‖ 6 tonit̃us **Pb** | deflexit **Pa** ‖ 7 ἐμβροντήτους **Lc** *om.* **LMP** | stupentes *om.* **Pb** ‖ 10 sc. corporis **L** ‖ 11 QVAESITVM **L** | a² *om.* **MPa** ‖ 14 conlaudatur **MPa** ‖ 15 eum populus **L** ‖ 16 meliorem amphione et cadmo **Pb** | dicebant **Pb** *corr. ex* dicebat **M** ‖ 18 se *om.* **LP** ‖ 19 eum iratus **L** ‖ 20 LVSTRALEM **L** ‖ 21 pelliciebatur **L** ‖ 22 primus **P** | ad hoc *om.* **Pa** ‖ 26 NOTAVI *om.* **MP** | quando **L** | citius **Pa** ‖ 27 et proprios **Pb** | monstret **Pa**

806 DIVERSA contraria, quae mihi obfuerunt per partum.

807 EFFLORVIT ARMIS quia de serpente illo, cuius Cadmus seuerat dentes, Creon, Menoecei pater, ducebat originem. queritur ergo mater Menoecei omnia illum a patre habuisse et nihil de matre et inde illum amore mortis abreptum.

810 FATIS NOLENTIBVS quia ante diem peristi.

812 HAEC MANVS quae te occidit, tua scilicet.

813 VIDEN syllaba cum naturaliter longa sit, tamen eam corripuit secutus auctoritatem Maronis dicentis ⟨Aen. VI 779⟩: 'uiden, ut geminae stant uertice cristae?' CONSVMPSERIT ENSEM quia totum pectore recepit ferrum.

814 HAVT QVISQVAM ab hoste non tantum fuisset infixus gladius.

816 PEROSAM odio habentem consolantes se.

819 TELLVRE RELICTOS quia solam terram intuebatur.

822 SAXI speluncae, in qua filios edidit uel educabat.

824 PRAETER iuxta tigridem orbam.

825 VBI ENIM interrogatiue: quia nusquam uidebat filios, quibus alimoniam lactis pararet.

828 COMMINVS mox insequenti. TOLLENDVS carmini- Lind. p. 369 bus altius efferendus.

830 AMENTIA furor poeticus.

831 PROFVNDA inferna.

832 SIGNA SECVTAE uelut Capaneo militent.

---

1 Versa **P** | contraria] gr̃a **Pb** ‖ 2 partiē **Pa** patrem **Lm** ‖ 4 pater a serpentibus duxit **L** ‖ 5 mater] pater **Pb** ‖ 7 arectū **Pb** ‖ 8 NOLENTIBVS FATIS **L** | diem *om.* **Pa** | periisti **LMPa** ‖ 9 HAEC *om.* **MP** | tua scilicet quae te occidit **L** | scilicet *om.* **Pb** ‖ 10 Vide **Pb** ‖ 11 eam *om.* **Pb** | (secutus *om.*) aucte͠ **Pb** | dicentis *om.* **Pb** ‖ 12 uident **M** uidē **Pb** | aut **LPb** | uertice] cornua **MPa** | xp̃e **Pa** ‖ 14 non tantum ab hoste **L** | tam̃ **Pb** ‖ 16 se *om.* **LPa** ‖ 17 reductus **Pa** | intuebantur **LPa** ‖ 18 Saxa **Pa** | uel educabat *om.* **Pa** ‖ 19 tygrið **M** ‖ 21 alimonia **P** ‖ 22 insequente **Pb** insequent **Pa** ‖ 23 abit' **M** ‖ 24 furore **Pb** ‖ 26 ueluti **Pb** | militante **Pb**

833 ARMA IOVEM inuidiose se contra Iouem Capaneus armauit, ut gloriosa morte periret.

835 SEV LAETA MALORVM quoniam gaudemus arduas res et periculosas incohare, quarum nos postea paenitet. CAECA incerta, quia interdum, quae putamus bona, mala eueniunt exitu.

836 ET BLANDAE sero uenientes.

841 GEMINA LATVS admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in armorum iudicio: 'tum prae se portant ascendibilem semitam, quam scalam uocant'.

844 INCENDITVR IGNIS splendore clipei repercussus splendidior fit.

847 QVID SACRA IVVENT quid prosit Thebanis mors Menoecei sacris inuenta.

Lind. p. 370 848 ET ALTERNO mire descripsit scalis ascendentem. alterno gressu id est modo dextro, modo sinistro pede.

850 VIDIT ALOIDAS Otus et Ephialtes, Aloei filii, tantae audaciae fuere, ut montibus constructis caelum expugnare niterentur. icti fulmine et in Tartarum missi sunt.

874 CARMENQVE IMBELLE SECVTI quia Amphione cantante dicuntur instructae.

879 ABSILIVNT dissoluuntur.

880 SAXEA FRENA compages quadratorum, quae constringunt et continent aedificationem.

Lind. p. 371 886 INSERVANTE custodiente Iunone, ne quid pro Thebis diceret Liber.

887 OBLIQVO non ea parte aspiciens propter Iunonem siue quasi iratus Ioui.

---

1 se *om.* **MP** | contra *om.* **P** | arma ioue inuidiose **Pb** || 3 quando **L** || 4 periculosa **Pb** || 5 Coeta **Pa** Certa **Pb** || 6 malo **Pb** || 7 uenientis **L** euenientes **Pb** || 8 GERMINA **LPa** || 9 *Ribbeck II³ 270 sq.* | Pacuuius *Dubnerus* | cum **Pb** tĩr **Pa** | p̧ **Pb** | portat *Dubn.* || 10 ascendi uilem **MPb** | uocitant *Dubn.* || 11 nitore **L** || 15 describit **LPa** || 16 id est *om.* **Pb** || 17 Aloi **LM** alon **Pa** aloii **Pb** || 18 fuere *om.* **MP** | conscendere **Pb** || 19 & icti **L** | et *om.* **L** | tartara **L** taurum **P** | mersi **LP** || 20 inbelle **MPa** | qua **Pb** || 21 fuisse dicuntur constructae **L** | instructi*?* || 23 FRENA *om.* **Pb** || 26 Liber] ib̄ **M** || 27 Oblico **Pa** | aperte*?*

888 CVNABVLA FLAMMAE ubi sunt mea cunabula?

889 AVCTOR APOLLO quia Apollinis oraculum Cadmus secutus aedificauit Thebas.

891 DVBITAT TIRYNTHIVS ideo inducit Herculis dubium fauorem, quia et ab Argiuis et a Thebanis ducebat originem: ab Argiuis per patrem a Perseo uenientem, nam Perseus Danaes filius, eius filia Gorgophone, Gorgophones Electryon, Electryonis Amphitryon, Amphitryonis Hercules, a Thebanis uero per uxorem Megaram, Creontis filiam, de qua suscepit Oxeam et Creontiadem, quos furore correptus occidit.

895 TRITONIA haec etiam Argiuis fauet. de Iunone autem nemo dubitat, quam Homerus Argiuam nominat. bene ergo tacita: ubique enim Iuno tacens describitur. unde ei oratio necessitate datur. unde Virgilius ⟨Aen. X 63 sq.⟩: 'quid me alta silentia cogis rumpere et obductum uerbis | uulgare dolorem?'

897 PACEM IOVIS otium, quo iracundia carebat. Lind. p. 372

905 TONITRV solas potes puellas turbare fulminibus.

916 VICTAM superatam.

920 PRO FVLMINE PENDENT desperatione fulminis solliciti sunt. id est: timent, ne non ualeat fulmen perimere Capaneum.

924 ATTRITIS collisis nubibus. nam dicunt physici collisione nubium emitti fulmina.

926 LASSAMQVE exstinctam.

930 CEDVNT ACIES Thebanae Argiuaeque.

---

4 dubitabat **Pb** | i͡o dicit **Pb** || 5 dicebat **Pb** || 6 ab *om.* **MPa** | argiuus **M** | propter **L** || 7 danę **MPa** damne **Pb** | eius filia *om.* **MP** | gorgone gorgones **Pb** || 8 Amphitryo **L** *om.* **MP** | amphitrioniades **M** amphidrionius **Pa** *om.* **Pb** || 9 a *om.* **MP** | thebanus **Pb** | propter **LPb** | minegerā **M** minogram **Pa** || 10 Oceam **Pa** Aream *myth. (II 158) cf. schol. IV 570* | creontiaden **MPa** | q̃ **Pb** quas **LMPa** || 13 dubitet **LPa** | Argiua **Pa** || 14 enim *om.* **L** p̧ **Pa** | describatur **Pb** || 16 et . . . dolorem *om.* **MP** || 19 SOLVS **LMPb** salus **Pa** | potest **M** | puellas potes **L** | tonitribus **L** || 24 conlisis **MP** | philosophi **MPa** || 26 LASSAM **LP** Lapsāq' **M**

933 (936) FVMANTIA MVRIS ut eos corporis sui igni succenderet.

934 (937) SED MEMBRA VIRVM sed pro 'nisi'.

935 (938) EXVITVRQVE ANIMVS mire 'exuitur' dixit. quia anima exuitur corpore, ideo metaphoram a uestibus posuit.

936 (939) CESSISSENT fulmini. hoc est: consumpti fuissent.

Lind. p. 373

COMMENTARIVS IN LIBRVM XI.

Continet hic liber exsultationem Thebanorum post mortem Capanei. Tisiphones Furiae signum ad Megaeram, ut ab inferis emergat. ascensio ipsius Megaerae. allocutio Tisiphones ad eam de fratrum singulari certamine. Polynicis somnium aduersum et eius allocutio ad Adrastum de singulari certamine cum fratre suscipiendo. sacrificatio Eteoclis pro uictoria Thebana et eiusdem sacrificii omen aduersum. nuntius significans Polynicen ad bellum procedere. allocutio Creontis cogentis Eteoclen exire. responsio Eteoclis. allocutio matris Iocastae ad Eteoclen, ut desistat a bello. par allocutio Antigones de muro ad Polynicen. eruptio Eteoclis. allocutiones inuicem fratrum. allocutio Adrasti bellum desuadentis. Pietatis conquestio de fraterno certamine uel eius uoluntas pacis. Tisiphones interuentus. fugata Pietas et pugna et doli. interitus

1 signis **Pb** ‖ 3 VIRVM *om.* **MP** ‖ Explicit liber X. Incipit liber XI. **Pa** ‖ 12 assensio **P** ‖ 13 certamine singulari **L** ‖ 14 somnū **P** | aduersus **Pa** & aduersum **Pb** | ad *om.* **MPb** ‖ 15 de] se **Pa** | suscepturū **Pb** | sacrifitio **Pa** ‖ 16 sacri om̃i **Pa** ‖ 17 auersum **Pb** | nunciū **Pb** | Polynicem **LM** | bella **LP** ‖ 18 Etheoclem **LPb** ‖ 19 castę **Pa** | iocaste mr̃is **Pb** | Etheoclem **LPb** ‖ 21 Polynicem **L** | et ruptio **Pa** ‖ 22 dissuadentis **LP** ‖ 23 uoluptas **M** ‖ 24 fratrum interitus **L**

fratrum. lamentatio Oedipi super filiorum cadauera. mors Iocastae. Creontis imperium de non sepeliendis cadaueribus Argiuorum, quos belli casus fuderat, qui tunc primum acceperat regnum. eiusdem Creontis imperium de exclusione Oedipi. allocutio Oedipi superbe respondentis. allocutio Antigones Creontem deprecantis, ut ignosceret Oedipo, patri suo. fata Graecorum.

2 EXPIRAVITQVE RECEPTVM FVLMEN cum anima amisit Lind. p. 374 siue efflauit.

4 SIGNAVIT MVROS excussit.

9 FRAGMINA TVRRIS quae cum ipso est fulminata.

10 MEMORANDA FACTA quod a Ioue fulminari meruit.

11 NON ILLAVDATA TONANTI ad exaggerationem uirtutis Capanei dixit eius morte etiam Iouem sese potuisse iactare.

12 TEMERATOR MATRIS Tityon, Latonae concubitum Lind. p. 375 uiolenter affectans, Apollinis est peremptus sagittis et a Ioue apud inferos perpetua poena damnatus.

14 VOLVCRES secundum Homerum, qui dicit uiscera Tityonis gemino uulture exedi, non uno, ut Virgilius dicit.

16 INIECTVS prostratus.

24 GALEAEQVE TONANT uelut tonitru insonant.

26 CAELIQVE TVMVLTV VTITVR Iouis fulmine audaciam dimicandi plebs Thebana conceperat.

27 MASSYLA PER ARVA terras Africae.

32 HINC PREMIT EVRYMEDON ex parte altera Eury- Lind. p. 376 medon, dux Thebanorum, premebat, cuius in catalogo

1 -mentatio . . . sepe- *om.* **Pa** | oedippodi **M** | cadauera filiorum **Pb** ‖ 2 sepeliendi **M** ‖ 3 Argiuorum *om.* **Pa** ‖ 4 regem **Pb** ‖ 5 allocutio Oedipi *om.* **M** | superbe . . . Oedipo *om.* **Pa** ‖ 6 creontis dep̄cantē ut ignoscerent **Pb** ‖ 7 facta **Pa** ‖ 8 RECEPTVM FVLMEN *om.* **MP** | cum] eis **Pa** | animam **P** | emisit **L** ‖ 9 siue *om.* **L** | flauit **Pa** ‖ 10 MVROS *om.* **MP** | ex(c)ussis **P** ‖ 11 FRAGMINA *om.* **MP** ‖ 12 FACTA *om.* **MP** | meruit fulminari **L** | meruerit **P** ‖ 13 NON *om.* **MP** | inlaudata **M** laudata **Pb** | TONANTI *om.* **MP** ‖ 19 *Odyss. XI 578* ‖ 20 excedi ne **Pb** | *Aen. VI 597 sqq.* ‖ 21 EIECTVS **L** aiectus **Pb** ‖ 22 -QVE *om.* **MP** | tonitrū sonant **M** ‖ 23 CAEL. TVM. *om.* **MP** ‖ 24 p̃les **Pa** pleps **M** ‖ 25 terram **Pb** ‖ 26 Eurimedes **M**

⟨VII 262 sq.⟩ fecerat mentionem: ‘proximus Eurymedon, qui pastoralia Fauni arma patris’.

35 IVVENEMQVE PATREM e diuerso dicit Lapithaonem cum Alatreo filio bellum mouere pari paene aetate pollentes. et istorum meminit in catalogo ⟨VII 296 sq.⟩: ‘pater est natusque, sed aeui confudere modos’.

39 ARTATVR opprimitur siue densatur.

45 PVBES TIRYNTHIA iuuenes dicit, qui cum Agylleo fuerant, Herculis filio. sed stipitibus et sagittis dimicabant, non gladiis. ut in catalogo ⟨IV 154 sqq.⟩: ‘flauae capiti tergoque leonum exuuiae, gentilis honos, ac pineus armat stipes, inexhaustis artantur tela pharetris’.

50 ENYEVS hic tuba Thebanos in bellum excitare solebat, sed tunc amens fugam ciuibus suadebat.

56 TVBA SOLA PEREGIT Ennius: ‘cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit et pereunte uiro raucum sonus aere cucurrit’.

Lind. p. 377 58 CLVDERE QVAERIT fratrum congressu Furia bella finire festinat.

62 ERGO PROCVL secretiorem locum petiit.

63 ABSENS pro ‘absentis’.

65 ATTOLLIT erigit.

68 ET PATER AETNAEOS ITERVM bene iterum: quia paulo ante fulminauerat Capaneum, nunc iterum aduersus Furiam fulmen requirit.

74 RARESCVNT TENEBRAE Furiae, inquit, abscessu tan-

---

3 patremque **MPa** | Lapithaonem *sumpsi ex Theb. VII 297* Pythonem **L** pitonem **Pa** phitonē cū **Pb** pyto///nem **M** ‖ 4 cum Adephilo **L** cum adefilio **Pa** cum ad filio **Pb** tumele filio **M** ‖ 7 obprimitur **MPa** opprimit **L** ‖ 9 sed] qui **L** sed in **Pa** | et sagittis *om.* **MP** ‖ 10 ut *om.* **M** | flauent **L** flant **Pb** ‖ 11 tergo leonis **Pb** | non hos **MP** | et *Statius* ue **Pb** ‖ 12 aptantur **Pb** ‖ 13 ENYPEVS **LM** enileus **P** ‖ 14 tum **L** | dn̄s **Pa** ‖ 15 *Vahlen p. 75* | capđ cadere **M** eminus caput caderet **P** ‖ 16 sola peregit *om.* **Pb** | raucus **Pb** ra cū **M** ‖ 18 CLAVDERE **LP** | bellum **LPa** ‖ 22 Attollitur erigitur **P** ‖ 23 quod **Pb** quo **Pa** ‖ 24 paulum **Pb** ‖ 26 TENEBRAE *om.* **MP**

tum inferis lucis accessit, quantum aduentu eius dies splendoris amisit.

76 HAC GERMANA TENVS supra ⟨VIII 65 sq.⟩ irascentis Lind. p. 378 Ditis uerba ad Furiam haec fuerant: ‘sed quid ego haec? i, Tartareas ulciscere sedes, Tisiphone’.

80 NEC PRETIVM nec operae pretium fuit diu mansisse apud superos tantis factis stragibus.

84 HAEC EGO quae hactenus facta sunt, sibi Mars cum Bellona uindicet. nunc ego ad singulare impellam.

85 MANIFESTVS IN VMBRIS quia similitudo gestorum apud inferos exstitit.

88 HORRENDVS AB ASTRIS Capaneum quoque, sed modice fuisse dicit audacem.

91 BELLA DEVM aut Martis et Bellonae aut Apollinis et Mineruae.

92 FATISCVNT lassantur.

94 TAXVS quia Furiae de taxo arbore faces habere dicuntur.

97 MARTIA qualia Mars solet efficere.

107 IAM PATER EST hoc est: iam coepit Oedipus circa filios meliora uota habere et patris circa iuuenes affectum tenere.

127 SAT FVNERA MENSIS dicit Iuppiter adhuc sibi Lind. p. 379 Tantali horrere conuiuio, in quo Pelopem praedictus pater numinibus apposuit epulandum.

128 LYCAONIS ARAS Lycaon, rex Arcadiae, Iouem suscepit hospitio, cumque uellet explorare, an uere Iuppiter esset, quem domo susceperat, humanas ei carnes

---

3 TENVS *om.* **MP** ‖ 4 Ditis *om.* **Pa** ‖ 5 ita caras **L**(**Pa**) inter tartareas **Pb** ‖ 8 HOC **L** | EGO *om.* **Pb** | facta sunt *om.* **Pa** ‖ 9 uindicat **L** | singularē **M** | inpellam **Pa** impellū *superscr.* am **M** compellam **Pb** ‖ 12 AB] in **M** ‖ 13 fecisse **MP** *scholion corruptum est* ‖ 16 Facti (*add.* r) s̄ **M** ‖ 18 dicuntur faces habere **L** ‖ 20 *schol. 107 om.* **P** | Patrem (*om.* est) **M** ‖ 23 MENSAE **L** ‖ 24 horrore conuiuium (*om.* sibi) **Pb** | conuiuio iniquo *om. superscr.* **M** ‖ 27 uere *corr. ex* nere **M** nueret **Pa** numen **L** ‖ 28 in domo **LPa** in domum **Pb**

apposuit. quod cum Iuppiter agnouisset, domum eius incendit ipsumque mutauit in lupum, qui Graece dicitur λύκος.

129 ASTRA MYCENAS quia Atreo et Thyestae parricidis epulantibus refugo sole nox festina superuenit. astra uero pro nocte posuit.

139 EXEAT declinet. DVBIOS TVRBARANT Terentius ⟨Andr. 266⟩: 'dum in dubio est animus, paulo momento huc uel illuc impellitur'.

141 AEGER CONSILII tristia cogitans siue consilio imbecillis.

143 MONSTRA DEVM infelicia monstra deum. id est: non desunt prodigia futurorum. SIC IRE PARABAT non sic parabat uiro suo occurrere, quo nunc (habitu scilicet) corpus eius quaesitura est.

144 VIRO TAEDAS non putabat his se taedis ad rogum uiri esse uenturam.

Lind. p. 380 158 CAPESSERE administrare propere.

167 PATRIA REGNOQVE extra fines patrios te coegi bella suscipere.

176 FECIQVE NOCENTEM ut pro me fureret.

Lind. p. 381 194 SVBMITTITVR solutis niuibus minuitur.

202 SIC OMNIA VICIT quaecumque moram faciebant exire.

209 INFERNO TONANTI Plutoni. PRAEVERTIT applicuit.

Lind. p. 382 211 LICET ARGOS quamuis Graeci tibi seruiant et ipsi

---

2 qui] Auide **M** unde **LP** | *λύκος* dicitur lupus **L** (*om.* *λύκος*) **MPa** lycaon dicit lupus **Pb** ‖ 4 refulgo **L** refuge **M** refugio **Pa** | praeuenit **L** peruenit **MP** ‖ 6 DVBIOS *om.* **MP** | TVRBABANT **LM** ‖ 8 uel *om.* **L** ‖ 9 CONSILII *om.* **M** | tristicia cogitans consilię **M** | inbecillis **M** ‖ 11 infelici **MPa** ‖ 12 Scire (*om.* i) **MPa** | nunc (*om.* sic) parabo **Pb** ‖ 13 qui **Pa** ꝗ **Pb** | tunc **Pb** | habitu *om.* **L** | scilicet] sic **MPb** ‖ 15 putat **L** pubai **M** pubat **Pa** | his *om.* **P** ‖ 16 uentura **M** ‖ 17 CAPESCERE **LPa** | proprie **LP** ‖ 18 PATRIA *om.* **MP** ‖ 20 *schol. 176 et 194 om.* **Pa** | FECIQVE *om.* **MPb** ‖ 21 SVMMITTITVR **LM** submittitis **Pb** | minuitis **Pb** ‖ 22 SIC . . . moram *om.* **Pa** ‖ 24 TONANTI *om.* **MP** | applicauit **Pa** amplicauit **M**

sacrificia debeant, tamen et nos amare debes, quia multa apud nos ob stuprum Europae amoris gaudia perfecisti.

213 THIASOS thiasi chori sacra ducentium Liberi patris siue certamina Satyrorum.

216 TYRIOS NIMIVM propter sui uultus imaginem. et bene nimium, quia aduentum Iouis armati ferre non potuit uique fulminis interiit.

221 AGNOVIMVS IGNES fulmina, quae miseras in Semelen, a proauis audiuimus nostris, nos quoque in Capaneo didicimus.

223 VOTIVVM sacrificio Iouis dicatum [taurum, qui Haemus dicebatur].

233 IMPERAT erat enim consuetudinis, ut, si prima sacrificia minime fuissent accepta numinibus, secunda haruspex sacrificia repararet, donec uiderentur esse suscepta.

235 AC|CEDERE VESTES per membra compasci. Hercules etenim uicto Acheloo Deianiram duxit uxorem. qui cum ad fluuium peruenisset, Nesso dedit Centauro transferendam. quam cum ille in flumine comprimere uoluisset, ab Hercule est sagittis exstinctus. qui uestem Deianirae dedit sanguine suo tinctam, ut se ulcisceretur, et dixit, si uellet se perpetuo ab Hercule diligi, daret eam illi uestem induendam. inde cum Hercules Iolam secum captam adueheret, Deianira uerita, ne ei paelex praeferretur, hac ueste Herculem induit. quam ille indutus, cum ueneni afficeretur incendio, in Oeta monte rogum uoluntate conscendit. Lind. p. 383

---

1 debes *om.* **LMPa** | quia *om.* **Pa** ‖ 3 ducentum **M** | dicentium bacchei (*om.* patris) **Pb** ‖ 4 siue **L** s̄ **M** sunt **Pa** sunt && **Pb** ‖ 7 periit **Pb** ‖ 9 a . . . didicimus *om.* **L** ‖ 11 dicatur **P** | taurum . . . dicebatur *om.* **MP** ‖ 13 enī erat **M** ‖ 15 aruspex **LMP** | repararet *om.* **Pb** | donec au **Pa** ‖ 16 Accendere **Pa** ‖ 17 enim **LPb** ‖ 18 nexo **Pb** nesson **M** nessuȝ **Pa** ‖ 20 est *om.* **Pb** | extrictus *corr. in* extinctus **M** ‖ 21 dedit Deianyrae suo sanguine **L** | dixit illi **L** ‖ 22 perpetuo se **L** perpetuo **Pb** ‖ 23 unde **L** | Iolem **L** iotā **MPa** incretam **Pb** ‖ 24 pellex **LPb** ‖ 25 hac . . . afficeretur *om.* **Pa** | hanc uestem **L**

252 SVMMA AVRE breui auditu id est incipiente.

255 AERA FINDENS rotatu capitis aerem intuens.

Lind. p. 384 257 SINE MOENIA PVLSET IRRITVS membratim ista legenda sunt, ut uideantur a multis satellitibus dici, ut alterius sit: 'sine, moenia pulset irritus', alterius uero: 'ille autem fractis huc audeat ire uiribus', alterius item: 'hic furor est miseris instare periclo nec librare metus' id est: haec est infelicium consuetudo in pericula ruere et tuta uitare.

272 PERIVRIA DIVIS quia imperium sorte debitum negasti germano.

274 INIMICAVE TELLVS quae negando fruges sterilitate homines afficit.

277 AMNIS Ismenos.

281 PHOCIDOS SONORAE a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Telamon occidisse dicuntur, ciuitas nomen accepit. sonorae dixit: dantis responsa.

283 AT TV apostropha ad filium.

284 ET E GREGE SANGVIS pecus ignobile. 'de grege' enim 'de multitudine uulgari' dixit.

285 PRIMITIIS ARARVM primitiae proprie dicuntur primae fruges diis oblatae. RITE NEFASTO rite pro 'ritu' posuit. expiatio enim fuerat ciuitatis mors Menoecei.

289 ORACVLA NECTIT tecum responsa componit.

297 EXAESTVAT IRA grauiter insonat.

Lind. p. 385 298 NON FALLIS AIT non celas, inquit, quid tuus animus hac oratione festinet. non luges filium, sed me pugnante regnare desideras. laudare mortem filii et praeconiis debebas efferre, qui pro patria periit, non dolere.

---

1 accipiente **LP** ‖ 2 Aere **Pa** A&ha **M** ‖ 3 IRRITVS *om.* **MP** | membratim . . . pulset *om.* **Pb** ‖ 5 alteri . . . alteri **Pb** ‖ 6 ire] usque *Statius* ‖ 7 miseris furor est *Statius* | periculo **M** ‖ 8 pericla **LM** ‖ 16 elemon **M** ‖ 22 ollate **Pb** | rite *om.* **Pb** ‖ 23 posuit *om.* **Pb** ‖ 26 nec **LPa** ‖ 28 filii *om.* **M** ‖ 29 debeas **MPb** | afferre **M** effer **Pa** (-re . . . impetu *om.*) | quia **Pb** | (pro *om.*) patriā **M** | periit] doluit **Pb** | dolore **MPb**

310 ICTVS VT INCERTO non forti impetu percussus, et ideo erigitur.

323 CRVDESCVNT iuuenescunt aut noui fiunt. Lind. p. 386

329 INTEGRATA RESVRGIT ex integro incohat.

334 IMPROBA LVMINA mea lumina, quae spectatura sunt fratrum singulare certamen.

337 OBNIXI cum conatu stricti.

338 ME MISERAM VINCES me petis. PRIVS HAEC TAMEN ARMA NECESSE EST EXPERIARE DOMI ut nos ante prosternas.

344 SANXI deuoui.

358 NON DVRATVRVS senio non peruenturus. id est: Lind. p. 387 senectutis impedimento ad summum murum euadere non poterit.

361 INCESSENTEM inuadentem, pulsantem aut ferientem.

371 REGI Eteocli propter amorem Polynicis. dicitur enim cum eo concubuisse.

383 COEPERAT sola enim Antigone Polynicen poterat a singulari fratris certamine remouere. supra enim ⟨XI 103 sqq.⟩ de ipsa dixerat Furia: 'blandamque precatu Antigonen timeo, paulum ne nostra retardet consilia'.

391 INCERTISSIMA ante euentum pugnae dubia.

393 IN AEQVVM in ius.

395 HAEC FOEDERA quibus unus pareat uictor.

397 REGIA CASSIS cum diademate. Lind. p. 388

400 PALLA chlamyde.

401 MAEONIIS Lydiis. de hac enim regione fuit Arachne lanificii peritissima, quae Mineruam prouocauit et ab ea in araneam est mutata.

---

1 percussit **Pa** ‖ 5 mea lumina *om.* **L** ‖ 8 me petis *om.* **L** | PRIVS . . . EST *om.* **MP** | tamen haec **L** ‖ 11 SANXI . . . impe- *om.* **Pa** ‖ 12 serio **M** ‖ 15 ferentem **Pa** ‖ 16 Rege **M** | polinicis amorem **Pb** ‖ 17 eo] ea *om. superscr.* **M** ‖ 18 enim sola **Pa** | poterat Polynicem **L** ‖ 19 cum fratre **L** | enim supra **Pa** ‖ 20 dix̃ **M** | precatur **L** ‖ 21 Antigonen . . . ante *om.* **Pa** | Antigonem **LM** ‖ 22 cruentum **L** ‖ 23 aequm **Pb** ‖ 24 Nec **Pb** *om.* **Pa** | parcat **Pa** ‖ 27 Ariadne **LPa** adriadne **M** aragone **Pb** ‖ 28 lanifica **Pb**

406 SERPENTIBVS AVGENT equorum iubas augent Furiae adiectione serpentum.

411 ET IPSI ARMORVM FVGERE DEI Mars et Minerua.

414 CRVDA aspera. dicit Mineruam opposita Gorgone uisus suos celasse.

431 ANIMIS Thebanorum.

438 PONTVS CYANEOS VETVIT quomodo aqua non uetuit sibi montes collidi.

Lind. p. 389 440 FVRENTVM in equis apparebat dominorum furor.

443 ARIONA quia Arion, quippe Neptuni filius, diuinabat.

444 LAEVAE contrariae siue inanes.

447 INDVLSIT institit.

453 VENERABILE formidandum.

455 ITERARE ACIEM denuo bellum instaurare.

456 OPPONERE obicere se pugnantibus fratribus.

Lind. p. 390 459 NON HABITV non laeta, sed tristis.

465 ANIMANTVM animas habentium id est hominum.

473 QVAMQVAM MAESTA DEAE cum Pietas de caelo descenderet ad terras, licet maesta esset, tamen, quacumque ibat per nigras nubes, claram sui numinis lucem trahebat.

483 IGNE fulmine.

485 NVMEN INERS Pietas, quae bella dissuades.

488 FVRIARENT instigarent.

490 CADMVS ARAT dentes draconis, de quibus cohors armata prosiluit.

---

2 serpentium **Pa** ‖ 3 IPSE **L** | ARM. FVG. D. *om.* **MP** | Minerua . . . dicit *om.* **Pb** ‖ 6 Animas **MPb** ‖ 7 CYAN. VET. *om.* **MP** | quoniam **L** qui modo **Pa** quo **Pb** | sibi non uetuit montem **Pb** ‖ 9 FVRENTEM **L** *corr. in* Furentum **M** | duorum **Pb** ‖ 10 quippe *om.* **LP** | -ni . . . institit *om.* **Pa** ‖ 12 e c̄trarie **M** ‖ 14 Mirabile **Pa** ‖ 15 instruere *corr. in* instaurare **M** instimare **Pa** ‖ 16 Obponere **M** | obiicere **LPb** ‖ 18 Animantiū **M** | habentum **Pa** ‖ 19 MAESTA . . . licet *om.* **M** ‖ 20 maiestate **Pa** maiestas **Pb** | quocumque **L** ‖ 21 nubes nigras **LPb** nubes **Pa** | trahebat lucem **Pb** ‖ 24 dissuadet **L** dissuadis **Pa** ‖ 26 ERAT **LPa**

491 ROGAT conuenit.

494 ORA REDVCENTEM uultum suum retro tollentem.

495 IN LVMINA PALLAM faciem suam, ne Furiae, uultum uideret, chlamyde protegebat.

499 REX IMPIVS Eteocles. Lind. p. 391

500 PRIOR OCCVPAT feriturus praeuenit ac tela disponit.

501 PER ORBEM per medium scutum conata est transire.

506 PIABO MANVS expiabo parricidium fratris mea morte.

508 MINOR VMBRA DOLOREM astismos, id est urbane ‘minor umbra’ dixit ‘uicti regis’. ut Horatius ⟨carm. II 9, 21 sq.⟩: ‘Medumque flumen gentibus additum uictis minores tollere uertices’.

510 PLAGA uulnus metum immisit.

521 TONSAS remos. MVTANT miscent.

522 LVCTATAEQVE DIV et aduersus tempestatem et aduersum se.

526 RIMANTVR peruestigant. ACERBO toruo. Lind. p. 392

527 TELLVRIS subaudis ‘intererat’. id est: non a se multum aberant, sed comminus sua ora cernebant.

529 SIGNA TVBARVM neglectu suo plus excitabantur ad scelus.

530 FVLMINEOS fortes.

536 FACINVSQVE PERACTVM tanta inerat saeuientibus feritas, ut, cum nulla sibi adhuc uulnera intulissent, tamen iam se scelus perfecisse crederent.

542 IVSTIVS iustior in scelere Polynices uidebatur, quia pro denegato sibi imperio.

543 MALE TEGIT non tegit. PLVMIS laminis. ut Virgilius ⟨Aen. XI 770 sq.⟩: ‘quem pellis aenis in plumam squamis’.

---

4 chlamyde protegebat *ante* ne *pos.* **L** ‖ 5 inpius **Pa** ipsius **Pb** ‖ 6 ac *om.* **Pa** ‖ 8 mei **L** ‖ 12 Mediumque **LMP** ‖ 13 uoluere *Horatius* ‖ 14 metus **Pb** metu **MPa** | inmisit **MP** ‖ 15 TONSOS **L** ‖ 18 inuestigant **Pb** ‖ 19 subaudi **Pb** | ad se **Pa** ante se (*om.* non) **Pb** ‖ 21 excitabatur **Pa** ‖ 25 adhuc sibi **Pb** ‖ 26 credebant (!) **LMP** ‖ 28 quia *om.* **L** ‖ 30 ahenis **L**

546 MAGIS AC MAGIS AEGER Polynices scilicet uiso fratris uulnere imminebat.

550 REBVSQVE EXERCITA EGENIS has uires exsilia calamitatesque nutrierunt.

Lind. p. 393 560 DVM VIDET crudelis.

575 CONSVMITE POENAS omnia supplicia transeundo subite.

578 VNA DIES stat stantum.

579 PROELIA REGES exsecranda fratrum proelia soli nouerint reges, penes quos est et opprimendae libertatis ambitus et saeuiendi crudelitas.

Lind. p. 394 582 MORTEM IMPERFECTAM caecitatem. ut ipse in primo 〈u. 48〉: 'longaque animam sub nocte trahebat'.

583 VTRAQVE CANITIES et capitis et barbae.

584 GENAEQVE INTVS ipse alibi 〈Theb. I 104 sq.〉: 'sedet intus abactis ferrea lux oculis'.

587 PVPPE RELICTA Charon.

588 EXOSVS MANES odio habens mortuorum saeua supplicia. SVLCATOR nauta.

592 CRESCAT OPVS numerus umbrarum. SAECVLA RIPIS turbae animarum.

596 IMPLICITOS sibi innexos.

600 FRIGENTIBVS defunctis.

Lind. p. 395 608 PER ARIDA SERPVNT caecitatem aridam dixit, eo quod deficientibus oculis lacrimarum origo cessauerat.

609 MOLLES quia sunt animi molliores.

610 EXSEQVIALIA MORTIS in morte uestra lacrimas fundo, quae exsequiis coaequentur.

---

1 MAGIS[1] *om.* **MP** | AEGER] uegeret **Pa** teret **Pb** | *schol. attinere puto ad* 547 NEC . . . HOSTIS ‖ 3 REB. EX. *om.* **MP** ‖ 4 nutriet⁀/ **Pb** ‖ 5 DVM *om.* **MP** ‖ 8 tm̄ **Pb** ‖ 9 execrando **LP** ‖ 10 nouerint *scripsi cum Grotio* nouerant **LMP** ‖ 11 credulitatis **Pa** ‖ 12 inperfectam **MPa** ‖ 13 longāqȝ **MPb** | noctem **Pb** ‖ 14 et[1] *om.* **MP** ‖ 15 ipse alibi *om.* **L** ‖ 18 id'o **Pa** ‖ 23 Erigentibus **M** Fugientibus **Pb** ‖ 24 PER *om.* **MP** | caecitatem] excitantem **Pa** sicciditatē *om. superscr.* **M** ‖ 25 cessauerit **LP** *corr. ex* cessauerat **M** ‖ 27 ur͠as **Pb**

611 NIMIVMQVE MEI a meis criminibus minime discrepantes.

612 ALLOQVIVMQVE APTARE LICET pro merito dicere.

616 HEV IVSTO MAGIS plus iusto diis uisum est parentis in filios mala uota audire.

619 DICTAVIT FATIS ut euenirent, fataliter fecit.

636 ENSEM ἀναδίπλωσις.

637 MVLTAQVE multa in deos conuiciata et de incesto Lind. p. 396 cubili plurimum questa.

638 ET NATI FVRIIS filii nuptiis. ET PRIMI CONIVGIS Lai, prioris mariti.

639 LVCTATA EST conata est manus anilis uirorum fortium opus implere.

641 SANGVINE LECTVS cruore suo infelicis lectuli purgauit incestum.

644 QVALIS MARATHONIDE SILVA Marathon mons Atticae regionis, in quo Icarus est occisus. ad quem locum Erigone, filia eius, cane praeeunte peruenit et se nimio luctus dolore laqueauit fortioribus ramis electis, ne forte infirmioribus fractis mortem corporis ruina declinaret. pinus autem, in qua pependit, regionem illam sua umbra uastabat. ut placaretur exstincta, ora in humanam speciem ipsa formata in eadem arbore suspendebant et pastorum congressibus cantibusque diem illum celebrem faciebant. quod Virgilius aliud agendo perstrinxit 〈georg. II 388 sq.〉: 'tibique oscilla ex alta suspendunt mollia pinu'.

646 NODVM laqueum, quo se regina suspenderat.

647 LEGEBAT quibus se suspenderet.

---

1 minime *ante* a *posuit* **L** ‖ 3 ALLOQVIVMQVE *om.* **MP** ‖ 4 uisus **M** | est *om.* **Pb** ‖ 6 uenirent **P** ‖ 9 conquesta **L** ‖ 11 laii **Pb** *om.* **Pa** ‖ 12 est *om.* **Pb** | uirorum et fortium **P** ‖ 14 suo *om.* **M** ‖ 16 SILVA *om.* **MP** | maratho **M** | mons] mor **Pa** mar **Pb** ‖ 17 antigone **M** ‖ 18 prenunti **Pa** p̄nūtio **Pb** ‖ 19 relaqueauit **Pa** q̃relauit **Pb** | ramis . . . infirmioribus *om.* **P** ‖ 20 -ret . . . qua *om.* **P** ‖ 22 ipsi **LPa** ‖ 23 suspendebat **Pb** *add.* n **M** | et a pastorum **Pa** ‖ 24 euentibusque **Pb** | faciebant *om.* **Pa** ‖ 26 q̃rcu **Pb** ‖ 28 *schol. 647 om.* **Pb**

656 PRIORVM quod non admonentur fatis priorum.

668 REDIT IN REGEM animum regium sumit.

671 PERACTA EST uotiua filiorum suorum morte completa sunt.

Lind. p. 397 674 SENIVMQVE RECESSIT nimia senectus dicitur senium. Terentius ⟨Eun. 302⟩: 'ut illum di deaeque senium perdant, qui me hodie remoratus est'.

677 IAMNE VACAT SAEVIRE CREON iam non doles interitum filii, sed contra mortuos furibundus irasceris?

679 CALCARE RVINAS afflictorum regum insultare casibus.

682 CONTRAHIS AMENS contrahis: assumis. mirando parua et non maiora rerum contrahis iura.

683 METIRIS HONORES ut exsilium imperes ei, quem potes occidere. cur non saeuius aliquid imperas? ista mihi parua sunt, quae minaris exsilia, qui sponte supplicia in me maiora perfeci.

685 QVIN PROTINVS IMBVIS ENSES quin: immo imbues. id est: in me auspicare innocentum caedem quasi nouus tyrannus.

686 SATELLES id est armiger, qui me possit occidere.

690 TEMPTARE SINES subaudis: humilem me tibi esse permittes?

704 NEC TIBI SIT VIRTVS id est: nulla in te sit animi fortitudo, qua possis aduersa magnanimiter ferre.

705 SATIS OMINA SANXI satis imprecatus sum.

---

1 q M ‖ 2 MOX REDIT L ‖ 3 uota tua *Grotius* ‖ 4 est Pb ‖ 6 dii LPb | omnes perdant senem LPa omnes perdant MPb ‖ 7 hodie me *Terent.* | me *om.* Pb | est *om.* Pa ē et eius Pb ‖ 8 SAEV. CR. *om.* MP ‖ 12 asumis M contra assumis LP (assūmis Pa a sūmis Pb) | minando*?* ‖ 13 paruo M infima Pb | regum *Klotz.* ‖ 15 potest M | impetras Pa ‖ 16 sponte] potes P ‖ 17 perfeci *om.* Pb ‖ 18 PROTINVS *om.* MP | quinimo LPa qui immo M ‖ 19 auspicari MP | innocentem LP ‖ 21 id est *om.* Pb | me *om.* M ‖ 22 TENTARE L | subaudis . . . VIRTVS *om.* Pb ‖ 23 pmittas *corr. in* pmittes M ‖ 24 fortitudo animi L fortitudo Pb ‖ 25 po' Pa ‖ 26 SATIS OMINA *om.* MP | inp̄catus M

718 ALTVSQVE IACENTES elatus imperii dignitate miseros humilesque despicias. Lind. p. 398

719 VEREARE PRIORVM ante oculos habeas fata priorum ducum.

723 FELICIBVS subaudis: cum haec mala accidissent.

749 SVPPLICIS INDVLGET ueniam Oedipo sub certa condicione promittit. Lind. p. 399

753 HABITABILIS VMBRIS ubi filii se tui mutuis uulneribus peremerunt.

754 QVA BELLVM Thebanae et Argiuae gentes mouerunt.

758 DESTITVVNT occulte fugiunt.

COMMENTARIVS IN LIBRVM XII.

In hoc libro continetur: egressio Thebanorum ad campos hostibus iam fugatis. crematio cadauerum. sepultura Menoecei. Creontis allocutio in filium plena pietatis. profectio Argiuarum matrum post auditam mortem suorum. occursus Ornyti uulnerati. allocutio suadentis matribus, ut non Thebas eant, sed Athenas et a Theseo auxilium poscant, quo possint sepeliri earum mariti. consensio Argiae. ipsius Argiae segregatio a ceteris matribus et profectio ad Thebas uno comite Menoete et eius aduentus ad campum, ubi iacebat maritus. Iunonis ad Lunam allocutio, ut illustret campos splendore radiorum. agnitio. Lind. p. 400

---

1 inperii M ‖ 3 VEREARE *om.* MP | ante . . . priorum *om.* Pb ‖ 5 subaudi Pb ‖ 6 INDVLGET *om.* MP ‖ 8 ubi *om.* P | (se *om.*) filiis P | tuis mutui mutui(s) P ‖ 9 pimer̃ M ‖ 10 mouere Pb ‖ Explicit XI. Incipit argumentum XII. Pa ‖ 18 occursū Pa prooccusus (s *del.*) Pb | sorniti Pa sterniti Pb Orniti LM | suadens LPb ‖ 19 eāt *post* Athenas *posuit* Pb ‖ 20 qua M q Pa quomodo L | Consensus L dissensio*?* ‖ 21 argi Pa argige M | et ipsius profectio LPb ‖ 22 una M | mon&e MP manente L | et *om.* MPb ‖ 23 ad campum *om.* Pb ‖ 24 inlustret M

allocutiones Argiae et Antigones et iunctus labor ad sepeliendum Polynicis cadauer. quod cum impositum fuisset Eteoclis rogo per ignorantiam, subito flamma dissensit. Antigones lamentatio. uigilum interuentus et captiuitas Antigones et Argiae. descriptio asyli apud Athenas, quo Argiuae confugerant matres. aduentus Thesei et triumphus eius de Amazonibus. allocutio Euadnes, Capanei uxoris, ad Theseum et deprecatio de sepultura maritorum. indignatio Thesei contra Creontem et transmissio nuntii, qui diceret Creonti, ut aut sineret sepeliri Argiuos aut se pararet ad bellum. catalogus exercitus Thesei. aduentus nuntii a Theseo missi ad Creontem. Creontis superba responsio. aduentus Thesei. pugna et singulare certamen cum Creonte. interitus Creontis. deditio Thebarum. Argiuorum sepultura.

Lind. p. 401 1 INCLINAVERAT occidere fecerat. id est: nondum omnia astra aduentus exterserat solis.

9 PRIMO pro 'primum'. MVNIMINA VALLI quamuis fugati essent Argiui, tamen exire de ciuitate Thebani metuebant.

10 RESERARE AVDACIA PORTAS nondum audebant terrore praeteritorum malorum omne portarum spatium reserare.

13 PRIMA LABAT Virgilius ⟨Aen. X 283⟩: 'dum trepidi egressique labant uestigia prima'.

Lind. p. 402 17 VALLANT muniunt.

18 CITANT PINNAS alas commouent.

19 LICET ILLE RETRO licet retro discesserit.

---

1 allocutionis **LP** ‖ 2 polinices **M** | qui **LP** | impositus **LP** inposit **M** ‖ 3 di(s)cessit **L(Pb)** dessensit **Pa** ‖ 4 uigilium **Pb** | captiui **M** ‖ 5 descriptio *scripsi* decretio **LP** discretio **M** | asili **M** sili **Pb** sibi **LPa** | eo **Pb** ‖ 6 argię **M** *om.* **Pb** ‖ 7 eius *om.* **P** | Euandri & **L** euadens **M** euaderies **Pa** ‖ 8 de *om.* **Pb** | maritorum desepultura **M** ‖ 9 et *om.* **Pb** ‖ 11 exercitus. Thesei aduentus **L** ‖ 12 Creontis *om.* **L** ‖ 14 thebanorum **MPb** ‖ 17 extinserat **L** extserat **M** *om.* **Pa** | solis . . . essent *om.* **Pa** ‖ 18 PRIMVS **L** ‖ 19 fugiti **L** | Argiui *om.* **M** ‖ 24 labent **Pa** ‖ 26 PENNAS **LPb** ‖ 27 licet retro *om.* **Pa** | discessit **MPa**

28 QVERVNTVR uirtutis malo imputant, quod perierint. Lind. p. 403

29 DIGERITVR ordinatur.

32 VBIQVE PARATO ad omnia cadauera.

55 MISERABILE pro 'miserabiliter'.

57 ACCIPIT subaudis 'ignis'.

58 ARGIVVS HABERI id est: non sepiliri sicut Graeci.

62 SED BELLICVS AGGER instrumentorum belli exaggeratio.

64 ACERVOS exuuiarum hostilium moles. exuuiis enim hostium exstruebatur regibus mortuis pyra, quem ritum sepulturae hodieque barbari seruare dicuntur. quae strabas dicunt lingua sua.

65 PACIFERA LAVRO triumphali siue uictrici.

70 HIS subaudis 'rebus'.

71 PALPITAT mouetur.

74 VLTRA post mortem. Lind. p. 404

75 ACERBAS acerbum facis.

82 ET IMPVLSAS CINERI tuo scilicet.

85 FRATRES una sorte te et eadem die cum nefandis fratribus bellorum fortuna coniunxit.

88 LIBAMENTA dona sacrata siue pueris initia mortis.

89 REGIMEN DEXTRAE sceptrum siue regalis uirga. FRONTISQVE SVPERBAE VINCVLA diadema. ostendit poeta Creontem regni insignia in ardentis filii pyram iecisse.

97 IPSVMQVE me ipsum.

105 VACVIS desolatis a uiris. Lind. p. 405

110 CREVERE LACERTI intumuere.

119 PROFANOS funestos.

---

1 inputant **Pa** | quae **LPa** | perierunt **Pa** ‖ 4 Miseri **MP** ‖ 5 Accepit **Pa** | subaudi **Pb** ‖ 6 id est *om.* **Pb** ‖ 9 excubiarum **MP** | excubiis **MP** | enim *om.* **M** ‖ 10 estruebantur **Pb** ‖ 11 hodie quoque **L** | barbaris euadere **P** | quem Strabas **L** q̄ strabas **MPa** quas trabas **Pb** ‖ 14 HIS *om.* **Pb** | subaudi **Pb** ‖ 18 ET *om.* **MP** | inpulsas **Pa** ‖ 19 te *om.* **LPa** ‖ 20 fortunam **L** ‖ 23 superba **M** superbi **P** ‖ 24 *post* Creontem **MP** *praebent*: exaggeratū mortesque | filiā **M** ‖ 25 ne **L** ‖ 26 desolatis . . . CREVERE *om.* **M** | a *om.* **P**

123 IMPIA CONIVNX proditrix. Eriphylen significat, Amphiarai uxorem, quae monilis cupiditate ducta latebras coniugis prodidit, quam postea filius in uindictam patris occidit.

Lind. p. 406 130 DVPLEX LITVS Ionium et Aegaeum.

131 AB ISTHMIACO id est Corinthio. GENETRIX Leucothea.

132 NOCTIVAGVMQVE mulierum Argiuarum gregem significat, noctiuagum ideo, quia quaerentes maritorum cadauera nocte uagantur incerta. ELEVSIN ciuitas non longe ab Athenis, quamuis Eleusin propriis luctibus seruiat. in sacris enim huius ciuitatis mysteria sunt Cereris Proserpinae raptum dolentis.

133 ARCANOS secretos siue sacrificiorum ignes ostendit. EXTVLIT eleuauit.

134 IPSA PER AVERSOS ipsa Iuno et auia monstrat itinera et refouebat corpora mortuorum. mandat simul curam Iridi, quae ambrosiis sucis perfundens ea tabe resolui uetabat.

135 NE PLEBS ne coniuncta fugientium multitudo a coepto deterreatur.

137 FVNCTA mortua.

138 RORIBVS liquoribus suis.

139 OBSTENT repugnent putredini.

140 FATISCANT ut occisorum corpora putredine non ante soluantur, quam rogos accipiant. et est ordo: ante flammas non fatiscant.

146 SVPER AGMINA LERNE tantummodo mulieres superesse. nominatiuus Graecus est: haec Lerne.

---

1 CONIVX **LPa** | erifilem **Pb** ‖ 6 AB *om.* **L** | i. **Pb** *om.* **LMPa** | GENITRIX **LMP** ‖ 8 -QVE *om.* **MP** ‖ 9 quia *om.* **Pb** ‖ 10 uagabantur **Pb** | incertae **L** | ELEVSIS **L** eleusim **Pb** ‖ 11 a thebanis **M** | Eleusis **L** (**Pb**) ‖ 16 ADVERSOS **LP** | monstrabat **L** ‖ 18 succis **LP** | tabe resolui *scripsi* debere solui **LMP** ‖ 20 PLEBES **L** | accepto deterreat **MP** ‖ 24 OBSTANT **L** | repugnant **L** repugnarent **Pb** | putredini *om.* **L** ‖ 28 AGMINA . . . superesse *om.* **Pb**

149 FVNVSNE PEREMPTIS SPERATIS speratisne uos mortuis sepulturae solacia posse praestare? Lind. p. 407

152 ADNVMERAT seruat.

155 BVSIRIDIS ARAS hic rex Aegypti fuit, aduenas solitus ad aras mactare. postremo aduentu Herculis immolatus exemplo est.

156 ODRYSIIQVE Diomedes, rex Thracum, equos habebat, quos humanis carnibus nutriebat. hos Hercules occiso Diomede ad solita pabula id est ad gramina mollita feritate reuocauit. SICVLOSQVE LICEBIT Iuppiter Aetnam Nympham compressit. quam cum Iuno persequeretur, illa Terrae implorauit auxilium et in sinus eius recepta enixa est geminos necdum partu maturo. hos Terra intra gremium suum tamdiu fouit, quamdiu lex uteri postulabat. postea enixa est. unde Palici id est 'bis geniti' appellati sunt. hos autem immites fuisse et humano sanguine placari consuetos fabula disserente confirmatum est. quod uidetur etiam strictim tetigisse Virgilius ⟨Aen. IX 585⟩: 'et placabilis ara Palici'.

161 ORBA SEPVLCRIS sine corporibus sepulturae.

164 THERMODONTIACO Thracio, a fluuio Thermodonte Thraciae regionis.

166 IN MORES HOMINEMQVE in humanam consuetudinem, id est: ut mortuos sepulturae concedat, bello cogendus est Creon.

168 VNO simili.

---

1 FVNVSNE *om.* **MP** | speratis **MPb** *om.* **Pa** ‖ 2 sepulturae *om.* **Pb** ‖ 3 ANNVMERAT **L** ‖ 4 fuit *om.* **Pb** ‖ 6 exemplo suo immolatus **L** | e$\overset{o}{x}$ eo **Pb** ‖ 7 -QVE *om.* **Pb** | Thracum rex **L** ‖ 9 id est] s. **Pb** | mollitate(m) **P** | feritatem **Pb** ‖ 10 ethenam **Pa** ‖ 12 sinu **L** finis **Pa** ‖ 13 partū **M** paratu **Pb** | maturos **LP** | germanum **Pb** ‖ 14 fuit *corr. in* fuvit **M** | lex *om.* **M** ‖ 15 posteaqȝ **Pb** | Palyci **L** | id est *om.* **MP** | palicib. genti **M** | sunt appellati **L** appellantur siue appellati sunt **Pb** ‖ 16 immittentes *del. superscr.* inmites **M** uirtutes **Pa** nutritos **Pb** ‖ 17 disserentes **Pa** diserentē **Pb** differentię **M** | firmatum **MP** firmatum decretum **Pb** | q **Pa** *superscr.* i **M** ‖ 18 etiam *om.* **Pb** ‖ 19 et *om.* **M** | implacabalis **L** eplacabilis **M** ‖ 23 morem **P** | in *om.* **Pb** ‖ 24 ut *om.* **Pb**

Lind. p. 408 179 DVRA PERICLI causa mariti furtim cremandi.

181 RHODOPES mons Thraciae.

182 INNVPTIS Amazoniis.

195 FVNVS AMAT ut Lucanus ⟨IX 112⟩: 'perfruitur lacrimis et amat pro coniuge luctum'.

196 ACTAEAS Atticas. MARATHONIAQVE id est Marathonem, Graeciae ciuitatem, in qua nutritus est Theseus.

204 AVGVRIVMQVE ANIMI animi praediuinationem.

217 VIS NVLLA DOLENTI nusquam est animi magnitudo, quae perducat ad mortem.

218 HORTARIS EVNTEM uerbis dehortantibus cohortaris.

224 NOCTE VELVT PHRYGIA sacra Matris nocte a Phrygibus colebantur in monte Dindymo, in quibus se Galli abscidere consueuerant. quod genus sacrificii strictim Virgilius tetigit ⟨Aen. IX 617 sq.⟩: 'ite per alta Dindyma'.

225 PINIGERI ferentis faces. RAPITVR ducitur.

226 SANGVINE LECTO quem sibi elegit.

Lind. p. 409 229 ALIIS REDITVRVS AB VNDIS in occidentem uergens sol necesse est ut ab orientis partibus oriatur.

232 NEC FRANGIT ITER non imminuit uel deflectit.

234 NOVALIA agrorum loca, quae uerno tempore scrobibus factis uinetis aptantur.

236 PRAETERIT iuxta transit. INSESSA inhabitata. siue magis, quod 'in' augeat, obsessa.

243 SVPINANTVR inclinantur.

244 DEVEXA latera.

246 EXACTI finiti siue conclusi. NON BLANDA non falsa. blandimentis enim inducimur. ut Terentius ⟨Andr.

2 Rodope **Pb** ‖ 4 ut *om.* **LMPa** ‖ 6 -QVE id est *om.* **Pb** | -QVE] quia **M** ‖ 9 ANIMI *om.* **MP** ‖ 10 parenti **P** | nunquam **L** ‖ 11 ad mortem *om.* **Pb** ‖ 13 frigia *corr. in* frigida **M** | a *om.* **LPa** ‖ 15 abscindere **L** assidere **Pb** | consuerāt **Pb** | quia **M** | strictū **Pa** *om.* **M** ‖ 17 gerentis facere **Pb** ‖ 18 ELECTO **L** | q **Pa** qđ **Pb** quia **M** | sibi ipse **LP** ‖ 20 orientib. **M** ‖ 21 NEC *om.* **MP** | non *om.* **M** | inminuit **M** minuit **L** ‖ 22 nouerno **M** uno **Pb** ‖ 24 traxit **M** ‖ 25 quod 'in' augeat *om.* **MPa** *post* siue (28) *praeb.* **Pb** ‖ 29 a blandimentis **LMP** | inducitur **P**

648⟩: 'nisi me lactasses amantem et falsa spe deluderes' id est blandimentis induceres.

247 EGENA SEPVLCRI cadauera sepultura carentia.

248 BVSTA corpora semiusta. AESTVAT AER grauiter exhalat.

259 QVA STIPATA MANV qua multitudine comitata. Lind. p. 410 εἰρωνικῶς id est nulla.

265 EFFIGIES species.

271 VARIABAT uarie circumibat.

273 IN PVLVERE SVLCOS rotarum uestigia.

281 VOTVM IMMANE PROCIS a multis sponsis optata.

283 OFFENSVS id est offensiones.

293 THESEOS AD MVROS ad Atheniensis ciuitatis muros. Lind. p. 411

295 FATISCERE VANO fatigari errore superfluo, quia mariti corpus inuenire non poterat.

300 IMPROBA aduersa aut certe tunc improba.

301 TER NOCTEM HERCVLEAM Iuppiter cum Alcmenam Amphitryonis amasset uxorem et ad eam corrumpendam demutatus in Amphitryonis uenisset specie, ne aduentu diei concubitus minueretur uoluptas, iussit Iuppiter illam noctem triplicem fieri, qua triplices cursus Luna peregit. ex quo compressu Alcmenae Hercules dicitur natus. merito ergo noctem Herculeam dixit, in qua conceptus est Hercules.

302 OFFICIO beneficio.

305 NIMBOSVM nebulosum.

306 ORBITA rotarum uia.

307 HVNC QVOQVE id est Somnus, qui praecedit bigas tuas, uigiles occupet Thebanorum eosque laxet in somnum. et est ordo: hunc quoque Soporem.

1 produceres *Terentius* ‖ 2 induces **Pb** ‖ 6 quia **M** ‖ 7 hironicos **Pb** *om.* **M** ‖ 9 circuibat **LM** ‖ 11 inmane **MPa** ‖ 12 id est *om.* **MP** ‖ 13 ad *om.* **Pb** ‖ 15 inueniri **LPb** ‖ 16 Inproba **Pa** ‖ 18 uxorem amasset **L** ‖ 19 et specie uenisset **M** uenisset **Pa** uenisse spẽm et **Pb** ‖ 20 Iuppiter *om.* **L** | triplicem illam noctem **L** illam triplicem noctem **P** ‖ 21 quia **L** ‖ 22 ex *om.* **Pb** | cōplexu **Pb** | Alcumenae **L** ‖ 23 est *om.* **M** ‖ 27 uias **P** ‖ 28 id est *om.* **Pb** ‖ 29 iugales **LP** | occubet **M** | lasset **M** ‖ 30 et *om.* **Pb**

Lind. p. 412 310 FVLGORQVE RECISVS lucente enim luna necesse est, ut stellarum minuatur splendor.

312 INFVSO LVMINE lacrimis pleno.

314 TEXTA quae mariti uestibus impresserat ipsa texendo. SVFFVSA tincta. MAERET celatur siue nigrior fit.

335 HIC TIBI LONGVS HONOS hoc est: sine successoris metu. INDIVISA POTESTAS in patria perpetuum fueras possessurus imperium.

338 GRATVM EST FORTVNA fortunae sorte concessum cadauer inuenimus.

347 DVRABIT coniugis scilicet.

348 NATVS ERIT Thessandrus scilicet, filius Polynicis. FOVEBO solabor uiduitatem meam similitudine tua nec secundas nuptias superstite filio cupiam.

Lind. p. 413 350 PETITOS desideratos.

352 TIMERI caueri.

353 CONTRACTAEQVE VICES frequentiores congregationes, quia u i c e s dicuntur militum custodiae, qui ad uigilandum sibi uicissim succedunt. EXCVBAT excubias praestat.

360 CONTRA VIDET IRE MENOETES c o n t r a i r e pro ʽcontra uenireʼ alumnae scilicet.

367 NOCTE MEA qua mihi soli fuerat exire concessum.

Lind. p. 414 377 SI MISERA ES si aeque luges.

379 POLYNICIS AD IGNES subaudis ʽueniʼ.

388 AD VVLTVM suum scilicet.

391 LONGIVS ARGIA multa narranda sunt.

392 SACRVM exsequiale.

---

1 Fulgurqꝫ **M Pa** ‖ 4 ipsa *om.* **L** ‖ 5 meritur **Pa** meretur **Pb** | laceratur **P** | seu **P** | se uni agrior sit **M** ‖ 7 TIBI *om.* **Pa** ‖ 8 fueras perpetuo **Pb** ‖ 13 scilicet *om.* **M P** ‖ 15 seras **Pb** ‖ 17 cadaueri **M** ‖ 18 -QVE *om.* **L** | frequentiores . . . uices *om.* **P** ‖ 19 qꝰ **M** | dicunt **P** | custodias **Pb** ‖ 20 inuicem **Pb** ‖ 21 patrat **Pb** ‖ 22 CONTRA VID. *om.* **M P** ‖ 23 alumni **L M** ‖ 24 concessum exire **L** ‖ 26 si audis **Pa** si audes **M** subaudi **Pb** ‖ 29 exequale **M Pb**

405 COMES ut ipse superius ⟨II 313 sq.⟩: ʽnamque una soror producere tristis exulis ausa uiasʼ.

407 PERFERTE incohate, perficite.

413 TEPIDO PADO propter incendia, quae paulo ante restrinxerat. Lind. p. 415

415 SILVAE Heliades, Phaethontis sorores, quae flendo sunt in populeas arbores demutatae.

417 MORTIS HONOS insigne enim mortis est pallor.

419 PVTRIBVS cadente in cinerem lignorum structura quiescunt.

421 CVI TORRERE DATVM subaudis ʽpyraeʼ, cui concessum est urere cadauera mortuorum.

423 DISSENSVROS discordantes siue in duos apices diuidendos.

431 DIVISO quod in duas flamma diuisa est partes. Lind. p. 416

432 CORVSCANT lucent.

433 COMMISERIT IGNES ita rogi flamma diuisa est, ut et hoc instinctu Furiae perpetratum credatur.

434 MINAX eminens. CONATVR VTERQVE se ab inuicem separare.

447 CAMPOS TREMOR id est: sceleris horrore, quo se flammae diuiserant, terrae factus est motus. diuidebantur quidem odio flammae, sed plus disiunctae sunt terrae. prodigiale enim monstrum exhorruit terra.

449 IPSE MALORVM quae per diem fecerant, ea ante oculos uersabantur in somniis.

451 INDAGINE inquisitione.

456 AMBITVR contenditur.

---

1 *post* COMES **M** *praeb.*: solamqꝰ, **Pa**: solam, **Pb**: sola. *scribendum puto*: (396) VNAM solam ‖ 2 tristes *Statius* ‖ 3 PROFERTE **L P** | perficite *om.* **Pa** ‖ 5 restīxerant **Pb** ‖ 7 sunt *post* arbores *posuit* **L** | mutate **Pb** ‖ 8 signum **L** ‖ 9 cinere **M P** | structă **Pa** ‖ 11 subaudi **Pb** | Pyrrhae **L** pure **Pb** ‖ 15 partes diuisa est flamma **L** ‖ 17 ignis **M P** ‖ 18 et *om.* **Pb** | distinctu **M** ‖ 20 separat⁀/ **M** ‖ 21 id est] s. **Pb** ‖ 22 et diuidebantur **L** ‖ 23 diiunctę **M** | terrae sunt **Pb** ‖ 24 terra exōruit **Pb** ‖ 26 ūsabant **M** | somnis **M Pb**

462 IRAM ODIVMQVE subaudis 'inesse'.

463 AD REGEM custodes trahebantur ad regem, ut dicerent, quid uidissent, quas tenerent.

Lind. p. 417 464 ACTAEIS quia Athenae primo Acte dictae sunt.

465 PHORONEAS Argiuas. Phoroneus, rex Argiuorum, qui primus Iunonem honore sacrificii decorauit.

466 COETVMQVE GEMENTEM Argiuarum mulierum multitudinem.

467 HONOREM reuerentiam.

469 OBTENTA obducta seu apposita.

470 PRAEFERRE magis efferre.

472 VNA pariter. trunco sermone, inarticulata uoce siue semipleno sermone.

480 DVPLICES THALAMOS scilicet Procnae et Philomelae.

481 CONCESSA POTENTVM ARA DEVM Ἐλέου βωμόν dicit. hanc aram Cicero Misericordiae nominat. eius Terentius meminit ⟨Heaut. 975 sq.⟩: 'nec tu aram tibi nec precatorem pararis'.

484 VOTA REPVLSA quia illa nunquam miserorum uota contempsit.

486 PLACARE QVERELIS nullo sacrificio nec sumptuosis litationibus, sed solis miserorum lacrimis pietate opulentum numen placari consueuit.

488 LACRIMIS non igni haec altaria sudare consuerunt.

490 MVTATA SORTE feliciter percepta.

---

1 subaudi **Pb** ‖ 3 qđ **M** | quasque **L** ‖ 4 primo Athenae **L** | Actae **L** actis **M** acti' **Pa** ‖ 5 argiuos **Pb** | Phoroneus . . . honore *om.* **Pb** | phoroneos **M** ‖ 11 maius **LP** | etferre **Pa** hec ferre **M** ‖ 13 seu **L** ‖ 14 scilicet *om.* **P** | Procne **L** progne **MPa** prognes **Pb** | philomene **P** ‖ 16 ARA DEVM *om.* **MP** | eleuvbo.n̄ (u *in rasura*) **M** Fleuibo nō **Pa** eleuibo non **Pb** *om.* **L** | dicit *om.* **L** ‖ 17 hanc aram Cicero ἐλέου βωμὸν id est misericordiae nominat **Lc** | *post* Cicero **L** *inseruit* libro Tusculanarum | Misericordiae *om.* **P** | eiusque **L** | terrae **Pb** *om.* **Pa** ‖ 18 nec[2] *om.* **M** | deprecatorem **L** ‖ 25 suadere **M** | consueuerunt **LPb** consueuerīt **Pa** consuer̄ **M**

491 MITE NEMVS non | austeritate numinis terribile. Lind. p. 418 INSIGNE VERENDO pro insigniter reuerendo.

492 SVPPLICIS ARBOR OLIVAE per quam pax petitur supplicando. et in secundo diximus hanc ab Atheniensibus εἰρεσιώνην dici, a reliquis autem Graecis ἱκετηρίαν. supplicis autem oliuae, non quod ipsa sit supplex, sed quod omnes, qui rogant, hac suppliciter utuntur.

495 TREPIDOS supplices. HORRET EGENIS horridior fit miseris.

497 FAMA EST Atheniensium scilicet. POST BVSTA PATERN Hyllus Deianirae et Herculis filius et reliqui ex eodem mati, postquam Hercules terris abiit, pulsi ab Eurystheo Athenas confugerunt. a quibus postquam tam facile auxilium meruerunt, hanc aram consecrasse memorantur asserentes apud Athenas tantummodo sedes Misericordiam posuisse.

499 CREDERE DIGNVM minus dicit, quam res habet.

501 CEV LEGES HOMINEMQVE primi . enim Athenienses inter reliqua bona legum tabulas inuenerunt. sic ergo huc confugiunt ceu ad leges et humanos ritus.

503 SIC SACRASSE LOCO Ouidius ⟨met. II 795 sq.⟩ de Athenis, ad quas uenit Inuidia: 'ingeniis opibusque et festa pace uirentem, uixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit'.

505 FORTVNA RECEDERET ARIS ut ne casus quidem laederet, qui ad has aras confugissent, quamuis meliorem fortunam debemus accipere regis aut potentioris fortunae

---

1 MIRE **L** | quia non est **L** | numinis *om.* **Pa** ‖ 3 quem **LM** ‖ 4 hanc *om.* **M** | ab *om.* **Pa** ‖ 5 resionē **MP** | Graecis autem reliquis **L** | aut **Pa** *om.* **Pb** | hyr&erian **M** hyreteran **Pa** irrheteriā **Pb** ‖ 6 aut **L** | nūqđ **M** | sed q (i *supra*) **M** ‖ 8 ET TREPIDOS **L** ‖ 10 scilicet Atheniensium **L** ‖ 11 filius *om.* **L** | et *om.* **Pb** ‖ 12 Hercules . . . postquam[2] *om.* **Pb** ‖ 15 asserentes *om.* **Pa** | misericordie **Pb** ‖ 17 *schol. quadrat ad uerba eiusdem uersus* FAMA MINOR FACTIS ‖ 18 hominesque **Pb** ‖ 19 bona reliqua **L** | hoc **M** ‖ 21 de thebanis **Pb** ‖ 22 ad *om.* **P** ‖ 24 uiđ **MP** ‖ 26 quia sacris c̄fugissent **M**

uiri. et uult hoc loco intellegi poeta nulla ui potentium religionem huius arae posse perfringi.

Lind. p. 420 510 VICIT ET OEDIPODAE FVRIAS *mox* uicit, quia nondum factum est. hoc tamen significat: Oedipus expulsus Creontis imperio confugit **ἐπὶ κολωνόν,** in quo locus erat Furiis consecratus. sed misericordia Atheniensium illa sede est erutus hospitaliterque tractatus. hanc tragoediam Aristophanes scripsit. FVNVS OLYNTHI Olynthus ciuitas Athenis seruiens. haec se auctoribus Lasthene et Euthycrate Philippo tradidit. ob quam culpam Atheniensibus placuit euertere ciuitatem. quo comperto ad aram Misericordiae confugerunt.

511 SVMMOVIT ORESTE quia Orestes post absolutionem cum fureret, ad hanc aram Pylade amico trahente confugit et resipuit. *matrem autem summouit* Virgiliane. nam sibi imminere non Furia, sed mater uidebatur occisa. ut ⟨Aen. IV 472 sq.⟩ 'armatam facibus matrem et serpentibus atris cum fugit ultricesque sedent in limine Dirae'. *summouit* ait, quasi sequentis matris umbram religio arae summouerit. illic enim, ut supra dictum est, furore purgatus est.

513 TVRBA PRIORVM asyli prior turba discessit Argolicis uenientibus matribus.

Lind. p. 422 515 QVI GELIDAM BRAVRONA Brauron locus Atticae regionis in Boeotiam uergens.

---

1 intelligi **LP** | ui] in **Pa** im- **Pb** | potentum **L** ‖ 2 pstringi **Pb** ‖ 3 VICIT *om.* **Pb** | ET *om.* **M** | uincit **Pb** ‖ 4 tantum **LPa** ‖ 5 Creontis *om.* **M** | Epicolono **LMP** | loco **Pb** ‖ 6 consecratum **Pb** | ẽẽ **M** ‖ 7 tractus **Pa** | Aristophanes *superscr.* id̄ **M** *legendum est uidelicet* Sophocles ‖ 8 est ciuitas **L** | olīpti olimptus **Pb** ‖ 9 se *om.* **Pb** | Lastene **L** *corr. in* lastine **M** iactent **Pa** lascene **Pb** | uticrate **M** ‖ 10 placuit atheniensibus **L** ‖ 11 uertere **M** | quā **M** quo miserunt (*om.* comperto . . . confugerunt) **Pa** | compato **Pb** | misere (*om.* -cordiae confugerunt) **M** ‖ 13 submouit *ubique* **Pb** ‖ 14 cum *ante* post *posuit* **L** ‖ 15 uigilando **Pb** ‖ 16 inminere **M** ‖ 17 ut *om.* **MP** ‖ 18 confugit **LMP** | lumine **M** ‖ 19 ait *om. superscr.* **M** aut **Pa** ut **Pb** ‖ 20 submouerit **Pb** ‖ 21 pugnatus *corr. in* pugnatū **M** ‖ 23 matribus uenientibus **L** ‖ 24 QVI GELIDAM *om.* **MP**

616 MVNICHIA ET PIRAEEA Munichium et Piraea iuxta Piraeum, portum Atheniensium, loca sunt.

617 MARATHONA TRIVMPHO necdum ibi ab Atheniensibus uictus fuerat Perses. in hoc enim loco postquam Persarum classis exstincta est, quos in orientali fama manifestum est . . . . ideo *Eoum* triumphum dixit.

620 AEGALEOS NEMORVM PARNESQVE ET LYCABESOS montes Attici.

622 ATROX ALAEVS unum pro gente. quidam hunc regem uolunt esse Tegeae auxiliarem, non ciuem. HYMETTI montis creatoris mellis bene olentis.

623 ACHARNAE in hoc loco primum Dionysia et inuenta et celebrata dicuntur.

628 MISIT ARATRIS Ceres a Dite filiam raptam dum quaerit, hospitio regis Eleusi fertur fuisse suscepta. cuius filium Triptolemum pro beneficii gratia sustulit nutriendum. cui agriculturam et inueniendi frumenti artificium Ceres ostendit.

629 CALLIRHOE fons nouem capitibus means.

630 ORITHYIAE Orithyia Erechthei filia. hanc Boreas Thracius rapuit a flumine Eliso, ex qua Zetus et Calais oriuntur.

632 IPSE QVOQVE Acropolin dicit, arcem Thebarum, de qua Neptuno et Mineruae dicitur fuisse certamen. per-

---

1 MONICHIA **L** monicia **MPa** monitia **Pb** | ET PYREIA **L** *om.* **MP** | Monichium **L** Montiū **M** monitium **P** | Pyreia **L** pireia **MP** ‖ 2 Pereum **LPa** | atheniensium portum **Pa** ‖ 3 ibi *om.* **M** ‖ 4 Xerses **LPb** | postea*?* ‖ 5 quos . . . est *sumpsi ex* **M** quos in orientali infamia manifestum est **P** orientales a Marathonibus auxilio uicti sunt **L** *exspectamus* quos in oriente habitare manifestum est ‖ 6 Eoum *Kohlm.* enim **LPa** eū **MPb** | dixit triumphum **L** ‖ 7 NEMORVM *om.* **MP** ‖ 8 (montes *om.*) actici **Pb** ‖ 9 ILEVS **L** aleos **P** aleus **M** ‖ 10 esse *om.* **Pb** | auxiliariū **Pb** auxiliar////ū **M** | non *om.* **L** *superscr.* t u **M** ‖ 13 celebrate **M** ‖ 16 beneficio **Pb** | gram̃ **M** *om.* **Pb** ‖ 17 cui *om.* **P** ‖ 18 dedit **Pb** ‖ 19 Gallirophe **M** | migrans **Pb** ‖ 20 oritrię oritria **M** | Erecthei **LM** el'ecthiei **Pa** elethei **Pb** ‖ 21 Elyso **L** | *lege* Zetes ‖ 23 acropolem **Pb** | *lege* Athenarum ‖ 24 percussa Neptuno terra **L**

cussa terra equum dedit, indicium belli, Mineruae uero oliuam, pacis insigne.

634 RVPIBVS magnitudinem arboris ostendit ex umbrae qualitate, qua obscurat. FRANGERET insultaret uicto Neptuno.

639 GLISCERE cum furore cupere.

Lind. p. 423 643 INSVMITE inuocatio.

651 TREMEFECIT concussit.

653 VENTOSA uentis abundans. SIBILAT resonat.

657 MVTAT atterit.

658 AGER herba, quae protrita incursu belli non nascitur.

660 FRANGITVR crispatur. ARDENT splendent.

661 ADEO in tantum. OPERI itineris magnitudini.

Lind. p. 424 672 CVM SAEPTVS cum armatus esset pictura Minotauri.

676 LIMINA Labyrinthi. GNOSIDA FILO Ariadnen dicit Cretensem. quae cum Theseum amaret et uereretur, ne occiso quamuis Minotauro multiplex et perplexum Labyrinthi iter explicare non posset, quae domus erat Minotauri, Daedalum, fabricatorem operis, exorauit. a quo globum fili accepit, cuius summitatem tenens ipsum Theseo intranti dedit post se soluendum. quem ille occiso Minotauro relegens uictor egressus est.

681 DESTITVVNT contemnunt.

688 RENIDENS cum iracundia subridens.

689 DOCVMENTA exempla, quae in uictos edidimus, quos prohibuimus sepeliri.

693 CALIGARE DIEM faciente caligine non parere.

---

4 aequalitate **L** quantitate *Bentley* | qua *om.* **Pb** | obscurabat **P** ‖ 7 Insū mittate **M** | inuocat **M** insacat **Pa** ins . . . . **Pb** ‖ 10 actterit **Pa** ‖ 11 ptrita **Pb** ‖ 14 magnitudinis **Pa** ‖ 16 GNOSIDA . . . Labyrinthi *om.* **M** | Ariadnem **L** adrianem **Pb** ‖ 17 Theseum *om.* **Pa** ‖ 18 quamuis Minotauro occiso **L** | Minotauro *om.* **Pa** | minotauro q̃uis **Pb** ‖ 19 labirinthus (*om.* iter) **Pb** | possit **P** ‖ 21 ipsa **LPb** ‖ 22 posse **Pb** ‖ 23 religens **M** | regressus **LP** | est *om.* **Pa** ‖ 25 Renidens *superscr.* t **M** rediens **Pa** ‖ 26 inuicta **M** ‖ 27 prohibimus **P** | sepelire **Pa** ‖ 28 caliginem **L** | apparere **L**

701 HVMILES sine cristis aut fractas.

712 DIRIS graue olentibus. AEGRVM corruptum. Lind p. 425

713 DVCENS odorans.

722 PVBES Thebana iuuentus.

724 CAEDVNT quatiunt.

730 QVERCVM pro hasta.

733 EDONOS Thracicos.

740 DEGENERES timidos. IRA LEONES in magnam praedam feruntur.

743 TRIPLICI quia tres erant gentes, quibus stipabantur ad bellum.

745 CONTINVAT id est sine intermissione prosternit.

746 HVMERO TRANSMISIT per humeros ferrum exiit.

749 TENORE de longe missa. quasi dicat: adhuc potuit Lind. p. 427 transire tertium, sed retenta est in temone.

756 COMITES socii Creontis.

759 COLLIGIT confirmat.

766 VLCISCARE fratres uidelicet in se inuicem parricidas.

774 TEGMINE DVRO textu ferrato.

775 THORACA CATENAE id est iuxta eam partem, ubi est loricae medietas.

776 PER MILLE FORAMINA per infinitos loricae circulos.

782 ACCEDVNT iunguntur. TVMVLTV Argiuorum atque Thebanorum gaudentium strepitu.

793 GAVDENT LAMENTA luctus mutantur in gaudia.

801 IGNIBVS EVADNE haec Capanei uxor nimio amore et dolore flammata in rogum coniugis se praecipitem dedit.

804 SORORI Deipylae.

---

1 fractis *superscr.* a **M** ‖ 3 odores **Pb** ‖ 5 Ledunt **Pa** ‖ 7 AEDONIOS **LM** Etclonus **Pa** donus **Pb** | Thracas **L** thracitus **Pa** tracius **Pb** ‖ 10 stipantur **M** ‖ 12 id est *om.* **MP** | inmissione **Pa** | p̄sternit **Pa** ‖ 13 Vmero **Pa** | TRANSMISIT . . . TENORE de *om.* **Pb** ‖ 14 TEMONE **L** | quasi . . . temone *om.* **MP** ‖ 18 uidelicet] unde **Pb** | parricidis **Pa** ‖ 19 ferreo **L** ‖ 20 id est *om.* **MP** ‖ 21 loricae est **L** loricę **P** ‖ 22 infinito **M** ‖ 24 strepitū **MPa** ‖ 25 LAMENTA *om.* **LMPb** ‖ 27 precipientem **Pa** | dedit praecipitem **L** ‖ 28 Sorore **M** | De(i)philae **LMP**

805 CLAMET cum lamento inuocet.

808 VIX NOVVS FVROR noui carminis iteratio.

Lind. p. 428 813 STRAVIT ITER Fama sternente benignum iter ad posteros usque ad proceres.

816 TEMPTA prouoces.

819 REFERENTVR HONORES post mortem meam te honorabit inuidia.

---

2 FVROR *om.* **MP** || 4 ad *om.* **L** || 5 TENTA **LPb** || 6 referuntur **Pa** || Finis Latantii super Statio thebaidos. *Τέλος* **Pb**

COMMENTARIVS IN ACHILLEIDA

1 FORMIDATAMQVE TONANTI PROGENIEM cum Iuppiter cuperet Thetidem suo coniugio sociare, uetuerunt decreta Parcarum. quae dixerunt prolem, quae nata fuisset, uim caelo impellere. ideo ait formidatam. Lind. p. 430

3 VIRI Achillis.

4 MAEONIO Homerico.

5 SCYRO insula, ubi Achilles fuit absconditus.

6 DVLICHIA Graeca. PROFERRE publicare. NEC IN HECTORE TRACTO SISTERE tacere. Homerus enim usque ad mor|tem Hectoris descripsit Iliados et tacuit. unde superius: 'cantu Maeonio, sed plura uacant'. unde et Virgilius ⟨Aen. I 456⟩: 'uidet Iliacas ex ordine pugnas' id est: non usque ad mortem Hectoris, sed usque ad excidium Troiae pictas. pugna enim Amazonae, quae in auxilium Priami uenit, post defunctum Hectorem fuit. Lind. p. 431

7 DEDVCERE describere.

8 TV MODO inuocatio.

10 AONIVM NEMVS Thebanum. mons enim Boeotiae est — cognominatus hoc nomine est ab Aone, filio Neptuni — Musis consecratus.

12 DIRCAEVS Thebanus. Dirce enim regina fuit, nouerca Zethi et Amphionis. quam propter iniuriam matris Antiopes priuigni Zethus et Amphion religauerunt tauris ferocibus et ita traxerunt. quae misericordia deorum in fontem mutata est, qui Dirces nominatur.

---

2 Thetiden **LM** ‖ 3 dixerant **L** ‖ 7 SCHYRO **L** (**M**) | absconsus **M** ‖ 10 eliados **M** ‖ 11 uocant **M** | et *om.* **L** ‖ 12 Vidit et **L** ‖ 13 nusquam **L** ‖ 14 *pretas **L** Pietas **M** | Amarone **L** amatone **M** ‖ 19 hoc nom̄ ē **M** hic uero est **L** ‖ 20 Musis *om.* **L** ‖ 21 Dirces **LM** ‖ 22 qua **L**

13 CVMQVE SVO NVMERANT AMPHIONE THEBAE Zethus et Amphion, Iouis et Antiopae filii: Zethus rusticus, Amphion musicus. Amphion citharam a Mercurio meruit, cuius dulcedine dicitur muros struxisse Thebanos.

20 SOLVERAT narratio.

21 DARDANVS Paris pro 'Dardanius'. INCAVTAS BLANDE POPVLATVS argute depraedatus. legitur in historiis, quod Troiani cum Graecis foedus habuerunt, unde etiam Paris est susceptus hospitio et sic commisit adulterium. ideo ait blande. quod autem dicit populatus, historiam Lind. p. 432 tangit. Hercules cum ex|pugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam, Priami sororem, Telamoni dedisset, profecti sunt legati a Priamo et eam minime repetere potuerunt illis dicentibus eam se habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale committeret aut in uxorem regis aut in filiam. qui expugnata Sparta Helenam rapuit.

22 PLENAQVE MATERNI REFERENS PRAESAGIA SOMNI Hecuba filia secundum Euripidem Cissei. quem Ennius, Pacuuius et Virgilius secuntur. unde idem Virgilius ⟨Aen. VII 319 sq.⟩: 'nec face tantum Cisseis praegnans ignis enixa iugalis'. haec dum praegnans esset Paride, uidit in somniis facem se parere. quod fuit praesagium futuri incendii. Homerus autem Dymantis filiam dicit.

26 VITREO lucido.

28 COEVNTIA PHRIXI LITORA cum Phrixus et Helle per mare Hellespontum transirent, Phrixus ascendit in arietem pellem auream habentem. Helle natans ad caudam ipsius arietis se tenebat. fessa tandem ponto submersit. unde mare Hellespontum nominatum est. Phrixus transiens peruenit ad Colchos ibique arietem occidit et eius pellem

---

4 cuius] cū **M** ‖ 6 per Dardanum **L** ‖ 8 habuerint **L** ‖ 11 laom̄tis **M** ‖ 16 in[2] *om.* **M** ‖ 19 *Hecub. 3* ‖ 20 sequuntur **L** ‖ 21 praegnans Cisseis **LM** ‖ 23 somnis **M** | parare **M** ‖ 24 *Iliad. XVI 718* ‖ 26 LITTORA **L** | Helles **L** telles **M** ‖ 27 ellespontū **M** | ascendent **M** ‖ 28 Elles **LM** ‖ 29 arietis *om.* **L** | tenebat *om.* **L** | fessus **L** fessum **M** | sūmersit **M** ‖ 30 ellespontū **M**

in templo dicauit. quam Iason postea cum Argonautis Medea faciente tulit et Creonti regi portauit.

32 PROTEA uatem.

34 NVRVM Helenam.

36 TVMIDIS nobilibus aut superbis. ATRIDIS usur- Lind. p. 433 patum est. nam Plisthenis filii fuerunt Menelaus et Agamemnon.

39 COMMISIMVS re properantis est. ut Virgilius ⟨Aen. IV 600⟩: 'non potui abreptum diuellere corpus'.

41 PATRIA pro 'paterna'. nam a patre 'paterna', a loco 'patria'.

44 RHOETEAE Troianae. Rhoeteum enim promunturium est Troianae urbis.

65 RVPIT IASONIA PVPPIS PAGASAEA RAPINA hic fabulam Iasonis tangit, quae talis est: Athamas rex habuit uxorem nomine Nubem. de qua habuit duos filios Phrixum et Hellen. cum Nubes insania Liberi patris concitata siluam peteret, ne repeteret larem mariti, filiis suis Athamas superduxit nouercam Ino. quae nouercali odio pueris exitium machinans Matronas petiit, ut frumenta serenda corrumperent. quo facto fames innata est. cum ad Apollinem consultum ciuitas misisset, Ino eum, qui missus erat, corrupit, ut referret oraculo dictum Nubis filios immolandos. nam et ipsa dixit eos frumenta incendisse. pater timens populi inuidiam filios suos nouercae commisit arbitrio, sed occulte illis remedium dedit. nam Phrixum mortis suae ignarum summisit, ut memoratum adduceret arietem. qui Iunonis nutu admonitus, ut cum sorore fugeret, confestim se cum ea morti subtraxit. deinde cum arieti adhaerentes maria supernatarent, puella in mare cecidit. qui locus ex ea Hellespontus dicitur. Phrixus ad Colchos delatus arietem, quo uectus erat, mactauit et eius uellus consecrauit Marti. quod draco

---

5 et **L** ‖ 6 Plisenis **LM** ‖ 17 Ellen **L** ellem **M** ‖ 20 ferenda **M** ‖ 21 facta **M** ‖ 22 eum] enim **L** ‖ 24 ipse **L** (*om.* dixit . . . incendisse) ‖ 29 secure eam **L** secum ex **M** se cum ea *myth. I 23* ‖ 31 Ellespontus **LM** ‖ 33 consecrant **L**

custodiebat informis. ad quod auferendum Iason missus a Creonte est. qui cum ad Aeetem, Solis filium, Colchorum regem, uenisset — cui responsum fuerat tamdiu illum in regno manere posse, quamdiu in Martis templo illud Lind. p. 434 uellus aureum | durare potuisset — potestatem uelleris auferendi ita Iasoni permisit, ut tauros ignem naribus efflantes aratro iungeret et draconis dentes sereret. cumque Medeae, regis eiusdem filiae, amore atque artibus Iason cautus esset, uniuersa compleuit et dum armata manus ex ipsis sulcis creuisset, Medeae in se artibus concitata mutuis est interempta uulneribus. tum rapto uellere fugit Iason. Pagasaea Argo a loco dicta, ubi facta est. Pagasus ciuitas Thessaliae. Lucanus ⟨II 715⟩: 'ut Pagasaea ratis'.

78 CAERVLEIS marinis. RECTOR Neptunus.

79 MVLCET consolatur.

84 SIGEO Troiano.

88 HECTOREO TARDAVIT PONDERE CVRRVS quia exstincto Hectore religauit ad currum suum Achilles corpus eius et traxit circa muros Troiae.

89 OPERA IRRITA MVROS hoc quidem habet fabula: Neptunus cum Apolline Troiae fabricauerunt muros a Laomedonte rogati. sed constat Laomedontem supra dictis diis certam uouisse pecuniam ad sacra facienda. quam post conditam Troiam dare noluit. ergo damnatum ostendit, cum dicit muros Troianos opera irrita esse. et Virgilius in euersione Troiae ⟨Aen. II 610 sq.⟩: 'Neptunus muros magnoque emota tridenti fundamenta quatit'.

91 CREDIDERIS PEPERISSE IOVI cum Iuppiter uellet Thetidem ducere, fata prohibuerunt eo, quod proles, quae

1 at **M** ‖ 2 Aeëtam **L** &em **M** ‖ 6 iason inmisit **M** ‖ 8 atque **M** aliisque **L** ‖ 12 Pegasea **LM** | ergo **L** g̊ (= ergo) argo (*om.* a) **M** ‖ 13 Pegasus **L** pegaseus **M** | thessalicę **M** ‖ 14 pegasea **LM** ‖ 18 TARDANT **L** | quando **L** ‖ 21 hoc quidem . . . 'Neptunus muros *om.* **L** ‖ 25 dm̄ natū **M** ‖ 26 esse et] e&̃ **M** ‖ 28 s̄lam̄ta **M** ‖ 30 Thetiden **LM**

nasceretur, Iouem pelleret regno. Thetis nupsit Peleo, mortali homini. ergo dum quereretur apud Neptunum et timeret de morte Achillis, eo quod a patre esset mortalis, dicit Neptunus non timeri de eo, quia talis futurus esset, ut credatur deo genitus. ergo sic illam consolatur dicens: noli queri, quod de Peleo mortali sit genitus, quia crederis eum de Ioue peperisse.

93 CVM REDVCES DANAI NOCTVRNAQVE SIGNA CAPHEREVS hic historiam tangit. Palamedes septimo gradu a Belo originem trahens, ut Apollonius dicit, cum dilectum per Graeciam ageret, simulantem insaniam Vlixem duxit inuitum. cum ille iunctis dissimilis naturae animalibus salem sereret, filium ei Palamedes opposuit. quo uiso Vlixes aratra suspendit et ad bellum ductus habuit iustam causam doloris. postea cum Vlixes frumentatum missus ad Thraciam nihil aduexisset, a Palamede uehementer est increpitus. et cum diceret adeo non esse neglegentiam suam, ut ne ipse quidem, si pergeret, quicquam posset aduehere, profectus Palamedes infinita frumenta deuexit. qua inuidia Vlixes auctis inimicitiis fictam epistulam ad Palamedem Priami nomine, per quam agebat gratias proditionis et commemorabat certum auri pondus esse transmissum, dedit captiuo et eum in iti|nere iussit occidi. Lind. p. 435 haec inuenta more militiae regi allata est et lecta principibus conuocatis. tunc Vlixes, cum se Palamedi adesse simularet, ait: si uerum est, in eius tentoriis aurum quaeratur. quo facto et inuento auro, quod ipse per noctem corruptis seruis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. hunc autem constat fuisse prudentem. nam et tabulam ipse inuenit ad comprimendas otiosi seditiones exer-

2 quer&⁀/ **M** ‖ 5 ergo si **M** | dicens *om.* **L** ‖ 6 querere (!) **LM** | mortale **M** ‖ 8 SIGNA CAPHEREVS *om.* **L** ‖ 9 Palamedis **L** ‖ 10 apollini꜄ **M** ‖ 11 (duxit *om.*) inuitus **L** ‖ 13 Vlisses **L** (*semper fere*) ‖ 14 aratra . . . Vlixes *om.* **M** ‖ 16 est uehementer **L** ‖ 17 negligentiam **L** ‖ 18 ipsi **M** | si] sibi **L** | quidquam **L** ‖ 20 quia **L** | factam **M** | epistolam **L** eptam **M** ‖ 24 morte **M** | (et *om.*) electa **M** ‖ 28 ferris **L** ‖ 29 tabulas **L**

citus. huius pater mortem dolens Nauplius nomine reuertentibus Graecis post deletam Troiam tempestate laborantibus montem Caphereum ascendit et elata facula signum dedit uicini portus. qua re decepti sunt Graeci et per rimosos scopulos pertulere naufragia.

94 QVAEREMVS persequemur.

Lind. p. 436 96 PARABAT quae se parabat naues euertere Troianas.

98 HAEMONIAS Thessalicas.

101 CONVBIALIA quia ibi nupsit Peleo.

102 SPERCHIOS fluuius.

103 CIRCVIT VNDA quia illa amara erat rore maris.

104 ILLA NIHIL quia sollicita erat de filio sciens fata eius.

105 SOLLERS inquisitrix. MAGISTRA quia nouit indulgere clementer.

107 ARCV fornicem describit.

111 STABVLA propter equum. NEFANDIS FRATRIBVS illis, qui cum Lapithis in conuiuio pugnauerunt. unde Virgilius ⟨georg. II 455 sqq.⟩: 'ille furentis Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.

112 HOMINVM sed ferarum.

115 TERGA pelles.

118 ALVMNO Achilli.

119 REDITVRVM Achillem.

120 OPPERIENS Chiron. SERENAT illuminat.

122 NEREIS Thetis.

Lind. p. 437 126 OMNIA VISV quod ibi Achillem non uidebat.

134 TARTARA dicta uel, quod omnia illic turbata

1 napuli' **M** | reuert. Graecis *om.* **L** ‖ 2 delatam **L** delictam *corr. in* delutam **M** | Troiani **L** ‖ 3 Capareum **L** ‖ 7 euertere naues **L** | troianos **M** ‖ 9 CONNVBIALIA **L** Conubia **M** | ibi] tibi **M** ‖ 11 *post* maris **L** *praebet*: de ...., **M**: clemt̃ *irrepsisse uidetur ex uersu 105* ‖ 12 sollicitata **L** ‖ 14 nouum **L** ‖ 16 descripsit **L** ‖ 18 illis *om.* **M** | pugnarunt **L** ‖ 19 furentis *om.* **LM** ‖ 21 Lapithis *om.* **L** ‖ 22 hominem **L** | ferarum *spectat ad u. 115* ‖ 29 illic *om.* **M**

sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς aut, quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν id est a tremore frigoris. sole enim caret. ET AD STYGIOS ITERVM FERO MERGERE FONTES Thetis cum cognouisset fata Achillis, timens de morte eius in Stygem paludem intinxit, et toto corpore inuulnerabilis fuit excepta parte, qua tentus est. qui cum amatam Polyxenam, ut in templo acciperet, statuisset, insidiis Paridis post simulacrum latentis occisus est. ipsam enim fabulam tangit.

136 CARPATHIVS VATES Proteus. Carpathus insula est iuxta Aegyptum, a qua uicinum pelagus Carpathium nominatum est. hic aliquando regnauit Proteus relicta Pallene, ciuitate Thessaliae, ad quam tamen reuersus est postea. unde Virgilius ⟨georg. IV 390 sq.⟩: 'patriamque reuisit Pallenen'. sacerdos enim fuit.

143 SENI Chironi.

156 PINVS CVM THESSALA quia Argo apud Thessaliae oppidum Pagasum facta est.

165 MATER INEST redditur similitudine.

167 GAVDIA FORMAE constat ex qualitate animi homines sumere uultum aut tristem aut hilarem. ut Iuuenalis ⟨IX 18 sqq.⟩: 'deprendas animi tormenta latentis in aegro corpore, deprendas et gaudia: sumit utrumque inde habitum facies'.

168 FETAM enixam.

172 VLNIS amplexibus.

175 PATROCLVS cum Achilles fureret aduersus Agamemnonem propter Briseida, noluit ad pugnam egredi aduersum Troianos. tunc rogatus, ut uel arma sua Patroclo daret, quae manu erant fabricata Vulcani, persuadente Vlixe concessit. egressusque Patroclus cum armis eius | suceptus ab Hectore occisus est, illaque arma abstulit Lind. p. 438

1 sint **L** s̄ **M** | apote taraches **M** | apotu tartazin **M** ‖ 2 id est *om.* **M** | timore **M** ‖ 3 FERRO **L** ‖ 4 agnouisset fatum **L** | Stygon **L** ‖ 12 thessalice **M** | tā **M** ‖ 14 Pallenem **L** ‖ 16 THESSALI **L** thessalia **M** | Thessalis **L** thessalicę **M** ‖ 21 dep̄ndis **M** | aequo **LM** ‖ 25 VENIS **L** ‖ 27 Briseidam **LM** | egredi ad pugnam **L** ‖ 28 aduersus **L**

Hector. unde Virgilius ⟨Aen. II 275⟩: 'qui redit exuuias indutus Achillis'. ideo ⟨u. 177⟩: 'aequali uisurus Pergama fato'.

180 EVROTAE Eurotas fluuius est Laconicae, qui ab Apolline suas educit laurus, quibus eius plenae sunt ripae.

CASTOR ANHELO errant, qui credunt Castorem Iouis filium. nam de Ioue et Leda Helena et Pollux nati sunt, qui immortales fuerunt. Castor autem Tyndarei filius fuit mortalis. cuius mortem Pollux suo interitu fraterna pietate redimebat. quod ideo fingitur, quia horum stellae ita se habent, ut occidente una oriatur altera.

185 OBLECTAMINE ad laborum dulce lenimen.

187 POLLICE CHORDAS . . . uel temperauit.

188 LIBENS securus.

189 SVPERARIT IVSSA NOVERCAE Eurystheus rex fuit Graeciae, Persei genus. qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut uaria monstra superaret, quibus posset perire. unde Virgilius ⟨georg. III 4⟩: 'quis aut Eurysthea durum'.

190 CRVDVM superbum.

191 POLLVX Iouis filius.

192 AEGIDES Theseus. MINOIA BRACCHIA TAVRI indicato a Sole adulterio Martis et Veneris Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit. quibus Mars et Venus ignorantes impliciti sunt et cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. quod factum Venus uehementer dolens stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus coepit. igitur Pasiphae, Solis filia, Minois regis Cretae uxor, tauri amore flagrauit et arte Daedali inclusa intra uaccam ligneam saeptam corio iuuencae

1 caedit **L** ‖ 2 Idem **L** ‖ 4 Eurota **L** | est *om.* **L** ‖ 5 edocet **L** educet **M** ‖ 7 et² *om.* **L** ‖ 8 inmortales **M** ‖ 12 ab **L** | leuamen **L** | *Horat. carm. I 32, 14 sq.*: o laborum dulce lenimen ‖ 13 *ante* uel *praeb.* ormizaum **L** ormizauit **M** harmonizauit*?* organizauit *Vollm.* | temperatum **L** temporauit **M** ‖ 15 SVPERAVIT **L** ‖ 16 per se igneus **LM** *cf. schol. Theb. VI 289* ‖ 18 qui **L** ‖ 21 Mineia **M** | BRACHIA **LM** ‖ 23 tectum **L** ‖ 24 soluti **M** ‖ 25 testimoniū conetor̄ **M** ‖ 26 stirpum **L** stipem **M** ‖ 27 pasiphe **M**

pulcherrimae cum tauro concubuit. unde natus est Minotaurus, qui intra Labyrinthum inclusus humanis carnibus uescebatur. sed Minos de Pasiphae habuit plures liberos Androgeum, Ariadnen, Phaedram. sed Androgeus cum esset athleta fortissimus et superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Atheniensibus et uicinis Megarensibus coniuratis occisus est. quod Minos dolens collectis nauibus bella commouit et uictis Atheniensibus poenam hanc statuit, ut singulis quibusque an|nis septem de filiis et Lind. p. 439 septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potens tam uirtute quam forma. qui cum ab Ariadne, regis filia, amatus fuisset, Daedali consilio filo iter rexit et necato Minotauro cum rapta Ariadne uictor aufugit. de Minotauro enim fabula est, quod taliter fuisset genitus. nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amauit. cum quo in domo Daedali concubuit. et quia geminos peperit, unum de Minoe, alterum de Tauro, enixa esse dicitur Minotaurum. quod Virgilius ipse dicit ⟨Aen. VI 25⟩: 'mixtumque genus prolesque biformis'.

193 TOROS conubium.

197 ASSVETAQVE PECTORA Chironis.

200 VOLVTAT cogitat. Lind. p. 440

203 CECROPIDAE Athenienses a rege Cecrope.

206 ATQVE HOSPITA DELOS GENTIBVS de hac insula talis est fabula: post uitiatam Latonam Iuppiter etiam eius sororem Asterien cum uitiare uellet, illa optauit a diis, ut in auem conuerteretur, uersaque in coturnicem est. et cum uellet maria transfretare, quod est coturnicum, afflata a Ioue et in lapidem conuersa diu sub fluctibus latuit, postea supplicante Ioui Latona leuata aquis

3 liberos plures **L** ‖ 4 Andrageum, Ariadnem **L** ‖ 7 coniuratis *om.* **M** ‖ 8 statuit hanc **L** ‖ 11 p&ens **M** ‖ 12 filio **M** *om.* **L** ‖ 16 quā **M** ‖ 18 euixa **L** ‖ 19 minotaur&⁓ **M** ‖ 20 p. b. f. **L** p. b. l. f. **M** ‖ 21 connubium **L** ‖ 22 -QVE *om.* **M** ‖ 25 INHOSPITA **LM** ‖ 26 latonem **M** ‖ 28 uerteretur **L**

superferri coepit. haec primo Neptuno et Doridi fuit consecrata. postea, cum Iuno grauidam Pythone immisso Latonam persequeretur, terris omnibus expulsa tandem aliquando applicante se litoribus sorore suscepta est et illic Dianam primo, post Apollinem peperit, qui statim occiso Pythone ultus est matris iniuriam. sane nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur praebuisse obstetricis officium. unde Diana, quamuis uirgo sit, tamen a parturientibus inuocatur. haec namque est Diana, Luna, Proserpina. nata igitur duo numina terram sibi natalem errare non passa sunt, sed eam duabus insulis religauerunt. ueritas uero longe alia est. nam haec insula cum terrae motu laboraret — qui fit sub terris latentibus uentis — oraculo Apollinis terrae motu caruit. nam praecepit, ne illic mortuus sepeliretur, et iussit quaedam sacrificia fieri. postea a Mycono Gyaroque, uicinis insulis, populi uenerunt, qui eam tenerent. unde dicit poeta: 'atque hospita Delos gentibus'. quod autem diximus Dianam primo natam, rationis est. nam constat primam noctem fuisse, cuius instrumentum est luna id est Diana, post diem, quem sol efficit, qui est Apollo. ut autem Delos primo Ortygia diceretur, factum est a coturnice, quae Graece ὄρτυξ uocatur. Delos autem, quia diu latuit et post apparuit. nam δῆλον Graeci manifestum dicunt.

Lind. p. 411 220 THAVMANTIDA Iris Thaumantia dicta secundum poetas, Thaumantis filia. ceterum ex admiratione hoc nomen accepit. quae admiratio de eius coloribus nascitur. Iris dicta, quod nunquam ad conciliationem mittitur sicut Mercurius, sed ad disturbationem, et est ministra non tantum dearum, sed et deorum.

222 TETHYS uxor Oceani, Nympharum mater.

238 PHOLOE silua est Thessaliae dicta a Pholo Centauro, qui eam incolebat. qui Pholus tempore, quo ab

2 inmissu *corr. ex* inmissit **M** ‖ 4 littoribus **L** ‖ 7 obstetrices **M** ‖ 9 Luna] Iuno **LM** ‖ 11 passae **L** ‖ 16 (a *om.*) Miconoo **L** ‖ 20 id est] ut **L** ‖ 26 thamantis **M** ‖ 31 THETIS **LM**

Eurystheo rege Hercules missus est in Thraciam, ut Diomedis equos adduceret, qui humanis carnibus uescebantur, eum hospitio recepit. aliqui dicunt, quod eum Hercules occidit susceptus ab eo hospitio. Velius [Asper] Longus Pholum tradit aduersum Centauros ab Hercule adiutum, cum Herculem recepisset hospitio. Asper tradit Pholo, dum sagittas Herculis stupet, qui tot Centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidisse, cuius uulnere sanari non potuit. ideo credunt nonnulli ab Hercule occisum.

239 SPERCHIVS fluuius, cui suas comas Achilles deuouerat, si redisset. pater autem Narcissi fuit Sperchius.

245 SCYRIA Scyros insula est.

263 SI IVPPITER INDVIT ARTVS Iuppiter adamauit An- Lind. p. 442
tiopen, filiam Nyctei, speciosissimam puellam. cuius dum pater suspectum haberet stuprum, eam custodiis mancipauit. puella ipsa cum adoleuisset, Dianae se consecrauit. Iuppiter in habitum se uertit Dianae et puellam corrupit ita, ut arcum et pharetram mentiretur.

264 CAENEA Caenis uirgo fuit, quae a Neptuno pro stupri praemio meruit sexus mutationem. fuit etiam inuulnerabilis. qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra post mortem tamen in sexum rediit. unde Virgilius ⟨Aen. VI 449⟩: 'rursus et in ueterem fato reuoluta figuram'. hoc autem dicto Virgilius ostendit Platonicum illud uel Aristotelicum animas per μετεμψύχωσιν sexum plerumque mutare.

269 STYGOS AMNE SEVERO ARMAVI TOTVMQVE VTINAM Thetis cum sciret eo, quod a Peleo Achilles mortalis esset, in Stygem paludem eum intinxit et toto corpore impenetrabilem fecit excepta corporis parte, qua eum

4 verius Asper et Longus *myth. I 61* ‖ 6 pholum **M** *om.* **L** ‖ 8 pede occidisse **M** | cuius *om.* **L** ‖ 10 comae **L** ‖ 13 SIC **LM** | anthiopē **M** ‖ 14 nicti **M** ‖ 15 custos **L** ‖ 23 unde . . . animas per *μετεμ-* *om.* **L** ‖ 26 m&emsichosin **M** Sichosin **L** ‖ 27 STYGIS **L** | TOTVMQVE VTINAM *om.* **L** ‖ 28 eo *delendum puto* ‖ 29 éum *om.* **L** ‖ 30 inpen&rabilē **M**

tenuerat. pro nefas! nouum genus calamitatis! ibi mortis locum reliquit, ubi eum est mater amplexa.

273 COGNATA quasi Nerei.

274 CHIRON Saturni et Pelopae filius.

275 GENITOR Peleus.

276 NVTRITOR Chiron.

Lind. p. 443 304 SED FAX VIBRATA MEDVLLIS Virgilius ⟨Aen. VIII 389 sq.⟩: 'accepit solitam flammam, notusque medullas intrauit calor et labefacta per ossa cucurrit'.

308 EBVR CORRVMPITVR OSTRO Virgilius ⟨Aen. XII 67 sq.⟩: 'Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro si quis ebur'.

Lind. p. 444 323 PROTERVOS superbos.

328 DOMAT componit.

329 DILECTA tractata.

330 LIMBO l i m b u s dicitur fascia, quae ambit in extremitate uestium secundum antiquum ritum. Virgilius ⟨Aen. V 250 sq.⟩: 'uictori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura'.

Lind. p. 445 353 AMAZONIO Amazones dictae sunt, uel quod simul uiuant sine uiris quasi ἅμα ζῶσαι, uel quod unam mammam exustam habent quasi ἄνευ μαζοῦ.

Lind. p. 446 372 IDALIAE VOLVCRES columbae, quae sunt Veneri consecratae.

387 CRETA RHEAE haec fabula est: Saturnus postquam a Themide oraculo comperit a filio regno se posse depelli, natos ex Rhea uxore deuorabat. quae natum Iouem pulchritudine delectata Nymphis commendauit in monte Cretae Dictaeo, ubi eum aluerunt apes. et adhibiti sunt Curetes et Corybantes, qui tinnitu aeris prohiberent

---

2 mater est **L** ‖ 3 nereis **M** ‖ 4 Pelopes **L** *legendum est* Philyrae (*cf. myth. I 103 et II 62*) ‖ 8 notasque **L** ‖ 11 Ludum **L** ‖ 13 SVPERBOS proteruos **L** ‖ 14 componit^√ **M** ‖ 15 TRACTATA dilecta **LM** ‖ 16 *cf. schol. Theb. VI 345 (367)* | quae ad extremitatem uestram **L** ‖ 18 Victor **L** ‖ 20 ΛΜΛΖΟuCΛΙ **M** ‖ 21 quod simul unam **L** ‖ 22 ΛΝΕΤ ΜΛΖΙCΙ **M** ‖ 25 CRETA RHEAE] Nationis (= nati Iouis) **M** ‖ 27 ex crea **M** ‖ 30 qđ hinnitu **M**

audiri pueri uagitum. unde ipsi sunt Matris deum ministri. ut autem fingatur Saturnus filios suos comesse, haec ratio est, quia dicitur deus esse aeternitatis et saeculorum. saecula autem annos ex se natos in se reuoluunt. unde Graece Κρόνιος quasi χρόνος id est tempus dicitur. ergo q u o m o r e t a c e b a t C r e t a R h e a e, id est: quia illis Creta Iouis nutritus est, ne a Saturno patre occideretur, sic tu, o Scyros, commendatum tibi Achillem absconde.

388 DELO Delos et ciuitas dicitur et insula. unde interdum recipit praepositionem. Delos autem dicta est, quia, cum ubique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dantur oracula. nam δῆλον Graeci manifestum dicunt.

390 CYCLADAS Cyclades non ideo dictae sunt, quia in rotunditate sunt, eo quod Graeci κύκλον rotundum uocant, sed quod longo ordine eas circumire necesse est propter promunturia periculosa.

393 THIASI thiasos saltationes, choreas Liberi id est Liberalia.

397 INTEREA MERITOS VLTRIX originem belli Troiani taliter historia refert: Herculem, cum Colchos iret perdito Hyla, post peragratam Mysiam nauibus Troiam uenisse. a cuius portu cum eum Laomedon arceret, occisus est, et eius filia Hesiona belli iure sublata comiti Telamoni tradita est, qui primus ascenderat murum. unde natus est Teucer. nam Aiacem ex alia constat esse natum. tunc Hercules Priamum quoque redemptum a uicinis hostibus in paterno regno locauit. unde et Priamus dictus est ἀπὸ

---

4 inde **L** ‖ 5 ΚΡΟΝΟϹ q̄ ΚΡΟΝΟϹ **M** ‖ 6 illic? ‖ 7 Cretae? certa **L** cerua *anonym. Heidelb.* ‖ 8 si tuos cyros **M** ‖ 10 nitidum **L** interduro **M** ‖ 11 utique **L** | responsa *om.* **M** | sit **L** ‖ 12 illis dentur **L** ‖ 15 in rotunditatem **L** | cyclon **M** ‖ 17 propter *om.* **M** | promontoria **L** promunctoria **M** ‖ 18 THIASOS (*om.* THIASI) **L** ‖ 20 INTEREA MERITOS VLTRIX *inserui, ne lemma deesset* | Thebani **LM** Troiani **Lc** ‖ 24 filiam **M** | comite lamotii **L** ‖ 25 unde] unus **M** ‖ 27 redemptus **L** ‖ 28 patrio **L** | (*om.* et) est Priamus dictus **L** | Ariotoyπιace auđ emi **M**

τοῦ πρίασθαι id est emere. ceterum quae de liberata dicuntur Hesiona, constat esse fabulosa. postea cum creuisset, Priamus uolens repetere sororem profectus est cum legatis Salamina, ubi constabat eam regnare. et minime eam repetere ualuerunt Graecis dicentibus eam habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret aut uxorem regis aut filiam. qui cum ambulasset, sollicitauit Helenam, Menelai uxorem. quae cum ei consentire noluisset, egressus est ille et ciuitatem obsedit. qua euersa Helenam rapuit. unde et postea a marito recipi meruit.

Lind. p. 448 404 FOEDVS quod dicit foedus, historiam tangit, quae refert, quod Troiani cum Graecis foedus habuerint, unde etiam Paris amicabiliter est susceptus hospitio et sic commisit adulterium.

Lind. p. 451 444 CLASSIS c l a s s i s dicitur uel quod fiat de fustibus. 'calas' enim dicebant maiores nostri fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad proelium. unde etiam 'calones' dicebantur. nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, ipse uallum. uallum autem dicebant calam sicut Lucilius: 'scinde calam, ut caleas', id est: o puer, frange fustes et fac focum. inde ergo classem dictam dicunt. alii magis hinc classem dictam uolunt: apud maiores nostros stipendium proelio terrestri miles pedester dabat. equites uero dabant in nauali certamine: nam adhuc populus pauper fuerat. exinde etiam, quod ab equitibus dabatur stipendium, tractum est, ut diceretur classis. proprie enim classes equitum dicimus.

447 AVLIS insula est, in qua coniurarunt Graeci se non ante reuersuros, quam Troia caperetur.

---

1 emeie **L** ‖ 2 excreuisset **L** ‖ 5 se *addere nolui* ‖ 6 unus **M** ‖ 8 dum **LM** ‖ 9 qui **M** ‖ 11 *recipit **L** ‖ 17 calos **L** cales **M** ‖ 20 ipse[2]] et calo *coni. L. Mueller.* ‖ 21 *Lachmann. p. 91* ‖ 22 o *om.* **L** | strange **M** ‖ 23 ductam **M** ‖ 27 iam **L** | quo **M** | ab *om.* **L** ‖ 28 classes *om. superscr.* **M** | classes **M** classis **L**

469 TYDIDES Diomedes, Tydei et Deipyles filius. STHENELVS Capanei et Euadnes.

472 VLIXES Laertae et Anticliae filius. alii dicunt Sisyphi et Anticliae filium, quae ante nuptias cum Sisypho, Aeoli filio, concubuit, unde Vlixes natus est. hoc et in Ouidio Aiax obiecit.

480 STYGIOS AMNES Styx palus est quaedam apud inferos, de qua legimus ⟨Aen. VI 324⟩: 'di cuius iurare timent et fallere numen'. quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Ioui fauisse. pro cuius rei remuneratione Iuppiter tribuit, ut dii iurantes per eius matrem non audeant fallere. ratio autem haec est: Styx maerorem significat. *ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ* id est a tristitia Styx dicta. dii autem laeti sunt semper. inde etiam immortales, quia *ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι.* ergo quia maerorem non sentiunt, iurant per rem suae naturae contrariam id est tristitiam, quae aeternitati contraria. in qua Thetis Achillem mersit eius mortem timens eo, quod natus mortali patre esset, et totum impenetrabilem fecit excepta corporis parte, per quam eum tenuit. ubi postea a Paride percussus est.

543 FECVNDVM callidum. Virgilius ⟨Aen. VII 338⟩: 'fecundum concute pectus'. Lind. p. 454

546 SIC DEVS optantis est. Virgilius ⟨Aen. X 875⟩: 'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!'

593 AGENOREI BACCHI Thebani, quod illic colitur eximie, quia ibi natus est. Agenor autem rex Phoenices fuit. de quo natus est Cadmus, qui Thebas condidit. nota fabula est. et imitatur hoc loco Virgilium, qui

---

1 TYDIDES *om.* **M** | Deiphiles **L** deiphilę **M** ‖ 2 Eractnes **L** ‖ 3 Lertae **L** lerte **M** | Antiochae **L** ‖ 5 Cocli **L** | et] ei*?* ‖ 6 (in *om.*) auidio **M** | *met. XIII 31 sqq.* ‖ 8 iuuare **L** ‖ 12 dii] olim **M** | auderent **L** ‖ 13 ē *om. ante* hęc *inser.* **M** | memorem **L** | ΑΝutoyciteΡoy **M** ‖ 14 di **L** ‖ 15 inmortales **M** | αφ/////ἀptui ΚΑΙΜΑΚΑΡΙΟΙ **M** ‖ 17 id . . . contraria *om.* **L** ‖ 19 mortale **LM** ‖ 21 a *om.* **M** ‖ 23 concurra **L** ‖ 25 faueat **L** ‖ 26 bachi **M** ‖ 27 quia & ibi **M** | est *om.* **M** | autem *om.* **M** ‖ 29 est *om.* **M** | uirgilius **M**

ubicumque lucum ponit, sequitur eam consecratio. ut ⟨Aen. IX 3 sq.⟩: 'luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacrata ualle sedebat'. lucus autem dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis, ut quidam uolunt.

599 DVCTOR Lycomedes.

Lind. p. 455 628 SPERCHIE fluuius Thessaliae, ubi Achilles apud Chironem nutritus est.

629 PROMISSASQVE COMAS consuetudo enim erat apud antiquos, ut quis, prout libitum erat, diuersis deabus uel fluminibus crinem aut barbam suam uoueret.

634 THYRSIS hasta pampinea.

Lind. p. 459 718 ILLI SVBRIDENS ITHACVS pro Ithacesius. principale pro deriuatiuo ponitur.

Lind. p. 461 763 EXTEMPLO ilico, mox. et est augurum sermo. templum enim dicitur locus manu designatus in aere. post quem factum ilico captantur auguria.

Lind. p. 464 951 TROIA regio est Asiae, Ilium ciuitas Troiae. plerumque tamen confundunt poetae et pro ciuitate uel regione uel prouincia ponunt. ut Iuuenalis ⟨X 266⟩: 'et flammis Asiam ferroque cadentem'.

---

1 ubicumque cum lucum L | lucum *om.* M ‖ 2 sacrabat M ‖ 3 lucanus M ‖ 6 Auctor LM ‖ 7 per sius M ‖ 9 enim *om.* M ‖ 11 uouere. ut M ‖ 13 ILLI SVBRIDENS *om.* M | ithacensius M ‖ 14 ponitur *om.* L ‖ 15 illico L | et *om.* L ‖ 16 designatur M ‖ 20 prouinciam M

Tabula locorum,

quibus commentarii cum Mythographis Vaticanis aliquatenus consentiunt.

Theb.	I 5:	Myth.	II 77; I 149.
„	I 7:	„	II 77.
„	I 10:	„	II 74, 77.
„	I 11:	„	II 83, 78; III 12, 5.
„	I 12:	„	II 79; I 120.
„	I 33:	„	II 43.
„	I 66:	„	II 143; I 169.
„	I 98:	„	II 114.
„	I 106:	„	I 170.
„	I 168:	„	II 83.
„	I 173:	„	I 189.
„	I 179:	„	I 150, 151, 204; II 78.
„	I 214:	„	II 13; I 27.
„	I 221:	„	II 57; I 118; III 8, 14.
„	I 230:	„	I 12; II 102; III 6, 21.
„	I 252:	„	II 8.
„	I 254:	„	I 18; II 89; III 9, 3.
„	I 255:	„	II 110, 111; I 157; III 3,5.
„	I 258:	„	I 105; III 3, 1 *et* 2.
„	I 265:	„	II 90, 91; III 7, 4.
„	I 271:	„	II 173; I 166.
Theb.	I 274:	Myth.	II 146; I 21.
„	I 275:	„	II 151; I 61.
(„	I 278:	„	II 198; I 184; III 15, 11.)
„	I 282:	„	I 80, 198.
„	I 304 sq.	„	III 9, 5.
„	I 324:	„	II 103.
„	I 325:	„	II 147.
„	I 333:	„	II 127 (I 167); II 123.
„	I 355:	„	II 160.
„	I 384:	„	II 163; I 62; III 13, 4.
„	I 476:	„	II 133; I 48; II 205; I 209.
„	I 477:	„	III 6, 23; II 12; I 209.
„	I 485:	„	II 160.
„	I 509:	„	III 8, 5.
„	I 548 cf. Theb. I 278.		
„	I 554:	Myth.	II 23; I 116; III 8, 4.
„	I 570:	„	I 168.
„	I 704:	„	III 8, 4; II 19.
„	I 710:	„	II 104; I 13.
„	I 711:	„	I 156; II 71.
„	I 713:	„	II 128; I 205.
„	I 717:	„	II 19.
„	II 4:	„	I 183; II 51.

Index nominum et rerum memorabilium.

(Numeris indicantur paginae.)

ADDENDA ET CORRIGENDA.

pag. 40 *lin.* 7 *scribe* Aegaeum.
" 109 " 8 " Nemeaeum.
" 151 " 8 " Zethus.
" 161 " 18 *sq.* ipse inscius, locus *distingui iubet Vollmer.*
" 166 " 16 addit *pro* dedit *prop. Vollmer.*
" 170 " 12 *cf. Aen. V 360.*
" 249 " 21 *sq. scribe* placassent *et* condiderunt.